4 Ic. L. 25

NOVVS
AD
HISPANIÆ ET HVNGARIÆ
REGES
TERMAXIMOS.
DE
LEONE BELGICO,
cuius Topographica atq; historica descriptione hîc
Quinq; partibus Gubernationum Philippi Regis Hispaniarum ordine, diligentiæ, & eleganti-
ssimi illius artificis FRANCISCI HOGENBERGII, beatum & VIII. superiores ornatus Rerumque in Belgio maxime gestarum, inde ab anno Christi M. D. LIX. vsque ad annum M. D. C. V. perpetua narratione continuata
Libri
MICHAELE AITSINGERO AVSTRIACO
AVCTORE
CVM PRIVILEGIO CÆSAREO
FRANCISCO HOGENBERGE CONFESSO
Auctior & locupletior
ACCESSIONE QVINQ; ANNOR. ET NONAGINTA SEX CHARTARVM

MICHAELIS
EYZINGER AVSTRIACI.
Ad viuum expressa Effigies.

VIVITVR INGENIO,
cætera
mortis erunt.

Digitized by Google

SACRATISSIMO ROMANORVM IMPERATORI AVGVSTO RVDOLPHO II. MEMORIAEQ. AETERNAE PHILIPPO HVNGARIAE ATQ. HISPANIAE ETC. REGIBVS TERMAXIMIS.

Michael Eyzinger Auſtriacus.

S. R.

IN laudem & gloriam diuini nominis, atque vtilitatem proximi ſuſceptum Deſcriptionis Topographicæ & Hiſtoricæ LEONIS Belgici opus, quà potui reuerentia & humilitate veſtris Maieſtatibus antè quinque plus minus annos, in perpetuum deuotionis, fidei, & obſeruantiæ meæ ergà M. Veſtras teſtimonium conſecraui, inſcripſi, atque ob eas, quas tùm attuli cauſas, huc quoque referendas, nuncupaui. Cùm dubium non eſſe mihi planè perſuaſerim, quin varia in hominum iudicia iucurſura ſit hæc mea Deſcriptio, publicumque huiuſmodi ſcribendi genus, quod exulceratiſsimo præſertim hoc tempore foret periculi & inuidiæ plenum, niſi ſub alis veſtrarũ Maieſtatum, quas mali timent omnes ac metuunt. boni verò reuerentur & ſuſpiciunt, benignè foueretur tãtiſper, donec fructus vberior tandem rerum in Belgio geſtarum ad lectorem rediret.

C. B.

HOC igitur opus ab elapſo ferè quinquennio editum, poſteaquã revidiſſem, quędam diſpunxiſſem, multa immutaſſem, plurimaq; tandem gallica, ad rem Belgicam ſpectantia adieciſſem, quæ vel prior editio nondum contineret, vel quæ proximis his annis quinque in Anglia, Gallia, & Germania circumiacentibus Belgio regionibus ac regnis, in hunc poſt Chriſti natiuitatem, annum milleſimum quingenteſimum octuageſimum ſeptimum variè contigerunt, de nouo, noua quinque annorum acceſſione auctum, nouiſque nonaginta ſex figuris locupleratum & ornatum ſub incudem reuocans, auguſti nominis veſtrarum Maieſtatum anſpicio in publicum emiſi, partim, vt pio lectori, cui prior editio adeò non diſplicuit quòd nulla iam amplius eius venalia extent Exemplaria gratificarer: partim vt eas etiam rerum viciſſitudines deſcriberem, quæ præter Inferioris Germaniæ res geſtas, etiam in ſuperioribus ad Rheni tractum Agrippinenſem partibus, motore atque auctore Truchſeſio haberentur: de quibus in calce prioris editionis pagina 507. tandẽ me quoque ſcripturum ſignificaui.

T. A

SIMVL atque in Epiſtola dedicatoria mea tum apertè ſatis oſtendi, a duobus, Hiſpaniæ ſcilicet & Hungariæ Regibus ſucceſſorẽ TOGLOS

apud aureum hoc pomum Agrippinenſe fugandum eſſe, adeoq; Agarenos tandem eſſe delendos. Quis autem TOGLOS ille fuerit, ex noua Leonis Belgici Deſcriptionis noſtræ acceſsione hac Pio apparebit Lectori, qui Gebhardi Truchſeſij, inter legendum, conatus obſeruans, eundem à Summo Pontifice excõmunicatum, & ab Archiepiſcopatu Colonienſi remotum, adeoque nominis ita pariter & cognominis illius elementum in G. G quoque in T. viciſſim animaduerterit eſſe cõmutatum, ſimulq; perpenderit, Truchſeſium, (poſtquã ad ſaniorem mentem nullo reduci pacto potuerit) eundem, reſiſtentijs veſtris nequaquam alienatis atq; ſemotis, in terram inuiam & diſertam fuiſſe expulſum.

R. M.

VTINAM & Agareni aliquando, qui non ſub prætextu religionis Chriſtianæ, ſed aperto marte hactenus Eccleſiam Catholicam perſequuntur, vel SAVLI Sin nouo teſtamento exemplũ imitati, ad fidem noſtram adducantur: vel alterius illius in antiquo teſtamento SAVLIS exemplo, prorſus deleãtur. Ac prioris ſanè videtur ſpes aliqua affulgere, ex Legationibus ac muneribus ad te miſsis, Polentiſsime Rex Hiſpaniarum, ab Amurathe turcarum imperatore, inſuper & a Perſarum Rege, de quibus hoc opere fit mentio. Poſterioris verò ſpes haud obſcura concipitur partim ex ea victoria Sacratiſſime Cæſar, quam ipſe Rex Hungariæ, in Hungaria Nadaſtio Duce contra Turcam nuper obtinuſti: partim etiam ex Electione Regis Poloniæ quæ 22 Auguſti iam die elapſi in Illuſtriſsimum Maximilianum Auſtriæ Archiducem, fratrem tuæ Maieſtatis chariſsimum, procerum communi ſuffragio, recidit. Solo Turcarum Amurathe reluctante, qui Stephani Regis ſucceſſorem Tranſyluaniæ VVayuodam potius eligi voluit, quà tamen ſpe fruſtratus ille tyrannis excidit.

50. 51.

HACTENVS itaque duntaxat tryumphent Agareni; hucuſq; tantùm progrediantur ſucceſſores TOGLOS. Nam poſthac in Europa (quam virginis imagine expreſſam, & octuaginta quinque figuris ſiue regionum, quas vocant chartis, Topographice quoque atque Hiſtorice (vt antea Terrã promiſſionis, & Belgici huius Leonis deſcribimus) Sydus orietur ſuprà Iberos, certabitur varijs ſtudijs, cui imperij habenæ tradantur. Sed vincet tandem auitæ ſanguinis propago, quæ eouſque armorum vi progredietur, donec Antipodũ fines occludat Imperium. Gallia ceruices ſubmittet, Britãnia claſſibus ſupplex aduolabit, Italia dexteram ad ardua ſceptra porriget. Hocque deſideratiſſimo tempore, quo mortales, poſitis armis, pacem vnanimes in toto terrarum orbe complectentur. Quam quidem pacem, nobis ſub Maieſtatibus veſtris concedat Deus omnipotens Pater, Domini noſtri Ieſu Chriſti.

N M A

MICHAELIS AITSINGERI AVSTRIACI AD BENEVOLVM LECTOREM Præfatio.

CVM primùm, Anno Chriſti ſaluatoris noſtri milleſimo quingenteſimo quinquageſimo tertio, iuuenis adhuc, à parente mihi chariſſimo atq; obſeruandiſſimo; deinde, poſt obitum eiuſdem, ab Imperatore Maximiliano. 2. glorioſiſſimæ memoriæ, Domino meo clementiſſimo, Anno eiuſdem ſaluatoris noſtri 1568, in Belgium miſſus, ſpacio plusquàm viginti annorum, varias ibidem rerum, perſonarum, ac temporum viciſſitudines obſeruaſſem, earundemq; circunſtantias, non ſine diligentia aduertiſſem, operepretium me facturum tandem exiſtimaui, ſi noua quadam, atq; hactenus inaudita ratione, totam inferiorem Germaniam, ſiue Belgium, in Leonis formam redigerem: eundemque ſingulari quodam libro, Topographicè atq; Hiſtoricè deſcribendo explicarem, tibiq; Lector humaniſſime liberaliter communicarem.

DE LEONE BELGICO.

HABVIT quidem Ludouicus Guiſardinus, ſingularem quandam gratiam, deſcribendorum inferioris Germaniæ locorum, ſiue generalem totius Belgij chartam, ſiue particulares etiam regionum chorographias conſideres: qua tamen forma Belgium exprimeret, maximè propter variã, vt inquit, ſitus eiuſdem diuerſitatem, ſeſe ignorare atq; neſcire ingenuè fatetur. Ego verò, Salomonis illius ſapientiſſimi, qui leonem ad nullius pauere occurſum, ſed fortiſſimum eſſe beſtiarum aſſerit, ſententiam conſiderans; præterea & ex Iulij Cæſaris commentarijs, Belgas omnium fortiſſimos animaduertens; Belgio non abſque ratione, leonis formam inducere viſus ſum. Maximè cum laudatiſſimæ memoriæ Carolus Quintus Imp. vel hoc etiam nomine Belgium aliquando in Regni faſtigium euecturus, nominandum deliberauerat eſſe, Regnum Leonum; ob id fortè, quòd omnes ferè prouinciæ illæ, leonibus inſigniantur. Quare, vt primo quoq; intuitu, non ſolùm totam inferiorem Germaniam, ſub totius alicuius leonis forma, verùm ſingulas etiam regionum partes, ſub ſingulis leonis ipſius membris conſpiceres; diligenter elaboraui: armiſque ſuis, atque inſignijs, manu elegantiſſima Franciſci Hogenbergij expreſſis, ordine, atq; loco ſuo, queq; collocaui. non minore, vt ſpero, gratia, quàm is, qui totam Europam, in virginis reginæ à Luſitania coronatæ formam, aliquando redactam, Imperatori eidem Carolo in Italia præſentauit, totiq; poſtea mundo communicauit.

DE LIBRO LEONI APPLICATO.

REM præterea non inutilem, ſed prorſus neceſſariam, me facturum exiſtimaui: ſi pòſt nouam illam formam leonis inuentam, noua etiam quadam, præter Guiſardini diligentiam, leoni accederet, Topographica videlicet, atq; Hiſtorica Deſcriptio; quam 417. paginis ita abſoluimus; vt quid ſpacio 20. annorum & ſex, hoc eſt, ab anno 1559. vſque ad præſentem annum 1587. in eodem leone, tam pacis, quàm belli temporibus, vndiq; actum ſit, verè ac ſyncere intelligas, tibiq; lector planè perſuadeas, me bona fide, ac ſimpliciter, in hoc verſatum eſſe, Qui, licet me Catholicum apertè profitear, ſemperq; in fide Catholica ab ineũte ætate, firmiter, etiam in medio ignis aduerſantium, me perſtitiſſe, nouerunt omnes, cum quibus aliquando conuerſatus ſum; nec alium me vnquàm fore, per dei gratiam, mihi polliceor: non tamen ob id, Catholici expectent, me in hoc libro, contrariæ religionis homines velle perſtringere (cum illis ſatis fiat à Concilij Tridentini Patribus: nec meæ ſit profeſſionis Theologum hic agere) Topographicam enim atq; Hiſtoricam duntaxat Leonis Belgici deſcriptionem, in eodem hoc libro moliri, eoq; modo procedere me noſcat Lector Candidus, quo in charta Leonis introductione pollicitus ſum me proceſſurum.

DE QVINQVE LIBRI EIVSDEM PARTIBVS.

IN quinq; partes diuiditur hæc noſtra Deſcripto; ſecundum ordinem videlicet quinq; Gubernatorum, quibus Philippus Hiſpaniarum Rex Potentiſſimus, Leonem hunc ſuum Belgicum, in abſentia pòſt ſe gubernandum, commiſit. Prima enim pars, res in Belgico leone geſtas comprehendit, quæ contigerunt ſub MARGARETHA *Auſtriaca, ab Anno 1559. vſq; ad paginam 65 libri. Altera, quæ ſub* ALBANO *duce, ab Anno 1567. vſq; ad paginam 157. Tertia, quæ ſub* REQVESENSIO, *Commendatore, vt vocant, maiore, ab Anno 1573. vſque ad paginam 205. Quarta, qua ſub* IOHANNE *Auſtriaco, ab Anno 1576. vſque ad paginam 255. Vltima*

tandem pars, ea complectuntur, quæ ſub ALEXANDRO Parmenſi Principe, vſque ad hæc eadem tempora, hoc eſt vſque in finẽ libri, & annum hunc 1587 acciderunt. Verùm, quia in Leonis Belgici charta leuiter hæc dũtaxat, ac veluti digito ſolùm, attinguntur, tibi propterea hîc candide lector, denuò in mentem reuocare volui, vt quid in toto libro contineatur, & quo ordine, quibuſq; in locis ad fiat, certior efficereris.

DE LIBRI VSV, RATIONE DESCRIPTIONIS NOSTRAE.

SVFFESISSENT fortaſſis hæc, quæ de Leone Belgico, De libro Leoni eidem applicato, Deq; partibus huius libri quinque, pro Introductione atq; Intellectu huius operis noſtri diximus hactenus, niſi conſequentur, De ampliſſimo quoque huius vſu, vtilitate, atque commoditate, pauca quædam mihi præfanda viderentur. Excogitaui enim literas certas, ac numeros, in extremitatibus chartæ leonis, vt à capite, ſic etiam à latere dextro, eiuſdem inſcribendas, quas leonem intuendo, ibidem ſuo progreſſionis ordine conſpicis, Inſeruientes ad hoc potiſſimum, vt dato quocunq; Loco, vel quacunq; Ciuitate, in Deſcriptionis noſtræ pagina quacunque, promptè, & abſque vlla prorſus difficultate, poſſes in leone locum inuenire, cuius in libro noſtro, vel Topographica vel Hiſtorica deſcriptione, fiat mentio. Legatur, exempli gratia, pagina libri noſtri 53 Quopacto 3 Aprilis Anni 1566 Dominus de Brederode, cum magna nobilium inferioris Germaniæ caterua, ſeſe ab Antuerpia Bruxellam conferens, 5 die eiuſdem menſis pòſt, Duciſſe Parmenſi, in Aula ſiue Curia Regali, omnium nomine libellũ Supplicem porrexerit (de cuius tenore alibi latius) Nonne iucundiſſimũ reuera eſt? ductu notarum in deſcriptione eadem pagina poſitarum, 10 K, 10 L, ſtatim ex libro in leonem ingredi, atque ibidem intueri, vbi & Antuerpia ſita ſit (ſub interſectione ſcilicet linearum imaginaria) quam numerus 10 à capite perpendiculariter ab eadem in charta deſcendendo, & litera à leua K dextram verſus progrediendo, cõſtituunt) facta; & Bruxella, ſimili interſectione numeri 10 & literæ L obſeruata, vbi in leone contineatur; Ex numeris autem, ille, qui in ipſo Indice Bruxellæ Ciuitati 53 adſcribitur, denotat, quomodo vicißim ex leone ſit in deſcriptionis noſtræ paginam 53 ingrediendum, atq; ibidem quid actum ſic perlegendum. Ita, vt hoc pacto Topographicè non ſolum ex libro in leonem, verũ Hiſtoricè etiam ex leone in librum, ingredi poſſimus, ſicq; ſpectatores locorum, & lectores Hiſtoriarum, ſiue rerum in Belgico leone geſtarum, ſimul eſſe valeamus.

DE LIBRI VSV, RATIONE INDICIS LOCORVM.

TANTA autem vtilitate non contentus, Compoſui, præter Topographicam atq; Hiſtoricam Deſcriptionem noſtram, Indicem quoq; Locorum generalem, quem hîc præmiſi, in eum potiſſimum finem, Vt data in orbis totius vniuerſi Theatro Abrahami Ortelij, vel etiam in Speculo orbis terrarum, prouincia belgica quacunq;, ſcias ſine quærendi vlla moleſtia, vel difficultate, in quo leonis membro, & vbi eadem contineatur, quod vel hoc nomine tantò commodiorem ac iucundiorem contemplationem præbebit ſpectatori, quantò eadem prouincia particularioribus pluribuſque ſuis ciuitatibus, oppidis, pagis, fluuijs ac limitibus, latius in Ortelio, atq; orbis terrarum ſpeculo, extendantur.
Suſcepi præterea hũc Indicis conficiendi laborem, in eum quoq; finem, vt non ſolùm, quemadmodum Theatrum atq; Speculum Leoni noſtro belgico, ſicq; vicißim Leonem Theatro atq; ſpeculo terrarum orbis accommodari poſſet ac debeat intelligeres: Verùm, vt data, in quatuor vrbium orbis terrarum libris, D. Georgij Braunij atq; Franciſci Hogenbergij, quacunq; Ciuitate, leonem noſtrum attingente, cognoſceres, vbi & quo loco noſter belgicus leo eandem, comprehendat, cõſpiciendumq; ſpectatori exhibeat. Præterea, vt data vicißim in Leone Belgico ciuitate quacunq;, an & vbi etiam eadem ipſa ciuitas in quatuor libris vrbium orbis terrarum contineatur in Indice locorum alphabetico expiſceris, multum enim hac prodeſt indagatio, nempe, vt ciuitates & belgica loca in libris vrbium variè ſparſa in vnum colligas, ſingulaſq; vrbes ac ciuitates ad ſingulas quibus ſubſunt prouincias referas. Verùm exemplis rem ipſam declaremus. Quærentes Exempli gratia in Indice locorum BRABANTIAM maiuſculis literis ibidem impreſſam (cùm prouincia ſit) eandem in leone notis 10 K. mediantibus inuenimus ſcuto leonis inſignitam. Iam ſi vbi eadem prouincia latioribus terminis deſcribatur, in Ortelij Theatro, vel in orbis terrarum Speculo ſcire expetis, regrediendum tibi erit ex Leone noſtro in locorum Indicem vbi à latere dictionis BRABANTIÆ ex duobus numeris 28. 55 ille Ortelij, hic verò ſpeculi chartã numerat, ad quas leonem hunc belgicum extendere poſſis. Quærentes præterea, gratia Exempli, in Indice locorum ciuitatem Bruxellenſem minuſculis literis impreſſam (cùm non ſit prouincia) eãdem in leone Belgico notis, 10 L, mediãtibus inuenimus. Iam vt vbi clarior ampliorq; eiuſdem ciuitatis fiat delineata ſpecificatio, elegantiſſima atque artificioſiſſima Hogenbergij manu exarata, ingrediendum erit ex leone in librum primũ & chartã 14 vrbium orbis terrarum, ibidẽ non tantum ſingula, quàm in Leone, ciuitatis Bruxellenſis loca explicatius depicta: verùm etiam D. Georgij Braunij ſtylo quam plurima enarrata conſpiciendo legere, atq; legendo conſpicere potes, præter ea, quæ Topographica noſtra atq; Hiſtorica deſcriptio continet. Atq; ita de reliquis tàm prouincijs, quàm prouinciarum locis ac ciuitatibus, ſimiliter erit prodendum, nam hæc intelligenti de locorum Indice lectori ſufficiant.

Digitized by Google

DE LIBRI VSV, RATIONE INDICIS TEMPORVM.

VSVS quoad Indicem temporum, quem ad vberiorem noſtræ Deſcriptionis vtilitatem ſimiliter excogitauimus, ad hoc maximè ſpectat, vt dato anni die quacunq;, in Indice Temporum præſenti; ſciamus ab initio vſque ad finem deſcriptionis noſtræ, quænam in Belgico LEONE, eodem ipſo die dato, diuerſis locis ac annorum temporibus tam à Regijs quam ab Auriaco principe eiuſque aſſeclis memoratu digna contigerint. ita, vt per Indicem hunc XII menſium ordine diſpoſitorum, nouum quoddam atq; hucuſq; à nemine deſcriptum Belgicum habeas Calendarium. Hoc vel ideò tibi meritò gratius eſſe debebit Cãdide lector, quòd de vno eodemq; die diuerſis paginis retrò & antè in noſtra deſcriptione legere, teq; ſic non ſine magna voluptate exercẽdo oblectare in infinitum valeas. Nam ſi rem exemplo quodã agamus, capta ſcilicet nuper in profeſto S: Andreæ ciuitatis Tornacenſium. Nonne eodem die quo Philippus 2 Anno 1581. ſic etiam Carolus Imperator patri eiuſdem Philippi Anno 1521. Item Maximilianus Philippi proauus Anno 1513. & Rex Angliæ ante hos omnes Anno 1511. eandem ciuitatem eodemq; die ceperunt? Sed de Vſu atq; vtilitate Indicum Temporum atq; Locorum, Deq; Intellectu Libri ac deſcriptionis noſtræ Topographicæ atq; Hiſtoricæ quidem hactenus.

DE LIBRI FRONTISPICIO IN GENERE.

SVPEREST, vt poſtquàm ad illorum, quos ante nominauimus, tam prouinciarum quàm vrbium librorum, imitationem, Frontiſpicium quoque deſcriptioni noſtræ præfiximus, idipſum in genere ſic explicemus, vt lector inter cætera quoq; intelligat, figuras illas trium cœleſtium corporum columnis innitentes, hoc eſt Lunam, Mercurium, & Solem, tres IMPERATORES, Ferdinandum 1, Maximilianum 2, & Rhudolphum 2, ſignificare: qui (vno eodemq; PHILIPPO 2 Hiſpaniarum Rege, poſt patrem Carolum V. etiamnum adhuc regnante) Imperio præfuerunt, ab anno ſcilicet 1558, quo in Hiſpania Carolus deceſſit, vſq;, ad præſentem annum 1587. FERDINANDVS quidem, qui in Hiſpania natus, ab occidente, in Hungariam ad orientem, inſtar lunæ profectus eſt, 5 annis: RVDOLPHVS, qui in oriente natus, indè vicißim in Hiſpaniam ad occidentem, primò ſic impellente mobili, inſtar ſolis, profectus, 10 iam annis: MAXIMILIANVS verò Pater huius Imperatoris, (laudatißimæ memoriæ) & filius illius, Mercurij inſtar, vtramq;, & Hiſpaniam Philippi Regis nomine, & Hungariam propria auctoritate rexit, 12 annis, retrò & ante proſpiciens vt Ianus ille bifrons auem Noach comparauimus.

DE LVNAE, SOLISQVE DVABVS COLVMNIS, CVM IRIDE ET QVID CONTINEANT IN SPECIE.

TRANSEVNTES antè ad Frontiſpicij ſingulas partes, primùm omnium nobis occurrit, à dextro latere, illa quæ lunam à capite ſuprascriptam habet, columna; cuius octo literæ. A. S. E. C. M. I. A. M. denotant ADAM. SETH, ENOS, CAINAN, MAMALEEL IARED. ANOCH, MATHVSALEM patres illos antiquißimos, ante diluuium, quorum à nullo vnquam alio antiquiore fit mentio, quàm ab ipſo Moyſe qui licet bis mille ducentis & ſeptuaginta quatuor annis, pòſt vixiſſe legitur: Spiritu, tamen ſancto diuinitùs afflatus, & ordinem, & nomina, cum temporibus vitæ ac mortis eorum, quàm veriſimè in Geneſis libri capite 5, exprimit, quò lectorem hinc remittere volui, ſi cui, qua in conſequentibus, de Patriarchis his 8 adferuntur, minùs fortè ſuffecerint. IRIS, in cuius medio mercurij globus, cum N litera inſcripta cernitur, cuiuſq; extrema, ad lunam L, ad Solem verò S, literas attingunt, non tam planetas tres illos, quàm Patriarchas tempore diluuij antè ter mille ſexingentos & octuaginta quinque annos exiſtentes, dictuq; patribus generationis ordine ſuccedentes, quoq; denotant, Inter quos, hoc eſt LAMECH & SEM, NOHE, tanquam Ianus, vel Mercurius quidam, vtrunq; mundum antè & poſt diluuium, hoc eſt originalem & præſentem hunc noſtrum conſpiciens, omnes alios vidit octo videlicet, nepotes, pronepotes, abnepotes, & cæteros ordine generationis vſque ad Abraham: qui in altera, ſolis nimirùm columna frontiſpicij, literis ſic exprimuntur. A. S. H. P. R. S. N. T. hoc eſt ARPHAXAT, SALE, HEBER, PHALECH, REHV, SARVCH, NACHOR, THARE, Atque ille ſunt de quorum vitæ ac mortis temporibus Idem Moyſes luculentur omnia exprimit, in Geneſis libri capite 11. quo lectorem ſimiliter remittens, hoc ſaltem admoneo, vt hos 19 Patres, quos T litera THARE videlicet pater Abrahæ terminare conſpicitur, ob oculos ſemper poſitos conſideret, cum eos hoc ordine ſibi inuicem ſuccedentes non ſine peculiari quodam myſterio, & in Bibliis & in Frontiſpicio libri noſtri, collocatos eſſe tenendum ſit.

Digitized by Google

DE QVATVOR ANIMALIBVS, HOC EST, LEONE, VRSO, PARDO, ET AQVILA, QVIDQVE DENOTENT.

CVM Abraham, filius Thare patri, vt dictum eſt, ſuccedens, à Deo promiſſionem accepiſſet Anno Ætatis ſuæ ſeptuageſimo quinto, ita vt in ſemine eius tanquam patris gentium benedicerentur omnes gentes, quemadmodum id, inter cætera loca, Geneſis libri capite 15. clarius explicatur: non ſine ratione nominis illius, quatuor literas. A. B. R. M. orbi, qui libri titulum in frontiſpico continet, 4. veluti plagas, ventoſq; adſcribere cogitaui: vt poſt nouemdecim illos patriarchas, ſiue antiquos vtriuſque mundi patres, Lector, in mundo hoc noſtro, Gentium tum primùm Regna, & præſertim quatuor illas Monarchias, per quatuor animalia, ventoſque deſignatas, ASSYRIORVM videlicet PERSARVM, MACEDONVM & ROMANORVM capiſſe, atq; huc vſq; à primo Monarcha, per N. C. A. I. C. C. R. A. A. F. M. C. vſq; ad F. hoc eſt, Ferdinandum primum in annum Chriſti 1558. continuatos fuiſſe, quo quidem Anno Carolus V. Imperator iniunctiſſimus, laudatiſſimæ memoriæ, eidem Ferdinando Fratri ſuo, coronam Imperij, per Auriacum principem, ſuoſque adiunctos, Francofordienſia ad comitia deferendam, inq; præſentia Electorum Sacri Romani Imperij præſentandam curauit. Nam, qua poſtea ab Anno 1559. vſque ad Annum 1587. hunc præſentem tempore Maximiliani glorioſiſſimæ memoriæ, eiuſque filij Rudolphi, nunc Imperantis, in Belgio, ſub Philippo Belgarum hæreditario Domino, quinque illis à ſe per ordinem ſubſtitutis Gubernatoribus, contigerunt: ea ſequens Deſcriptio noſtra, poſtea continebit.

DE SEX BELGIO APPLICATIS DICTIONIBVS.

SVSCEPI inter deſcribendum, etiam cauſas ſuo quoque loco annumerandas, cur ſcilicet Belgium, ſiue Belgicus Leo, à tàm florenti, in quo fuit, ſtatu, etiam meo tempore, in tantas miſerias, calamitates & anguſtias deciderit, eòque infortunij redactus fuerit, vt vix vllo modo, reſpirare poſſe videatur. Remedia inſuper adferenda quædam conſtitui, quæ doctiſſimorum, inq; Republica gubernanda verſatiſſimorum virorum iudicio, his malis cum quibus miſerè leo tanto conflictatur tempore, aliquomodo prodeſſe poſſent. Quapropter, vt veluti per compendium ſimul intuendum Lectori idipſum oſtenderem, orbi in frontiſpicio, circumſcribi 6. dictiones ita curaui, vt duæ ſemper ex Diametro inter ſe dictiones pugnarent, & tamen continua aliàs fieret quædam, à Pace in vbertatem, ab Vbertate ad luxum, à Luxu ad bellum, à Bello ad pauperiem, à Pauperie ad luctum, à Luctu tandem iterum ad pacem, rota illius conuerſio. Lege enim lector, quæſo, quæ Rege Philippo in Belgio adhuc exiſtente contigerunt, & PACEM inuenies, tam Religionis quàm Reipublicæ. Lege præterea, quæ ſub Margaretha Auſtriaca poſtea inciderunt, VBERTATEM & LVXVM inuenies. Vide quæ ſub Duce Albano contra Principem quem dixi Auriacum & Lodouicum illius fratrem tandem acciderunt, BELLVM inuenies & PAVPERIEM, Iam ſi miſeriam quoque conſideres, quæ Requeſſenio, & Ioanne Auſtriaco, in Belgio decedentibus, incidit, nonne LVCTVM inuenies? Quid nunc reſtat aliud? niſi, vt à puncto pacis, à quo in linea circuli digreſſum eſt, ad idem (faxit Deus omnipotens) quod ſieri ſub Alexandro Duce Parmenſi cæptum eſt, pacis punctum tandem ſemel redeatur. Sicq; circulus, idem inter duas colũnas frõtiſpicij collocatus, perpetuam & Religionis, quam ſol, & Reipublicæ, quã luna deſignat, pacem repreſentet, in terra hominibus bonæ volũtatis, & gloria in excelſis Deo. Cuius gratia, fiat, vt in quo Belgium fuit, ante Philippi Regis diſceſſum in Hiſpanias, in eundem ac priſtinum fœlicitatis & proſperitatis aliquando ſtatum, ac florem reſtituatur.

PRAEFATIONIS EPILOGVS.

RECTE itaq; feceris optimè Lector, ſi inſpecta, quàm diligentiſſimè, atq; examinata, qua huic libro deſcriptionis noſtræ præfigitur Leonis Belgici imagine, ſingulas prouincias, ciuitatesq; conſideres. Poſtea etiam accuratè expiſceris, quid nam frontiſpicij noſtri velint partes ſingulæ, de quibus in eadem Leonis Belgici imagine, dextroq; pedi ubiecta rotula, atq; hic, breuiter tantùm tractare voluimus; cùm in Regnorum Imperiorumq; mundi PENTAPLO noſtro: Item in RERVM Vaticinijs accommodata; Præterea & in BIPARTITA illa ſeptem Temporum Hiſtoria noſtra, (quò lector hinc remittitur) latiùs tractatum ſit, & explicatum. Deinde, vt locorum ac temporum Indices, familiares tibi reddere incipias. Atq; vltimo tandem ordine perlegas Deſcriptionis noſtræ partes Primam à pagina 11. ſecundam à pagina 65. Tertiam à pagina 157. Quartam à pagina 205. Quintam & vltimam à pagina 255. vſq; ad finem ta proficiendo, vt nec me ſuſcepti laboris, nec te lectionis lectorem pœniteat. Vale noſtrumq; conatum approba, eaq; eneuolentia proſequere, qua tibi ex animi ſyncerate liberaliter omnia communicamus.

COLONIAE Vbiorum, Calend. Ianuar. Anni CIↃ. IↃ. LXXXVII.

Digitized by Google

INDEX PERONARVM GENERALIS.

TRiplices vtiliter applicantur huic operi noſtro, Candide Lector, Indices, quorum primus eſt PERSONARVM, quem proximè hîc ſubijciemus, alter LOCORVM, qui pagina 7. ſubſequitur, tertius TEMPORVM, qui in calce Topographicę atque Hiſtoricę Deſcriptionis huic noſtræ apponitur. Perſonarum Generalis eſt, qui REGEM ipſum complectitur, de quo pagina 9 legitur, & quamque eius Gubernatores, de quibus ordine ſequitur.

PAX

i. VBERTAS, LVXVS.

11 MARGARETHA Regis ſoror, Parmæ Duciſſa, poſt fratris diſceſſum Belgio præeſſe cæpit anno Chriſti 1559. præfuit autem annis 9. quorum ſpatio quid rerum memoratu dignarum contigerit, ordine explicatur, à pagina 15 vſque ad paginam 69. 7

ii. BELLVM.

8 ALBANVS Dux poſt Margaretham adminiſtrationi Belgicæ prę ſſe cæpit anno 1567 præfuit autem annis 6. quorum tempore quid ſub eodem memoratu dignum acciderit, narratur à pagina 69. vſque ad paginam 153. 3

iii. PAVPERIES.

2 REQVESSENIVS magnus Caſtiliæ Comendator poſt Albanum adminiſtrare Belgicas ditiones cępit, anno Chriſti 1573. deſijt gubernare poſtquâ annis præfuiſſet, atque in Belgio diem obijſſet res illius tempore geſtas, & turbas poſt mortem eius ingruentes deſcribimus à pagine 153 vſque ad paginam 213. 3

v. LVCTVS.

12 IOHANNES Auſtrius frater Regis poſt Requeſenium gubernare tam belli quàm paris (licet param durantis) tempore, belgicas prouincias annis poſtea vitâ defunctus adminiſtrationem Belgij Alexandro Farneſio Parmenſi reliquit, res geſtas ſub eodem lege à pagina 213 vſque ad paginam 259. 9

vj. PAX.

2 ALEXANDER Farneſius Margarethæ, quam dixi, Parmenſis filius pòſt Ioannem Auſtrium gubernare Belgiũ lepit anno poſt natiuitaté Chriſti 1578 preeſt vſque in hunc diẽ 9 annis de reb' ſub illo geſtis in Belgici regionibus vide cõſequenter à pagina 259 vſque ad paginam 426. poſt quam tertius Index, Temporum ſcilicet, incipit hancque deſcriptionem noſtram terminat. 3

SEQVITVR iam poſt generalem perſonatum Indicem etiam particularis, tam politicarum, quam Eccleſiaſticarum perſonarum Index: Quibus perſonis ſiue proceribus prẹter generales illos, gubernatores, peculiaris per Regem limitata atque demandata eſt prouinciarum adminiſtratio, quorum omnium inter ſeculares Reip. præfectos primas tenuit Auriacus Princeps: inter Eccleſiaſticos verò Cardinalis Grãuellanus, inter quos antè Regis diſceſſum intima quidem fouebetur amicitia: ſed poſt diſceſſum eiuſdem plus quàm vatinianum interceſſet odium, quo alter alterum, cum magna totius Belgij ruina, perſecutus eſt.

Digitized by Google

INDEX PERSONARVM PARTICVLARIS

PRINCIPES AC PROCERES DECEM, QVIBVS REX PHILIPPVS vnam, Reipublicæ videlicet ac Politiæ, pacis post se relictæ columnam fulciri voluit.

j GVLIELMVS NASSOVIVS PROCERVM BELGICORVM FACILE PRINCEPS AVRIACVS, tempore pacis sese pòst Regis discessum Granuellano Cardinali, post aduentum verò Ducis Albani, valido cum exercitu non semel oppositit, miraque in Belgio tentauit, est, cui Hollandiam & Zelandiam in Belgio cum ditione Vltraiectina peculiariter gubernandam Rex commisit: obijt a° 1584.

ij AMORALIVS EGMONDANVS Gauriæ Princeps, cui Rex idem Flandriam quæ Flandrica dicitur, & Artheſiam in abſentia ſua gubernãdam concredidit, ſecundus eſt in ordine procerum, moritur anno 1568.

iij IOANNES MONMORENCIVS dominus Courririj, qui cum Principe Auriaco Antuerpiæ à Rege Philippo in ſocietatem ordinis aurei velleris aſſumptus eſt, tertius in ordine, cui Rex Flandriam Imperialem peculiariter adminiſtrandam tradidit.

iiij FLORENTIVS MONMORENCIVS dominus Montignei quartus in ordine, frater Philippi comitis Hornæ, Amiralij marisue præfecti, qui eum Rege in Hiſpaniam nauigauit anno 1559, Torneſio, ſiue Flandriæ Gallicæ præficitur, atque in Hiſpanias ſecundò miſſus in legatione manet. Hunc Gandaui tùm in ordinem aurei velleris adoptari inter ceteros vidi, cùm Conuentum procerum Belgij Rex ibidem indixiſſet, ordinibuſque, De ſua profectione, De Margaretha Parmenſi à ſe delecta, De Religione ceteriſque rebus, per Granuellanum tanquam alterum Ciceronem, pro locutus fuiſſet.

☞ PROCERES Q. maximè Auriacus, Egmondanus & Hornius Regem rogaſſent, vti, peregrinum militem Belgio educat; vti præſidijs non niſi Belgicis vtatur; ac ſi Rex id quod petijſſet ſibi concedi vellet, vti conſilijs de rebus publicis peregrinos ne adhibeat; & neſcio quæ alia, tum rogantes Regi præſcribere velle videbantur.

v IOANNES MARCHIO Bergenſis Hannóniam à Rege peculiãriter gubernandam ſuſcepit; quintus in ordine. Hic itidem in Hiſpaniam miſſus, vt Montignius in legatione manſit.

vj CAROLVS BARLEIMONTIVS Baro, qui etiam cũ Auriaco Principe, cũ Dño Courririj cumque Bergenſi Marchione, in aurei velleris ordinem cooptatus eſt, Antuerpiæ; à Rege Philippo, Comitatum Namurcenſem peculiariter gubernandam ſuſcepit, Grãuellanicq; partes ſecutus eſt.

vij CAROLVS BRIMAEVS comes Meghanus. Ducatum Gelriæ & Comitatum Zutphaniæ adminiſtrandum ſuſcepit in ordine ſeptimus. Huius adminiſtrationis ergò, ſimultas quædam inter Comitem Hornę & Granuellanum oritur, quæ nõ niſi mortuo Comite ſopiri potuit. moritur hic Carolus Comes ad Groningam ſclopeti globulo ictus, anno 1568.

viij PETRVS ERNESTVS Mansfeldius Comes, qui ſolus ex omnibus his decem in viuis manet, Ducatum Luxemburgenſem à Rege concreditum gubernandum ſuſcepit, atq; huc in annũ 1587 vſque, feliciter, & in Catholica fide, & in Regis obedientia retinet.

ix IOANNES COMES Friſię orientalis, Limburgum vltrà Moſam, Ducatum adminiſtrandum ſuſcepit.

x IOANNES à LIGNE Comes Arembergij cum Egmondano, & Mansfeldio comitibus, in aurei velleris ordinem à Carolo V. laudatiſsimę memorię anno 1546 Vltraiecti adoptatus, Tranſiſelanę ditioni, Groningę & Friſię occidentali prę fectus, in conflictu moritur anno 1568.

De quibus omnibus poſthàc ſuo loco dicetur. Atque hi ſunt principes, comites, ac proceres aurei velleris, quibus Rex ditiones in abſentia ſua peculiariter, vt alijs quinque illis generaliter gubernandas concredidit, ſed ex quibus aliqui, fide in Regem facillabant.

1 Machab. 1. Math. 22. Luce 19. Act. 20.

Digitized by Google

ANTONIVS PERENOTTVS ANTISTITVM BELGICORVM PRINCEPS

DE quo ordine, primùm ante omnia dicendũ est. Is, vt fidem, ac Religiõnem Catholicam pro Rege Catholico in Belgicis ditionibus præceteris sartam tectam cõseruaret, sibi duos Archiepiscopos nouos, Cameracensem videlicet & Vltraiectensem, præterea & quindecim Episcopos nouos adiũxit (de quibus consequẽter dicemus) intimæque familiaritati atque amicitiæ, quæ illi cum Auriaco Principe intercesit, adeò renunciauit, vt non solùm ab eodem Principe (qui religionis ac Reipublicæ mutationẽ in Belgium velle introducere videbatur) verùm etiam ab alijs proceribus atq; exhis quidem, quos paulò antè diximus, nonnullis malè audiret, inque reprehensionem incurreret eorum, qui ob eius Cardinalis præsentiam, hoc perficere nõ poterant, quod pro libertate Religionis moliri conabantur. Durauit tamen perpetuò constantia & propositum huius Cardinalis, ad finem vsque vitæ, quam cum morte commutauit XI. Calendis Octob. anni præteriti millesimi quingentesimi octuagesimi sexti. In cuius memoriam Epitaphij loco subscribere nõ grauabor Dialogum, quem sub Hospitis & Aulici persona D. Ioannes Matalius Metellus, Iurisconsultus, Sequanus Sequano Cardinali, his versibus composuit.

H. Quis cubat hic, modica? A. Magnus tellure sepultus?
A. Grandia cui celsos vela dabant titulos.
H. Cur pelagus vitæ sulcans, DVRATE secundis,
Inquit? A. Ne quondam nomina parta, cedant;
Clara illa imperio Carli, Regnoque Philippi,
Quorum consilijs præfuit arte potens,
H. Ergò manu clauum strinxit? nauimq; gubernans
Duruuit fatis? A. Insuperabilibus.
H. Adne diu? A. Decies septenos vixit in annos;
Sequanicíq; fuit gloria prima soli.
H. Quo capitur portu? A. cunctis quo meta laborum;
Seu pueri, iuuenes, his puerique senes.
Suffice Rex talem, dubijs qui duret in vndis,
Quas fera Rex sacris gens ciet atq; tibi.

NON grauabor inquam, vt si Friderico Emmanueli Campancio Antuerpiæ vrbis & Regij in Belgis Aerarij præfecto fortè placeat, fratri Germano benemerito, Antonio eidem Perenotto Granuellano, titulo sanctæ Sabinæ Præsbytero Cardinali, Archiepiscopo etiam Vesontino, hoc Epitaphium ponere, bene quidem: sin minus, saltem in hac Topographica atque Historica nostra Leonis Belgici Descriptione, Epitaphium exteri eius, cuius tàm crebra plurimis in locis, honestissimaque sit mentio,

NAM QVOD INTER AVRIACVM Principem & Cardinalem antea quidem amicissimos, orta sit postea contentio, indè contigisse tum facilè, animaduerti, cùm in Belgio adhuc Bruxellæ subsisterẽ. Auriacus enim Princeps, vel ipse in locum Sabaudiæ Ducis, qui regio nomine ab anno 1554 præfuit, inferioti Germaniæ Philippo Rege absente, succedere arbitrabatur: vel Lotharingiæ saltem Ducissam Christiernã cuius filiam vxorem ambiebat, Sabaudo substitui. Granuellanus autem, futuri præscius æstimator, illud quidem quà diligentia potuit, impediuit, ne scilicet gubernãte Auriaco, germanorum protestantium hoc pacto Confessio inuheretur in Belgium, hoc verò ita retardauit, vt Regi planè persuaserit Margarethã Parmæ Ducissam, Christiernæ multis nominibus esse præferendam; ne scilicet sub alis Lotharingicis, gallo pennæ succrescerent, quibus in Belgio obuolitaret. Hinc illud Auriaci, spe sua vtrinq; frustrati, in Cardinalem antè quidem latés, at postea patens odium, de quo plura in sequentibus. Nunc à Secularibus illis Proceribus X quibus præferebatur Auriacus, ad Ecclesiasticos veniamus XV. qui Cardinalem superiorem Antistitem in Belgio agnouerunt.

INDEX PERSONARVM PARTICVLARIS

ANTISTITES hoc eſt Archiepiſcopi tres, & Epiſcopi quindecim quibus Rex in Hiſpaniam diſcedens, Religionis alteram columnam fulciri atque in Belgicis ſuis ditionibus ſuſtinere voluit ſunt.

ANTONIVS PERENOTTVS.
Archiepiſcopus Mechlinienſis qui ſub ſe habuit alios ſex Epiſcopos.

j IPRENSEM Epiſcopum Martinum Rithouium, qui fuit Theologus ſacræ Theologiæ ſancti Petri Decanus Louanij, qui excellenti erditioni etiam laudatiſsimæ vitæ integritatem coniunxerat.

ij BRVGENSEm Epiſcopum Petrum Curtium Theologum qui Louanij Eccleſiæ B. Petri diu paſtor præfuerat.

iij GANDENSEM Epiſcopum, Cornelium Ianſenium Theologum Decanum ſancti Iacobi Louanij, qui Comentarios in concordiam Euangelicam, in prouerbia Salomonis, & paraphraſes in pſalmos conſcripſit.

iiij ANTVERPIENSEM Epiſcopum, Philippum Nigri, verum cùm antea moreretur quàm cõſtitui res poſſet, factum eſt vt Albano Duce Imperante, è Buſcoduco ſonnius vrbis Antuerpienſis Epiſcopus fieret.

v BVSCODVCENSEM Epiſcopum Franciſcum illum ſonnium, qui totum hoc Epiſcoporum nonorum inſtitutum Romæ ſollicitauit, legatumq. ſecum pontificis nomine in Belgium adduxit.

vj RVREMVNDENS: Epiſcopum Guilielmum Damaſi Lindanum, Theologum Louanienſem, qui multos in Lutheranos & Caluiniſtas libros edidit.

MAXIMILIANVS A BERGIS.
Archiepiſcopus Cameracenſis, qui ſub ſe habuit alios quatuor Epiſcopos.

i SAVDOMARI. Epiſcopum Gerardum Hamericourtium S. Bertini

ij ATREBATENSEM Epiſcopum Franciſcum Richardotum Burgundum, cui Epiſcopatui ceſſerat Cardinalis ille Granuellanus, Fuit hic Richardotus, facundus admodum, doctus, pius ac prudens.

iij TORNACENSEM Epiſcopum Carolum Croyum.

iiij NAMVRCENSEM Epiſcopum Antonium Hauetium dominicanum.

FRIDERICVS SCHENCK.
Archiepiſcopus Vltraiectenſis, qui ſub ſe habuit alios quinque Epiſcopos.

j DAVENTRIENSEM Epiſcopum, Fratrem AEgidium de monte Franciſcanum.

ij GRONINGENSEM Epiſcopum Ioannem Cnifium Franciſcanum.

iij LEUVVERDIENSEM Epiſcopum Conerum Petri à Brauershauen, qui Petro Curtio Louanij paſtor ſucceſſerat.

iiij HARLEMENSEM Epiſcopum, Nicolaum a Noua terra.

v MITTELBVRGENSEM Epiſcopum Nicolaum a Caſtro.

Poſt perſonarum hunc Indicem, tam Generalem quam particularem, ſequitur Index illo Locorum, cuius paulò antea in præfatione noſtra ad Lectorem ſupra mentionem fecimus, eiuſque vſum breuibus inter cætera explicauimus, nam quod ad tertium huius Deſcriptionis noſtræ Topographicæ atque Hiſtoriæ Indicem pertinet in Calcem libri diſtulimus.

Cum priuilegio
Andernach
Coblentz
Nassau
Wisbaden
Rhein
Mosel
Pfaltz
Mentz
Francfort
ABIT
VBIQVE

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

DE PHILIPPO II. HISPANIARVM REGE POTENTISSIMO, CVIVS LEONEM, BELGICVM TOPOGRAPHICE ATQVE HISTORICE DESCRIBIMVS.

PHILIPPVS CAROLI V. IMPERATORIS ROMANORUM Augusti Filius, in Hispania natus, Sextum decimum agens aetatis annum, à patre in Italiam naui gaturo, regno Hispaniarum est inauguratus. Posthac MAXIMILIANVS Rudolphi II. parens. Imperator Sacratissima memoria, Augusta proficiscitur in Hispanias, habens apud se Cardinalem Tridentinum, quò cùm peruenisset, in matrimonio ducta Caesaris Caroli Filia Maria Philippus 21. annorum iuuenis, euocatus à Patre in Belgium ad iter se comparat. Et relicto ibi patruele sororio Maximiliano, qui per suam absentiam Reipub. praesset, ventis vela dedit. Nouembriq; viceſima quinta Anni 1548. cum triremibus quinquaginta, totidemq; ferè nauibus onerariis Andrea Auria, qui Maximilianum transportauerat ductore, magna comitatus proceruin turba, & in his Albano Duce, & Cardinale Tridentino, Genuam appulit. Vbi magnificentissimè excipitur die Decembris altera, Octaua die, postquàm pecunia rebusque aliis ad profectionem terrestrem necessarijs, & donis cohonestatus discessisset, per Alexandriam atque Pauiam facto itinere Mediolanum venit, die Decembris decima nona; vbi passim ei erant positi triumphales arcus atq; statuae cum honorificis inscriptionibus. Ingredienti praestò fuerunt Sabaudiae Dux, Veneti, Florentini, Ferrarienses, & Senenses legati. Indè progreditur, & per Mantuam atq; Tridentū (quò vsque Mauricius Princeps ei procedit obuiam, & pro Landgrauio plurimùm orat, vt apud patrem velit intercedere, cum Philippus suam ea in re operam liberaliter esset pollicitus) facto itinere Augustam, deinde Spiram venit. Caesar aduenienti insignem equitatum Duce Arscotano in Germaniam vsque, honoris causſa obuiam misit. Postea per Luxemburgicum agrum ad Caesarem patrem contendit Carolum Imperatorem (cuius cum gratulatione summa, & ingenti quoq; Belgarum studio) Philippus Bruxellas ingressus, excipitur die Aprilis prima, anno aetatis suae 22. Qua deinde secuta est Aestas, ea ferè omnis, incredibilis ergà inuenem principem mirificis exhibendis pompis, liberalitate, consumpta est: dum is inaugurādi causa circumducitur à patre per Flandriam Hannoniam & Attrebates, illos in fidelitatem per iusiurandum adigens; Antuerpiam postea simul ambo redeunt sub Idus Septembris. Vidisses tùm amplissimas pompas (quas copiosè descripsit D. Alexandri Graphaei, hic Colonia aliquando commorantis Pater; adeò, vt non desint qui annuntiarint, solos Antuerpienses, in publica hac congratulatione, suprà centena tricena coronatorum aureorum millia expendisse. Adde, quid exteri etiam mercatores, Hispani, Itali, Germani, Anglietc. Item reliqua sanè quàm opulenta vrbes, pro sua quaq; virili & facultate Antuerpiam imitata, in huius principis gratiam insumpserint, postquàm amita MARIA comitante, reliquas etiam prouincias adiisset, ab iisque fidem accepisset.

16 21 22

IN GERMANIA, AD LEONIS ORIENTEM.

PHILIPPVS, vt Sacri Imperij Principibus cum prouincijs, quibus nuper inauguratus erat, sese quanto posset studio insinuaret, atq; amicitiam, coniunctionem, & vicinitatem coleret, foueret ac conseruaret,

23 à patre Carolo ex Hiſpanijs in Belgium euocatus, non ſolum antè inaugurationem Belgicam, per Germaniam iter ſuum inſtituere: verùm in eandem etiam Germaniam redire ex Belgio, atq; ibidem ſubſiſtere aliquamdiu, familiariterq; principibus innoteſcere voluit. Cumq; in Auguſtanis Comitijs in præſentia Philippi, à Cæſare Carolo, cum Ferdinando fratre Imperatore deſignato actum eſſet, de Philippo ſcilicet, in Imperij ſucceſſionem admittendo: Ferdinandum autem conſenſum Comitiorum, filiorumq; ſuorum, & præſertim Maximiliani Bohemiæ Regis per abſentiam deſignati, quem ex Hiſpanijs quoq; Ferdinãdum euocaſſet, dignitatem prætenderet, menſe Maio
24 exacto Anni 1551. Philippus, eodem Maximiliano comitatus, parentibus, Imperijq; principibus valedicto, diſcedens Vindelicia, ex Liguribus in ſuam Hiſpaniam tranſmittit.

IN ANGLIA AD LEONIS OCCIDENTEM.

27 AT QVE vt Angliæ quoq; Regnum ſibi deuinciret. Philippus ex Hiſpanijs cum Claſſe in Angliam appulit 19. Iulij, ætatis ſuæ Anno 27. Quarto poſt die Vintonium, vbi Regina Maria eum expectabat, ſub veſperum venit, ad ſummam, cum multa nobilium turba (in qua aderat & Dux Albanus) progreſſus adem, ab Epiſcopo Lincolnienſi illius, & quibuſdam proceribus alijs excipitur. Luce altera Reginam adit, familiariter diu multumq; cum ea collocutus. Porrò ſequenti die, ipſis feriis Iacobi, Hiſpanorum patroni, magnificentia regali nuptiæ celebrantur, inter Angliæ Reginam & Philippum, qui nuptiarum cauſa eidem Regina, Regnum Neapolitanum conceſſit. Atq; ita non ſuis ditionibus ſolum proſpexit: verum Angliam quoq;, qua Henrico & Eduardo regnantibus à Catholica Religione defecerat, cum principatum in eo Regno per Mariæ nuptias obtineret, Eccleſiæ, gremio reſtituit. Adeò, vt ſumus Pontifex 24. Decembris, poſt quàm audiſſet Angliam, qua multis nunc annis ab Eccleſia corpore ſeparata fuit & auulſa, per immenſam Dei miſericordiam Eccleſiæ communionem, & Romanæ Sedis obedientiam eſſe reductam, ſingulari quadam Philippi Regis & Mariæ coniugis diligentia, fide, ſtudio & opera, ſummam animi voluptatem perceperit, & gratias egerit Deo quàm maximas. Geſſit ſeſe Angliæ quoq; Regina, mariti proculdubio Philippi inſtinctu, media, in cauſa inter Cæſarem & Gallum: inſitq; inter Caletum, Ardeam, & Graueling am, Angliæ, Gallicæ, Burgundicæ ditionis oppida, veluti in triangulo poſita, locum deligi idoneum, & excauatis circùm foſſis, quatuor ibi domicilia conſtrui. Hunc igitur ad locum Maij 24. legati conuenerunt; à Cæſare quidem inter alios Atrebatenſis Epiſcopus: à Gallia autem Rege Lotharingiæ Cardinalis & Conneſtabilius: Ab Anglia Paciſcatores aderant, Polus, Comes Arondelus, atq; Pagetus. In litem vocabant Mediolani Principatus, Burgundia, Sabaudia, Pedemontium, Caſtra noua, Lotharingia, Luxemburgicus ager, Tullum, Verdunum, Metis, Ciuitates. Re diu multumq; diſceptata, cum inter alia etiam interceſſores Angli, quaſdam ex ijs controuerſijs, ad notionem Concilij referendas eſſe dicerent, nullatum re perfecta, diſceſſum eſt.

SVB finem Auguſti Philippus ex Anglia diuertens, in Belgium ad Cæſarem parentem venit Bruxellas, maximo cum procerum Anglorum Comitatu, vbi 8. Cal. Nouembris, Carolus eidem Philippo filio, euocatis adſe legatis, Prouinciarum, Dominorũ & Ciuitatum Burgundicæ domus, poteſtatem regendi & gubernandi terras ipſi ſubiectas vltrò tradidit, enarrans tum (ad eos qui aderant) labores ſuos & regni curas, idq; viua voce, & valdè oratoriè, graviter & copioſè. Finita oratione, Principis Auriaci humeris ſe ſuſtentans, ex conſpectu amplißimi Theatri abſceßit. Atq; ita ditiones omnes filio Philippo tradens Bruxellæ, Gandauum proficiſcitur Ca-
29 rolus V. quem, ibi in Zelandiam abeuntem, & ego vidi. Inde cum duabus ſororibus Eleonora & Maria, commodam nactus tempeſtatem in Hiſpaniam, vento admodum propitio nauigat in Septembri, anno Philippi ætatis 29. Quo tempore cum fames & in edia Germaniam inferiorem, ſiue Leonem ſuum, quem dicimus, Belgicum premeret, paternæ pietatis æmulator, aliundè curauit frumenta adportari in vſum multorum, Et idem ipſe ſuper 3000. pauperum, ſuis ſumptibus in ea fame aluit.

IN

IN GALLIA AD LEONIS MERIDIEM.

GALLVS quoq́, inuaſurus Neapolim, & Mediolanum tentaturus, Guiſium in Italiam miſit cum 12000. equitum, qui in tinere nonnihil laceſſiti, à Valentia vrbis incolis, eam hoſtiliter expugnarunt, præſidiumq́, firmiſſimum impoſuerunt; ea vrbs fœderata erat Philippo. Quo tempore alio Galli exercitu Artheſiam vexabant,
30 adeò, vt circa Epiphaniam alieniſſimo anni tempore Duacum fruſtrà, Lenſeum autem vrbem, vi ceperint, multa præda aſportata & oppido inflammato. Ita quinquennales Inducia vix integro ſeruata anno, reſciſſæ ſunt, & ſeuiſſimum de nouo bellum exarſit. Philippus autem (vt Leonis ſui poſteriores pedes fundamento firmaret) Philibertum Sabaudiæ Ducem, cum inſtructo exercitu miſit, qui in hoſtium terras irruens, tandem de improuiſo ad oppidum D. Quintini deflectit, caſtraq́, illic figit, & vrbem obſidet. Galliæ Rex eò mittit Annam Momerantium Conneſtablium cum 32 ſignis peditum Gallorum & 5000. equitum, & 14. maioribus tormentis. Eos Momerantius iubet leuibus prælijs diſtinere, ipſe interim in oppidum conatur alimenta innehere. Philibertus Dux, quem Philippus ſuis præfecerat, ad eos contendit, erant in eius exercitu præter alios equitum germanorum, circiter 10000. quorum ſinguli præter haſtas & gladios 4. aut 5. vel plures etiam ſclopetos, rotula circum actum ignem concipientes, geſtabant. Hi vnà cum alijs in Gallos irruunt. Galli equitatus tantum impetum ſuſtinere non ferentes, in fugam vertuntur, pedites turbatis ordinibus à philippicis ceduntur, plurimi capiuntur, reliqui abiectis armis ſeſe dedunt. Captiuorum ingens fuit numerus, & in ijs multorum Principum & Nobilium. Conneſtabilis ipſe captus eſt, vna cum filio ſuo. Captiui omnes ad Regem Philippum, qui nondum in caſtra venerat, perducti ſunt, ſigna militaria gallorum ferè omnia, atq́, tormenta, in eo certamine perierunt. Incidit hæc victoria in 4. Idus Auguſti. Aliquot diebus pòſt, Philippus Rex venit in caſtra, eò quòd ſeſe dedere Galli nollent, qui in S. Quintino erant, vrbs ipſa validè oppugnata, & die 26. Auguſti vi expugnata, & direpta eſt. In ipſa vrbe captus eſt Amiralus Franciæ, cum multis alijs nobilibus, & per Brugas tribus indè militaribus ad Eſcluſam Flandriæ fuit
31 abductus, Conneſtabilis autem cum filio in Caſtrum Gandenſe. Poſt hæc, Rex Galliæ, Duce Guiſio Theouillam locum munitiſſimum, multis ſuis deſideratâ expugnat; Luxemburgicum fruſtrà oppugnat. Alius verò Gallorum exercitus ad Graueling am à Philippicis partim deletus, partim caſus eſt, multa peditum & equitum vexilla Gallis ablata ſunt, & omnes machinæ, quas partim ex vrbibus nuper occupatis aſportabant, recuperatæ ſunt. Aliquot belli Duces, Comites, Nobiles, & 5. Gallici ordinis equites capti ſunt. Paulò pòſt Iulio menſe Dunckerca vi expugnatur & Gallorum ad 3000. cadunt ur. Egmondanus Comes huius prælij dux fuit ſtrenuiſſimus.

REX Galliæ mirum licet in modum debilitatus: reſumptis tamen viribus, ingentem denuò exercitum educit ad Ambianum, ſed cui Rex Hiſpaniarum ad oppidum Dorlanum caſtra tam valida oppoſuit, vt Henricum Francum ad aquas tandem pacis conditiones compulerit, eaſq́, noua cum ipſo affinitate cõtracta fundauerit. Atq́, hæc quidem de partibus Leonis, quoad Germaniam, Angliam, & Franciam extrinſecùs ſingillatim firmatis.

IN BELGIO, AD LEONIS AQVILONEM.

32 NVNC autem prompta ſunt arma foris (etiam amicorum atq́, vicinorum) niſi ſit Conſilium domi. Propterea Rex Philippus, ſuum antè diſceſſum in Hiſpaniam Leonem Belgicum, columnis voluit inſiſtere duabus: quarum vni Religio, alteri inniteretur authoritas Regia; hanc è medio tollere conati ſunt poſtea illi, qui ſub prætextu ſupremi Conſilij Status, ad ſe prouinciarum Regis Gubernatores primùm attraxerunt; pòſt eiuſdem Regis conſilium, priuatum, & Ærarij quod vocant finãciarum. Remotis interim ijs, qui pro ſuſtinenda Regia authoritate ſeſe oppoſuerunt; Illam aut euertere (Religionis intellige columnam) ſtuduerunt ij, qui deprauatu moribus, ignorantia atq́, erroris tenebris, oportunum à rege adhiberi remedium non paſſi, verùm potius reluctati ſunt, atq́, recalcitrarũt, contra ſaluberrima Regis ſui Decreta, Religioni atq́, Reip. Belgij accommodata: ne cùm Germaniæ, Angliæ, Franciæq́, domus proxima arderet; Belgium quoq́, incenderetur. Sed à tribus etiamnum ad hunc viuentibus, fœminini ſexus perſonis, narrationem auſpicemur.

LOCA	LEONIS BELGICI DESCRIPTIO	1559 TEMPORA
	QVONIAM in pacis conditionibus inter duos Reges compoſitis continebatur, vt Philippus Hiſpaniarum Rex Iſabellam primogenitam Henrici, Emanuel Philibertus Dux Sebaudiæ Margaritam ſororem eiuſdem Henrici ducerent in matrimoniũ. Philippus Albanũ Ducem mittit in Galliam, cũ Auriaco Principe, Comite Egmondano, Comite Hornenſi, multiſque alijs illuſtribus proceribus, vt regio nomine ſolennia matrimonij fiue ſponſalia cum Iſabella celebraret, qui in Galliam profectus, magno cum apparatu & regali magnificentia ab Henrico Rege excipitur.	1 6 Iunij.
	ADMITTITVR ad viſendas reginas Scotiæ, Iſabellam Hiſpaniæ, & Margaretam Henrici ſororem, cum quibus erat Dux Lotharingiæ. Albanus ſumma reuerentia vſus erga Hiſpaniarum Reginam, inter ſolennia, pompaſq; commoratur, donec Dux Sabaudiæ accederet, 2 qui expectabatur. Illo quoque in Galliam profecto, multa cũ magnificentia, regaliq; luxu, ac magno totius Galliæ concurſu ſponſalia Iſabellæ vxoris Philippi Regis celebrantur, confluentibus eò vndiq; principibus Galliæ, ob admirabilem incredibilemq; magnificentiam apparatuũ, quã Regis nomine Albanus vxori exhibuit. 3	2 13 Iunij.
	VBI ſtatutus acceſſit ſponſaliorum dies. Iſabella cum magna pompa ad maius, augustiſq; templum Lutetiæ Pariſiorum accidit, cui præcedebat Albanus, comitantibus Galliarum Regina & Margareta. Ferebat partem illam veſtis, quæ trahi ſolet Scotiæ Regina, & ſorores Iſabellæ; quàm ſubſequebatur Rex Scotiæ, & alij fratres, cum magno nobilium Gallorum globo. Epiſcopus Lutetiæ, qui ſacra celebrauit, inter ipſa ſacrificia celebrat etiam ſponſalia, atq; Albanus pro authoritate procuratoria, ceteras cæremonias exequitur.	
	SABAVDIÆ Dux quoq; per ſolennia ſponſalia Margheritam capit vxorem. 4 Inter cætera ludicra, quæ multa eo tempore per eas feſtiuitates facta fuerunt, nauis erat quædam eximiæ pulchritudinis, eaq; ſubiecta rotis tracta eſt in plateam, in qua vigiuti equites vehebantur, inter quos erat primogenitus Henrici ad carceres, intrà quos erat ab armatus e puppibus, in mutua vulnera cum lanceis concurrendum.	3 22 Iunij
5 Pariſijs	PER multarum itaq; tubarum, bellicorumq; inſtrumentorum ſonitum, inuitantur ac prouocantur 5 quicunq; velint inire ludicra certamina, quòd factum eſt per triduum. Fuerunt cum Henrico Rege propugnatores duces inſignes hi, Ferrarienſis, Neomagenſis Lotharingiæ, Ghuiſius, Duces, qui pugnam & controuerſiam defendebant, atque inter illa certamina, Henricus magna cum laude primo & ſecundo die decertauit. Multa lancea aduerſariorum obiectu à concurrentibus ſortiter ac minutim diſrumpuntur.	
	ATQVI cum iam tantùm certatum eſſet vltimo die, vt quiuis facilè poſſet ac quieſcere, fortuna, quæ ignaros rerum futurarum in ſuas calamitates inducit mortales, fecit vt Henricus videri cuperet feciſſe aliquid etiam Sabaudiæ Ducis cauſa, cum præſertim omnes Reginæ & Matronæ eſſent in ſpeculis, & pulcherrimum equum ab eo Duce dono accepiſſet. Neque profuit adeum auertendum ab his præliis, quod cum egregiè ſe geſſiſſet, Dux gratulatum miſit, & rogatum ſuo & Reginarum nomine, vt ab ijs certaminibus ceſſaret, & omnium eorum quos amicos putabat. Nam hoc ipſum & ab vxore & à multis proceribus præcamibus expetitum eſt propter nimios æſtus, pugnabatur enim ab Cal. Quintilis. ſed vrgente ita fortuna nihil impetratur. Fruſtrà hos ipſum & tã quàm prouidentes eius ſaluti conſulerent.	4 28 Iunij
	PVGNAT adhuc magna cum virtute & conſtantia per multum ſpacium temporis, cum eſſet denique ceſſaturus, neſcio quo impulſu, ceſſantibus cæteris omnibus, miſit 5 inuitatum Mongomerium Lorgium comitem, coſtudiæ ſuæ præfectum, iuuenem præualidum ac robuſtum, vt extremam lanceam mutuo concurſu infringeret.	5 9 Iulij.

1559. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA

LOCA

MONGOMERIVS excusatione vsus, modò quòd iam esset defessus, modò quod non haberet equum idoneum, quasi futura diuinaret, summa industria pugnam deuitat. At Henricus qui impellebatur incredibili desiderio, propè iratus vel inuitum iubet id facere. Demisso denique ferreo vultus integumento, currentibus equis, acceptoque signo cursus fiunt obuij. Rex in pectus validissimum ictum capit, fragmentum lanceæ non aptè alligato vultus integumento in vultum insilit, Oculus & sinciput tam grauiter, tantoque impetu concutitur, vt caput Regis ad carceres declinauerit, neque omninò consistere potuerit, quin laberetur. Vbi detracta sunt arma, vndique citatis equis, conuolant accersiti præstantissimi medici, inter quos fuit Andreas Vesalius, quem Philippus gener allato nuncio Bruxellam miserat Lutetiam, ad opem socero ferendam, qui cõspecta plaga, ob testulas & cuticulam cranei perdolatas concussasque, Vesalius, in Anatomis omnium qui ad hanc ætatẽ vixerint, mediocrium facilè Princeps, Chronium vulnus inquit, atque latiferum.

1 10 Iulij. — 10 1 Bruxella.

MONGOMERIVS humi prostratus, se nullo supplicio indignum exclamat. At Henricus, qui inuitum pugnare coegerat, omni venia dignũ iubet consurgere. Res dilata est præstantissimorum mediocrum opera in septimum Idus vsque Quintilis, sed tamen naturæ denique concessit, [1] cum summo totius Galliæ, multorumque Principum merore. consecuta est mors acerbissima & dolorũ plena, quomam manus & pedes formidabilem contractionem sunt passi.

PROPTER eius Regis mortem, tanta excitata sunt seditionum incendia in eo regno, tót tantæque controuersiæ, tãta ruina, vt omninò futura sint omni posteritati memorabiles, cum 4. filios reliquisset Henricus ac tres filias. Franciscus maior natu pro legibus successit in regnum. postquàm celebratis de more Gallorum regum exequijs, cum multa pompa & magnificentia eius patris cadauer in templum Dui Dionysij fuit comportatũ [2] die q. sequenti sepultũ [3] Celebrauit & Hispaniarum Rex Philippus Henrico exequias Gandaui in templo Sancti Michaelis. Quantumuis bonus ille Rex Henricus, dum viueret cum Auriaco Principe, secretiora quadam agitando, mitia in Belgium molimina videbatur, sub nescio cuius inquisitionis Hispanicæ prætextu, quemadmodum id non solũ Auriaci verba ex Apologia Gallicè edita in latinum huc trãslata, verùm etiam eventus ipse, postea satis apertè declarant. Sunt autem Auriaci verba quæ sequuntur.

2 12 Augusti — 8 1 Gandauũ

TEMPORE quo cum alijs quibusdam proceribus partim obsessi, partim procurando coniugio filiæ Regis Galliæ, eram in Gallijs, & Rex ipse mihi suis verbis exponeret, Ducem Albanum consilia agitare de extirpando ex Gallia Belgica, & toto orbe Christiano, quotquot Religionis essent suspecti. Idemque Rex ille arbitratus me cui pacis ineundæ authoritatem datam, & alias res maximi ponderis creditas videret, illarum item esse partium) intima Regis Hispanorum ac Ducis Albani consilia aperiret, atque ego (vt Regi de me opinionem tuerer, quam imminutum iri videbam, si quid me celatum Rex sensisset) starim spondissem, vt cũ me secretorũ participem Rex putaret, fusè copioseque me cum differeret, ex quo totam rationem consiliorum inquisitionis Hispanicæ facilè intelligerem.

3 13 Augusti

FATEOR me, cùm hæc audirem (inquit Auriacus) eo dolore fuisse percitum, ea miseriæ cordia commotum, ergà tàm infinitam multitudinem innocentissimorum hominum, quos mortis denotos videbam, & maximè ergà hasce (Belgij scilicet) regiones, quibus tot nominibus eram deuinctus, in quam inquisitionem, ipsa Hispanica crudelitas inuehere niterentur, imò casses tenderent, quibus nobilitatem iuxtà ac plebem implicarent, vt quos Hispani, eorumque assecla alijs artibus circumuenire nequissent, his plagis irretitos caperent, quibus se expedire nullo modo potuissent, cùm, si vel obliquis oculis simulachrũ aspexissent, sat caussæ fuerit futurum quamobrem viuus cremarentur.

5 [illegible] Parisijs.

CVM

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1559.

LOCA

TEMPORA

CVM hæc (pergit Auriacus) audirem, fateor me tum ſedulò agere cepiſſe, vt peſtis illa Hiſpanica regionibus hiſce (belgicis) ejiceretur, nec me adeò facti pœnitet, vt exiſtimem me meoſque collegas omnes, quotquot pulcherrimum hoc facinus mecum ſunt aggreſſi, gloriam meruiſſe immortalem, cuique ad ſummum cumulum nihil addi potuiſſet, ſi quemadmodum ejiciendi eos rationem inuenimus, ſic redditus illis ſtem omnem interclusiſſimus.

5 ſ Paris.

DICAM amplius (inquit Auriacus) nec recuſo quin Conſilium Hiſpanicum, atque adeò totus orbis intelligat, ſi ordinis equeſtris collega mei, & Concilium ſtatus, conſilia mecum iungere maluiſſent, quam animos ſuos viles habere, atque Hiſpano proijcere, non fortunis modò, ſed corporibus noſtris reditum Albano ex Hiſpanijs in Belgium interclusiſſemus, &c. Falluntur (addit Auriacus) qui me arbitrantur negotium hoc tum demum ſuſcepiſſe, poſtquàm regiones hæſce reliquerunt Hiſpani, nam tum maximè id agebam cum in Gallia cum Rege venarer, & Hiſpani adhuc in Belgio eſſent. [1] Hactenus Princeps Auriacus perſonas, & cauſas turbarum in Belgio ſequentium, non obſcurè videtur attigiſſe. Nunc, quomodo pòſt reditum ex Gallijs à Rege Henrico (quem mortuum non multo pòſt [3] ſecutus eſt moriens [2] Paulus 4. ſummus pontifex) in Belgio rem promouerit, breuibus audiamus.

1 7. 9. Auguſti.

CVM viderem (inquis princeps) malum eò excreuiſſe, vt non iam ignibus tantum ſeuiretur in miſeros homines, qui ſe vſtulari patiebantur: ſed murmur etiam & offenſionẽ audirem plerasq; nobilitatis & è plebe primorum, non potui, quin pro fide Sacramenti, quo me Belgio obligaram, peterem ab equeſtris ordinis collegis meis, & præcipuis ſecretioris Conſilij Senatoribus; vt, Hochſtratam conuenire vellent, eo Conſilio, vt ipſis aperirem, eo diſcriminis deductam Rempublicam, vt belli ciuilis diſcrimen immineret: Cui rei vnicum eſſet remedium, ſi nos (qui pro ratione honorũ ac dignitatum ſummam de Republica conſtituendæ authoritatem haberemus) negotium caperemus, eiq; medicinam tam ferremus, quã ei Reip. maxime conferre arbitraremur, ſummaq; cura cauremus, me mãcipia (quæ vocat) Cardinalitia, quæq; præter ſanguinẽ, exilia, proſcriptiones honorũ, breuiter vulnera ac cædes nihil ſpirarent, manum negotio admouerent, ſine quo declinari interitus reipublicæ non poſſet. Sin autem, non defore ijs, quos iam diuturna iſtius vſtulationis pigeret ducem, qui prohibere eam niteretur. Sciebat enim Princeps Auriacus, Germaniæ Principum illuſtriorum nonnullos, vt Palatinum, Saxonem, Brandeburgicum, Heſſum, VVirtembergicum, &c. pro illis interpellaſſe, apud Franciæ quoque Regem, communeſque literas ad eum dediſſe, in fauorem eorum, qui nouam in Gallia præter Catholicã religionem moliebantur: ſciebat præterea, ſe non tantum cum ijſdem Germaniæ, verum etiam quibuſdam Galliæ principibus eius farinæ ac religionis hominibus, ſecretò conueniſſe. Propterea & angue peius Granuellanum, poſtea Cardinalem factum, odit, & eius aſſeclas, quos mancipia vel ob id Cardinalitia appellat. Nam, cum de pace iam dicta, inter Galliarum Hiſpaniarumq; Reges ageretur, Idem Granuellanus (propter diuturnam Carolo Cæſari præſtitam in Germania & alibi nemini non cognitus) apud Cardinalem Lotharenum (hic enim duobus internuntijs pontificijs, duo illi Reges vtebantur) conqueſtus erat, Galliam Lutheranis grauiter impectam, illamq; luem ad optimates vſq; pertigiſſe, & quidem Andelotium Amiralio Caſtilenæo fratri librum miſiſſe, quo miſſa grauiter damnaretur. Hunc Granuelli ſermonem Cardinalis Lotharingiæ ad Regem deferens effecit, vt Andelotius pro Religionis cauſa captus, cuſtodiæ traderetur. Quemadmodum poſtea Pariſijs ex magno quoq; Conſilio, Gallia quod parlamentum appellant, quidam præcipui ob religionis diuerſitatem capiuntur, inter quos erat Annas BVRGEVS vnus. Adeo, vt conuocato cætu Regis ibidem procurator dixerit; Contrarias ſibi inuicem atque repugnantes Sententias in Religionis cauſa in Senatu nuper eſſe compertas.

10 h Hochſtraten.

2 13 Auguſti

3 18 Auguſt



Poſtulabat itaque, vt in poſterum conformes ea de re ſententiæ haberentur. At variè etiam tum & in præſentia regis extiterunt Sententiæ, quidam enim, pœnas exilio mitigandas: quidam antequàm quicquam ſtatueretur, videndum, an ij, qui pro hereticis habiti eſſent, ſint reuera hereticiʔ id quod non niſi per concilium à Rege conuocandum, fieri poſſe exiſtimabant, interea pœnas omnino intermittendas. Annas Burgeus, ille quem dixi, periculum eſſe addit, ne dum temerariè illi vt hereticis condemnantur, innocentes quoque condemnentur, Eos habere rationes probabiles, quibus ſuam doctrinam tueantur, vitam ipſorum non poſſe culpari, imò viſos eſſe à Senatu, Deum orare ardentibus animis, ipſorum conſtantiam oſtendere, non eos tales eſſe, hereticos videlicet, qui vulgò dicantur. Hæc & ſimilia in conuentu mercurialis parlamenti pariſini propoſita, ſed non impunè ab Anna Burgeo, vt infrà dicetur. Nunc ad Principem Auriacum reuertamur. Hic quanquam, vt eos (inquit) in ſententiam noſtram traherem multa ſanè in medium adferrem, adijceremque ad eam amicitiam, quæ nobis intercederet inter nos: ſententiam Leuiri mei, Comitis Schvvartzenburgij, & Domini Georgij van Hol, quorum apud nobilitatem noſtram ſumma tum erat authoritas &c. nihil tamen impetrare poteram, nec aliud conuentu illo eſt actum, quàm quòd teſtatum orbi terrarum facerem, me, cùm multò ante malum hoc quo nunc conflictamur prævidiſſem, anticipandi eius, aut tendique remedia quæſiuiſſe.

10 m Mechlin.

HÆC Principis Auriaci verba ex Gallico in latinum translata quoque in Gallia conuentu dicta actaque ſunt præmittere volui, huic Leonis Belgici noſtræ deſcriptioni, ne lectorem ignorare contingeret, Gallo, atque Alenconio maximè, vt ſuo loco videbitur, a multò iam tempore, Belgium in abſentia Regis Philippi (de cuius diſceſſu paulo poſt etiam dicemus) inuadendi, viam munitam eſſe promptiorem, quàm ante patebat Henrico 2. patri, & auo Franciſco primo, qui actiones ſuas, omnes omneque ſtudium in eum ſolum finem collimaſſe videbantur. Sed quàm fœliciter, Hiſtoriæ teſtantur præteritorum, de præſentibus loquitur hæc noſtra deſcriptio, de futuris autem necdum eſt determinata veritas. Vt tamen apertius res liqueret, Gallica etiam de eum Belgicis tractare, in hac recitata noſtræ editione Leonis Belgici tractare inſtituimus. Nunc ad propoſitum.

11 n Camera.

1
20 Aug.

PHILIPPVS Hiſpaniarum Rex, huius tempeſtatis Princeps non tantum potentiſſimus, ſed etiam rebuſque geſtis clariſſimus, pacis & iuſtitiæ ſtudioſiſſimus, cùm Catholicæ Romanæ Religionis eſſet obſeruantiſſimus, eiuſque propagator & illuſtrator maximus, non tam Angliam (quæ Henrico & Eduardo regnantibus à Catholica Religione defecerat) quàm principatum in eo regno per Mariæ nuptias obtineret, Eccleſiæ gremio reſtituit, tres ibidem Archiepiſcopatus, Mechlinienſem ſcilicet, Cameracenſem & Vltraiectenſem erexit. MECHLINIENSI ſubeſſe voluit Epiſcopos Antuerpienſem, Buſcoducenſem, Ruremundanum, Gandenſem, Bergenſem & Tprenſem: Cameracenſi verò Atrebatenſem, Tornacenſem, S. Audomari, & Namurcenſem: Vltraiectino verò, Epiſcopos Harlemenſem, Middelburgenſem, Leovvardienſem, Groningenſem, Dauentrienſem, viros lectiſſimos, quibus virtute doctrinaque præſtantiſſimis, loca atque Dioceſes huiuſmodi regenda dedit, conſentiente hoc ante à Paulo 4. ſummo Pontifice, apud quem regio nomine tum agebat D. Franciſcus Sonnius poſtea Buſcoducenſium, nec non Antuerpienſium Epiſcopus.

8 l Gandauũ

REX Idem, ordinibus Gandaui generatim coactis, Hiſpanos Belgio excedere iuſſit ad poſtulationem ordinum, maximè verò Principis illius Auriaci, Comitis Egmondani, aliorumque Belgij procerum, qui commemoratis fideliter præſtitis in præſentia Regis, officijs, idem ſe facturos in abſentia, iuramento ſanctè promiſerunt. modo efficiat, vt dimiſſis Hiſpanis, vrbes limites ac caſtella præſidio obtinerentur ab ijs, qui in Belgio geniti eſſent. multaq; alia tum ordines ad Regem retulerunt, quæ non ita benè tùm accipiebantur.

12 f Vltraiectum.

DE

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1559

LOCA

TEMPORA

DE MARGARETHA AVSTRIACA PRIMAS POST DISCESSVM REGIS VICES

GERENTE

12 8 9 13 21 7 5.

8 l Vliſsingē.

1 30 Augu.

MARGARETHAM Auſtriacam Parmæ &c. Heroam ex Italia cunctè aliquot menſes Philippus accerſiſſet, tandem extrà Gandauū ei aduenienti magnificentiſsimo omnium Belgij procerum comitatu ſtipatus obuiam Rex equitans, honorificentiſsimè excepit, eamque cum ſummo imperio Belgicæ adminiſtrationi præfecit. Dūque Rex bello ſolutus ibidem Gandaui primaria in vrbe Flandriæ ſuorū pace victoriiſq; exultantium animis recreatis, [1] equitum auræi velleris numerum auxit, Rege Franciſco 2. Gallorum in eorum ordinem computato, vnà cū Guidobaldo Duce Vrbino, Philippo Momorancio Domino Aſchincourtio, Gulielmo Croyo, Marchione Rentino, Florētio Momorancio Domino Montignio, Philippo Comite Lignio, Carolo Lanoio Principe Sulmonio: Anthonio Lalainio Comite Hocſtratano, Marco Antonio Columna, Barone Henhaſſenio, & Dommo Turconio. Et compoſito vndique ſtatu Belgico, nactus commodam tempeſtatem, Vliſsinga ſoluens, eadem penè via qua venerat antea, in Hiſpaniā renauigauit. Cuius optatis fortuna conſtanter reſpondit, quippe paucis diebus Laretum Cantabrorum municipium, vno cōtinenter afflante Aquilone, eoque ſecundo appulit, poſtea vix vno die interpoſito tanta exorta eſt tempeſtas, vt multos dies perduraueris, qua ſi claſſem illam retardaſſet, magno in diſcrimine poſita erat ſalus vniuerſæ propè nobilitatis Hiſpanicæ: interim Anſtriaca Gubernatrix Bruxellas proficiſcitur. [2]

10 l Bruxella.

FRANCISCVS Gallorum Rex, in auiti regni poſſeſsionem, legitimo hæreditatis iure ſuccedens, comitantibus non paucis viris principibus, & alijs nobilibus propè infinitis Remos contendit, [3] ibique præeunte Cardinale Lotharingico Remorum Archipreſule, Rex Gallorum ſacro ſancto oleo inungitur, [4] proque cæterorum regum conſuetudine coronatur, [5] at non cum ſolita pompæ magnitudine, vt parceretur tàm afflictis præcipuè ſubditis, atque exhauſto ærario propter diuturnos ſumptus ſuperiorum bellorū. Poſtea & ipſe facit equites Sancti Michaelis, & in eum ordinem Philippum Regem, ad ſignificationem gratitudinis & maioris beneuolentiæ, cooptauit. [6]

9 ſ Rems.

FVIT Burgæus ille de quo ante dixi, magnum quidem apud eruditos ingenij doctrinæque cauſſa nomen conſecutus, honeſta amplaque honorum atque facultatum fortuna: luculentiore illū etiam atque illuſtriore conditione, qualem mundus optaret haud dubiè manente, ſed maiores honores, prætextu nouæ Religionis ambiens, Caluiniſmi errore obcecatus Eccleſiæ Catholicæ bellum indixit, liberiùſque coram Rege locutus eiuſdem mandato in carcerem coniectus coram Epiſcopo Pariſino & Democharе fidei Inquiſitore tanquam iudicibus cadens, hoc ſenatuſconſulto tandem condemnatur. Burgæus hæreſeos reus peractus igni crematur eiuſque corpus in cineres redigitur. Atque ad locum ſupplicij ducitur.

2 26 Augu.

Wie Königliche Maiestat.. Ist seine gnad vom tod entfangen. Das er
Anetz da Borne gefangen hatt: Gleichwoll ist die sentenz ergangen, Demnach
3 Anno Dñi M. D. L IX.

Solch brennen vnd hangen... *Gefarbeit wirde mit menschen bloit.*
Frandtreich beengst mit nodt. *Verliert sei flair vnd groſses goit.*
XXI Decembris.

TEMPORA

LOCA

EGO ideo in ignem mittor, quod noluerim agnoſcere iuſtitiam, gratiam, ſanctificationem, meritum, interceßionem, ſatisfactionem & ſalutem, non alibi ſitã, quàm in Chriſto. Hæc eſt meæ mortis cauſſa, quòd puram Euangelij doctrinam amplector. Extinguite, veſtros ignes, redite ad Dominum, vera vitæ nouitate, vt veſtra peccata aboleantur iniquus derelinquat viam ſuam, & Dominus illius inſcribitur, hæc vos meditamini, ego ad mortem pergo.

1 Septẽbr.

POSTEA à carnifice vincitur, Pluſminus verò ſexcenti homines armati illum circũſtipabant, totaque vrbs Pariſienſis, ne tumultus excitetur, armis munitur, viæ quà ad plateas itur, obſtruuntur, armati frequentibus in locis imponuntur. Vbi in forum Greueum ad ſupplicij locum venit ad populum conuerſus etiam dixiſſe ſcribitur. Non ego (inquiens) hic ſum vt latro, aut homicida, ſed tantum Euangelij cauſa, quod an verùm ſit, aliorum eſto iudicium, hoc ſaltem conſtat ijs, quæ ob religionis Catholicæ contemptum ad huiuſmodi ſupplicium adducuntur lingua præcidi ſolere, ne quid ſcandali inde ad populum deriuaret. atque ita vti vides ſtrangulatus in ignem conijcitur nouus ille in Gallia Caluiniſmi aſſertor. Perſcripſerat ex Germania pro Burgæo inter alios multos illuſtres viros, etiam Fridericus Princeps Elector Palatinus Rheni ad Regem quàm ſtudioſiſſimè. In Gallia verò Condæus, & Royenſis Condæi ſocer, cum Amiralio apud Reginam quoque interpellant pro nouiter in Francia contra Catholicam erecta eccleſia, cuius antiſignanus cupiebat eſſe Burgæus ille, Quæ mirificum ſimulat de huiuſmodi nouatoribus

2 17 Septẽb.

tuendis ſtudium, quaſi ingenti quadam illorum calamitatibus miſericordia tangeretur. Petit itaque colloquium etiam cum paſtore Caluiniſtico. ſed euentus poſtea oſtendit hæc à Regina eò acta, vt nouatorum illorum conſilia ſubolfaceret. & Condæi cæterorumque Optimatum, quos Guiſijs repugnare intelligebat, rationem habere videretur, atque ita vtriuſque partis homines ſibi obligatos teneret. Hinc igitur ad Burgæi cauſam planè nihil, qui Senatuſconſulto ſatisfaciens ſtrangulatus, & in ignem conjectus eſt, vt hereticus, Alijs ad exemplum. Socij autem Burgæi Senatores Ludouicus Faurus, & Funæus, qui cum Foixio poſteo poſtea cumque alijs nonnullis capti fuerant, ad ſaniorem mentem redeuntes, hæreſim deteſtantes, liberati ſunt.

Paris.

REX tandem nouis Edictis, vetuit, ne qui poſthac clandeſtini cœtus haberentur: qui interfuerit, ei capitalis pœna indicta, delatoribus dimidia pars bonorum oblata & noua inſuper præmia conſtituta, nouæque pœnæ hereticis ſubindè renouatæ &c. Regina per Amiralium, Conneſtabilem rogat, vt Francisco Guiſio Magni-magiſtri officium gerenti, (quo iam pridem potitus erat Conneſtabilis illud minus cedat, & Marſcallatũ filio polliceatur, Conneſtabilis conditionem accepit. Nauarræo legatio de noua Hiſpaniæ Regina Elizabetha affertur eique comites adduntur Carolus Borbonius Cardinalis fratre, & Rupeſurrenius, ita vt Guiſijs ſum Regina ſumma adminiſtrationis relinqueretur, in Gallia perinde vt in Belgio Cardinali Granuellano & Paamenſi Margaretha Auſtriacæ gubernatio Belgij Sed ermultis intolerabilis erat huiuſmodi potentia ijs maxime qui contra omnes leges factum eſſe aiebant vt illi velut, extranei ac peregrini ad miniſtrationem regni tenerent, cum illa potius ad principes regie ſtirpis homines pertineat.

ORIGO TVMVLTVVM IN GALLIA & inferiori Germania.

3 18 Septẽb.

4 29 Septẽb.

CONSVLTI itaq. hac de re noui Theologi & Iuriſperiti Gallia & Germaniæ Reſponderunt, legitimè licere vim opponere peregrinorum adminiſtrationi, dummodò intercederet authoritas principum Regiæ ſtirpis, Elaborandum itaque eſſe, vt Franciſcus Guiſius. & Cardinalis Lotharenus frater (qui rerum ſummam vſurpent) capiantur, & ab adminiſtratione dimoueantur.

RES

LOCA

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1560. TEMPORA

RES in Gallia ad Cudanum Principium? ut in Bibliopolis ad Auriacum Principem deferretur. Renatulus cardinalis nihil tam quam Legato fuisse Cudano authoritas, et in tanto negotio cui nomine tem gerebat, iuvisse andetes ab omnibus sanctior, Principis Cudani nomen obtinet modus, locus tempus conuenienti designatur, adiunctus habebat Renatulus fere vnus quatuor consiliis ad res gerendas vtentur, & trigesima militares rotas, qui eidem ad bellica ausa ad minus tutiores profuturum, ita illi rem gnaviter capessunt: milites cuiuscunque, arma peculiaria que expediunt, omnia incredibili diligentia administrant tandem, Ambasciani quo fit rex, Francisco pul celebrem hic apud Xhe mos inaugurationem mala comitata contulit: properant Cudsbrianum quidam ita refectedi cum fois ad vicum quendā, NOT. AM. vbi Renatulus indubitia ad quingentos equites congregat, Sauferroijs quidam ex Regis fal si mis rem continuā Ambasiano remouisse.

10 f Reims.

NOZAEVM Neuersius Dux insipiendi cau sa cum expediti militibus mittitur, qui vbi per omnes ffe Tallogia à cum illi petit. Quarti qua cardines addu ces fel- lent se Gallis laudem crib et omnibus nota erig à Tua Regis fidelitatis? Respondent per Cathelinarum. Nihil fe velle tuara Regium „Mat ambitum milit: armatas ? esse ad Regem regnū, Rotum tandem contra Pranden tarum, quas in Regis Regni, pernicies quid am molientur. Scriuer bas perturbationes fidelium impromis fidei deorum nomen velle retinere (nota fondolum Il ad qua vultibus etiam Belgica pofteaveha- tur, Fidelibus Roy (usfques à porter la bellicis)

EXCIPIT Neuersius, Missime fidelibum decere cum armis ad Principem fuum accedere. illi Arma fua eo contra Regem fed contra Gallos, veros ipsius hostes, compa ras replicarent, se ficiu ij ad iuuandā Regem (vbi practudent, si fide eundem ad regium suum Maiestatem perfuasum, fu debita ad Iuuentem ac tenuissim tribuere curam & Vellica. His vltis citroque habitis formu bus, illos oranse dare statque Neuersius si se in suum patrocinium fidemque tradant, nihil detrimenti accepturos, atque Regem, fibi armis accessures, tandem perfuasit illi mises fe in illius manus dedant, sesque ita ar id debiasa ff.

10 l Bruxella.

EXTAT enim scriptum Galli cuiusdam, in quo inter cætera referitur, Geneua initia fuisse conjiliorum, debere in Rege Francisco, Regina veste „Maria Vata, Regina mater Francisci, & tres liberi, proceribus, hostis „Maiestatem ad certam diem conuocandis loca prærogatiua trucida dis, atque eius conspiratianis Theodorum Bez. an Principis, in Calvinum authorem, Ottomā enim subiugaturum, ipsi animos sua firem, omnesque Gallas Lanfas fuisse confcius. ex quibus illi qui Ambasiam Neuersium sensus venerant, in vinculis conjiciuntur, ac literæ ex Regis „Maiestatis vindicatæ fuerint.

SEQUENTI die turma pedum, qui vti accidisse signata, Ambasiam per nemora, conuocabit ad tumultique ab equitatu circumuenti ac capti, Tertio die, equitum turma tuisum militum progressu Chandos nobiles conscium dudu primū luce ad Ambasiam ex iis partes venire, id dicti audiuere variis, huc atque illuc dispersi fuga, ita deprehensos, aut, impediuus eft horum die cunctus.

RENATVS qui Bredera dum Renatuli Brederodij filium in Belgium mos fabricatum mittere ad Ambasiam, vocatur vt in suis palatijs in vnum cogeret. Dumque hic multi tur in dutes, ariorum equitem pardi illum non occurrit, qui in eum tormenti globulum emittit, vi ris tamen illo, ab eodem occidisse, Renatulus vero ab adstante milite equestris illius famulo, ut ui mendi ictu lethaliter vulneratur, quem tamen antequam moreretur, idem Renatulus gladio confodiem occasit; qui eodem vulnere oppressus, mox etiam occubuit. Delatum Cadaver illius Renatuli Ambasiam dunque vna famuli cum: quos ij vnus, vt vivam sua redimeret, omnia conatus illius confilia perfacit. Cadaver fulgentium

Digitized by Google

Digitized by Google

1560. TEMPORA

TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

LOCA

hac tenus Renaudius Rebellum Dux, Seditionis author, pisfin quatuor partes disiungitur magis loco, quoque ad panem cerua ipsum. Confer hoc, qua alia sunt Bruxellis 5 Aprilis 1566 & 1581. de quibus infra.

1 2 Ianuarij. Rex nuncijatis ijs paulo ante tubarum Angelus Medicæus Medicis interfici, Papa Pius sex mox anno & Pius 4 datus, hortatus est, ut agerent animi. Hic in Belgica Britannia magnifices de nouo, indicum Ytherianum apostolum ecclesiæ legatum 11 alios creauit, & Michaelem 24 Arbonij in Canonicum ac Ib. 8. cap. 10 Louaniensem, Nec hareses in Gallia ea iam ætate, ut per eas regnum Gallicum tranquillitate animi vexaretur, tamen Caluinistæ in Nori, & Sabaudia, Michaelis Hospitalis Cancellarius de Loo, Ioannes Gilen, Petrus de Corte, Ioannes Vrsinus & Simon Hermius, tanquam hæreticis iam confessis.

10 1 Louanij.

IN Sicilia etiam optimates cum maxima populi multitudine panitiis ingens excitæ fremitus, & insurgentes, aduersus omnes, Ecclesiæ Catholicæ cultus diuinos ac ceremonias profligantes, eo quod Rex Catholicus omnibus ad eum quatuor millia, quibus præerat Troiæ, cui adiungitur Episcopus, emittere sic pro libet animo, hoc parebat eius iussis ea omnia, quæ ego quotidiana illa ea fuisse vidi, & audiui, quæ, & quæ ab eius ministris indigne fiebant. Ad regiæ regnum Italiæ Ambianum adeuntes eos quamplurimi antiqua bona, vi pleni: hac religionis causa iuuenum malæ etiam ex animo existentes, paucis quidem post ipsis transmittere.

8 m Atii

QVARTO libenter atque alacriter Regina & auxilium promisit & dedit, Nam post Maria, soror Elisabetha mortem, Gallis & titulo & iure regina Anglorum regnis ejusmodi Scotia Regina Stuarta, (quam e medio tulit pem. 8 Februarij 1586 vi, fraudeque in hoc Anglorum legimus hereditatem, inquit sui quod reliqua eodem Elisabetha regnet, ad Gallia regem debac miseria liberata expectabat, bel unque adeo dematurata, hoc Regina fretu audio Scoti, Gallicis viris in fidimere, ut maximos damni allatis, non tantas angustias ea sperent, vt, nisi pater vi fuis ac ingenio Elisabetha allum tam maxime rederetur, sanctissimi pacis conditionis & capita haud ita tum hac fore quæ inquiunt.

4 9 Ambiens.

1. Re Francia Regem pollicitus aut insignibus, aut insulam Britannicam vel Hiberniæ demum gloriantem quia de corruptis locis non a meipso fer, ad summum ea erunt, ne cuius animorum. 2. Regnum Scotiæ pacificus a duobus vicinis & amplissima quæ que familia delectis, adminiftrarent, quorum sapiens Regina arbitrio, reliqui sidem volu tate tenentes, cum Terra chia coeuntur & unianam, dominium que recipiat Francia ne recurdi eam quidem, cui compensa Scotia sed in Iam interpretaretur. 3. Vim conclusam, vnde aliquando deuolet, magistratus quibus reflituere tur classique in pafforum Gallis ejus Scotorum curia. 4. Satis quo fas vel militum ad arbitrium cervorum Scotia transcendere. Est annos ab 2 paulo post ipsa quæ sunt) 4 Præsidia Gallicana ei suum omnia ex peninsula transmittere, in eam cohortium, tam virorum militia, qui duas ad arces hoc tempore tenendas ex his propediem ex ea populis cogere obuere iter. Senatus tamen in quibusdam, vi cibus, parcitetur. 5. Ne cum Scotia vel hac maxime ex vitam in Scotiam, ijs consentit Senatus, Gallis restituere Leges. Quod ad Iuram Religionis & Iudicia propinquarum inter, expediendum, ipsi tum prout satis indicetur.

Scotia

5 1 Martij.

AT QVE hac pacto quidem Rex Francia tranquillum tempore inuenit, nisi tanta causa vnaria dicta, cecidit, qua interim non minimum eius auxilium ejus sui & quod Regni appetebat, Rex Francia, ipsum amitteret.

PROFICISCITVR

Digitized by Google

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

LOCA

TEMPOR

1560

PROFICISCITVR de eiuſdem Regis mandatu ad Senatum Paraſinum Conneſtabilis, ac rem totam de Ambaxiano iam dicto tumultu exponit: Guiſiorumq, in eo ſedando laudat, vt qui perſuaſum omnibus eſſe volebant diligentiã Coniurationem illã eſſe non tàm in Guiſiorum, quàm in ipſius Regis, regnique perniciem ſtructam ac compoſitam, quò deleta regni forma, Democratia ac popularis gubernationis ſtatus conſtitueretur.

5 1 Pariſijs

REX, miſſo reſcripto, veniam omnibus ob Relig: actis condonat dicens. Nolle ſe primum ſui regni annum, ſuorum ſubiectorum, quamuis id commeritorum, miſeris cædibus inſignem: ſe malle patris cæleſtis exemplò, bonitate & miſericordia, quàm ſeueritate & pœnis ſuos retinere: 1 1 Martij.

SE ergò omnes ſuperiorum culparum pro Religionis cauſſa pœnis condonare, & generalem veniam tribuere: ea tamen lege, vt qui hoc beneficio frueretur, Catholicè, cum reliquis viueret. Statuit etiam Rex, vt Priuati Conſulij virium, & ordinis Equitum cõuentus, de conquirendis ad ſedandas perturbationes mediis, propediem Fontis-bellaquæi haberentur.

REGINA Regis mater, & vtriuſq, partis homines ſoueret, vt vtrinque decerperet quod ſibi eſſet vſui, Amiralium in aulam accerſit, cuius fide ſe maximè innixi teſtatur. Rogat illum, vt quid de cauſis turbarũ, & de remedijs ſentiret ſibi liberè explicaret, quod nullo periculo ſuo poſſet. ILLE cauſas eſſe ait. Et quod infinitis ſupplicijs aduerſus Religionem ſeuiretur: & quod principibus Regiæ ſtirpis, & cæteris verè Gallis non ſuus honos tribueretur, illas eſſe turbarum cauſas. Hæc remedia, Si vnicuique libertas conſcientiæ relinquæretur, atque hac de re liberum Concilium cogeretur: & ſi ex antiquis legibus comitiorum authoritate Regnum adminiſtraretur: ſuus honos vnicuique tribueretur. Venit etiam in Aulam Princeps Condæus, ſicuti ſuis erat pollicitus, vt exequi conaretur conſilium, cum ijs initum, de Cardinale Lotharęno eiuſque fratre Guiſio Duce eijciendo, omnem autem rem mirè obtegebat, ne illi apertum crearetur periculum. 2 15 Martij.

EADEM Regina de Amiralij ratione cauſarum remediorumque necdum contenta, vocat & Planchæum quendam Conneſtabili familiarem ad ſe, eique (latitante interea Cardinale Lotharęno pòſt tapeta) ſignificat, ſe idcircò illum eò vocaſſe, quòd perſuaſa eſſet de illius prudentia: atque adeò perturbationum, quibus Regnum eo tùm tempore grauiſſimè involueretur, cauſas & remedia ab eo quiret intelligere. Planchæus res periculoſæ onus primùm detrectare: & ignorantiam cauſari: videbatur. at cùm vrgeret Regina, teſtatus eſt, eaſdẽ cauſas, eademque remedia, quæ Amiralius dimiſſus demùm vocatur, vt ſuperioris illius coniurationis duces, atque authores iudicaret: qui cùm de coniuratione illa nihil ſe ſcire affirmaret, iubetur in carcerem abduci, indè tamen perendie eductus eſt.

ALII verò, qui, vt anteà diximus, capti fuere, varijs modis cæſi, alij capite truncati, 2 alij ad arcis feneſtras ſuſpenſi, alij in fluuium proiecti. Erat inter alios & Caſtelnaus ille, cuius ſupra meminimus, illuſtre loco natus, vaſco genere: Dum ſe violatæ Regiæ Maieſtatis reum audiret, exclamat, Se nullo modo illius criminis teneri, nec id poſſe vllis indicijs demonſtrari. Hoc vnum verùm eſſe, cum magno Gallicè nobilitatis numero, Guiſiorum (Cardinalis ſcilicet & fratris eius) tyrannidi ſeſe opponere voluiſſe. Si hoc eſſet Regiam Maieſtatem violare, primùm illos eſſe Regis appellandos, antequàm ipſi perduellionis rei peragi poſſent. Idem & alij perplurimi teſtati. 3 24 Martij

10 1 Bruxella.

VNVS Villemongius nomine, perfuſas ſociorum (de quibus ſupplicium tum ſumebatur) ſanguine manus ad cælũ expandiſſe, atque exclamaſſe, ſcribitur à Caluiniſtis, Domine, hic eſt tuorum, ſcilicet ſeruorum ſanguis tu vindictam ſumme, Verùm de illis vindictam læſæ Maieſtatis, & diuina quia Catholicam Eccleſiam perſequebantur; & hu-





manæ quia ſub prætextu Guiſiorum Regem querebant, ſumptam Catholici affirmant. Conſer huc & ea, quæ Bruxellis acta ſunt, de qui'us pagina 15.

1 19 Aprilis. *MORITVR paulò poſt etiam Philippus Melanchton,* [1] *aſſertor religionis eorum, de quibus, vt anteà viſum eſt, Burgæi & aliorum exemplo ſumptum eſt ſupplicium: Mittor ego paulò pòſt* [2] *quàm ex aula Regis galliæ in Belgium rediiſſem, etiam ad Auriacum principem pro inſtructione mihi data cum eo de certis negotijs tractaturus. nam & antè & pòſt hanc commiſſionem, mihi res in Belgio expediendæ fuerant aliæ, vt vel hoc nomine huic deſcriptioni meæ, tanquam ab oculato teſte edita maior fides adhibeatur, vnde ex infinitis ferè, etiam has literas breues ſubijcere volui.* 11 h Bredæ.

Nobili ac Generoſo Adoleſcenti Domino Michaeli de Eytzing. Condeti.

2 22 Aprilis. *SALVE Generoſe Domine Michael. Vidi quæ ad me miſſa ſunt, ſuper quibus Conſilium fruſtrà hìc à nobis petitur, cùm totares verſetur & conſiſtat in terminis conſuetudinis Hannonienſis, nobis ſanè prorſus incognitæ etc. Ac certi nihil habere poſſum. Nec eſt quod vos onerem vanis coniecturis. Quare nihil eſt, quod propoſitæ conſultationi reſpondere latiùs poſſim. Quod oro, Generoſiſſimus Dominus Parens tuus æquo animo accipiat. Vbi de iure conſuli contingat, curabo reſpondere ſemper quàm accuratiſſimè Valè Louanij die 5. Nouembris. 1558. Tuæ D. ad omnia partiſſimus Gabriel Mudæus manu propria.* 8 n Conde

Nobili ac Erudito, Domino Michael ab Eytzing Illuſtris Baronis ab Eytzing filio, Bruxellæ.

3 8 Iunij. *S.P. Clariſſime, D. VVameſius colliga meus & ego, mittimus ad te noſtrum reſponſum, ad propoſitas quæſtiones. Si quacunque in re grauiorem, ampliorem, & maiorem operam Celſitudini patris tui, aut tibi præſtare poſſumus, erimus perpetuò paratiſſimi.* [3] *Louanij 1560. 8. Iunij. Tuus toto pectore Petrus Peckius manu propria:* 10 l Bruſſel

4 10 Iunij. *MARIA Ducis Guiſiani filia, atque vidua relicta quondam Iacobi V. Scotorum Regis, mater Mariæ vxoris Franciſci 2 Regis Galliæ, angoribus, moleſtijſque domeſticis diſtracta, ex hac perturbata vita, in tranquillam vitæ æternæ ſecuritatem tranſiit, ex arce regia Edemburgi Scotiæ* [4] *Comolauii poſtea* [5] *Franciſcus 2. Rex Galliæ cum regni proceribus (indictis antea comitijs* [6]*) ad Aquas vitreas de remedijs prius prouidendis, ad perturbationes Galliæ ſedandas, quæ tum Regno imminere conſpiciebantur. Vbi Gaſpar Caſtillonæus Amiralius Regi duos ſupplices libellos offert, eorum nomine conſcriptos, qui ſe Chriſtianos fideles per varia galliæ loca: diſperſos atque diſtributos vocabant, qui de Regis mandatu perlecti ſunt libelli, poſteà dicta ſunt Sententiæ. Epiſcopi Valentiani: Epiſcopi Viennenſis: Amiralij: Ducis Guiſij: Cardinalis Lotharenſi; tandem prolatum eſt conuentus illius iudicium, cuius hæc fuit ſumma Regis mandatu, vt ſit, perſcripta: nempe Vti generales ordinum conuentus habeantur: Et ni poſſet concilium generale cogi, nationale propediem comiocetur. Ordines ad 10 Decembris proximi indicantur Meldis, niſi alium locum Regia Maieſtas malit: Particulares vnuſcuiuſque prouinciæ ordines primùm habeantur, vti quibus de rebus in generalibus agendum ſit, & qui* 5 f Paris.

LOCA

TEMPORA

& qui ad illos mittendi, ſtatuatur. Et quoniam de Concilio generali propè inter Pontificem, Cæſarem, Principeſque Chriſtianos conueniſſet, adſint propediem Epiſcopi ad Regem, vt vel de mittendis ad Concilium generale, aut de Nationali habendo deliberetur. Interea ad ſuas Diœceſes ſe recipiant, vt ſe parent, reſque eas diligenter norint, inueſtigentque, quæ emendatione opus habeant. Ciuiles item & ſubordinati Magiſtratus, populum in pace & officio contineant, pœnis & ſupplicijs parcatur interea, niſi in eos qui arma ſumpſerint ſeditioneſque mouerint. At Regem, poteſtatem ſibi reſeruare eos puniendi qui ſeditionis & rerum nouarũ authores haberentur. Hæc fuit ſumma illius conuẽtus. 1 10 Septẽ.

10 { Reims.

PAVLO poſt [1] indicit Rex idem conuentum Pariſijs ad 20. Ianuarij ſequentem omnibus prælatis & Epiſcopis tandem [2] octodecim proceres ordinis S. Michaëlis creans cum ad celebrandum conuentum vniuerſalem Aurelianis veniſſet [3] Capitur Princeps Condæus, Et Regi enato ſecundum aurem apoſtemate, in febrim incidit, [4] ex qua tàm grauiter laborare cæpit vt nonis Decembr. die ex quo eum morbus corripuit XVII. extinctus ſit. 2 29 Septẽ.

MORTVO Rege Franciſco, [1] Regina continuò mittit per amantes literas ad Conneſtabilem (detrectarat ille Aurelias venire) eum de ſua amicitia confirmans, & in poſterum neminem in aliorum munera incurſurum: oranſque vt feſtinanter ad ſe veniret. Eò igitur Conneſtabilis venit cum Mommorentio Mareſchallo filio, nouumque Regem ſalutat. Interea aſſeruabatur Condæus Princeps, decimque dies à Regis morte ibi perduranit, [2] negans ſe carcere exiturum, niſi ſuo in ea actione cognito aduerſario. Tota verò res in defunctum Regem deriuabatur. 3 19 Nouẽ. 4 1 Decẽb.

INSTAVRANTVR Comitia ad 13. diem Decemb. eodem in loco. Carolo Rege, Regina, principuſque de more ſeſſitantibus Aurelijs, quo viuente adhuc Francisco 2. Rex Nauarræus & Condæus frater venerant, & ad Regem eius ſalutandi gratiâ acceſſeram vbi quoque Rege primùm ſalutato, cuſtodiarum regiarum præfecti, vt illis fuerat imperatum Condæum ceperant, & in proximas ædes ad hoc paratas adduxerant. Ibi tum Cancellarius de Regis mandatu exponit, Nouis Regis eandem eſſe, quæ fuerat fratris demortui voluntatem, vt ordines nimirùm habeantur, & nouam adeſſe illam rationem, propter noua Regis auſpicia: Deque ordinum Regni cogendorum cauſa, fine, vſu, Eccleſiaſtici ſtatus rationes & orationes proponebantur. 5 5 Decẽb. 6 15 Decẽb.

CONSVMPTIS ad hunc conuentum diebus aliquot, dilatus tandem, id pleriſque flagitantibus, ad aliud tempus, locumque conuentus, quo maturius rebus prouideretur: nempe ad primum inſequentis Maij diem. Actiſque Regi Reginæque gratijs dimiſſus eſt cœtus. 1561

5 { Paris.

MANDATVM omnibus Gallicanæ Eccleſiæ Antiſtibus, [7] Vt ſeſe ad Concilium pararent. Nam & ipſe Pontifex Pius IV. nouis mandatis Concilium iam pridem Tridenti indictum vrgebat, & publicè ſcripto id ſignificabat. 7 Ianuarij.

AGEBANTVR & Numburgi Principum Germanorum Proteſtantium ordinumque conuentus, cò venerunt à Pontifice Legati [8] Zacharias Delphinus Pharenſis, & Ioannes Franciſcus Commandonus ex Zynthius Epiſcopi (poſtea factus vterque Cardinalis) vt Principes adeundum concilium hortarentur. 8 7 Febr.

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO EMANUELE





TEMPORA

LOCA

PROPOSITIO LEGATORVM. Pontificis.

HI, *Supremus, aiunt, Epiſcopus, vbi primùm ad ſacram Eccleſiæ adminiſtrationem vocatus fuit, vt ſuo paſtorum nempe officio ſatis faceret, hanc primùm mentem voluntatemque ſuſcepit, & in hoc vnum toto animo incumbit vt Eccleſiæ corruptela emendentur, quò illa inſtaurata pacataque, omnes nationes in eundem doctrinæ & animorum conſenſum veniant. Cuirei quùm nullum accommodatius remedium, quàm ſacri concilij vniuerſalis conuentum videat, matura iudicio, & ſua illa, quam à Deo habet, authoritate, Concilium induxit.*

1 2 Ianuarij

VT *vero Principes hac de re plane certiores fiant, ipſique cum Pontificia illa ſollicitudine ſtudia quoque ſua coniungentes, idem conſilium, eandemque diligentiam de Germaniæ tranquillitate procuranda capeſſant: Nos ab illo nationis germanicæ pacis & tranquillitatis perſtudioſe, legati mittimur, vti ſingulos rogaremus atque hortaremur ſacro illo cœtui interſint, in quo omnibus loquendi poteſtas tribuatur. Rogamus item nominatim ipſos Principes, ne pium illum Zelum Eccleſiæque pacem impediant: Pontifice nimirùm parato fide publica omnibus amplißimè cauere: Hortamur quoque Germanos omnes Principes vti ſuæ, vel legatorum ſuorum præſentia cæterum illum honeſtent: quò ipſorum opera & ſtudijs Eccleſiæ controuerſiæ (in qua tot ſententiæ, quot capita: tot Euangelia, quot Doctores propediem componerentur: & ab illis Eccleſiæ debito honore tributo, vna fides retineretur. Deuſque vnus ab omnibus coleretur atque adoraretur, & neminem quidem grauißimas Eccleſiæ calamitates ignorare poſſe, & in quas abyſſos malo malum ſcilicet ſubſequente fuerit illa præcipitata, data hoſtibus nominis chriſtiani illius calumniandi occaſione: vt omninò neceſſe eſſet tantis confuſionibus prouidere.*

5 [illegible] Paris.

PERICVLA *nimirùm hæc poſtulare, temporis opportunitatem ſuadere, voluntatem & ſtudium pontificis eos adhoc incitare, vt nulla vnquam melior & commodior occaſio offerri poßit: & Chriſtiana Reſpublica pacata, tantaque Pontificis pacis retinendæ ſtabiliendæque cupiditate. Hæc illi quidem.*

RESPONSIO PROTESTANTIVM.

RESPONDENT *autem ordines Minimè dubium eſſe aut obſcurum, quin complures homines docti, pij & prudentes, omnium ætatum atque ordinum, iam pridem optent meliorem Eccleſiæ ſtatum: Deumque ſtudioſè precentur, vt puram tandem doctrinam reſtituatur, impijque errores tollantur. At cuius rei curam gerere Pontifices debuerant quippe qui iam olim nimirùm Eccleſiæ titulos ſibi attribuerint: experientiam profectò hactenus demonſtraſſe potius occupatos eos fuiſſe, in Tyrannide (vt inquiunt) ſua ſtabilienda, & diſſeminandis in Eccleſiam erroribus, quàm in ampliſicanda Dei gloria, & Eccleſiæ morbis ſanandis, quod quidem multis triſtißimis effectis ſit manifeſtißimum, & ab ijs etiam qui Pontificij ſint obligati (ſi aliquid pudoris addunt) velint retinere fatendum omninò eſſet.*

2 7 Febru.

MIRARI *verò ſe magnoperè, quæſpes Pontificem incitaſſet, ad legationem illam ſibi decernendam, ſeque ad Concilium inuitandos, quaſi verò ignoraret Pontifex quam Religionem Confeßionis Auguſtanæ Imperij ordines ſequerentur, qui iampridem, vt Eccleſias ſuas ex vera Euangelij doctrina emendarent, coacti eſſent, ſeſe ex Pontificum obſequio ſubducere, id eſt, ex eorum cœtu & commercio, qui veram doctrinam oppreſſam volunt.*

Hoc

LOCA

TEMPORA

HOC ergò legati intelligerent, ſe Pontificem nullo modo agnoſcere: nec exiſtimare, penes ipſum eſſe, nullo neque diuino neque humano iure, Concilium indicere, ipſum nimirùm, qui controuerſias & diſtractiones in Eccleſia ſuſcitet: & crudeliſſimè (ſic illis tum dicere placuit) veritatem oppugnet

15 l Germania.

PRAETEREA affirmare ſe falsò & calumniosè traduci nullam fidem certam habe rent, SED nunc tot eſſent Euangelia quot doctores, tot religiones quot Sententiæ. Adeſſe claram & perſpicuam Confeſſionem Auguſtæ Carolo V. Imperatori oblatam ad annum M. D. XXX, in qua non tantùm omnia fidei capita, diſtinctè habeā tur atque contineantur, ſed etiam multis hactenus editis ſcriptis, veritas doctrinæ, celeſtis ſit illuſtrata atque vbique propagata. Omnium querelas ſatis ſuperque oſtendere, quibus erroribus Romana Eccleſia ſit referta, & quàm fœdis ſuperſtitionibus Euangelium (ſuum putant) ibi opprimatur: vt potiùs Ethnicorum commentis, quàm Chriſtianorum religioni ſit ſimile.

1 Iulio

QVONIAM verò ipſi ſeſe ab Eccleſia Romana (non temeritate aliqua aut curioſitate, prauiſque alijs cupiditatibus permoti, ſed vnico Dei, qui fugiendam Idololatriam iubet, mandato) iam dudum ſeiunxerint atque ſeparauerint: Hoc ideò ſe teſtari, in hac ſententia ſe conſtanter perſeuerare, nec paſſuros legem ſibi à Pontifice dari. Nullam ſe aliam

1 a Anglia.

iuriſdictionem, quam Imperatoris Cæſaris Ferdinandi agnoſcere.

QVOD verò ad ipſos legatos ſingulatim attineret, ni eam legationem Pontificis habuiſſet, natis nimirùm ex tàm honeſtis familijs Venetianis, omnem illis fauorem, honorē & amicitiæ officia, ſe omninò fuiſſe præſtituros, tùm quòd ipſi Rempub. Venetianam diligant atque obſeruent, tùm quòd ipſos etiam Legatos, ex ſuarum familiarum dignitate & nobilitate dignos exiſtiment, qui ſtudiosè recipiantur atque colantur. Atque ita Pontificij legati illi, Germania re infecta diſceſſère.

REGINA quoque Angliæ (Henrici 8 parentis, atque Concilium dum viueret impugnantis veſtigijs inſiſtens, Cum Hieronymum Martinengum, Pontificis quoque legatum ad ſe Concilij cauſa miſſum recuſaſſet, è Belgio in Inſulam Angliæ traijcere probibuit.

2 3 Auguſti.

INTERIM coronatur Carolus Rex Galliæ. Vbi inter peregrinorum Principum & nationum legatos, qui vt nouo Regi gratularentur, in Galliam venerant, erat Regis Daniæ Legatus Georgius Gluchus nomine. Hunc Nauarræus comiter excipit, rogatque vti Damæ Regi, Domino ſuo ſignificet, ſe ante finitum annum effecturum, vt Euangelium per vniuerſum Galliæ regnum publicè & libere prædicaretur. Quæ de re actis Deo gratijs, laudatoque Regis Nauarræi inſtituto, Gluchus illum orat. videret ne Caluini & Heluetiorum, ſed Martini Lutheri doctrina in Gallia recipiatur: quam Rex Daniæ Dominus ſuus, & Rex Suetiæ, compluresque alij Reges ac principes (Aquilonares) ſequerentur, quorum ditio, non minùs quàm Regiones. Romanam Eccleſiam agnoſcentes patērei.

10 k Anuerpia

BELGAE cum viderent vicinos vndique nouo Euangelio addictos, & ipſi criſtas erigere, ac paulatim religionem mutare conantur, conueniuntque Status Brabantiæ Antuerpiam. Vbi miros tryumphos agunt, ludos inſtituunt, præmia decernunt ciuitatibus pompa relinquos ingredientes ſuperantibus.

3 11 Auguſti

5 l Gallia.

PRINCEPS Auriacus etiam vt poſt Gallos Germanos illos proteſtantes ſibi tantò magis deuinctos redderet. Cùm Anna Mauricij Electoris Saxoniæ, & Agnetis Landgraiæ Haſſiæ, Lipſiæ, nuptias magna pompa celebrat, Conditur interea in Gallia Edictum menſe Iulio [2] Vt omnes pacatè viuant, nec Religione prætextu comutia aut iniuriæ fiāt Qui ſecùs fecerit, capitalem pœnam pendat. Ne qui delectus, conſignationes, aut quid hu-





TEMPORA

LOCA

iu'modi quod ad factiones pertineat, vllo modo fiat: Concionatores, ne verbis turbulentis & seditiosis vllo modo vtantur, populum modestè instruant, Qui secùs fecerit, capitali pœna plectitor. Tumultuum ac seditionũ cognitio vltima Iudicibus per sedes (vt vocant) præsidiales constitutis attributa: Ne quæ priuatim seu publicè, cum armis aut sine armis habeantur conciones, aut Sacramentorum administrationes, alio quàm in Catholica Ecclesia vsitato ritu: quemadmodum à Regibus & Antistibus Gallici Regni traditum: Pœna facultatum capitisque reis constituta. Ecclesiasticis hominibus hæreseos cognitio relata: si reus ad brachium seculare tradatur, ne grauior quàm exilium pœna constituatur. Ista verò omnia ad tempus, vsq; ad Generalis Concilij, aut Nationalis determinationem. Gratia & venia tributa, ob res ad illum vsque diem propter Religionem gestas: dumodò Catholicè & pacatè viuatur. Falsis delatoribus pœna graues statutæ. Armis omninò interdictum. Edicitur etiam, vt Gallicanæ Ecclesiæ Antistites ad 10 diem Augusti Posiacum oppidum Sangermano proximum adsint. Eodem mense repetitur conuentus ad Maium anteà mensem dilatus, ad Pontosiam Picardiæ oppidum, vbi ortum euestigiò de sessionis ordine dissidiũ inter Principes Regiæ stirpis & Cardinales: negantibus Principibus sese Cardinalibus inferius sessuros.

1 9 Septẽbr.

11 h Bredæ.

2 10 Septẽb.

INTEREA Posiacum conueniunt Antistites omnibus è Regni prouincijs ad constitutum diem, vt de controuersijs Religionis capitibus liberè inter vtrosq; disceptaretur. Data est etiam contrariæ Religionis hominibus eò liberè conueniendi facultas publica fide per literas Regios tributa. Eò itaque veniunt è reformatis vt vocant Ecclesijs multi. Petrus Martyr: Theodorus Beza, Nicolaus Galasius, Augustinus Marloratus, Ioannes Merlinus, Franciscus Morellus. Ioannes Molatus & Espinæus. Illi primùm libellum Supplicem Regi offerunt, vti ipsius authoritate colloquium illud propè diem, inchoaretur? futuræque disputationi istis conditionibus caueretur: Ne Antistites eisque diuersa sentientes, huic colloquio iudices præsint, verùm Rex cum sui Consilij viris rem totam sua authoritate moderetur.

8 n Conde

3 16 Septẽb.

OMNES controuersiæ ex vno verbo Dei componantur. Quicquid in eo colloquio determinatũ sit, in publicos commentarios atq; acta à Regijs Notarijs referatur. Responsum ad ea ab Rege est, se hac de re cum sui Consilij viris acturum, vti, si fieri posit ex Antistitum consensu, res omnis pacate ad exitum perduceretur. Colloquuntur initio Cardinalis Lotharenus & Beza. Postea [1] Colloquij prima sessio habetur. Fit Caroli Regis propositio, Exacerbatis primo congressu Catholicorum animis propter Theodori Bezæ verba habita postridie [2] ad Reginam scribit Beza, quòd vereretur ne ipsi esset propter sermonem ex quo Antistites fuissent offensi, plane satisfactum. Ideo se ab illa vehementer petere, vt rei, quam non potuisset tum copiosè explicare, clarius & longius differendæ facultas ipsi tribueretur.

10 1 Brussel

4 11 Nouẽbr.

ERGO colloquium instauratur [3] coram Rege, Regina, Nauarræo alijsque principibus regiæ stirpis, fitque in hac secunda obsessione colloquij Cardinalis Lotharenj propositio. & Bezæ ad orationem Cardinalis responsio. Item Claudij Espensij Sorbonici, Zanchijque cuiusdam è Scola Sorbonica replicatio, postea iurgium ita, vt frustrà dimisso [4] colloquio, non remedia ad pacem concordiamque adhibita, sed dissensionum fomites, exasperatis vtrinque animis, excitati fuisse videbantur. Magna indies dissidia inter vtriusque partis homines oriebantur, dum alij turpem Antistitum desertamque aciem, alij, Concilij generalis mox affuturi Ecclesiæq; Romanæ authoritatem causabantur, nec eæ penes populum retinebantur dissensiones, sed inter optimates, haud obscurè demonstrabantur: hominum animis in manifestas contrariorum studiorum factiones distractis atque dissipatis: quæ non undas verborum contentiones, sed hostiles conatus atque impetus iam iam exundaturos præsignificabant. HABERAT

5 15 Nouẽb.

5 f Paris.

LOCA

TEMPORA.

HÆSERAT Philippus Mommerentius Comes Hornenſis iam per biennium in Hiſpanijs, quo anno 1559. cum Philippo Rege relicto Belgio profectus eſt, vt ibi rebus Belgicis præeſſet. Hic rege valedicto redit in patriam ſuam inferioris Germaniæ ad Ducissam Parmenſem à Rege ablegatus, cum litteris, quibus Parmenſi ſignificat. Sua Regia Maieſtatis eſſe voluntatem, vt idem Comes Hornenſis in conſilium Statuum inter cæteros proceres aſciſceretur, inque eorum ordinem aſſumeretur.

I
19 Decēb.

151 Colonia.

PROMOUENTUR interea noui in Belgio Epiſcopi, de quibus paulò pòſt reditum ſuum ex Hiſpanijs Comes, quem dixi Hornanus ad Regem his ferè ſcribit verbis. Status ſiue Ordines Brabantiæ, vt intelligo, miſſuri ſunt ad Maieſtatem tuam Regiam, ſcriptumque in fauorem prælatorum huius patriæ atque Abbatum, qui conſentire nullo pacto volunt, vt, Abbatiæ nouis illis Epiſcopatibus incorporentur, alij ſtatus non contradicunt. Spargitur vulgus à Germanis & Gallis, ſummum Pontificem poteſtatem non habere ijs prælatis adimendi iuriſdictionem Eccleſiaſticam, quam in his partibus obtinent, & ſi hoc attentauerit tua Maieſtas, incorporationemq; huiuſmodi vrſerit, præſertim abſq; bona voluntate & conſenſu Archiepiſcoporum Colonienſis ac Remenſis, minari videntur ſe tuæ Maieſtati Regiæ faceſſuros ſatis negotij atque importunitatis. Allegant namque germani, quod, tametſi Imperator hanc incorporationem approbauerit, Principes autem atque ordines Imperij non etiam in eandem conſenſerint, illam nullius fore valoris. Galli verò aiunt, quod, licet etiam Archiepiſcopus Remenſis tales incorporationes in Epiſcopatibus nouiter in Belgio inſtituendis admittat, Rex tamē Francia, tanquam patronus, protector ac tutor Eccleſiarum regni ſui, non conſentiat, idipſum quoque non valere. Huiuſmodi propoſita populum in Belgio exiſtentem quodammodo ad tumultus & ſeditiones excitare videntur, atque hoc eò magis, quòd ad huiuſmodi incorporationem procedatur, abſque conſenſu prædictarum duarum nationum, in quarum medio prouincia tua Maieſtatis Belgica ſunt ſita, quæ contra illas nationes ſeſe defendere proprijs viribus non poſſunt. Et quia ante diſceſſum meum ex Hiſpanijs tua Maieſtas mihi expreſſe iniunxit, vt, quid hac de re in Belgio dicatur tractetur que tuam Maieſtatem certiorem redderem, volui hoc per præſentes has meas literas, eò liberiùs facere, quò mihi perſuadeo tua Maieſtatem me in hoc gratificaturum, meaque vocationi ac officio ſatisfacturum. [1] Hinc non obſcurè quoque animaduertitur vndè in Belgium primùm motus prouenire cœperint, nempè ex Germania & Gallia. ſub prætextu impediendorum nouorum Epiſcoporum, qui conatus, religioſorum ſiue reformatorum cohibere in Belgio potuiſſent.

Belgium.

5 [Paris.

IN Gallia reformatorum illorum numerus quotidie augebatur, & mirum in modum confirmabatur, maxima nobilium parte ad eos accedente adeò, vt cœtus Caluiniſtarum magna frequentia omnibus propè & nobiliſſimis quidem Regni vrbibus habebantur palàm verbi Dei, & Sacramentorum ſuo more adminiſtrationes fiebant, nec quicquam obſtante Edicto Iuilo (de quo ſuprà dixi) vndè etiam magnæ diſſenſiones ſæpe, atq; ex illis ſeditionum maxima pericula creabantur. Nam & in oppido Cahors Gallicè appellato, ad deſpectum Catholicorum, Regis Edictum, quod dixi, vilipendentes conciones in domo cuiuſdam Cabrarret nomine, inſtituerent, quos Catholici, vt olim Hieu Rex Iudeorum ab eorum Religione deficientes, inque irriſionem nouam excogitantes, aggreſſi [1] ſunt domum cum concionatore & auditoribus igne abſumpſerunt, vt vexatio ſic alijs daret vel intellectum.

I
26 Decēb

Cahors.

Digitized by Google

Digitized by Google

EODEM *tempore quò Comes Hornensis* REGI *mittit litteras, idem etiam Secretario cuidam Regio, nomine Erasso, in hunc modum inter cætera scribit. Principem Auriacum & Comitem Egmondanum dixisse, quemadmodum expressè* REGI *per literas declarauerint, se posthac suæ Maiestati seruire atque in Comitio Statuum adesse non posse. Cupere itaque ab huiusmodi officio liberari, hoc quod tum non intellexerat, inquit Comes Hornensis, cum ex Hispania Madrilio discederet. Addit præterea hîc verbu. Scis equidem quàm promptus semper fuerim inseruire suæ Maiestati, & adhuc sum. modò id ita fieri posset, vt* REX *agnosceret, gratamque deinde mentis significationem ostenderet.*

VIDENTVR *sanè hic, omnia in tuo fore, atque totam harum Prouinciarum Belgij salutem in eò conquiescere, si noui Episcopi & Episcopatus erigãtur. Sed mihi quidem videtur, verendum esse, ne talis conatus tandem redundet in perniciem euersionem ac destructionem totius patriæ omniumque regiarum prouinciarum. Miraretur suæ Maiestas non immeritò, si rem tandem, vt hic tractatur omnem intelligeret, & quàm omnia auaritiæ cedant ac propriæ vtilitati: tamen quia hæc res me non concernit, plura de ea scribere nolui. sed hoc duntaxat addere, quod solus omnia Cardinalis gubernat, & si res aliter cadat quàm bene, huius culpam* REX *alteri imputare non poterit, quàm eidem ipsi Cardinali, qui cùm prouincias vt decet regere non possit, eas sibi regendas, olus assumere, sibique ius administrandi, soli vendicare etiam non deberet. Mittitur huius comitis Frater Florentinus Mommorencius in Hispaniam, vt de omnibus quæ in Belgio tùm agebantur informaret, relicta interim ad tempus administratione sibi commissa in ditione Tornacensi.*

1 17 Ianuar. — 7 n Tornick.

REGIS *etiam atq; Regina Galliæ, Nauarreiq;, per omnes Gallici nominis prouincias* REGIS *legati, authoritate & mandatu, deque* PRINCIPUM *ac* REGIS *priuati consilij sententia, cæsus, indicitur ad 17. Ianuarij, vt Germani de difficultatibus* RELIGIONIS *ac* REGNI *constitueretur. Euocantur ex singulis* REGNI *parlamentis per literas* REGIAS *viri, qui iudicio rerumque cognitione valere existimabantur. Aderant* PRINCIPES *&* REGIS *quidem consanguinei frequenter.* REX *demonstrat, Quanti sit momenti rebus ita perturbatis prouidere, quùm singulis diebus graues seditionum rumores orirentur: orat, vt illarum sedandarum rationes, quæ ex suo* REGNIque VSU *essent puris animis atqué integris demonstrarent: se illorum iudicia, quantùm quidem opus fuerit, secuturum. Rebus itaque de more à Cancellario copiosè propositis, rerumque necessitate demõstrata, dictæ sunt singulis sententiæ,* NOVVMQ. EDICTVM *quod,* IANVARII *vocatur. de* REGIS *mãdatu, conditur, atque inter cætera Caluinistis, quod hactenus omnibus modis quæsierunt suæ religionis libertas conceditur, statuiturque ne quod supplicium superiorum Edictorum ob tentu in eos statuatur, qui conciones aliasque, suæ* RELIGIONIS *administrationes, dummodo extra vrbes habeantur, fecerint, aut audierint frequentauerintque: grauiter omnibus Magistratibus officiarijsque suis prohibet, ne quid grauius in illius* RELIGIONIS *homines his de causis, quod conciones, aliaque ipsorum exercitia audierint, faciant, Imò* REX *mandat ijsdem etiam Magistratibus, publicaque munera gerentibus, vt illos protegant ac tueantur, absque iniuria Catholicorum arceant, &c. Atque hoc est, quod Caluinistis placuit, hoc est quod exemplo Gallorum etiam Belgas ad nouam religionem incitauit. Hoc est, vndè postea bella atque sanguinis effusiones prodierint, vt ex sequentibus apparebit, lucè meridiana clarius.*

LOCA

TEMPORA

NAM licet hac Regis permißio vſque ad Concilij determinationem duntaxat reſtringebatur, extendebant attamen hanc Caluiniſtæ velut in perpetuum duraturam. Pius 4. ſummus pontifex, vt his permißionibus iret obuiam ſtatim celebrari iubet [1] primam Seßionem in Concilio Tridenti, quæ aliàs eſt in ordine decima ſeptima, in qua primum de celebrando Concilio actum eſt, atque altera Seßio indicta ad feriam quintam [3] poſt ſecundam dominicam quadrageſimæ. Interim ſeſe non tantum Antwerpienſes, [2] nouis Epiſcopis opponunt, verum etiam totus ferè Brabantiæ Ducatus, ex quo in Hiſpaniam hæc de re prolixè ſcribitur ad Regem. [3]

1 28 Ianuar.

10 k Antuerp.

GVISIVS interea ſibi ducibus aliquot militaribus, Rogendorfij Auſtriaci cuiuſdam Comitis, & Rheingrauij opera conciliatis, Iniuillam venit, ibique ad locis vicinis equitum Cataphractorum delectum habet: continuoq; acceptis à Nauarreo literis, in aulam venire feſtinat, armata manu. Eſt autẽ ad Campaniæ fines propè Iniuillam Guiſiana familiæ ditionem, oppidum Vaßiacum, Gallici nominis, & iuri prouinciæ illiper i ſeriores præſides dicundo attributum. Ibi aliquis erat Caluiniſtarum numerus: ſed propter vicinos Guiſios, non omninò audebant Religionis ſuum vſum liberè teſtari. A Trecenſibus tamen vicinis, incitati, miniſtrum impetrant, atque ita, poſt colloquium Poſſeſſacum ibi Caluiniſtarum numerus indies creßit. Guiſij hoc valdè indignabantur, illiſque non obſcurè ſignificabant, malè hanc ipſis libertatem ceſſuram.

2 23 Iacuar.

TABERNIS ergò redux Guiſius, dum in Galliam ad Regem properat, Vaßiacenes, idem Religionis nouæ ſtudium vehementius perſequentes, ſtatuit armis adoriri. Itaque ſuis edicit (qui ad vicinos pagos erant diſtributi, pars Vaßiaci conſiterat) Vaßiaci omnes ſibi præſtò ſint, qua in Galliam expedito itinere properent.

ILLE igitur die Dominico, [4] quo norat Caluiniſtarum cœtus frequentiores haberi, ad Dammartinum pagum prima luce, Miſſa audita, Vaſſacum pergit, Vrbem ingreſſus, audit Caluiniſtarum concionem haberi: itaque ad eum locum tendit. Iam cœtu ad mille quingenta capita, congregato. Paſtor Cancionem, habitis ſuo more precibus inchoarat. Ergo Dux. Cardinalis Guiſio comitante, nonnullos ex oppidanis. Priorem, & præfectum vrbis, ad ſe vocat. cum illis templum Catholicum, à quo non longè aberat Caluiniſtarum cœtus ingreditur: atque inde, re cum illis communicata, egreſſus, ſuos iubet, ad eorum conciones properare.

3 26 Febr.

EO milites ingreßi, catapultas egerere incipiunt: Caluiniſtæ primum rei nouitatem admirari: Nonnullis tamen continuò occiſis, milites Guiſij, cum magno agmine in cœtum irruunt: obſtructoque vndique aditu Guiſius ipſe ſtricto enſe ad fores minabundus aſtitiſſe, omnia clamoribus repleuiſſe, ad cædem milites hortatus fuiſſe ſcribitur. Illi impreßione facta, in Hugonotarum turbam irruunt: variè per locum illum diſcurrentes perſequuntur, obtruncant; alij in ſpißiorẽ turbã catapultas egerunt, & in editiorem locũ, per tectum effugientes, catapultis eiaculantur: omnes obuios nullo ſexus, vt aiunt, ætatis diſcrimine mulieres occidunt: adituq; vndiquaq; præcluſo, omnis ſalutis via eripiebatur.

INTERRA fugitantium lamentabiles clamores, morientiumque eiaculatus, tubæ clangor incendebat, qua tum cædes fierent, intentißime perſonabat. Ad vrbis mœnia fortè tranſibat Ducißa Guiſia, Guiſij vxor, tanto clamore conſternata, maritum miſſo nuntio orat atque obteſtatur, à cædibus abſtineat, ne grauibus vna mulieribus vis inferatur ita ſignum receptus dari iußit. Paſtor Caluiniſtarum cuidam militi in cuſtodiam traditur. Non tamen à cædibus miles furioſus in vrbe parcebat. & vrbis via adeſque multis cadaueribus variè ſternebantur.

4 1 Mart.

11 k Brabant.

CÆDE perpetrata, locus ille perueſtigatur, ſubſellia effringuntur: Bibliorum illorum libri proſcinduntur: dictante milite ſe nihili eſtimare Caluiniſtarum illud verbum Dei Vrbe ſic expugnata, pediſſequi, veſtes, pileos, muliebres ornatus, preconis vocem ſimulantes, paſſim venundabant.

Digitized by Google

Digitized by Google

TEMPORA

LOCA

GVISIVS interea Arcu-custodem adse venire iubet: abiurgat vehementer, quod sciuisset concionesillas haberi in vrbe, & pœnas minatur seque sequi imperat. adducuntur etiam nonnulli ex oppidanis, ligati, Pastor, quem dixi Caluinistam, multis vulneribus saucium, scala recumbens cernunt, vehebatur, varijs pedissiquorum contumelijs impetitus, Guisij tandem mandatu Sandiserium ille prece exportatur.

HVIVS stragis fama ad vicinos Caluinistas festim emanauit, indèq; varijs rumoribus collecta, in aulam variè referebantur, subitoque motu omnium animos percellebat: donec paucis illinc diebus certi nuntij Vassiaco veniunt, & ex vicinis illis Hugonotis delegati, indignissimam rem à Guisio factam conquerentes, obtestantesque, vti tanta scilicet indignitati remedium adhiberetur: veros Regis subiectos peregrinorum Guisiorum iniurijs & crudelitati haud aquo condonari. Condæus ad ea & Castillonæi, clamabant, rem factam esse contrà Edicti Regij imperia: demonstrabant, præsentissimo remedio opus esse.

GVISIORVM tamen aduentantium quotidianis rumor, Lutetiam perlatus, omnium animos consternabat, præsagientium futuram grauissimarum calamitatum tempestatem. Erat tùm Rex Moncelli, cum matre, & Condæo, Nauarræus, Santandreus, Brissacus, erant Lutetiæ, quò etiam continuò se contulit Connestabilis. Guisius venerat Nãtueillium ditionis sua locum: illumque propediem Lutetiam iturum fama erat.

CONDEVS insperatam istam Guisiorum festinationem, post tàm audax facinus, contra Regium Edictum perpetratum, admirabatur. Regem itaque, Reginamque adit. Demonstrat, rem huiusmodi agi, cui nisi maturè prouideatur, grauissimum impendeat vniuerso Regno exitium: dent operam, ne tantum incommodum vlterius grassetur. Nam si Guisius ad vrbem accedat, instare præsentissimũ grauissimarum calamitatum periculum. Regina Condæo assentiebatur. Scribit Nauarræo, vt qui muneris ex ratione videat; ne quid Regia Maiestas, regnumque detrimenti capiat: edicatque Guisio, ne ad vrbem
1 accedat ad Regem ipse paruo comitatu veniat. Idem quoque Guisio mandat per litteras:
20 Mart. quibus respondet Guisius, sibi excipiendis amicis occupato, non licere perocium ad Regem venire: & repetitis literis frustrà rem tentat Regina. 5 C Paris.

ITAQVE re deliberata, Guisius, Aumalio fratre, & Santandræo, qui ad eũ Nauteillum venerat, compluribusque nobilibus viris, maxima verò armatorum equitum manu comitatus Lutetiam venit. Aduentanti obuiam eunt Mercatorum præfectus magna apud Parisinos authoritatis Magistratus, tres vrbes Consules, magnifico apparatu, & maxima populi confluentis frequentia, acclamantis: VIVAT DOMINVS GVISIVS. Vrbs dubijs rumoribus illorum aduentu repletur. Tum aperta cum Connestabili & Santandræo, nonnullisque è Senatu Parisino ad se conuocatis, consilia quotidiè habebat.

LVTETIAM quoque venit Condæus, cum magno Nobilium hominum numero oppidanis Caluinistis rogantibus, ne se in tanto illo discrimine desereret. Guisij agunt per Nauarræum, vt Mommorentius vrbis præfectus reuocetur: Cardinalis Borbonius ad ipsorum obsequia futurus, in Mommorentij locum mittatur: temporum necessitates hoc efflagitare. Connestabilis, ne hoc Mommorentius filius vehementius renuat, efficit.

NAVARÆVS, ad Regem Reginamque Moncellum venerat, eò ac tutiùs conuolat Mercatorum præfectus, docet, Condæum Lutetiæ fomitem seditionis alere: ni abscedat, seditionem haud dubiè futuram: quæ si eueniat, non sibi, qui ex officio Regem Reginamq; summumque Regis legatum admonet, sed illi ipsi, penes quem summa rerũ sis, atque adeò cui de remedijs sit prouidendum, culpam esse tribuendam. Assiduis itaque querelis apud Reginam perficit, vt de eius sententia Nauarræus Lutetiam continuò proficisceretur.

TVM

LOCA

TEMPORA

TVM verò Guisij, conuocatis ex Pariſino Senatu viris, authoritate ſibi maiore comparata, propter Nauarrai ſummi proregis præſentiam, publicum q; conſilium habere inſtituunt, quod Regium Conſiliũ appellant, eò non vocato Condæo. Nauarræus, de conſilij illius decreto, ſtatim ad Reginam ſcribit, Neceſſe eſſe, vt Condæus Lutetiâ abſcedat, domũ ſe recipiat: ni velit præſentiſſimum, propter illius præſentiam, ſeditionis periculum in apertas perturbationes erumpere. Itaq; Lutetiâ diſcedens Condæus, Fertæã ſuæ ditionis domum venit. 1 Martio menſe.

PRIMI BELLI in Gallijs occaſio.

5 1 Pariſ.

GVISII validiſſimũ, iampridem adhoc comparatũ militẽ, Lutetiæ cuſtodiendæ imponunt: vrbe occupata, ad Regem, qui tùm erat Fontisbellaquæi, armata manu contendũt, Edicitur à Nauarræo, Operæpretiũ eſſe propter præſentes neceſſitates, Regem Fontebellaquæo diſcedere: Condæum hoſtiliter aduentare, vt Regem capiat. Ergò Guiſij Regem Reginam q; matrem, fratres, ſororemq; Fontellaquæo Melunum oppidum deducunt.

CONDAEVS Aureliam opportunam & munitam vrbem, premiſſo cùm equitibus nonullis Andelotio, continuò venit, & vrbem tenet. Publicus Edictis mandat, Ne religionis prætextu tumultuetur: Edicta Regia ab vtriuſque Religionis hominibus obſeruentur: Regios, Oppidanoſque. Magiſtratus ad ſe venire iubet: illis edicit, vt officium ſuum ſub Regis obſequio faciant, ſciant, ſe non ſuo ſcilicet, ſed Regis nomine eò ſe contuliſſe. Caluiniſtarum conciones extrà vrbem de Edicti Ianuarij præſcripto habentur. [1] Interim [2] Hornanus Comes ad Hiſpaniarum Regem in fauorem Brabantiæ Statuum contra Epiſcopos ſcribere pergit. Guiſij Regem Meluno Lutetiam deducunt, primò quidem ad Arcem, quæ nemoris Vincenij dicitur, regiam: tùm vrbem ingreditur, ad arcem luparum. Proponunt de expediendis rationibus ad bellum gerendum, communi hoſti depellendo. Legatos in Hiſpaniam, Italiam, Heluetiam, de auxilijs mittunt: paſſim, & maxime Lutetiæ, militum delectus habent, arma vbique, vbique tormenta bellica expediunt. Condæus ex altera quoque parte, certum de bello cæpit conſilium: & ex hoc primo bello, ad Galliæ ſummam calamitatem, alia ſunt nata, de quibus ſuo loco dicemus. Confluebãt Aureleam ad Condæum ex omnibus regni partibus, omnium ordinum perplurimi, & ex nobiliſſimis quidem, Amiralius, Andelotius Odettus Cardinalis frater, Comes Rupefocaldenſis Porcianus, Pienus, Cruſolenſis, Soubizius, Mouyus, Sanlius, Eſternaus, & alij quàm plurimi. Fœdus inter Condæum & Nobiles illos incitur, [3] ac ſocietas, quam pollicentur coram Deo & Anglis ſuis, inuiolatè & ſanctè conſeruaturos, adhoc, vt Maieſtatem primùm Regiam, ſuæ dignitati, Reginamque ſuæ authoritati reſtituant. Deindè, vt fideles Regis ſubiectos in ea Religionis ac conſentiarum libertate conſeruent, quæ eis eſſet regio Edicto tributa. 2 22 May. 3 11 Aprilis.

INITO hunc in modum fœdere, Condæus ad Reginam, Regemque Nauarræum fratrem frequentes dat literas, viderent, vt pro ſuo officio res in melius conſtituant. Si Edicta à Rege condita æquò obſeruentur, omninò paratum ſe & ſuos eſſe, rebus omnibus æquis obtemperare: Sin minùs, armis res diſceptare, neque enim ſe incerti euentus periculà refugere aut reformidare, dum in Dei gloria aſſerenda, Regiaque authoritate vendicanda, ſuarumque conſcientiarum libertate retinenda, vires omnes ſuas impendant. Atque ita rem armis tentarunt, vt ſtatim ab initio Mottecondrinum Ducis Guiſij prouinciæ præſidis legatum quendam Catholicum, ex vrbe Valentia fugà ſibi conſulente, in arce ſua captum, confoſſumque Caluiniani è feneſtrà inſolemer ſuſpenderint [4] populo ſpectandum. Illius caſu vrbe Valentia nobili, totuſque propè Delphinatus precipuis vrbibus Gratianopoli, Vienna, Romanro, Montilio, Creſtio cæteriſque vrbibus Caluiniani potiuntur. 10 1 Bruxella. 4 25 Martij.

10

Der Gubernator grant Bentzendrit.
Hat die stat Valenza genomen ein.

Alher die vonder reformierte religion.
Haben ihn fälschlicherfast gethon.

Im far M. D.



Dan er fur ihnen muß neme den kauff. / Dorr er hab von ihnen creyfft
Jn seines nachbauren haus hinauff. / erschlagen und hinaus geworffen ist

XXV. April.

CONFOEDERATIO GALLICA, Belgicæ prodromus.

I. EXPLIcant autem fœdus illud, de quo antè dixi, Hugonotæ in hunc modum. Primò teſtamur, inquiunt) nos nullam ſcilicet in hoc fœdus præpoſteram cupiditatem, noſtrarumuè perſonarum, fortunarum, dignitatum particularem rationem afferre: Iſta tantum ob oculos habere, Dei honorem, Regis Reginæque maieſtatum liberationem, Edictorũ ab iſtis mandatorum conſeruationem, ſanam denique rebellium & Regiæ Maieſtatis contemptorum coercendorum voluntatem. Et iſtis tantum de cauſis iureiurando ſinguli pollicemur, nos fortunaſque omnes noſtras, ad vltimam ſanguinis noſtri guttam impenſuros.

HOC verò fœdus perſtabit inuiolabile, donec Regia Maieſtas ad legitimam ætatem progreſſa, ipſa Regni adminiſtrationem ſuſceperit. Vt tunc ipſius voluntatis mandata, voluntaria obſequentia ſuſcipiamus. Ad quod tempus ſperamus nos tam bonas noſtri iſtius fœderis rationes reddituros (quod etiam faciemus Reginæ ſuam libertatem conſecutæ quando voluerit) vt perſpicuum ſit, non fuiſſe hanc coniurationem aut conſpirationem, ſed veræ obedientiæ officium ad ipſorum Maieſtates, difficillimis iſtis temporibus, conſeruandas.

ij. Secundò, vt omnes intelligant hoc fœdus ad hos fines iniri, puraq; conſcientia & cum timore nominis Dei, quem noſtræ iſtius ſocietatis Ducem & protectorem inuocamus, iureiurando pollicemur. Nos minimè in noſtro cætu paſſuros, quicquam contra honorem Dei, Regiaque Edicta committi, vt Idololatrias & ſuperſtitiones, blaſphemias, ſcortationes, rapinas, templorum priuata authoritate violationes, & reliquas omnes res lege diuina & vltimo Ianuarij Edicto prohibitas: quæ ſi inciderint, ſupplicia & pœnas expetemus. Et vt omnia ex præſcripto verbi Dei gerantur, volumus in noſtris cætibus adeſſe fideles verbi Dei miniſtros, qui nos voluntatem Dei edoceant: & quos, vt æquum eſt, audiemus vt voluntati Dei obtemperemus.

iij. Tertiò, noſtri totius cætus Ducem nominamus Condæum, Regis conſanguineum atque adeò conſiliarium natum, & legitimum Gallicæ corone protectorem ac vindicem: quem pollicemur omnibus viribus noſtris adiuturos, eique omnem obedientiam præſtituros in omnibus eis rebus, quæ adhoc fœdus attineant: & ſi qua in re officio noſtro defuerimus, omni nos ſupplicio, ex ipſius voluntate & arbitrio, ſubmittimus. QVOD ſi ita euenerit Condæum non poſſe hoc munus exequi, valetudine aut alia ſontica cauſa impeditum, pollicemur nos obtemperaturos, moremque geſturos ei, quem ille ſibi vicarium ac legatum nominarit.

CONDAEVS pro ſuo ergà gloriam Dei, Regiſq; obſequium ſtudio, hoc munus haſque conditiones ſuſcepit: omni iſto confœderato cætui iureiurando promittens, ſe omni diligentia & alacritate, Dei auxilio fretum, omnia veri Ducis munera, ex concepta conditionum formula, conſtanter obiturum.

iiij. Quartò, in hoc fœdere comprehendimus omnes Regis conſiliarios: ijs exceptis, qui arma ad Regis Reginæque volũtates ſibi adducendas contra officium ſuum gerunt: qua arma niſi deponant, & actionum ſuarum rationes, omni obedientia & ſubiectione, quãdo ita Reginæ viſum fuerit, reddant: teſtamur, nos illis iuſtis his de cauſis, vt rei Ma- Maieſtatis publicæque tranquillitatis perturbatores habere.

ATQVE vt ad noſtri fœderis fines perueniamus (quod rurſus teſtamur tantum iniri ad gloriam Dei, Regis dignitatem ac libertatem, regnique iſtius tranquillitatem, ſub

10 1 Bruxellæ.

LOCA

TEMPORA

ſub Regina matris autoritate, conſeruandam teſtamur ac pollicemur, pro ſe vnuſquiſq; iureiurandoque coràm Deo & Sanctis Angelis confirmamus, omnia quæ in noſtra erunt facultate paraturos: pecuniam, arma, equos, aliaq; omnia ad bellum neceſſaria, vt ad primum Condæi, aut eius mandatu legati, imperium adſimus inſtructi, vt illum quò mãdauerit ſequamur, & illi omnibus rebus ad hæc fœdus huiuſce fœderis fines pertinentibus ob ſequamur, & omnem obedientiam, pro officio noſtro, ad vltimum vitæ noſtræ articulum, fideliter reddamus.

QVOD ſi euenerit vt aliquis huius noſtri fœderis ſociorum, damnum detrimentumue aliquod propter hoc fœdus capiat, iuramus ac pollicemur nos ei opem auxilium q, laturos, ex Condæi quidem aut legaturum mandatu & imperio. Quòd ſi euenerit (quod deus auertat) vt noſtrum aliquis officij ſui iurisiurandiq; oblitus, cum hoſtibus noſtris cõſpiret, turpique aliquo proditionis facinore hoc fœdus deſerat violetue, aut conditionibus non obtemperet: iuramus & teſtamur omni religione & fide, nos huiuſmodi hominem Condæo delaturos, aut alij quem oportuerit admonitum, illumq; pro hoſte ac proditore habituros ac tractaturos. Ita verò inter nos libero & irreuocabili conſenſu ratum eſto.

5 f
Paris.

REFERVNT quidam, Reginam matrem literis ad cauſæ iſtius patrocinium Condæum eſſe hortatam, quibus ita ſcripſiſſe narratur. ACCEPI, mi cognate per baronem Guardium, quæ ei mandaſti ad me referenda: de quibus mihi, ita ſum perſuaſa, vt mihi-himet non magis fidam: nec vnquam obliuiſcar eorum quæ in Regis filij mei gratiam facis. Et quoniam ille reuertitur propter eas res quas tibi ſignificabit, non ero longior: tantùm orabo, vt ei fidem adhibeas ijs in rebus quas tibi eius nomine dicet, quæ non minus eſt tui ſtudioſa, quàm ſi tua mater eſſet: nimirum tua optima cognata CATHARINAE.

ALTERIS præterea literis ita ſcripſiſſe fertur. ALLOCVTA ſum Tuorum non minùs liberè ac teipſum, illius fidelitate freta, nec tu rem meo nomine deſeres: tantùm memineris liberos, matrem, regnumque, conſeruare, vt is nimirum ad quem hoc maxime ſpectat, & qui potes certò tibi perſuadere, obliuioni nunquam traditum iri. Comburendam ſtatim hanc Epiſtolam (quaſi verò Tua optima cognata. CATHERINA.

1
9 Aprilis.

EST ad fines Burgundiæ oppidum nobile Senonum, ibi ex Edicti tamarij permiſſu Caluiniani ad Dei verbum ſuo more audiendum congregebãtur, & quamuis noui indies de imminentibus perturbationibus rumores increbreſcerent: nondum tamen illi à concionum vſu diſceſſerant. Imperatos igitur nec quid tale ſuſpicantes adoriuntur, re deliberata, nonnulla militum caterua, Cardinalis Guiſij oppidi illius Epiſcopi authoritate freti, complures occidunt tanquam hæreticos, ac rebelles, in quos nulla ſexus ætatiſque habita ratione ſæuitur: cædeſque per triduum ita euerſcit, vt occidendorum penuria interficiendi finem fecerit. Atque vt cædibus, ita rapinis nihil ad ſummam intemperiem factum eſt reliqui, & tam effrænis ſtrages expirata, vt Vaſſiaca ſuperioris memoria, horribili iſto facinore aboleri paſſim conclameretur.

Sens.

CONQueritur hac de re ad Reginam Condæus ſcriptis literis: Se in ea fuiſſe ſententia vt exiſtimaret præteritorum facinorum indignitate eos reuocatum iri qui publica tranquillitati inuiderent, vt tandem diſcerent Edicta regia reuereri ac colere: Illorum tamen malitiam ita excreuiſſe, vt eorum ſcelera non amplius poſſent cohiberi, planèque omni iure violato, diuina iuſtitia ſupplicium ſit omninò expectandum. Immanis iſtius audaciæ, poſt tàm multa alia vetera exempla, nouũ apparere in luctuoſa ſtrage Senonenſi edita aduerſus complures Euangel. cam ſcilicet libertatem, ex Edicti regij beneficio profitentes.

IDEO ſe eam orare, vt repreſentato tantorum facinorum ſpectaculo, ſuaque patientia, quam in illum vſque diem, Regis ipſiuſque Maieſtatem reuerentia præſtiſſet, conſiderata, videret etiam, vt ſua authoritate ad illa coercenda vteretur, nec Regiæ Maieſt. contemptum tam manifeſtum, impunè graſſari pateretur &c.

SENO II

TEMPORA

LOCA

HORNIVS Comes, cuius fratrem Montignium STATVS atq; ordines ad Regem in Hiſpaniam, vt ibi ſtatum Belgij declararet, miſerunt, ſcribit inter cætera de nouis Epiſcopis admittendis in hunc fere modum. QVAMVIS intellexi, Antuerpienſes ſe demùm oppoſuiſſe; ad magnates tamen quod attinet, video vnanimen omnibus ineſſe affectionem ſatisfaciendi voluntati atque ordinationi tuæ Maieſtatis, adeò, vt in illis tanquam bonis vaſallis nihil amplius requiri videatur, niſi plebs ita ſeſe mandatis tuis opponeret, vt nobis difficile omninò foret, ne dicam impoßibile eos in officio cõtinere, vel adhuc etiam adigere, quod tua Maieſtas fieri mandauit, quemadmodum latius id ex Duciſſæ literis tua Maieſtas intelliget &c. Atque ita res ſucceßiuè progredietur ex Franeia quoq; in Belgium, à Principe Condæo, ad Principem Auriacum.

10 k Antuerpia

DVO erant Expoſtulationis Condæi capita, vt dictum eſt, Vnum violari Edictum regium: alterum Regem, Regiamque familiam à Guiſijs & ſocijs captiuum detineri. His duobus continuò reſpondetur per Edicta Regia in hunc modum Lutetiæ publicata.

PRIMVM EDICTVM.

QVVM tantæ perturbationes in Regnum pertinaciter irrumpant, Regi illud dolere, qui nulla remedia ad pacem tranquillitatemque prætermiſerit, de Regina, Regiſque Natarũ principumq; ſuorum iudicijs, & quidem nuper Edicto ad Ianuarij menſem facto quo, ad res moderatius tranſigendas, multa præter maiorum ſuorum regum morem & ritum in religionis re condonabat, vt hac ratione pertinacium hominum petitionibus indulgendo, paci publicæ conſuleret: illos tamen nullo modo poſſe compeſci ac cohiberi, vt ex multis motibus tam excitatis appareret: nonnullis etiam, quod inauditum eſſet, auſis aperta & manifeſta vi ad arma concurrere, vrbeſque regijs cuſtodibus exturbatis, tenere: quod licet permoleſtum ſibi eſſet, tantas intemperies hominum impudenter tenera hac ſua ætate abutentium, temerè ad maxima regni incommoda euagari: non tamen effecerit, vt quicquam conſuetæ ſuæ clementia ac benignitate deciderit.

1 Suprà pagina. 26.

ITAQVE ſe eandem illam ſuam voluntatem publico hoc edicto confirmare: velleq; & mandare, vt omnes religionis ſuæ ritibus & adminiſtratione, ex Ianuarij Edicti præſcripto, liberè vtantur. Sed quoniam Lutetia regni Metropoli magna ſæpè grauißimarum ſeditionum pericula extitiſſent, velle ſe, ad præſentis temporis neceßitates, Reformatæ, quæ vocatur, religionis adminiſtrationem minimè fas eſſe, eadem in vrbe, nec intrà illius ditionem ac fines, donec aliter ſibi viſum fuerit, agitare.

ALTERVM EDICTVM.

PROMulgatur quoq; publicè ad illud propè tempus ſolenni ritu Regium reſcriptum. NEMINEM non animaduertere, grauißimas perturbationes in Regnum incumbere, omneſque omnium ordinum animos ita permotos atq; concitatos, vt non maxima damna non euentura, niſi Deus illa auertat videantur. Mirum tamen eſſe, homines turbarum iſtarum & diſſenſionis autores, eas cauſas ſuorum ſcelerum prætexere, vt imperitorum luminibus obſtruere ſpecioſis coloribus poßint.

QVOD verò de Edicti propter Religionem lati violatione cauſentur falſiſſimum eſſe, ex perſpicua voluntatis regiæ declarationem, quam manifeſto Edicto demonſtrarit. AT illud impudentiſſimè eſſe calumniam, quòd Regem, Reginamq; matrem fratreſq; ſororemq; captiuos inter præcipuorum quorundam ſuorum miniſtrorum manus, dicitient eaſq; iactent eſſe armorum ſumptorum cauſas, vt eos in libertatem vindicent.

5 f Paris.

AT verò ſe perſpicuè omnibus teſtari, velleq; notum & certum apud omnes, Se matremq;, fratres ac ſororem, nunquam in eum ſtatum, Dei beneficio, veniſſe: contrà, ſe omni libertate ac auctoritate, Regiam dignitatem & potentiam retinere ac eiuſdem Dei fauere retenturum optimorum ſuorum ſubiectorum operà & auxilijs.

ET

LOCA

TEMPORA

ET quoniam ſeditioſi illi perfidè abutuntur facilitati Condæi conſanguinei ſui, quem coniurationis ſuæ Ducem elegerint, teſtatur ſe omnes vires collaturum, vt eum in priſtinã ſuam libertatem vindicet, rebuſq; adeò perturbatis prouideat.

HABENTVR. quoq; Lutetiæ delectus nobilium virorum maximè, ex quibus cataphractorum equitum turmæ fieri ſolent, omnibus per omnes prouincias iubetur præſto adſint. [1] Dat poſteà Regina ad Condæũ literas [2] Poſtea & Senatus Pariſinus.[3] Edit poſthac [4] Cõdæus ſcriptum ſecundum, quo demonſtrat non ſe, ſed Guiſios ſocioſq;, qui TRIVMVIRI vulgò vocabantur, cauſas eſſe motuum: rationibus expoſitis, quibus pax iniretur.

1 Maio menſe.

ET ne quid ad pacificandum prætermiſiſſe videretur, ſcribit quoq; ad varios Principes peregrinos, cum quibus amicitia intercedit cum regno Gallico, vt conciliandæ pacis medij, & interpretes in hac cauſa intercederent. Ad Cæſarem FERDINANDVM literis datis, [5] ſe propter ſingularis clementiæ humanitatis, ſapientiæ opinionem, quam de ipſo optimis de cauſis concepiſſet, exiſtimaſſe ſui eſſe officij (inquit) de ijs rebus quæ in Gallico regno, & maximo quidem ſuo dolore, agitarentur, ipſum facere certiorem.

2 2 May.

INTEREA Condæus ſuis per literas ſignificat, vt, quando res bello dirimendæ neceſſariò eſſet, ad bellum alacres eſſe parent. Nec mora compluribus in locis iuſſa capeſſunt: alij felicius alij minore ſucceſſu. Vrbes, quantum poſſunt, exturbatis Catholicis, Ciduinia miſſis mutuum præſidijs. Poſt Turonenſes, Blæſates, Audeganenſes, idem à pictonibus pictauio capto efficitur. Idemq; à Normannis pluribus Normanniæ oppidis captis, & Rotomago etiam primaria vrbe. Rupella ad Xantonum agrum, æquo inter incolas re, ex edicti præſcripto vtebatur. Burdegala autem, totaque propè Vaſconia, exceptis non nullis obſcuris oppidis, exturbati Catholici Monlucij Propræſidis opera.

3 5 Maij.

4 7 Maij.

5 C Paris.

CONVENIVNT [6] Regina, Nauarræus, & Condæus in pago Belloſiacæ regionis, medio prope inter Lutetiam & Aurelianum itinere. Multa ab illis tum acta in mutuo collegio, ſemotis etiam omnibus arbitris, Negatum ibi plane Condæo eſt, diceſſuros aulæ Guiſios ſocioſque, Edictumue Ianuarij per vniuerſum regnum obſeruatum iri: quæ duo erant Condæi petitionis capita. Dat [7] ergò Condæus, Aurelianum redux, re cum confœderatis ſuis communicata, ad reginam literas, quibus mentem ſuam declarat. Socijq; poſtulant, Antequam quicquam agatur, Guiſij, Conneſtabilis, Mommorencius & Mariſcallus S. Andræus domum ſe recipiant. Defertur ad Reginam cum literis ſcriptum ſocio rum, quod ſtatim remittitur [8] cum literis quibus conditiones pacis ſibi placere ſignificabat. Diſcedunt poſtea [9] Guiſij à ſuis caſtris Bogencianis, & Condæus ad Reginam obſes venit Talſiacum pagum vbi Regina comorabatur, quæ Condæum ſocioſque vult in exilium abire. Reuertitur Condæus ad exercitum. Guiſij caſtra Begenciaco mouent: Bleſas, Turonumq; oppida capiunt. Condæus Arrelias cum exercitu redit. Sed Adretio Barone, quid in Delphinatu Comitatuq; Venaiſſino egerit paucis quidam dicamus.

5 24 Maij.

6 1 Iunij.

7 11 Iunij.

8 24 Iunij.

EST oppidum non maximi nominis, Comitatus Venaiſſini, Mornacum: arce tamen, loco ingenio ſituque ad expugnandum perdifficili: loco arduo præruptoque collecta ta, Vrbe facilè potitur Adretius: arcem præſidiarij ab Suzio cuſtodia conſtituti milites, cum oppidanis ad ducentos, tenebant illam partim vi, partim deditione recipit Adretius, pactus ſe vitam militibus conſeruaturum. At, ipſo in arcem ingreſſo, Orengiani qui in exercitu erant, clamant. Omnes illos milites Orengij expugnationi interfuiſſe, & nonnulli illorum inſigni crudelitate notabantur. Mornacenſes damna ab eis accepta, fidemque, deditione nimirum vrbe arceque redditis, violata commemorabant. Et idem inquit Adretius illis redditor, tum in illos ab introducto in arcem milite ſeuitum.[10]

9 26 Iulij.

10 29 Iulij.

17

Im ersten angriff der schlacht bey Dreux ein stat... Der Prinz von Conde de Connestable ausgejaget hat.

Das Papistisch kriegsvolck gar Ferrevum Wol nach dem sie sich in die flucht gewendet Am XIX. tag Decembr...



r. Den iren ein groſſer theil erſchlagen lag.
. Hat ſie der Guiſe am ſelbigen tag.
t m'dir M. D. LX II.

Geſchwindt wurden vſamen in groſſer eil.
Vnd an der ſelben wahlſtat bracht in kurtzer weil.

Et vt eodem leti genere Orengianæ neces retribuerentur, plurimi precipites ab ripe diſtur bati poſſuno exemplo: idemq; Petrolatæ, munificentiſſima arce ab Adretianis recepta, immaniter facilitatur, paſſimque precipitia inter hoſtes ex eo vagari.

DVM è Mornacenæ arce illi precipites agerentur, res accidit memoriâ digna, vnus deiectus, in caprificum rupi ad natam adhæſit: omnes rem continuo mirari: nonnulli etiã in illum tormentorum globulos iaculari: tribunorum tamen quorundam precibus Adretius vitam ei condonat, demiſſoq; funè extrahitur.

5 f
Paris.

CONDAEO Aurelias (vt dixi) cum exercitu reduce; Senatus Pariſinus. Areſto, poſt Regiarum literarum ſcripto, ij qui Aurelijs arma ſumpſerant, contra Regno, Regnumque ea ſumpſiſſe, atque adeò rebelles. Regiæque Maieſtatis violatæ rei dicebantur, illorum capita deuota. belloque vt publicos hoſtes per ſequendos, honoribus, quos è munueribus priuilegijſue Regijs habuiſſent, priuatos & deſtitutos, ad ignominiam ſempiternam, ne ipſis ipſorumq; poſteritati. Regia publicaq; alia munera gerere vnquam fas ſit: illorum facultates Regio fiſco addicantur.

A B illis excipiebatur Condæus, quaſi etiam imitus ab ſocijs detineretur, paſſim aũt Guiſij quocunque terrarum poſſent, miſſis maximè, in Germaniam variè literis, Condæũ ſocioſque, vt nouarum ac monſtroſarum doctrinarum authores patronoſq; apertè accuſabant: vt ita Germanos, quorum auxilijs & ipſi & Condæus indigerent ab Condæo ad ſe reuocarent. Affligebatur Condæus incommodis. Nã præter grauiſſimam luem peſtis, quæ Aureliæ ſuos quottidiè decerpebat, vrbem amiſſione hoſtiumque ſuorum incremento infirmabatur, rerumq; perplexarum moris, hoſtiſque ad primos illos ſucceſſus inſolentioris cõ comminationibus luiſque etiam periculo, non pauci ex ſuis lababant, nõnulli etiam ſecedebant.

1
16 Iulij.

ET quoniam peregrinorum auxilijs hoſtis Condæi quottidie firmaretur, & nouarũ virium expectatione erectior: quod è re videbatur, miſſo cum literis in Angliam Stuardo, viro induſtrio, ab regina auxilia, ſuo ſuorumque nomine Condæus petit. Atque Germanos principes per ſcriptis literis, quibus illos item de auxilijs rogaret, Audelotius ipſe, in Germaniam ad rem celerius expeditiuſque impetrandam efficiendamque proficiſcitur. Edit ad id tempus ſcriptum Condæus, quo rumores de ſe ſuiſque, quaſi nouarum monſtroſarumque doctrinarum patroni eſſent & fautores, à Guiſijs paſſim diſſeminatos, diluere conatur.

QVONIAM (inquiens) quottidiè audimus aduerſarios noſtros, ex conſuetis ſuis mendaciorum comminiſcendorum artibus, & inueterata in nos maligmtate, vbique noſtras omnes actiones traducere ac calumniari, modò Atheiſmum, modò Anabaptiſmum, aliaſque modò reprobatas doctrinas affingentes: vt hoc modo bonas eorum voluntates præclaraque ſtudia, qui nobiſcum verum purumque Dei cultum, ex prophetarum Apoſtolorumque doctrinã tueri, ac defendere conantur, labefactent atque alienent: voluimus, breuem ſummam fidei noſtræ proponere.

QVA adoramus & inuocamus Deum viuentem, in nomine vnici filij ſui Domini noſtri & ſeruatoris Ieſu Chriſti: retinentes nos in ipſius timore & reuerentia miniſterio verbi ſui, & Sanctorum ſacramentorum, Baptiſmi nimirùm & ſacræ cænæ ex ipſius inſtitutione, vſu adhibita. In ſumma, in omnibus fidei articulis conſentimus primitiuæ & antiquæ Eccleſiæ, quæ prophetarum Apoſtolorumq; ſcriptis, vt ſalutis nimirùm noſtræ vnicæ regulæ, innixa eſt, &c.

Refer huc paginam 37.

RESPONDET

LOCA

TEMONRA

RESPONDET quoq; Condæus Senatus Pariſini Areſto, quo ſocij rebellionis Regiæq; Maieſtatis leſæ crimine damnabantur: Recuſatis primùm ſingulis illius Collegij viris, præſidibus Senatoribuſq;, quaſi ad iſtam cauſam minimè idoneis: recuſationumq; cauſis ſcripto explicatis, quod curat ad ipſos deferendum.

QVAMVIS (inquiens) ſuperioribus ſcriptis ſuis ipſeq;, ſocijq; abundè demonſtraſſent æquitatem cauſæ, quæ ipſos armaſſet, libertatem nimirum authoritatemq; Regis, & Regiorum Edictorum de ſancta conſcientiarum libertate Eccleſiarumq; reformatarum pace obſeruationem: cum tamen gloriæ Dei, publicæq; vtilitati hoſtes, nouas indies calumnias, quibus ſuam ſociorumq; innocentiam obruant, comminiſcantur, conſentaneum planè rationi eſſe, vt ſi profligati homines in oppugnanda veritate iuſtitiaq; non defatigentur, nec ipſi in eadem illa tuenda defendendaq; animis cadant.

CVM itaq; ad 26. Iulij datum fuerit in Senatu Pariſino condemnationis Areſtum, quo rebellionis reos peragunt, qui arma ad Regis Regiorumq; ordinum authoritatem conſeruandam, contra Guiſiorum ſociorumq; Tyrannidem, non ſolùm Regni illius incolæ, ſed exteris etiam regionibus demonſtrati poſteritatiq; etiam hoc monumento repræſentari.

Fore enim pro memorabili exemplo, in quo conſpici poterit, in quantos cæcorum deprauatorumq; iudiciorum labyrinthos Dei Eccleſiaq;, hoſtes inuoluantur: eoq; dementiæ & cæcitatis venire, vt pro veritate falſitatem aſſerant, eos ſeditioſos iudicando, qui, quantum in ipſis ſitum eſt, pacem tranquillitatemq; publicam exquirunt: rebelleſq; eos declarando, qui rerum ſuarũ ratione planè depoſita fortunas facultateſq; exponũt, in diſcrimen capitis veniant, quò Regi obedientia, regijs Edictis legitima conſtet auctoritas.

5 Iul. Pariſ. 26. Iul.

ET vt hæc rebellionis pronunciatio iniuſtitiæ prænarationisq; manifeſtius conuincatur, proq; hoſtis calumnia, non verò pro iudicij ſententia habeatur. Ecce, ego, inquit, ſocijque, præter ſuperiores innocentiæ noſtræ explicationes iſta demonſtramus, de quibus alibi latius, ab alijsq; ſcribitur. Nos hîc ad Guiſios reuertimur.

AVMALIVS Guiſij Ducis frater, Rothomagum Normaniæ oppidum oppugnat, arcem Sancti Catharinæ munitiſſimamq; opportuniſſimamq;, copioſa tormentorum bellicorum vi quatit: ſed infelici ſucceſſu, defenſa fortiter ab oppidanis præſidiarijsque militibus, duce Mornillerio viro nobili, vrbe. Itaque ad decimum ſextum oppugnationis diẽ re infecta, caſtra mouet Rothomago Aumalius diſcediq;: plurimis ad illam oppugnationem fruſtrà amiſſis militibus.

EX altera parte Guiſij caſtra Bogenciaco mouent, ibi aliquot militum ſignis in præſidium relictis, poſtridiè Bleſas nobile oppidum, deinſperato aggrediuntur expugnantque, magna hominum edita ſtrage. Indè Turones ad deditionem expetunt illoq; adducto exercitu, vrbem occupant, ibiq; Caluiniſtas oppidanos cædunt, viros fœminaſq;, nullo ætatis diſcrimine, nauibus repletis, fluuio demerſerunt ac poſſim complures furentes lites obtruncarunt.



Nach dem die von Tours wer mehr. Mit hungers und dorfen
Dan zwei hundert gemartert sehr. Drei ting lang lag auff den

Haben sy de enbroste grausamlich
Dem Profosten Bourgois syrannischlich
Zu hertz vnd ingweyd auss gehouwen
Vnd jeh keiner wytere vermaten
M. D. LX II. in Julio.

1562. TOPOGBAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA

LOCA

GVISII Sociq́, Bleſis Turonoq́, oppidis expugnatis, vniuerſaq́, regione illa potientes, nihil non hoſtiliter aduerſus Caluiniſtas faciebant. Santandraus cum aliqua copiarum parte Pictauium proficitur 1 vrbeq́, potitur, 2 nihil non ab intemperante milite factum: cades, rapinæ, conſtuperationes, mulierum abductiones. Veniunt & in Guiſiorum caſtra, Heluetiorum auxilia pauciq́, diebus interpoſitis Germanorum peditum equitumq́, Ducibus Rogendorfio Comite Auſtriaco, & Rheingrauio, de quibus ſupra diximus. Expectabantur præterea Hiſpanica Vaſconicaq́, copia

1
25 Iul.

10 k
Antuerpia,

CVR autem tam intemperanter miles Pictauinos illos tractauerit, in cauſa fuit, Quòd Mareſcallus Sant Andreus illis qui in vrbe intus erant literas exhibuit, petens vt ſeſe dederent, Regemq́, ſuum agnoſcerent, nihil eos neq; in rebus aut corporibus, neque in Religione ſua paſſuros detrimenti. Huic reſpondérunt, illum à rege nihil quicquã habere in mandatis literas etſi oſtentaret, eas tamen non eſſe Regis: & ſi maximè eſſent, Regem eſſe puerum, ignorare quid fieret, illum à Duce Guiſio in tranſuerſum impelli &c. Tum vrbs tormentorum à Turonibus aduectorum ictibus validè quaſſata, dieboq; die, 3 capta & direpta eſt. Tandem tota vis belli ad Aureliam obſidendam conuerſa.

6 l
Zpræ.

2
1 Aug

5 n
S. Omer.

ANTVERPIENSES vbi viderunt nouos in Flandria Ypris ac Brugis in Arteſia ad S. Audomarum, Item Namurci, & in Zelandia Middelburgi, tandem etiam Mechliniæ in media Brabantia, ac poſtea Boſcoduci Epiſcopos introductos atq; receptos fuiſſe; Abbates autem ſeſe primùm his oppoſuiſſe in Brabantia Tongerlos, S. Bernardi, & Affelgemi ac legatos ſuos nempe Tſerclaes & Nyſſum in Hiſpaniam ad Regem miſiſſe. Et ipſi, ne in vrbem ſuam Epiſcopum recipere cogerentur, primùm apud Parmenſem Regis vicem gerentem inſtiterunt 23 Ianuarij, 23 Martij, & 5 Maij huius anni, à qua cum non impetrarent quod petunt, miſerunt deinde Ammanũ, Vrſelum & VVeſenbekium hos tres ad Regem ipſum, qui quidem Rex, vt ante reſpondit prælatis, 27 Februarij, 18 Martij, non ad libitum, ita hos ab 11 Iunij die, qua illos audierat, detinuit vſq; ad 6 diem huius menſis Auguſti, 3 nec quicquam illis hucuſque conceſſit. Vnde poſt Prælatos, et vrbes, tandem Nobiles etiam miſerunt Baronem Montignium, in eum potiſſimũ finem, vt Epiſcopis illis nouis atq; Cardinali Granuellano ſeſe opponerent, diceremq́, Eamus & diſponamus teſtamentum cum gentibus quæ circa nos ſunt, & deſtinauerunt aliqui de populo, & abierunt (ſed non ad Philippum Hiſpaniarum) Regem.

10 n
Namurcum.

3
6 Aug.

8 h
Middelburg.

Pugnatur interea inter Catholicos & Caluiniſtas ſtrenuè in Gallia, & à Catholicis inter cætera oppida Ciſteron prouincia oppidum expugnatur. 4 Ditionis Lugdunenſis regio eſt Foreſtium, cuius caput eſt Mombriſo. Foreſtienſis ergò Duce Moncelaſſo, Lugdunenſis exercitu, Ductore Adretio ad illos reprimendos proficiſcitur: regioneq́, facilè occupata, Mombriſſonem primariam vrbem oppugnare inſtituunt: oppidanisq́, deditionem negantibus, ne quicquam verò fortiter Moncelaſſi hortatu & auſpicijs ſeſe defendentibus vrbs tormentorum fulminibus conquaſſata vi capitur: adeò furente victore milite, vt vrbs cadaueribus tota paſſim oppleretur: Adretio ipſo militem ad cædes vehementer hortante atq; inflammante.

10 l
Mechlinia.

4
26 Aug.

11 b
Boſcoducum.

RESTABAT

LOCA

TEMPORA

RESTABAT vrbis propugnaculum, in quod cum oppidanorum insignioribus Moncellassus perfugerat. Et tamen paulò pòst partim vi, partim deditione capto, Adretius, postquam omnia arcu loca perlustrasset, intromissu aliquot militibus cepit in capter seuire minus, nonnullosq; etiam obtruncare Moncellassio hostiliter exprobrans, quod prater fidem datam suos aliquot milites, dum colloquium haberetur, interfecisset. Tum illum oppidanosque alios, ad turris editissimam partem adduci iubet, èque fenestris precipitat, ipsum que adeò Moncellassum omnesque milites. 2 Adretio prater crudele illud latrocinium perfidia quoque exprobrabatur. Dicebatur enim fidem dedisse Moncellassio alijq; de vita conseruanda. Ita expredata Mombrisone, totaque indè regione peruastata spoliis onustus Lugdunum redit cum Adretio exercitus.

3 Augusto mense.

10 l Bruxellæ.

INTERREA mittitur instructio Bruxella ex inferiori Germania ad Regem Philippum in Hispaniam, vnà cum litteris Credentiarum, quas vocant subscriptu propria manu verum etiam non solum Marchionis Bergensis, Comitis Mansfeldij, Megani, Arembergij, quibus causas ostendunt, propter quas illu cum Cardinali Granuellano non conueniret, de quibus mentione fit in Apologia siue defensione Hornensis eiusdem comitis. Duaci Rex Philippus vniuersitatem erexit, in qua professores honestis salarijs prouisi primum praligere studiosis incipiunt. 3

2 Vide pagina 33.

VICTOR exercitus regius in Gallia Auriaco mouet ad 11. Septem. 3 Rothomagumque petit primariam Normannia vrbem, quo validore quam antea, exercitu & vehementius obsidetur: itaque oppugnatur, vt nequicquam oppidanis Mongomerij aspicio & ductu sese defendentibus tandem, San Catharina quoque arce expugnata, in Gallorum maxus venerit: Mongomerio tamen militibusque pluribus, secum nauibus consensis frustra inuigilante hoste, conseruatis. Multa cades in vrbe patrata nec rapina pepercit furiosus miles, inter alios Marloratus pastor Caluinista apud Hugonotas celebris capitur & publicè per carnificem suspenditur:

MORS NAVARRAEI.

3 11 Septē.

DVM vrbs obsidebatur, 3 Rex Nauarreus Regis tenterio innitens obuersio ad vrbem tergo, tormenti minoris globo ad humerum percutitur: Saucius que inde persequanam fluuium Lutetiam defertur, ibique cum ad aliquot dies vitam agrè toleraſſet, inter magnos cruciatus moritur.

4 20 Sept.

MITTITVR 4 de communi sententia Ducum, Grillius, Barius & Buliargius, rei militaris periti. Nemausum, quo cum quingentis equitibus, & peditibus ad trecentos, reliquis copijs ad vrbes Montpessulani custodiam relictis. Explorandi San Gillij oppidi cura Buliargio demandatur, videret oppidum ne ad oppugnationem munitum, & quo præsidio instructum esset, ibi à Sargillianis cognosceret iam de ditione ab hoste proximo per preconem interpellatos: qui praco eo tum etiam interuenit cum ijsdem mandatis, Postulare Sommeriuium & Suzium vti vrbs mox dederetur, ni extrema pati vellet si tormentorum vim expectaret: demandatur Buliargio ducentorum tormentariorum Sangillium properè deducendorum cura; Grillius & Barius cum reliqua equitum turma subsequuntur, erant sex millia peditum, octingenti equitum cum tribus maioribus tormentis quibus Sargillium obsidebant.

5 Paris.

BVLiargius cum ducentis illis sclopetarijs & sua equitum turma Sangillium versus proficiscitur, socij subsequuntur. Equites Sommeriuius in aream dispomi iubet, omnesque in aciem exire: pedites in armis interea sint. Buliargius in custodijs ad colliculum dispositis (inde enim ad æquam planitiem hostilis exercitus facile perspiciebatur) monitur, Sommerianos equites ad se turmatim ducere.

6 Octob.


Castle
Tyrgon
Andreas ff.

Castel
Rillande

TEMPORA

LOCA

HIC Buliargium à numeroſiore hoſte facile inuoluendum, conſilium è re capit, èque vallecula omnes ſuos ad tumulum conſpicuo loco hoſtibus terrendis deducit. Conſilio fauit fortuna. Vbi primùm enim hoſtes illos tumulo inſidentes conſpexit, inſidias ſuſpicatus, indè colligens ab obſidionis loco ceſſit, Rhodanique partes petit, exiſtimans Adretum cum Lugdunenſibus & Delphinatibus copijs adeſſe, Buliargij enim rubra erant vexilla, cuiuſmodi erant Adretiana.

1 1 Nouẽ. HIC Buliargius locutus ferebatur, Qui me amat (inquit ad ſuos) me ſequatur, citatoque equo ad hoſtem ſuis ſubſequentibus contendit, atque trecentorum circiter paſſuum ſpatium ſubſiſtit: Sommeriuianis confeſtim equitibus antè pedites, qui tormentorum cuſtodia erant conſtituti, circum volitantibus, Buliargius nihil cunctatus, citato equo pugnam capeſſit: vixque ad duos tormentulorum ictus Sommeriuiani equites, relictis tormentis maioribus, terga vertere, perque peditum ordines confuſè perrumpere, totum exercitum in fugam concire, tum Buliarchiani VICTORIAM clamare, obuios interficere, magnamque paſſim cædem edere: ſociorumque quos continuò admonuit Buliargius, aduentu, ingens ſtrages editur: fugientium, perſequentium vbique concurſu. 5 f Paris.

CVNCTantibus tamen ſocijs vixque pugnam quod minimè crederent, ineuntibus, è Sommerianianis multi equites, qui & ad aliam exercitus partem erant, & melioribus equis vtebãtur, fuga per pontem euaſerunt, & Sommeriuius quoque, & Suzius (quos dixi) primi ductores: qui effracto pontis aditu, veriti ne hoſtis ſubſequeretur, ſalutis viam ſuorum plurimis ademerunt. Ergò palantes vtròque diſcurere, nonnulli in Rhodanum ſe conijcere, vt natatu vlteriorem ripam peterent: multi tamen in aquis perierunt.

EX Pugnato, vt ſupra dixi, Rothomago, Guiſianus exercitum Lutetiam ferè deducitur increbeſcente magis ac magis de Germanicorum Anglicorumque auxiliorum Condæi gratia venientium rumore. Monito itaque Rothomago, ruiniſque mœnium inſtauratis, & præſidio ad vrbem relicto, Guiſius cum exercitu Lutetiam redit. 19 q Franckfort.

Veniunt interea Aureliam copiæ germanicæ ab Principibus proteſtantibus Germaniæ variè tributæ, ſummo ductore Mareſcallo Heſſo. Erant tredecim Equitum vexillationes: quæ ad millia ſexcenta: peditũ vndecim ſignia, quæ ad tria millia ferè militum efficiebant. Tum conflato exercitu, Condæus Aurelijs mouere adque Lutetiam ducere inſtituit: ſed antequam diſcedat ſcriptum edit, quo & primorum motuum & eorundem, continuatorumque apertum bellum conjectorum à ſe depellens cauſam, in Guiſios ſocioſque eiuſdem derivat: ſeque teſtatur illorum iniurijs à Rege Regnoque depellendis, pro officio ad bellum proficiſci.

2 24 Nouẽ. EDITO hoc ſcripto, atque rerum à ſe in eum vſque diem geſtarum ſumma, nec non omnibus ad bellum neceſſarijs ita paratis, Aurelia mouet, perque Belloſianam regionem ducit, Lutetiam petens.

ELIGITVR tùm Francofurti communibus omnium electorum Principem ſuffragijs in Romanorum Regem Maximilianus Bohemiæ Rex, cuius ſupremus Curiæ Magiſter fuit, parens mihi clariſſimus Chriſtophorus, à quo vocatus, veni cum Comite Egmundano Bruxellam per Coloniam Francofurtum, indèque cum nouiter electo Rege diſcedentes, Auguſtam venimus, ibique aliquamdiu hæſimus. 10 l Bruxella.

VENERAT

VENERAT tum etiam Turcici Imperatoris Solimanni legatus, Ebraim Strozza, qui præter literas ad Ferdinandum Cæſarem à Turca datas, etiam equum gradarium, & quatuor Camelos munera Solimanni obtulit, dicens Solimannum eidem Cæſari dono miſiſſe captiuos Chriſtianos, quos nullo nec precio, nec muneribus, nec interceſſione principum quorumcunque redimi paſſus eſſet: petere autem Solimannum, vt captiuos Turcas & ipſe Cæſar dimittat.

ADFeruntur interea nuntij Condæo de fratris Nauarræi morte, vnde propius Lutetiam ducens ad Arcellum pagum caſtra metatur [1] miſſis literis Regina colloquium indicit, ſed fruſtrà, cum negaret Regina Amiralio præſente, vllam toto Regno religionis nomine facultatem tributum iri, idq; & Regi & ſibi ita certum eſſe, Repetitur nihilominus colloquium prope ſuburbium San Marcellum, vbi à Condæo concordiæ proponuntur conditiones, ſed nõ admittuntur, imò etiam Genlius vir illuſtris, cuius frater Iuoyus, poſt Auarici, cui ſumma rerum præerat, deditionem, Condæum eundem reliquerat, ad hoſtem deficit, Lutetiamq; ab cuſtodibus intromittitur, & quia magnæ fuit apud Condæum authoritatis. Condæus ſuſpicans eum omnia Guiſio conſilia delaturum, noua conſilia init: cumq; Lutetiam propiùs acceſſurus eſſet, vrbemq; tentaturus, conſilium mutat, vaſi que collectis, Lutetia omnibus copijs mouet, Nortmaniam petiturus, Anglis, quos ad Gratia-portum, maritimam vrbem, qua Hugonotarum præſidio tenebatur, appuliſſe certis nuntijs norat, ſibi coniungendis. 1 1 Decemb.

INTEREA Guiſio veniunt Vaſconica Hiſpanicaq; copiæ, quibus, vt veteranorum militum 22 ſignis, maximè fidebat. Itaq; & Lutetiæ ſoluta obſidione, & nouis viribus erectior Guiſius, de perſequendo Condæo capit conſilium, ne ille aſcitis Anglis, quorum ad 12 peditum ſigna ab Regina Angliæ auxilio, cum oportuna pecuniæ vi, ei mittebantur, & illius pecuniæ acceſſione, ad nouas belli difficultates firmaretur: ſibi etiã Germanorum animis, quos pecuniæ penuria, qua tum laborabat Condæus, ipſius mandatis refractarios tandem fore ſperabat Guiſius, potentius ita conciliatis.

5 C Paris.

INTERcludendo igitur ab Anglis Condæo, Guiſius totis copijs Lutetia mouet, magniſque itineribus ad Nortmaniæ oppidi, quod DRVYDARVM vocatur, vulgò Dreux, agrum venit, vbi etiam Condæus ſubſtiterat: caſtraq; vtrinque metantur, ducũ Lencarum Gallicarum itinere inter duos exercitus interpoſiti. Idoneum ſuis locum caſtris Guiſius legerat, & Druydarum oppidi, quod ſuis præſidijs tenebatur, nonnullorumque pagorum, & nemoris ad ſubitis incerti euentus defenſiones accommodi, vicinitate, Æqua vero & longa vtrinque planities extendebatur, vallecula tantũ vna ex parte interiecta.

CONDAEVS, poſtquam videt hoſtem tam propè admouiſſe, re cum ſuis deliberata de pugna ſummis copijs ineunda conſilium capeßit, quo decertandi occaſionem ſibi arripiendam ſtatuit. Peditum tamen numero longè à Guiſio ſuperabatur, cui nimirum ad 26 millia peditum eſſent, ipſi vix ad 11 millia, Equeſtrium verò copiarum Guiſio ad tria: ei fermè ad quatuor millia erant: hoſtem ita equitem ſuperant.

CONSILIO de pugna inſtituto, omnes copias caſtris Condæus educit, manè [2] vix dum promoto ad octauam horam die. Aciem vniuerſam ferè ita inſtruxerat, eques vti, quo potentior erat, ad primos ordines eſſet: ipſe ſecundum aciem cum Rupefocaldio, additis Cœi expeditum equitum turmis ad prima initia, adque vnum latus Moyij & Auarelli: ad aliud verò nonnullis Germanorum equitum vexillationibus conſtitutis habebat. 2 29 Decẽb.

Hauptman vñ Konig Karin des Andren gnat.
Gewat Mordisson mit sturmender hant.

Dar in sin alter grim vnd vbermut.
Ernarde vnd frommer edel blut.

Im iar M.

Sampt vnden Krieghsknechten stum.
So er affterrett von einem turn.

Dorr in er sich all gefengklich angriffen hat.
Wie zu hof auch der herr vom Pinfinat.

LXII. *bi Iubi* 2.2.

TEMPORA

LOCA

AT primam aciem Amiralius cum Porciano tenebat, adiunctis ſecundum ſe duobus equitum cuneis ad aliquot vexillationes. Subſequebatur peditum Germanorum validus cuneus: antegredientibus paulò expeditis tormentarijs velitibus (perditos vocant) ad quingentos, tùm valido Gallorum ad 23 ſigna cuneo ad tormentorum cuſtodiam collocato, qui germanorum equitum ala proximè muniebatur. Ita latiori profundioriq; acie Condæus ad hoſtem vadit: qui iam ſuos in armis habebat.

DVX Guiſius cum valida equitum ala, proximis duobus Hiſpanorum veteranorũq; Gallorum cum quatuordecim tormentis, cuneis, alterum primæ aciei cornu tenebat. Mareſcallus Santandræus cum valida turma cornu alterum: atque vna ex parte conferto equitum cuneo vno, peditumq; Germanorum alia ex parte alio claudebat.

CONNeſtabilis cum valida equitum ala vnum ſecundæ aciei cornu ducebat, proximo ſibi Gallorum ad 17 ſigna peditum cuneo quem Heluetiorum cum 8 tormentis 22 ſigna excipiebant: Danuillij filius alterum ſecundæ aciei cornu, valida equitum ala claudebat. Longior igitur protractiorque Guiſianorum acies interſertis confertim equitum peditumque turmis longo ordine firmabatur. Conneſtabili vna ex parte Amiralius, Condæus Auuillio mediij que Heluetijs è regione opponebatur Guiſio ad primam aciem Mareſcalloque Santandræo adſtantibus ſine hoſte.

CONDAEVS omnem exercitum precibus ad Deum ſuo more adeſſe primùm iubet, illiſque conceptis, ordines circumiens, milites ad conſtantiam fiduciamque hortatur, ita paratis animis pugnæ ſignum dari iubet: ipſe primo impetu, qua Heluetios ducebat equitibus eà nudatos, Curæo cum expeditis velitibuſque perniciter antegreſſo, vix tormentorum fulmina moratus, validiſſime perrumpit, Rupefoucaldenſi gradum ſiſtente.

1 19 Decēb. Dreus.

HELVETII & maiorum tormentorum vi ac ſuis armis, primum impetum ſuſtinuêre: crebra tamen tormentariorum grandine moueri inceperunt, equitum deinde haſtis impreßione facta, tanto ponderi haud pares labare, tum perturbatis ordinibus tormenta relinquere, palarique furente magnas cedibus Condei milite. Alia ex parte, Amiralius eò ferè momento aduerſum conneſtabilem petit: ſuperioreſque interea Equitum Germanorum turmæ ad Auuillij turmas adequitãtes tormentulorum grandine velitabantur. Condæus Heluetijs proſtratis, ingentique cæde fuſis, tum irruit in proximum Gallorum cuneum, perruptiſque ordinibus fundit fugatque.

AD Conneſtabilis alam acris cum Amiralio pugna conſerta: rem ſtrenue vtrinque agitantibus. Conneſtabiliani haud tamen pares primùm labore, ipſoque Conneſtabili gladio equeſtri ad caput vulnerato crebriſque tormentorum ictibus ferè contuſo, captoque, tum fugam capeſſunt inſequente paßim Condæo Auuralioque. Atque hæc quidem de primo impetu, in quo fuſis, caſiſque Heluetijs Conneſtabilis capitur. Nunc priuſquè ad ſecundum impetum deſcribendum perueniam. Cauſas hic inſeram breuibus ob quas Condæus pugnaſſe cenſetur.

NEMPE

LOCA

TEMPORA

NEMPE, vti Religionis vſus per Galliam liber, & intrà quidem vrbes, in locis ſit, in quibus ante bellum eſſet: aliis in locis Religioſ: quos vocat, pacatè viuendi locaq, in quibus reformatæ religionis adminiſtratio ſit, adeundi facultas eſſet: & ne quid illis periculi creetur, Regio beneficio idoneè caueatur. Vti Religionis reformatæ hominibus libera bonorum, munerum, honorum, religioniſque maximè vbiuis regni facultas ſit: & contrariæ aduerſum eis propter religionis latæ ſententiæ reuocentur, irritæq, habeantur: Qui Religionis cauſa Regno diſceſſerint, ſeu iam redierint, ſeu non, eodem omnes beneficio fruantur, ſuorumq, omnium libera poteſtas eſto. Religioni domi apud ſe adminiſtrandi facultas eſto vbiq, Nobilibus: & Conſilij Regis quidem viris, cum in Aula pro officio erunt, idè fas etiam eſto. Vbi Rex, quod & ipſe Condæus & quos delegaſſet, ipſius mandatu fecerint, ad bellum gerendum procurarintq, & quicquid Regiæ pecuniæ ſumpſerint approbet ratumque iubeat eſſe: Liberum Concilium, inquo nec Pontifex, nec pro Pontifice quiſq, præſit reſq; determinet, intra ſex menſes, loco idoneo habeatur, idque generale, aut ſi non poſſet Generale, conuocetur ex vniuerſa Gallia, omnibus tributa libere conueniendi poteſtate: Exercitus vtrinque diſcedant, ſeu domeſtici ſeu peregrini militis: Rexque exercitum Condæi pro ſuo habere, & ad ſuum obſequium conflatum diſerte teſtetur; Hæc ſunt quidem cauſæ rationeſque Condæi finales, ob quas bellum ſuſcepiſſe videtur. Nunc ad ſecundum impetum eiuſdem diei in quo Gallica Condæi turmæ ſunt cæſæ reuertamur. Non dubia initio victoria Condæo demonſtrabatur, valida hoſtilis exercitus parte cæſa perturbataque, tormentis etiam ſecundæ illius aciei captis, captoque Conneſtabili, niſi (Deo quidem rem ſapienter gubernante) pedites Galli Germanique perturbatius agentes, cladis alia ex parte occaſionem præbuiſſent. 1 19 Decēb.

Dreux.

OCCVPATIS ad perſequendum hoſtem ferè Condæi equitibus, pedites Galli Germanique nudabantur. Quæ re animaduerſa Amillus eò cum ſuis irruit: Germani pedites, vix hoſte conſpecto fugam faciunt, pagumque Blimillam petunt perturbatioribus ordinibus, Gallos tùm ſolos è prima acie validus equitum cuneus petit, conſternatioreſq; ad primùm etiam impetum, proditis tormentis, facilè perrumpit cæditque. Ibi ingens edita peditum Gallorum ſtrages: acriter tamen ad aliquot ordines pugnantibus, equitū Guiſianorum perplurimi tunc deſiderati.

ITA fuſo cæſoque Condæi peditatu, præclaram Condæo debellando occaſionem varia belli fortuna Guiſianis obijciebat. Fere enim Condæi eques Conneſtabilianis Heluetiorumque ac Gallorum reliquijs profligādis perturbatioribus ordinibus perſequebatur. Palantibus ergò irrunt Amilliani, & quidem Condæus nemoroſum locum equo inuectus ictu vulnerato in terram fuſus: quòd recenti equo confeſtim minime poſſet ſubueniri, in Amillij manus venit, qui cùm Guiſianis, Regis ac Reginæ Catholicorumq; partes fouebat Caluiniſtarumq; turba reſiſtebant quæ vndiq; confluxiſſe videbantur ad Condæum Principem.

TEMPORA

LOCA

AT primam aciem Amiralius cum Porciano tenebat, adiunctis ſecundum ſe duobus equitum cuneis ad aliquot vexillationes. Subſequebatur peditum Germanorum validus cuneus: antegredientibus paulò expeditis tormentarijs velitibus perditos vocant) ad quingentos, tùm valido Gallorum ad 23 ſigna cuneo ad tormentorum cuſtodiam collocato, qui germanorum equitum ala proximè muniebatur. Ita latiori profundioriq; acie Condæus ad hoſtem vadit: qui iam ſuos in armis habebat.

DVX Guiſius cum valida equitum ala, proximis duobus Hiſpanorum veteranorũq; Gallorum cum quatuordecim tormentis, cuneis, alterum prima aciei cornu tenebat. Mareſcallus Santandræus cum valida turma cornu alterum: atque vna ex parte conferto equitum cuneo vno, peditumq; Germanorum alia ex parte alio claudebat.

CONNeſtabilis cum valida equitum ala vnum ſecundæ aciei cornu ducebat, proximo ſibi Gallorum ad 17 ſigna peditum cuneo quem Heluetiorum cum 8 tormentis 22 ſignis excipiebant: Damvillij filius alterum ſecundæ aciei cornu, valida equitum ala claudebat. Longior igitur protractiorque Guiſianorum acies inter ſertis confertim equitum peditumque turmis longo ordine firmabatur. Conneſtabili vna ex parte Amiralius, Condæus Aumillio medijſque Heluetijs è regione opponebatur Guiſio ad primam aciem Mareſcalloque Santandræo adſtantibus ſine hoſte.

CONDAEVS omnem exercitum precibus ad Deum ſuo more adeſſe primùm iubet, illiſque conceptis, ordines circumiens, milites ad conſtantiam fiduciamque hortatur, ita paratis animis pugnæ ſignum dari iubet: ipſe primo impetu, qua Heluetios ducebat equitibus eà nudatos, Curæo cum expeditis velitibuſque perniciter antegreſſo, vix tormentorum fulmina moratus, validiſſime perrumpit, Rupefoucaldenſi gradum ſiſtente.

1 19 Decẽb. Dreus.

HELVETII & maiorum tormentorum vi ac ſuis armis, primum impetum ſuſtinuêre: crebra tamen tormentariorum grandine moueri inceperunt, equitum deinde haſtis impreßione facta, tanto ponderi haud pares labare, tum perturbatis ordinibus tormenta relinquere, palarique furente magnis cedibus Condei milite. Alia ex parte, Amiralius eò ferè momento aduerſum conneſtabilem petit: ſuperioreſque interea Equitum Germanorum turma ad Amuillij turmas adequitãtes tormentulorum grandine velitabantur. Condæus Heluetijs proſtratis, ingentique cæde fuſis, tum irruit in proximum Gallorum cuneum, perruptiſque ordinibus fundit fugatque.

AD Conneſtabilis alam acris cum Amiralio pugna conſerta, cum ſtrenue vtrinque agitantibus. Conneſtabiliani haud tamen pares primùm labore, ipſoque Conneſtabili gladio equeſtri ad caput vulnerato crebriſque tormentorum ictibus ferè contuſo, captoque, tum fugam capeſſunt, inſequente paſſim Condæo Aumalioque. Atque hæc quidem de primo impetu, in quo fuſis, caſiſque Heluetijs Conneſtabilis capitur. Nunc priuſquc ad ſecundum impetum deſcribendum perueniam. Cauſas hic inferam breuibus ob quas Condæus pugnaſſe cenſetur.

NEMPE

LOCA

TEMPORA

NEMPE, vti Religionis vſus per Galliam liber, & intrà quidem vrbes, in locis ſit, in quibus ante bellum eſſet: aliis in locis Religioſ: quos vocat, pacatè viuendi locâq, in quibus reformatæ religionis adminiſtratio ſit, adeundi facultas eſſet: & ne quid illis periculi creetur, Regio beneficio idoneè caueatur. Vti Religionis reformatæ hominibus libera bonorum, munerum, honorum, religioniſque maximè vbiuis regni facultas ſit: & contrariæ aduerſum eis propter religionis latæ ſententiæ reuocentur, irritæq, habeantur: Qui Religionis cauſa Regno diſceſſerint, ſeu iam redierint, ſeu non, eodem omnes beneficio fruantur, ſuorumq, omnium libera poteſtas eſto. Religioni domi apud ſe adminiſtrandi facultas eſto vbiq, Nobilibus: & Conſilij Regis quidem viris, cum in Aula pro officio erunt, idẽ fas etiam eſto. Vbi Rex, quod & ipſe Condæus & quos delegaſſet, ipſius mandatu fecerint, ad bellum gerendum procurarintq, & quicquid Regiæ pecuniæ ſumpſerint approbet ratumque iubeat eſſe: Liberum Concilium, in quo nec Pontifex, nec pro Pontifice quiſq, præſit reſq; determinet, intra ſex menſes, loco idoneo habeatur, idque generale, aut ſi non poſſet Generale, conuocetur ex vniuerſa Gallia, omnibus tributa libere conueniendi poteſtate: Exercitus vtrinque diſcedant, ſeu domeſtici ſeu peregrini militis: Rexque exercitum Condæi pro ſuo habere, & ad ſuum obſequium conflatum diſerte teſtetur; Hæc ſunt quidem cauſæ rationeſque Condæi finales, ob quas bellum ſuſcepiſſe videtur. Nunc ad ſecundum impetum eiuſdem diei in quo Gallica Condæi turmæ ſunt cæſæ reuertamur. Non dubia initio victoria Condæo demonſtrabatur, valida hoſtilis exercitus parte cæſa perturbataque, tormentis etiam ſecundæ illius aciei captis, captoque Conneſtabili, niſi (Deo quidem rem ſapienter gubernante) pedites Galli Germanique perturbatius agentes, cladis alia ex parte occaſionem præbuiſſent. 1 19 Decẽb.

Dreux.

OCCVPATIS ad perſequendum hoſtem ferè Condæi equitibus, pedites Galli Germanique nudabantur. Qua re animaduerſa Anuillus eò cum ſuis irruit: Germani pedites, vix hoſte conſpecto fugam faciunt, pagumque Blinuillam petunt perturbatioribus ordinibus, Gallos tùm ſolos è prima acie validus equitum cuneus petit, conſternatioreſq; ad primùm etiam impetum, proditis tormentis, facilè perrumpit cæditque. Ibi ingens edita peditum Gallorum ſtrages: acriter tamen ad aliquot ordines pugnantibus, equitũ Guiſianorum perplurimi tunc deſiderati.

ITA fuſo cæſoque Condæi peditatu, præclaram Condæo debellando occaſionem varia belli fortuna Guiſianis obijciebat. Fere enim Condæi eques Conneſtabilianis Heluetiorumque ac Gallorum reliquijs profligãdis perturbatioribus ordinibus perſequebatur. Palantibus ergò irrunt Anuilliani, & quidem Condæus nemoroſum locum equo inuectus ictu vulnerato in terram fuſus: quòd recenti equo confeſtim minime poſſet ſubueniri, in Anuillij manus venit, qui cùm Guiſianis, Regis ac Reginæ Catholicorumq; partes fouebat Caluiniſtarumq; turbæ reſiſtebant quæ vndiq, confluxiſſe videbantur ad Condæum Principem.

16 Disser zweyter angriff am selbigen tag
Von Guise bei der stat Dreus abermal gschehn.
Am XIX. tag Decembr.

nen der Prins von Conde gefangen wurde.
ein Frieghs folck zu weichen gezwungen hat.
ur M. D. LXII.

TEMPORA

LOCA

AD cuius anteà poſtulationes ita Regis Galliæ nomine fuit reſponſum. Vt Religionis libertas expetita multis exceptionibus inuolueretur, ab aula exterminaretur, Vrbes quæ ad fines Regni eſſent præſidiariæ priuarentur beneficio Edicti: & Lugdunum diſcrte: Lutetia omnique ditione Religionis diſcedere iuſſo, Regij excercitus ad Regis voluntatem perduarent. Redeundi in patriam facultas ijs, qui eo beneficio nondum eſſent vſi, negabatur. Nec Arreſtorum Sententiæ tollebantur, licet ad tempus ſuſpenderentur. Nec munerum publicorum Regiorumque facultas (aluminiſtis tribueatur Nec Eccleſiaſticarum facultatum ad belli ſumptus perceptarum ceſſio dabatur & c. in ſumma res Condæi ſuorumque tum male ſuccedere videbantur, nihilominus fuerant tum illius principis legati Frãcofurti, [1] qui cum Auriaco Principe ſecretò varia tractabant, quæ tandem in apricum prolata omnibus innotuerunt. Sed ad tertium impetum eiuſdem diei [2] in Normania factum veniamus, in quo Mariſcallus Santandræus interficitur.

1 4 Decẽb.

AMIRALIVS omnibus in locis uos fugientes (cedentibus etiam aducemus cõfertim pro more ſuo Germanis equitibus, vt tormentis inſtructis apparatiſque vno impetu in hoſtem irruerent: qui mos complurimis incognitus fugientes Germanos ſuſpicantibus, terrori erat) & propter Condæum captum iam deſperabundos conſpicatus, in magno animi mœrore verſabatur: dum è prima acie tres ingentes equitum cuneos extremo quidem tempori prudenter ab Guiſio reſeruatis, in quibus erat Santandræus, Aumalius, Niuernicus, a ijque virorum illuſtriorum.

DVX Guiſius ad alias cohortes, quæ ſubſtiterant, exitum pugna conſpecturus, dicitur rem anſiſſe rapido impetu mouentes videt: ſuorum quot poteſt, Gallorum Germanorumque equitum confeſtim recolligit, Germanorum equitum, quos ad nemus receſſiſſe dximus, reditu omnium animis ita opportunè confirmatis, vt alacriter hoſtis irruentes ſuſtinerent.

19 9 Francfort.

ACRIS tum ibi coorta pugna, viriliterque vtrinque pugnatum æquo prope marte, obſtinatis ad mutuam cædem animis, cedente tamen, pedemque paulatim referente Guiſiano: & grauior pugna extitiſſet, exacerbato maximè Condæi milite, ni mox diuturno etiam pugnæ labore fatigatos diremiſſet. Vtrinq; igitur receptui canitur, atque vtrinq; ad caſtra reditur.

ANNAlius equorum penuria, expeditorum tormentorum quatuor reliquit. In hac vltima pugna, cuius ſequens figura imaginem repreſentat, Mareſcallus Santandræus captus eſt, impactoq; in caput tormentuli ictu interfectus diſploſiatuſque, vir ad reſiſtendum Hugonotis natus, qui turbarum Gallicarum maxima cauſſa fuerunt, cum Condæo, qui duo ſemper demonſtrauit, quæ turbarum cauſas aufferrent Vnivti Guiſij, Conneſtabilis, Mariſcalluſque Santandræus, qui arma priuata autoritate ſumptis pacem violaſſent, vimque, Reginæque intuliſſent, Regi Regiumque Edictum Ianuarij perfregiſſent, domum ſe reciperent.

2 19 Decẽbr.

NEC

LOCA

TEMPORA

NEC Regis Conſilio, quamdiu in maiori ætate erit, interſint: Idemq; à ſe præſtitũ iri Condæus pollicebatur, quamuis Regem ſanguine attingat, nec vllo alio modo cum ſuis illis aduerſarijs comparandus eſſet. ALTERVM vti Ianuarij Edictum plenè obſeruaretur, è q, illius præſcripto liber eſſet Religionis per vniuerſum Regnum vſus. Sed vtrumq, Condæo negatum eſt hinc illæ lachrymæ, Hinc illud bellum, hinc ille conflictus, terno impetu continuatus in quorum vltimo Mariſcallus, quem dixi, manſit.

Dreus.

IN hoc & magnus Nobilium numerus, Mombrunnius Conneſtabilis filius, Prennius, Charnius, vnuſq, è Guiſijs, Magnus Prior dictus, interfecti. Duo Broſſæi, Giurius, Amebaldus grauiter vulnerati, Nec inuerincuſque poſt eo vulnere mortuus: plurimi vulnerati, atq, interfecti: plurimi, & quidem illuſtriorum Catholicorum capti ad centũ, Equitum etiam ordinis nonnulli, Bellouacus, Rupefortius &c.

E Caluiniſtis ſiue Hugonotis, Moyuius ex inſignioribus viris, & alij nonnulli nobiles & tribuni capti aut interfecti. Ita tãta pugnæ exitum moderatus eſt Deus, neutra vti pars victa aut victrix dici poſſit: victrice omninò parte propter grauiſſimorum odiorum offenſiones, ad victæ ruinam haud dubiè eruptura: at aquo ſic marte dimicatum, ne tantum Galliæ Reginam in ſua viſcera armatum, ſuis armis peſſundaretur.

CAPTVS ex parte Caluiniſtarum Condæus, cauſa illorum Patronus: è Catholicorum parte Conneſtabilis captus, Sant-Andræus interfectus, Et quemadmodum Heluetiorum Gallorumq; peditum à Caluiniſtis ſiue Hugonotis magna ſtrages edita eſt: ita Gallorum peditum ab Catholicis. Equitum ſanè Guiſianorum maior omninò numerus & peditum quoque, è viginti duobus Heluetiorum quippe ſignis paucis ſeruatis, at Condæi clades toleratu reparatuque difficilior. Guiſio vero maioribus alioqui ad bellum gerendum opportunitatibus inſtructiori, magno incomodo erat, maiorum Ducum & multorum nobilium interfectorum aut captorum amiſſio & iactura.

Francfort. 1 19 Decẽb.

AMIralius, penes quem vtique rerum ſumma, Condæo abſente, eſſet, de exercitu adminiſtrando conſeruandoque vnicè inſtituit cogitare. Suis igitur quantum potuit equitũ peditumque reliquijs recollectis, quod è re maximè videbatur, ſuo de adeundis anglis cõſilio ad opportunius tempus ſcuiente iam nimirum hyeme, dilato, Aurcliam proficiſcitur, recreando inſtaurandoque exercitu, qui peditum iactura non parum infirmabatur. Conneſtabilis cum reliquo captorum numero Aureliam deducitur.

HABEBAT tum Condæus legatos ſuos in Germania Francofurti ad Mœnum vbi tum eramus in Coronatione Maximiliani 2 filij Imperatoris Ferdinandi qui ſeptima huius menſis decembris ſoluto conuentu, indè per vrbes Rhenanas VVormatiam, Spyram, VVeyſſenburgum, Argentinam, Seleſtadium. Baſilæam diſcedit, vbi eorum locorum, honorificentiſſimè, magnis muneribus exceptus, Friburgum Briſgoe petit. Nos, non multò poſt, cum Maximiliano, Romanorum nouiter Electo Rege per Palatinatum, ac Ducatum VVirtembergenſem, Auguſtam vindelicorum proficiſcimur.

5 f Paris.

GVISIVS, cui ex Regis Catholici Philippi 2. mille quadringenti ſclopetarij Hiſpani aderant in pugna, quam dixi, cum exercitu Lutetiam redit, ſuaſque iacturas reſarcire inſtituit. Rex ſperans ab Condæi partibus nonnullos in iſtis temporum anguſtijs reuocari poſſe, Edicto eorum ſecuritati cauet, qui Amiralio relicto ad ſuas partes transijſſent.

Wars der Admiral wieder gesamlet bald
Den dritten angriff than in süther gstalt.

Anno XIX. tag

Das der Marschalck von S. Andreas erschlagen,
Sampt vilen grossen Herrn, hie nicht zu sagen,
ertzelt. Im Iar M. D. LXII.

TEMPORA

LOCA

GVISIVS itaque inſtaurato exercitu, rebuſque ad bellum gerendum prouiſus, Lutetia mouet, Aureliam obſeßurus. [1] Aurelia diſceſſerat Amiralius cum maiori exercitus parte, omnibus quidem equitum Germanorum turmis, vt ſeſe cum Anglis coniungeret, relicto Aurelia ad vrbis cuſtodiam Andelotio fratre, cum reliqua exercitus parte. Pecuniæ penuria laborabat Amiralius: cuius rei etiam certior Guiſius maiorũ commodorum ſpe, Germanos qui Condæum ſequebantur, quantum poterat, ſolicitabat.

1 Ianuario menſe.

PERſcribuntur interea [2] à Gallorum Rege Carolo 9. litera ad Germanos, quorum ſummus Dux erat in Francia Mareſcallus Heſſius, ad eos Condæo adimendos; iſtis literis Alexander Regis frater Dux Aurelianus, qui Henricus 3 poſteà vocatus, modò regnũ tenet, item Henricus Borbonius Princeps Nauarræ, Carolus Cardinalis Borbonius, Lodoicus Borbonius Dux Monpenſerius, Franciſcus Borbonius Comes Alphinius, Carolus Princeps, Rupefuryonius omnes è regia familia ſubſcribebant.

AMIralius interea apud Cæſarem Ferdinandum fraudem Guiſiorum conqueritur, & Mareſcalli Germanorumque militum fidem conſtantiamque per literas laudat. Nos interea cum Maximiliano, Cæſari obuiam eunte Auguſtæ muemes. Oempontem diſcedimus [3] Imperator enim Ferdinandus Friburgo Briſgoe, exacto conſilio quod Alſatis indixerat, per agrum conſtantienſem eò venerat 18 Februarij huius anni 1563.

2 24 Ianuar.

GVISIVS Aurelias obſidet valido exercitu, tormentorumque bellicorum maxima copia ad eam partem quà fluuius ligeris præterlabitur, media inſula: vnde vrbem propugnacula non ſunt eà ferè ex ædificata, ſibi Guiſius pollicebatur, aijs enim vrbis partibus & æqua planities patet ad caſtrametandum, iniquo loco: & munitiſſima minantur propugnacula.

5 Paris.

PRIMO impetu Guiſius ſuburbium Porterellum occupat Germanorum peditum, qui ad eam partem erant, ſeceßione conſternatione: quibus in vrbem receptis, peditum Vaſconum & occitanorum cædes magna edita, Pauorem vrbi primum illud tentamentum tãtum dedit, quaſi hoſtis media vrbe verſaretur Tùm admotis ab Guiſio tormentis in vrbem maximo impetu effulminatim: Andelotio interea, licet per quartanam qua laborabat, minus ad bellicas adminiſtrationes ex pedito, ad vrbem cõmuniendã ſtrenuè intento proditione turrim quæ eſt ad primum pontis aditum, capit Guiſius, quà poterant damna plurima oppidanis importari, niſi pontis aliquam illà deiecißent, Andelotij mandatu: inſula munitiſſimè bellicis omnibus modis cuſtodita. Carpebat tamen indies magis ac magis Guiſius & ad citeriorem quidem continentis partem ceperat Magdalens edem: & crebræ eà gerque portam Burgundicam eruptiones fiebant, vario vtrinque euentu.

3 6 Februar.

DVM hæc Aurelia geruntur, Amiralius in Nortmaniam profectus, coniunxerat ſe cum Anglicis auxilijs: a quibus præter validum hominum ſupplementum, opportuna quoque pecuniarum ſubſidia acceperat, ad Germanorum animos tum ſibi confirmandos. Aurelianos Guiſius magis ac magis indies vrgebat, & nouis artibus illos tentandos in animo habebat: dum Ecce, in ipſius Guiſij caput lethales diræ iniciuntur.

4 13 Februa.

LVGDVNO venerat miles Poltrotius Meraus nomine, Amiralio Subiæ ij literas ferens vir ad perpetrandum facinus ſtrenuus, & ad res in necem Guiſij procurandas impiger. Ille redditis Amiralio literis ſignificat [4] ſe ad explorandum Guiſij exercitum rationes habere faciles, & ipſo etiam Guiſio ſi ita res poſtularet, interficiendo minimè ſe defuturum: animum præferre ad illas res paratiſſimum Et iam pridem illam Guiſij occidendi voluntatem illo vendicabat.

AMIRALIVS

LOCA

TEMPORA

AMIRAIVS hominis alioqui incogniti vt dicebatur audaciam demirari & quaſi, ſuſpectam etiam fidem primùm habere: quod tamen à Subizio commodaretur, & in iſtis ſpeculandi operis multorum hominum obſcurior eſſet vſus, ei dat, quemadmodum vltrò petiiſſe ferebatur, mandata de Guiſij conſilijs rebuſque perueſtigandis, vt ſe de re tota ex templò tutoq; certiorem faceret.

MERAEVS ad has res cognoſcendas primùm viginti aureos ab Amiralio impetrat: & ad Guiſiū in caſtra vadit: eiq; teſtatus, ſe dolere, quòd arma contra Regem geſſiſſet, culpamq; deprecabundus, & meliora officia Regi in poſterum pollicitus, peramantes accipitur à Guiſio Meraus.

OPTANDVM ſanè, Guiſium in diſquirendis huiuſmodi proditoribus illo tempore tam fuiſſe circùmſpectum, quàm tùm curioſior erat, cùm in aula Regis Henrici 2. ad S. Germanum verſarer. Vbi tametſi literis Lotharingiæ Cardinalis, Conneſtabilis, & Mareſcalli Sant-andræi manu firmatis, qui Auſtriacum me eſſe teſtabantur mirer, nihilominus tamen ad delationem quorundam, qui in aula Regis Philippi 2 me Bruxellis viderant, Belgam, atq; ob id exploratorem putabat, quòd priuſquam pax, quæ tum in Abbatia Chercamp tractabatur, eſſet concluſa, tàm liberè & audacter Regis in palatio obambularem. At verò procerum quos dixi literis perſpectis, teſtibuſq;, qui non Belgam me ſed Auſtriacum iuramento quod exigit Guiſius adhibitis, in Galliæ curia poſthac verſari permiſit libere, cui antea (tanquam explorator fuiſſem) ad finem anni 1558. interdixerat. Sed ad Meraum reuertor.

5 p Chercāp. 1 18 Februa.

HIC indè Amiralium conuenit, & de exploratis rebus monet, ab eoq; rurſus impetrat centum aureos ad equum emendum. Equo igitur meliore redit ad Guiſiana caſtra, ibiq; paucos aliquot dies commoratus, de Guiſio interficiendo conſilium ſecum vehementius agitabat, & quidem, cùm vrbi acrius inſtare Guiſium indies magis ac magis videret, non obſcuro ſanè illius expugnandæ periculo.

ITAQVE re firmius impreſſa, rem vel capitis periculo tentandam, ideſt, Guiſium interficiendum, vel magno vel paruo hominum numero comitatum, in animum penitus inducit. Guiſium igitur munimenta inuiſentem adit, illumq; pro more comitatus, dumque Guiſius domum repeteret, duobus tantum hominibus comitatus, multoq; iniectus, illum etiam ſubſequebatur. Loretoq; fluuio cymba tranſmiſſo, domum Guiſius accedebat, quū Meræus occaſionem tum demum oblatam ratus, tormentulum ad hanc rem tribus globulis inſtructum, equo inuectus ad ſex ſeptemue paſſus admouet, ictuſque loco ad inermem humerum, quod armatum corpus eſſe ſuſpicaretur, deſignato egerit, ictumque ad eum locum tribus globulis defert: 1 equoq; acriter concitato fugæ ſe dat.

GVISIVS domum ſaucius aſportatur, ab aliquot dies ægrè inter cruciatus toleratus vitam cum morte comutat. Meraus ille, equo variè euagatus, intempeſta nocte (vt ad hyemem ſolet) in eum propè locum, vndè diſceſſerat, Oliuetum nimirùm pagum loreto fluuio proximum, ad quem pagum Heluetiorum copijs locus erat conſtitutus, redit: inq; cuſtodiam Heluetiorum incautius incurrit: quo ex ſermonis Heluetici acclamatione cognito, rurſus equo concitato aufugit, & alia ex parte excurrit, dum equo delapſo cogitur ad villam conſiſtere: vbi ex inquiſitoribus captus, inque caſtra abductus eſt, paucis ab Guiſianis paſſuum milliaribus.

Nach dem Orleans belegert lang, *Vollbracht ein reutter wolgemut*
Von den gefangnen erlauen drang, *Nit vnd einjes zeichen gut*

Anno Dnj M. D. LXV.

Dan vns ein frid der Christenheit,
Vnd endt zu haben vielen streit,
anno XVIII. Februarij.

Erfchendt den hern von Guise wol,
Darumb er kam in grosse nodt.

1563. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA

LOCA

MORS Guisij ad aliquot dies Aurelianis dissimulata, nihilo segnius de Guisij instituto obsidionem vrgentibus ducibus: consternato tamen exercitu, operæ serè intermittebantur. & Reginæ Condæique mandatu inducia vtrinque impetratæ. Iamque de pace agi ceptum, Connestabili Aurelianis eam confirmatius pollicente. Itaque vtrinque sæpe mutua colloquia, & inter ipsos etiam milites varij sermones liberè serebantur.

AMIRALIVS interea ad Normaniam rem bene gerebat expugnatque Cadomo nobili Normaniæ vrbe, magnisque pecuniarum copijs alacrior, maiora haud dubiè molichatur. Ad occitaniam collecto exercitu tentabantur noua consilia, & Cursoleusis ad eam oram, Præfecti mandatu, Bellodinæus exercitium adduxerat in comitatum venaissinum: inque dies maiori exercitu instabat minabundus maioribus oppidis, Carpentoracti, Auenionique belli fortunam vlterius haud dubiè obiturus.

PRINCEPS Auriacus, Hornius & Egmundanus comites, nescio quam cũ Gallis secretã fouentes intelligentiam, incipiunt & ipsi res nouas in Belgio occasione cõtra Granuellanum sumpta, moliri. Propterea Philippo Regi scribunt ' in hunc modum. Displicet nobis Serenissime Rex, nos tuam Maiestatem amplius celare non posse, quin potius tãdem id declarare, quod hactenus propter melius scilicet dissimulanimus, ne tuam M. grauibus aliàs occupatam negotijs, pluribus molestaremus. Cæterum euidens incommodum, quod sine dubio, ex taciturnitate nostra emergeret, atq; ruina adeò apparens, quæ in tua M. rebus in Belgio incideret, si diutius dissimularemus, nos vrget, vt post longam dissimulationẽ T. Maiestati, scribamus liberè huius mali originem proponentes. Nimirũ Quòd Posteaquam tot boni huiusque patriæ principales viri penitus considerant authoritatem, quàm Cardinalis Granuellanus obtinet in Belgio, intelligunt totam administrationis massam illi soli incumbere, quod adeò animus subditorum tuorum, & nobis etiam quòd ingenuè coram tua Maiestate fateri non ambiguimus, insidet, sibi plane persuadentibus vt, quandiu idem Cardinalis in modũ quo facit, res solus ipse tractauerit, eas nunquam eum sortientur effectum bonum, succedentque, ita, quemadmodum & Maiestas tua & nos ipsi cuperemus, Est enim in odio serè omnium Cardinalis, id quod T. Maiestati testamur. Supplicantes tanquam Vasalli, quales nouit tua M. vt idipsum quod multis proceribus atq; officia & munera gerentibus, alijsque expediens ac necessariũ omninò videtur, tuæ Maiestati indicaremus per præsentes, quibus apertè declaramus, nisi monendo Cardinalem hoc pacto remediũ adhibeatur, res prorsus in peius sint ruituræ. Contrà verò si (quemadmodũ sperarent) Tuæ Maiestati videbitur, satius esse atque rationi conuenientius, gratificari potiùs tot hominibus fidelissimisque atque humilibus subditis, propter salutem & tranquillitatem huius patriæ, quàm eosdem ob vnius hominis respectum & fauorem, offendere. Speramus equidem res, cùm tempore, tali modo in Belgio promotas iri, vt tua Maiestas indè facilè fructum perspicere queat, atque cognoscere, quam singularem affectionem habeãt omnes boni subditi, ordines, & nosipsi, inseruiendi tuæ Maiestati, conseruandi prosperitatem patriæque vtilitatem, cum tuæ Maiestatis debita authoritate. Quantum ad Parmensem ducissam attinet, sumus omnes plus quàm contenti, nobisque placet eius conditio, adeò, vt eam non possimus nisi maximoperè laudare. Ac ne videamur hæc vel ambitione vel peculiari commodo siue emolumento quodam moti ad T. Maiestatem scribere, Rogamus, vt, si ita conuenire T. Maiestati videbitur, eadem nos velit ab onere Consiliariatus Statum liberare. Nobis enim, nec pro seruitio T. Maiestatis, neque etiam pro nostra reputatione videtur expediens, aut conuenire, diutius rebus adesse, cum Cardinali, quem diximus, vtpote, cuius non sine caussa nobis displicet administratio Cæterùm ad Religionem quod attinet, faciemus quemadmodum bonos ac fideles subditos & vasallos Catholicos decet. Ac nisi principales domini ac nobiles

1 11 Martij.

10 1 Bruxellæ.

alijque

aljque eò Zelo Religionem hactenus tuti fuiſſent Catholicam res in ea tranquillitate ac quiete non permaſiſſent. Communis enim populus abſque datio ſatis eſt infectus, neque eundem populum meliorem facit, vel vita Cardinalis, vel etiam autoritas ac præſentia illius. Hæc quidem in Belgio.

IN Gallia autem veniunt in colloquium Regina & Condæus cum Conneſtabili & Andelotio ad Inſulam Boariam quæ prope Aureliam eſt: admonito etiam per internuntios Amiralio qui tunc temporis ad Nortmaniam cum exercitu erat. Rebus verò vltrò citròque agitatis pax initur | liberantur Condæus & Conneſtabilis captiui.

II e Belgium.

REX in hunc modum loquitur. NEmo non nouit quantis turbis & tumultibus Regum hoc noſtrum aliquot annis, iuſto Dei iudicio, ſit agitatum, opinionum diuerſitate in religionis re, illarum diſſenſionum cauſas præbente. Quibus rebus vti prouideretur, & ad impediendum, ne ignis ille ferocius euagaretur, habita ſunt hactenus multæ è regni noſtri optimorum & ſapientiſſimorum ſelectiſſimis conuocationes, eorumq; conſilio & ſententia multa Edicta Decretaq; condita, prout ſe neceſſitas offerebat: eo conſilio, vt illis rationibus malo ſubueniretur, & incommodo, quod indè imminebat, obuiaretur.

NIHILOMINVS tamen iniquitas temporum paulatim peruicit, & Deus cognito ſuo, at iuſto tamen & noſtris peccatis & iniquitatibus prouocato iudicio, permiſit fræna ad turbarum illarum intemperies laxari: & eò quidem vſque, vt infinitæ inde cædes, vindictarum effuſiones, expræ dationes, expugnationes vrbium deuaſtationes emanarint: templorũ violationes factæ, pugnæ editæ totq; alia mala, tot tantæq; calamitates ac vaſtitates varijs in locis datæ vt malo iſto vlterius progrediente, & tot peregrinis in noſtrũ regnum effuſis, quum etiam maior indies numerus apparetur eòdem inducendus præſentem ita eſſe atq; ineuitabilem noſtri illius Regni ruinam animaduerteremus, præter grauiſſimam nec reparandam iacturam maximo noſtro dolore factam, ab iſtis turbarum tumultibus inchoatis, tot Principum, virorum nobilium, equitum ordinis noſtri, ducumq; militarium: quod vnicum eſt ſub Dei manu, & verum firmamentum, veraq; defenſio ac protectio iſtius noſtræ coronæ: & vicinis noſtris hoſtili voluntate aduerſum nos præditis, nos lædendi atq; inuadendi, certæ occaſiones: quemadmodum minæ nobis & obiectæ ſint & obijciuntur. I 13 Martij.

QVIBVS rebus à nobis conſideratis, & omnibus rationibus legitimis perueſtigatis (quamuis noſtræ Dei beneficio, vires maximæ ſint) cùm tamen perſpiciamus, omnia incommoda, quæ ex hoc bello proficiſcuntur, Ad noſtri iſtius Regni diminutionem detrimentumque redundare: & experti noſtro maximo damno ſumus, hoc remedium minimè eſſe ad hanc rem accommodatum (morbo ad populi noſtri viſcera animoque latitante) exiſtimauimus nihil magis eſſe operæpretium fore, quàm vt primùm (quemadmodum Chriſtianiſſimi quod gerimus nomen nos monet) ad infinitam gratiam bonitatemque Domini Dei noſtri pie adiremus: & ipſius auxilio inueſtigaremus rationes morbi iſtius aſperitati manſuetè & pacatè ſubueniendi. Subiectorum noſtrorum voluntates ad vnionem concordiamque reuocandas, & ad obſequij cultuſque, quem nobis debent agnitionem Dei honorem ac gloriam, Regnique iſtius noſtri ſalutem incolumitatemque expeditis ad retinendos ſubiectos noſtros rationibus: ſperantes ad tempus, recti ac ſancti, generalis aut nationalis concilij fructus, maioriſque noſtræ ætatis proximè à Deo Regni huius certiſſimo conſeruatore efficaciter gubernatæ, virtus atque auctoritas, veram deinceps firmitatem conſtantiamque Regno huic noſtro ſit allatura, ad gloriam & honorem nominis ſui, noſtrorumque populorum pacem tranquillitatemque QVAM in rem voluimus adhibere prudens ac ſalubre conſilium Reginæ clariſſimæ & obſeruandæ matris noſtræ, Charisſimorumque conſobrinorum noſtrorum Cardinalis Borbonij, CONDAEI, Mompenſerij & Rupefuryorij, Principum & conſanguinitorũ noſtrum & Cardinalis Guiſij, Au-

II f Gallia.

Digitized by Google

malij, Mommorencij CONNESTABILIS, & parium Franciæ. Eſtampiani. Mariſcallorum Briſaci & Burdillonis, Andeloiij, Sauſacij, Sipierij & aliorum Conſilij noſtri lectiſſimorum hominum, qui omnes communi conſenſu & voluntate viderunt æquum & neceſſarium, hæc in publicam Regni noſtri vtilitatem ſtatui, decernique, quæ nos firma rataque volumus ac iubemus.

OMNES vti in poſterum Nobiles, maiores & plenioris iuriſdictionis autoritatem habentes, poſſint ij, in ædibus, in quibus habitabunt, pacatè & cum conſcientiarum libertate, & ſuæ Religionis, quam reformatam dicunt, cum familia & ſubiectis, vſu, nullo impedimento, nullaque obiecta difficultate, viuere. Idemque fas eſto omnibus Nobilibus viris, qualemcunque iuriſdictionem habentibus domi ſibi tantùm & familijs, modò ne ij in pagis & vicis habitent, qui maiori iuriſdictioni (noſtra quidem excepta) ſubijciantur. Quibus in rebus, non potuerunt ijs in locis vſum adhibere Religionis: niſi maiorum illorum Dominorum copia & facultate, nec quidem aliter.

SINGVLIS præfecturis, & alijs iudiciorum ſedibus, quarum prima eſt ad ſummas Curias prouocatio: ſtatuemus vrbem ad Religionis reformatæ hominum petitionem, ad quam poſſit fieri adminiſtratio Religionis reformatæ hominibus præfecturæ illius, nec aliter nec alibi. Omnes tamen vbique poterunt domi pacatè viuere, nullo propter Religionis conſcientiæque vſum creato illatoque periculo.

OMNIBVS in vrbibus in quibus Religio illa exercebatur ad ſeptimum huius menſis Martij, præter alias, quæ, vti diximus, peculiariter ac ſingulatim deſignabuntur, ad ſingulas præfecturas, eiuſdem adminiſtrationis perſequendæ facultas tribuitur, vno aut duobus vrbium locis cuiuſmodi à nobis deſignabuntur. Ne tamen Religionis reformatæ hominibus liceat Eccleſiaſticorum hominum templa occupare: quos volumus vbique ab hoc tempore ad plenam rerum ſuarum, ædium, poſſeſſionum, reditumque facultatem reſtitui: vt illis, ſicuti ante iſtarum turbarum initos tumultus vtebantur, ſua in diuinum cultum pro more ijſdem in locis, nullo cuiuſquam impedimento perſequantur: nec verò quicquam tamen, propter templorum illorum ſuorum deiectiones ruinaſque atteſtari poſſint.

1 7 Martij.

5 Paris.

VOLVmus etiam iubemuſque vrbem præfecturamque Pariſiuam ab omni Religionis illius vſu liberam immunemque eſſe. Qui tamen ex illis Religionis reformatæ hominibus ædes redituſue intra aut ipſam vrbem, aut ipſius agrum habeant, poſſint libere ad ædes redituſue ſuos reuerti: vt illis pacatè vtantur: & nullum illis, aut rerum anteactarum aut futurarum, in religionis quidem re cauſa periculum creetur. Omnes vrbes ad priſtina cõmertia reuocabuntur: omneſque peregrini, quàm celerrimè fieri poterit, extra Regnum amandabuntur.

ET vt ſubiectorum noſtrorum voluntates confirmatiores quietioreſq; reddamus, volumus iubemuſque, Omnes noſtro patrocinio noſtraq; fide conſeruari, inque vſum rerum redituumque ſuorum, munerum officiorumque, cuiuſcumq; ſint generis, reſtitui: omnibus nequicquam contrà ſententijs arreſtiſque ab Henrici obſeruandiſſimi & fœlicis memoriæ parentis noſtri obitu datis, adq; effectum mandatis propter Religionis cauſam, illiuſque cauſa geſta obitaque negotia Principis Condæi conſobrini noſtri mandatis, aut armaideò ſumpta, & quæ alia arma ſunt conſumata.

QVAS ſententias irritas iubemus eſſe ne illorum cauſa aut ipſi ipſorumue liberi, hæredes, reſque gerentes, poſſint vllo modo in facultatum dignitatumque ſuarum poſſeſſione vſuque impediri.

VT

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1563.

LOCA

TEMPORA

VT illa per iſtas literas, quibus eos in plenam corporum fortunarumq; ſuarũ poſſeſſionem facultatiũ q; permittimus ac condonamus, ſatis caueatur. NEVERO de Condei Conſobrini noſtri fide animoq; dubitetur, affirmamusq; illum nos pro optimo cognato ſubiectoq; ac famulo rerum noſtrarum ſtudioſo, habere ac ducere: inque fidorum ſubiectorũ numero, habemus ducimusq; omnes Optimates, Dominos ac Nobiles, omnesq; Vrbium, pagorum, locorumq; intrà omnes iſtius Regni fines incolas, qui illius conſobrini noſtri partes ſecuti ſunt, adiuueruntq; ad iſtos bellorum ciuilium tumultus, quibuſcunq; Regni iſtius noſtri locis

EXISTIMANTES ea, quæ à noſtris illis ſubiectis acta fuerint, cum armorum adminiſtratione, tum iudiciorum moderatione, bono illa conſilio ad noſtrum obſequium acta; Volumus iubemusq;. Condeum conſobrinum noſtrum per iſtas literas manu noſtra obſignatas, pecuniarum noſtrarum è noſtris erariis à ſe, ſuoq; mandatu ſumptarum rationibus planè liberari, quantumuis ſummam attingere poſſint.

LIBERAM quoq; pecuniarum ex oppidorum pagorumq; municipijs ſumptarum rationibus: & Eccleſiaſticorum hominum quidem ſupellectilis aliarumq; illorum facultatum: at ne vt ipſi, aut ijs qui ſuo mandatu ad illa munera conſtituti ſunt, aut hoc aut alio vnquam tempore, periculum hac de re creari poſſit, nec propter pecuniarũ fabricationem, tormentorum bellicorum effectionem, pulueris tormentarij confectionem, vrbium munitionum aut ædificiorum propter illas munitiones Condei conſobrini noſtri mandatu, factas delectiones: quarum rerum & vrbes & municipia etiam ipſa per hoc Edictum noſtrum liberamus.

OMNES qui aut bello capti, aut propter Religionis cauſam alio aliquo modo detinentur, omnes ſine vllo redemptionis præmio manumittantur. Quo tamẽ in numero minimè comprehendimus latrones, prædones, ſicariosq;, ad quos Edicti iſtius beneficium minime attinere teſtamur. Quoniam autem vtilè ac ſingulariter optamus omnes iſtarum turbarum cauſas præcidi, & omnium voluntates verè reconciliari, vt per iſtum animorum conſenſum obedientia quæ nobis debetur, melius confirmetur, iſta ſtatuimus iubemusq;. Vt omnes iniuriæ, offenſionesq;, quas & temporis iniquitas & occaſiones inde natæ attulerunt, omnesq; aliæ ex per iſtos tumultus egerminatæ, extinguantur, ſempiternoq; ſilentio, tanquam nunq; accidiſſent, conſopiantur.

1 Mart. 10.

5 ſ Paris

INTERDICTO capitali vetamus, omnibus noſtri ſubiectis cuiuſuis tandem ſint conditionis, ne mutuò ſe verbis contumelioſis laceſſant, rerumq; præteritarum inuidia mutuò ſe proritent, & contentionibus ad diſſenſiones impellant: verùm ſeſe amanter, vt fratres ciuesq; decet, contineant: Hac pœna ſtatuta, vt qui hoc fecerint tentarintq;, eueſtigiò nec vlla alia iudicij conteſtatione, puniantur ſumma Edicti noſtri ſeueritate. Cuius etiam gratia, vt omnis penitus ſcrupulus euellatur, Edicti noſtri omnem ſocietatem, omneq; fœdus intra et extra hoc Regnum abdicabunt: nec in poſterum vllas cõuocationes, hominũ delectus, pecuniarum erogationes facient alias quam eas quas hoc noſtro Edicto & quidem ſine armis, permittimus: Quod ei ſeuere vetamus, ne vt noſtrorum iſtorum Edictorum violatores alioqui puniendi. Volumus iubemusq;, vt hoc noſtrum Edictum et per vniuerſum Regnum ſollenniter publiceter, et in curiarũ commentarios referatur, abq; omnibus ſanctè & inuiolabiliter obſeruatur: Hocq; noſtro autoritate ratum fixumq; ita eſto.

1 pagina 45

POLTROTIVS Meraus, is què interfeciſſe Guiſium ſuprà diximus, quæſtione habitarẽ confeſſus, publicõ Senatus Pariſini arreſto capitis damnatur. VTI. à quatuor equis diſtrahetur. Eſt imanißimum leti genus, in perfidos & proditores et antiquo inſtituto vſurpatum: brachijs ſingulis & tibijs ad equos alligatis, vt ita membra contrario obnixu diſcerpantur.

ILLVD

TEMPORA

LOCA

ILLVD ſupplicium interfecti Guiſij dedit Meraus 1 Queſtionis habitæ; edito ſcripto quodam inter Germanos etiam milites in Amiralianũ caſtris peruulgato, Meraus Amiralium facinoris illius authorã & hortatorem appellare dicebatur, & Theodorum Bezam ad eam rem impulſorem: comitemq; Rupefocaldiũ conſcium etiã refebat. Sed à Gallicis ad Belgica redeamus.

1 13. Martij — RESPONDET 2 Rex Hiſpaniarum Philippus Auriaco Principi duobuſq; Comitibus Egmondano videlicet & Hornenſi. Se quidem literas eorum accepiſſe non tamẽ vllam in ijſdem literis cauſam inueniſſe cur eorũ petitioni ſatisfaceret. Et quia ſine peculiari cauſa non aſſueuiſſet Rex ſuos miniſtros grauare: Petit, vt, licet ſe prima quaq; commoditate ſperet in Belgium conceſſurum, rebusq́ue præſens remedium adhibiturum; tamen nihilominus, vnus ad ſe eorum in Hiſpaniam proficiſcatur, à quo interim commodius coram, quàm per literas, rem intelligere, indeq; reſolutionẽ capere poſſit.

3 19. Iul. — REPLICANT illi 3 Res bellicas in eo iam ſtatu verſari, vt ob ſubtiles non minus quàm periculoſas vicinorum (Gallos intelligere videntur) machinationes, in Hiſpaniam illu non liceat proficiſci: Ideoq; peterent, ſuis quas ad eum dediſſent literis fidẽ adhiberi & ab officij munere Cardinalem remoueri, quod eidem non modo non conueniens ſit, verùm etiam ita extraordinarium, vt citrà imminentia Belgij totius pericula, in eius eſſe manibus diutius nequeat.

QVATRIDVO ante quàm hæ ſcriberentur literæ, celebratur Concilij ſeſſio XXIII. Tridenti, vbi & ego tum quoque interfui, propter quod Concilium Ferdinandus Imperator, vt eidẽ vicinor eſſet, citius q; finis imponeretur, aliquamdiu ſubſtitit Oeniponti, indè tandem, Morono Cardinali valedicens, receſſit 23 Iunij. Viennamq́ue appulit die Iulij menſis ſecundo.

4 8 Septẽb. — MAXIMILIANVS Romanorum Rex anteà, vt dixi, Francofurti deſignatus, Rexq; menſe Septembri proxime elapſo coronatus, Hungaria quoq; Rex, Poſonij ab Archiepiſcopo Granenſi coronatur, 4 vbi pari ſolennitate Mariam, Philippi Regis ſororem, Maximiliani verò coniugẽ, vidi Reginam etiam Hungariæ, inungi & coronari 5 animaduertens tum, trium Regnorum coronas, intrà ſpacium anni vnius Maximiliano fœliciter impoſitas, quod (præter Albertum 2 Imperatorem) paucis Regibus fieri contigit. Huius Maximiliani, Imperatoris laudatiſſima atque æterna memoriæ duo filij, tandem in Hiſpaniam conceſſerunt, Rudolphus iam Imperator, & Erneſtus.

5 9 Septẽb. — II Brabãtia

6 3 Octob. — Paulò poſtquam 6 Luſitaniæ Rex Maximiliano eidem, inconſuetum in Germania videri animal miſiſſet, atq; in Brabantia primùm ſeſe Belga, ad imitationem Gallorũ veluti Gigantium, contrà Regem ſum belligerantium, erexiſſent.

BrabantInI VIDeruVnt ElephanteM. — 1563.

7 4 Decẽb. — ABSOLVTVM eſt 7 tandem Concilium illud Tridentinum, Templum Hieroſolymitanũ ab anno 1517. ædificari inceptum, myſticorumq; quadraginta ſex annorũ ſpatio, abſolutum, ita vt quòd ſub Maximiliano primo, Mediceo Pontifice Leone X. iã exiſtente erat inchoatum, id ſub Maximiliano ſecundo: Mediceo quoq; Romano, Religionis Antiſtite Pio IIII. perficeretur. Initium autem ſtatuo ab indulgentiarũ per Lutherũ oppugnatione, vſq; ad earundem Indulgentiarum per ſummum pontificem authoritate Sacri atq; Oecumenici Concilij approbationem & confirmationem.

Finis Concilij Tridentini. — Reſtiterunt quidem huic Concilio Proteſtantes in Germania Principes, qui decretis huius ſuam longè preferunt Cõfeſſionem Auguſtanam: Reſtitit & Henricus 8 Anglia Rex, ſæq; non ſemel ſcriptis etiam in contrariũ editis opponens: Nec Francia quoq; Rex (tameſi Chriſtianiſſimi titulum geſſerit) Henricus, eam ſemper reuerentiam huic ſacro tribuit conuentui, nihilominus tamen eſt abſolutum.

POST

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1564.

LOCA

TEMPORA

POST Confirmata à Summo Pontificè Pio 4 Concilij decreta, [1] mittuntur eadem ad Philippum Hiſpaniarum Regem Catholicum, vt executioni per omnes ſuas ditiones mandarentur, id quod per Gubernatricem, etiam in Belgio fieri Rex ſtatim mandauit, vt infrà dicetur. atq; vna cum Pontifice, Imperatore, Duce Sabaudiæ, alijs Chriſtianis principibus, vt idem fieret in Francia, per legatos, ad Regem hoc nomine miſſos [2] procurauit.

ATQVE, vt in Belgio eaſq; de quibus Auriacus Princeps, ac Comites ſcripſerant turbas auerteret, Cardinalem tandem (licet inuitus) in gratiam tamen eorum (ſicut antea Hiſpanos) dimittit. Mandatq; [3] Auriaco, & Comitibus, vt in Conſilium denuò reuertentes, Gubernatrici ſorori ſuæ, pro ea quam ſperaret diligentia, ac fidelitate aſſiſterent. 1 26 Ianuarij

CVI reſpondent [4] tres illi ijdem Proceres, ſe id facturos, quod & fecerunt, ab initio; Poſtea verò, res eò recidit, vt conſilium priuatum, & financiarum ſeu Ærarij Regij, quod vocant, ad ſe tanquam ad Conſilium Statuum, ac ſupremum attrahere conarentur, contrà Regis voluntatem, qui priuſquàm ex Belgio in Hiſpaniam diſcederet, vel hoc (ne fieret) expreſsè caueri voluit, ne confuſio oriretur. Hinc eſt, quòd dum Viglius Priuati Conſilij Præſidens, & Barlemontius ærarij ſiue financiarum præfectus, authoritatem ſuam Regiſq; voluntatem ſuſtinentes, Cardinalis dicerentur, poſt ſe relicta mancipia, Qui cum fratre ſuo, Oratore regio per Gallias, paulò antè valedicens Belgio, in Burgundiam proficiſcebatur. 2 1 Februarij

FVIT hic ingenio peracris & ad humanitatem porrò omnem compoſitus Cardinalis, gratioſus, moribuſque comis, ex Iuriſprudentia, & cæterarum artium, quas in Sequanis ac Lutetiæ, Louanij, Ticini, Patauij excoluit ſtudijs, multiplici earum titulo donatus; in Caroli V. Imperatoris aulam perdiſcendis publicis rerum ſtatus negotijs, in adminiſtrãda regendaque conſiliorum omnium partem vocatus atque aſcitus. Itaque tanta ingenij vi, dexteritate que præſtitit, vt breui tempore patrem Nicolaum Perrenotum, cui vicariã operam nauabat, ad ea adhibitus in Atrebatum Rigiaci Epiſcopum, ætatis annum vigeſimum ſecundum agens (fuit autem Veſontione XIII. Kal. Septembris editus anno 1517. matre Nicolaa Bonnclota) allectus, & inter primarios Imperij Germanorum ac Belgij conſiliarios cooptatus, omnibus item Cæſaris in expeditionibus, neceſſarius comes, etiã armatus haud indecens aſſecla, non paucas magni ponderis functiones ex iuſſu obiens, plurimarum linguarum, & omnis generis rerum peritus, excellentique memoria præditus, pauci ſomni & cibi, laboris verò tolerantiſsimus. Eodemque Nicolao patre è viuis ſublato, in eius aulica quæcunque munera ſuffectus, eum ipſe propè ſuperaret ſaltem multis multorum in ſe odijs, & inuidia (quibus nunquam excellentes egregijque viri carnere) ſapienti conſtantique patientia reſtinctis, aut magnanimè contemptis, prudentiam iuſtitiam, felicitatem retineret atque conſeruaret. Quas ob cauſas potentiſsimus Rex Philippus Caroli filius, eo ſecretioribus in omnibus arduiſque rebus, tam pace, quàm bello, domi foriſque, terra ac mari, in legibus videlicet condendis, pace ſepenumerò cum Regibus, principibus viris, ac populis iocunda ſit mandaque, in fœderibus iciendis, & conciliandis nouis amicitijs cum externis, connubijs Regum paciſcendis, ſeditionibus ac motibus popularium componendis, pecunijs colligendis, tributis ac vectigalibus ad res neceſſarias Reip qua decet augendis minuendiſue vel antiquãdis, aut recentibus excitandis, in legationibus inſtituendis, vel aliorum ad Regem audiendis expediendis, in adminiſtranda ergò & conſtituenda reformandaque Religione, dicundo à Magiſtratibus iure ac iudicijs, militarique diſciplina tota Rep: præ cæteris vtendum cenſuit. Quo nomine eum ipſe Rex Philippus, quemadmodum Carolus pater, varijs dignitatibus cumulauit, & in præcipuis ſemper habuit, id quod Auriaco, Comitibuſq; duobus illis diſplicuit, quibus ita ceſſit vti diximus antea. 3 22 Februa. 4 27 Martij.

5 P Chercãp.

1564. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA | LOCA

NON multò poſt Ferdinandus olijt Sanctiſſimus Imperator, ipſis feriis D. Iacobi Apoſtoli. Poſt cuius obitum, à Maximiliano filio, acceptatus in Aulæ Caſareæ ſuæ ſ. miliarem, Vienna ad magnum Boruſſiæ, quem vocant, Magiſtrum, Imperatoris legati, quem Romæ habebat, nomine miſſus; tandem & ad Ducem Albanum in Belgium Imperatoris munitus literis proficiſcor.

1
25 Iulij. FVIT Hoc anno Hyems ſuprà modum prodigioſa, ita, vt à 14. Nouembris vſque 18. Februarij anni ſequentis vltrà Scaldim curribus & equis tranſire liceret, de quo verſus.

ConCVrrVnt Modo ſChaLda geLV ad nataLIA XpI.

POSTEA, cùm in Belgio diu conſultatum eſſet, De Religionis, De Iuſtitiæ, Deque Quæſturæ regijque ærarij negotio conſtituendo. Tandem Egmundanus (comes enim inſtructione omnium Belgij Statuum ſiue ordinũ nomine, ad legatur in Hiſpaniam, Perindè vt anno 1519 Michael meus Auus, piæ memoriæ, omnium Auſtriæ procerum nomine in Hiſpanias quoque miſſus eſt. Tùm, cùm poſt obitum Maximiliani laudatiſſimæ recordationis, de Auſtria adminiſtranda difficultas quædam ſimilis ingueret.

2
2 Iunij. REVerſus tandem Egmundanus in Belgium cum Regia Inſtructione verbis expedita Hiſpanicis, die ad hoc per Gubernatricem deſignato, in Belgij proceres magnificè ipſius præſentia, Relationem facit. Et quia de Tollenda Iuſtitia. De Reformatione Cleri, De Inſtitutione Iuuentutis primùm, Deinde De Caroli Quinti, Regisque edictorum executione: Deque Inquiſitione hactenus conſueta obſeruanda, Regis nomine Comes retulit, ità, vt Religionis negotium ſine Prælatis, ac Theologis tractari commodè non poſſe videretur. 10 Bruxellæ.

3
3 Iunij. CONuocat ad 25 diem Maij Gubernatrix, præter ordinarij Concilij proceres, etiam D. Martinum Rithouium, Epiſcopum Hiprenſem (quem vel peculiari nomine Rex expreſſerat) Antonium Ghauet Epiſcopum Atrebatenſem, D. Iodocum de Tiletо Præpoſitum in Valcourt, D. Vilmarum Berrardi primum Louanij (ad olim lectorem) aliosque Flandriæ, Vltraiectiq; Conſiliarios, ac Prouinciales, qui ſuper Inſtructione Regia per Egmondanum allata, conſulerent.

ACTV Mense primo Iunij, De tribus prioribus, hoc eſt de Populi Doctrina, de Cleri Reformatione, & de Iuuentutis Inſtitutione. Poſtea [2] De executione Edictorum, Placitorumque in Religionis negotio concluſum eſt, in punitione ſcilicet Hæreticorum, hactenus conſueta, nihil remittendum vel mutandum eſſe. Cui ſe primùm oppoſuerunt apud Duciſſam, Princeps ille Auriacus, Egmondanus, & Hornenſis. Ita vt die ſequente [3] hæc relata ad ordines, alium [4] requiſierint, de hoc nimirum ſeparatim cogitandi, reſoluendi, atque ad Duciſſam referendi.

4
5 Iunij. PRAELATI, ac Theologi, mandante Duciſſa, Reſolutionem ex ſua parte ſubſignarunt, Regi tranſmittendam. Tres illi Proceres, ſe nihil reſoluturos hac in re conteſtabantur, cùm Rex illis, hoc expreſſè non iniunxerit. Interim Duciſſa apud Epiſcopos, & Prouinciarum Gubernatores, Concilij Tridentini, de quo ſuprà, executionem, vrget.

OBTEMPERAT

LOCA

TEMPORA

OBTEMperat, inter cæteros, Archiepiſcopus Cameracenſis, licet ſuis reluctantibus. Ob diſceſſum Cardinalis, iam dicti aliaſque difficultates: cùm in Archiepiſcopatu Mechlinienſi; tùm etiam in Vltraiectenſi Archiepiſcopatu, ob cleri, in conſueto vitæ ſuæ propoſito pertinaciter perſiſtentis inobedientiam, nihil prorsùs efficitur. 1 25 Iunij.

SCRIBIT hac, ad Regem Gubernatrix.[1] Diſcedit Comes à Mansfeldius Gubernator Luxemburgius Bruxellà,[2] cũ vxore & filio Carolo natu grandiore, verſus Zelandiam, nauigaturus in Portugalliam, ad adducendam ſponſam Alexandri Farneſij, Principis Parmenſis & Placentiæ, moderni Regij Gubernatoris. Scribunt & Proceres illi tres, ad Regem literas, eodem die,[3] quo totam negociationem Gubernatrix Regi, vnà cũ literis miſit in Hiſpaniam. Aſcendit[4] Vlisbonæ naues Comes Mansfeldius, cum ſponſa & D. Emanuele Almandano Epiſcopo Angarenſi, ac flante Auſtro Zephyro, ſolutis anchoris, & velis, illinc abnauigans, in belgium properat.[5] 2 6 Iulij. 11 f Traiectũ. 3 12 Iulij.

REX Hiſpaniarum Philippus literis, quas Bruxellæ ſcripſerat 22 Iulij Gubernatrix, reſpondens mandat[6] vt D. Caroli 5 parẽtis ſui ſuaque ſancita diplomata, ſimul & Tridentini Concilij decreta, executioni demandarentur. PRINCEPS autem Auriacus, cum Egmondano & Hornenſi Comitibus, viſis in Statuum conſilio, à Gubernatrice monſtratis literis, ſeſe non vſque adeò cõtentos eſſe proteſtabantur: quinimò, ſub protextu nuptiarum Domini de Montigny conuenerunt, nequaquam eorum, qui erant in conſilio Regis priuato, ac mandatum Regis iuſtiſſimum eſſe aſſerrerent, opinionem approbantes. Inde factum eſt, vt poſtea in vulgus ſparſi ſint rumores, deinde etiã aliquot belgij magiſtratibus perſuaſum ſit, harum literarum edictis, Hiſpanicam introduci inquiſitionem. 4 12 Auguſti 5 12 Septem. 6 17 Octob.

COMES Mansfeldius multis interea & magnis iactatus afflictuſq́, tempeſtatum diſcriminibus, ex Portugallia in Zelandiam appulit[7] cum ſponſa principis Alexandri Parmenſis, Gubernatricis filij. 7 1 Nouemb

PAVLO pòſt idem Comes ex Zelandia ſoluens, inferius Traiectum peruenit[8] inde filiam Portugalliæ in Brabantiã adducturus. Septimo die poſthac[9] à meridie ingreditur Sponſa Bruxellis, cum Mansfeldio Comite paranympho ſuo, vbi in Sacello curiæ, per D. Maximilianum à Bergis, Epiſcopum Cameracenſem benedictione & ſolennibus verbis contractum eſt matrimonij vinculum, Nuptiæque in eadem curia Bruxellenſis, nocturno conuiuio, magna ſolennitate parato, celebratæ ſunt.[10] 8 4 Nouem. 9 11 Nouem. 10 18 Nouem.

MENSE ſequente.[11] Iuſſa capeſſit Gubernatrix, mandataq́, perſequitur, & Regis literas ad Epiſcopos alioſque proceres eccleſiaſticos & Magiſtratus perferendas, ac publicandas curat: Quibus reſpondens Auriacus princeps, Gubernatrici præfatur Concilium Tridentinum, Inquiſitionem, & diplomata, de quibus in Hiſpanijs Rex reſoluerat, fore cauſam mutationis atq́, alterationis maximæ in inferiori Germania. Quemadmodum & Comes Meganus paulò poſt ad Gubernatricem aduolans, inſtaret, de quo admoniſſet Auriacus in præſentia comitis Egmondani dixit, Gubernatrici literas Compromiſſi (quas de verbo ad verbum ex Gallico translatas in latinum, ſuo loco inſeruimus) confœderatorum proferens[12]. Vnde Gubernatrix perplexa, principem Bruxellam aduocat, qui non poſſe venire ſe per literas excuſauit[13] quem tamen iterũ Gubernatrix appellat præſtò ſit ad minus die Lunæ & Martis futura, quippe & Gubernator comitatus Burgundiæ tum quoque adfuturus expectaretur. 10 l Bruxellæ. 1566. 20 Ianuar. 11 15 Martij. 2 19 Martij

TEMPORA

LOCA

1 Aprilis. INTEREA libellus ſupplex, ad Maximilianum Cæſarem, ſub eorum nomine, qui fidem Catholicam Romanã deſerere ſategerunt, datus eſt [1] eidemque poſtea [2] in comitijs Auguſtanis (quibus & ego tum interfui) exhibitus eſt. In quo multum conqueruntur, De inquiſitione Hiſpanica, deque promulgatione Tridentini Concilij. Queſti, Cæſarem ob id quàm officioſiſſimè deprecantur, vt PHILIPPO Regi ſe prebeat monitorem, ne fundere pergat piorum ſanguinem. Tertia die pòſt, Venére à principe Auriaco Antuerpiâ Bruxellas, Henricus Brederodius, Ludouicus Naſſouius, Vandenbergius, & Culenburgius vna cum multis nobilibus generoſis, libellum ſupplicem porrecturi. Tandem poſtulata ſua confœderati offerunt Gubernatrici, varia officij, humanitatis & obſeruantiæ genera, quibus Regem proſequatur, præfati: quæ eò ſpectabãt, vt inquiſitio Belgio exigeretur, edictorumq; Caroli V. acerbitas mitigaretur.

2 Aprilis.

3 Aprilis. PORRO confœderati, vt vel externo aliquo ſymbolo, ſuam in regem Catholicam fidẽ proteſtarentur, ad collum ſuſpenſam ferebam illius effigiem fuſilem, argenteam vel auream, referentem formam numorum veterũ: in cuius altera parte viſebantur manus duæ ſe mutuò complectentes, cum appoſita mantica & certis vaſculis: eiuſq; hæc erat vtrinq; inſcriptio, Fidels au Roy iuſques à la beſace: ideſt Fideles regi vſque ad manticam.

4 Aprilis. COMmunicato conſilio cum Equitibus aurei velleris, Gubernatrix reſpondit, [4] operam nauaſſe, concipiendæ conſtituendæque edictorũ moderationi, illamq; ad Regem mittere velle, quinetiam qua polleret apud regiam Maieſtatem gratia, daturam ſe id operam perlibenter, vti in illorum poſtulata condeſcendat. Poſtriduum [5] diſſeminatum fuit atq; eudgatum quoddam reſponſum aurei velleris equitum, tanquam illi fœderatis promiſiſſent, religionis ergò neminem in poſterum pœnas daturum, niſi fortè ſeditionis aut magni cuiuſdam offendiculi cauſa, donec ex conſenſu Ordinum vel Statuum, à rege certi quippiam decerneretur: Verum id comentitium fuiſſe, in publico deinde conuentu equites illi demonſtrarunt. Princeps Auriacus non multò pòſt [6] magna inſtantia id apud Gubernatricem ſollicitauit, ſcilicet vt ab officijs ſuis dimitteretur, miſſis etiam Regi literis in eundem finem à ſe ſcriptis.

5 Aprilis. 8 Aprilis.

6 20 Aprilis.

7 4 Maij. MENSE ſequente extra Antuerpiam fiunt [7] conciones, magnoque hominum catu frequentantur. Miniſtri enim ad motus in Rep: Belgica ciendos agminatim cõgregatimque vndique conuolant ex Germania Superiori, è Saxoniæ oppidis maritimis, ex Gallia, Anglia, Embda, aliiſque locis, ad hanc rem euocati, qui vel inuito Rege & Magiſtratibus ſuas opiniones diſſeminare non dubitarunt in Belgio, Auriacus denuò per literas apud regem ſollicitabat [8] (videns res ſurſum deorſumq; moueri) vt ab officijs liberetur. Interea circa finem huius menſis in Flandria, Artheſia, Hannonia, Hollandia, Zelandia, Phriſia, Namurco, Tres ordines, Eccleſiaſticorum videlicet, Nobilium, & Magiſtratuum conuocati ſunt, ſuam ſinguli vt expromant Sententiam, De regiorum edictorum moderatione: quæ poſteu miſſa eſt [9] ad Antuerpienſem Magiſtratum, verũ id vbi reſciuit plebs, prætextu iniuriæ ipſis ea moderatione irrogatæ, Supplicem quendam obtulere libellum quibuſdam fœderatis, qui rurſus Magiſtratui porrexerunt: cuius hæc erat ſumma. Ne illa moderatio admitteretur, quia ſcilicet à Cardinaliſtis eſſet confecta.

8 29 Maij.

9 2 Iunij.

BRVXELLAE

LOCA	LEONIS BELGICI DESCRIPTIO.	1566. TEMPORA
10 k Antuerpia.	BRVXELLIS poſtea ſparſa ſunt ſchedulæ,[1] in quibus hæc ferè legebantur: QVICVNQVE CONSVLES, SCABINI, RECTORES, primariarum Brabantiæ vrbium, in edictorum moderationem, ſine conſenſu NOBILIVM CONFOEDERATORVM, & plebis, contrà eius priuilegia conſenſeritis, fruſtatim cæſi, malè peribitis. Quo exemplo & alter ſparſus eſt libellus Gallicus [2] (de quo ſuprà) qui Belgarum omnium præſeferret nomen & titulum. GVBERNATRIX tandem publico propoſito Edicto, exteros omnes è ditionibus Belgicis excedere iuſſit,[3] & eos qui populum euerterent comprehendi, ſed hoc executionem ſuam non habuit, propterea, quod plerique etiam nobilium, populi metu, contrà prædicatores tales attentare nihil fuerint auſi, quo factum eſt, vt clarà etiam luce, palàm concionari non ſint veriti.	1 9 Iunii.
10 k Burgerholtz.	GVBERNATRIX, quò rebus afflictis patrocinium impartiret, ac faces accenſas ad patriæ deflagrationem reſtingueret, per ſibi creditas ditiones Belgicas: vetuit,[4] ne qua vel priuatim, vel publicè conuenticula fierent, concionatoribus capitis ſupplicium, aliis pœnas auditoribus intentans: atq; etiam 600. aureorum præmium proponens, ſi quis concionatorem ſectarium comprehendiſſet. Miſit præterea Comitem de Megen Antuerpiam, vt de præſidio accipiendo, cum Antuerpienſibus ageret, qui tamen inde recedere coactus eſt, ne quid detrimenti acciperet.	2 12 Iulii.
6 m Ipetis.	POST ALIQVOT DIES, cum rumor diffunderetur, aduentare cum regio præſidio Comitem; multùm ſudatum eſt Antuerpiæ, ſingulis ad ſuas fores excubias agentibus. Accidit tum etiam tres ardere ædes, vnde plebs accreſcentibus animis, facta iam audacior, ingentibus concitatis turbis exclamauit: Ad cædes, Ad cædes, verùm Magiſtratus prudentia ſeditionem hanc compeſcuit.[5] Viſebantur quoq; non ſemel affixæ Canonicorum ædibus chartulæ, quibus hæc verba inſcripta fuerant. Verbum Dei: iugulentur Sacrifici Monachi: Canonici &c. Quæ res non immeritò tum Eccleſiaſticos, tum ciues Catholicos plerosq;, vt inde abſcederent commouit, ſuntq; infiniti ſimul theſauri hac occaſione exportati.	3 16 Iunii.
8 g Gandauũ.	SPARSVS eſt libellus quidam, cui titulus erat: ADMONITIO, QVA BONI ET FIDELES SVBDITI ET INCOLÆ INFERIORIS GERMANIÆ GVBERNATORES ET STATVS EIVSDEM ADMONENT, QVAE IPSI IN RELIGIONIS NEGOTIO SENTIANT ET POSTVLENT CONSTITVENDA. In hoc libello vrgent pacem publicam, inter Catholicos & Proteſtantes, in comitiis Anni 1555. promulgatam, eam autem pacem lingua vernacula excudi cauerunt vt plebs concitaretur.	4 3 Iulii.
7 m Torna.	OB motus ſedandos Auriacus Princeps venit Antuerpiam, ibi, licet in præſentia eius pacatiora facta videbantur omnia: plebs tamen nihilominus ad conciones ſolito ardentius egredi viſa eſt. Ita, vt non 23. Iunii ſolùm, in viculo quodam Burgerholtz non procul ab Antuerpia duæ ſint habitæ conciones, Teutonica vna: altera Gallica: verùm etiam poſtea[6] dominica quadam die, 6 aliæ, extrà eandem ciuitatem Antuerpienſem: vbi tum audax quidam erat homo nomine Hermannus, qui ſe plebi ducem, & ſigniferum præbuit concionibus.	5 8 Iulii.
7 n Valen.	SECVTI ſunt in Flandria, Iperenſes, Gandenſes, Hondtſcotani, Aldernacenſes, Tornacenſes, Inſulani: In Hannonia Valencenenſes, & alii alibi in locis ac prouinciis totius Belgii ſiue Inferioris Germaniæ.	6 14 Iulii.

1566 TEMPORA	TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA	LOCA
1 15 Iulii.	*Fuit interea confœderatorum Nobilium conuentus Trudinopoli, ditionis Leodinæ finitimo Brabantiæ oppido, vt inter ſeſe de ſuis negotiis diſceptarẽt. Miſſi eò à Gubernatrice fuere, Dux Arſcotanus & Comes Egmondanus, verùm re infecta ac mutata (variantibus opinionibus) ſententia, colloquium indictum eſt Duffle, vico non longè Antuerpia.*	12 l Trudin.
2 18 Iulii.	*In eo cœtu mercatores & populares ſupplicem libellum fœderatis nobilibus exhibuerunt, eos ceu protectores, atq; tutelares dominos implorantes, ne in religionis ſuæ exercitiis interturbarentur. Quibus fœderati reſponderunt, non eos ob religionem vim paſſuros vllam, tantiſper dum ab ordinibus aliud ſtatuatur, ſi tamen extra modeſtiæ cancellos non efferantur.*	10 k Duffle.
3 31 Iulii.	*Die [2] Colloquio præſcripto, fœderatorum legati, ad memoratos Principes, Dufflam venerunt, quibuscum, quàm fieri potuit beneuolè, actum eſt. Scriptoq; rogati ſunt inter cætera totis viribus, totiſq; ſenſibus, eò incumberent, vti conciones Agrariæ exigerentur, cum præſertim rumor inualuerit, non poſtremam illarum cauſam fuiſſe, ſupplicem libellum (de quo ſuprà) hac enim ratione perfacilè labem eam poſſe eluere: vel maximè, cùm poſt duos legatos aurei velleris equites, Marchionem Bergamum, & Montignium, veredarius quoq; ab ipſa Gubernatrice miſſus ſit in Hiſpanias ad Regem: vti aſſenſum ſuum indicendo Generali Statuum conuentui impartiat: Interea Gubernatricem (dummodo vicaſim ipſi quoq; abſtineant) nulla in eos arma ſumpturam.*	10 k Antuer.
4 1 Auguſti.		10 l Bruxellæ.
5 10 Auguſt.	*Sub finem [3] huius menſis, Bruxellas venerunt denuò confœderatorum legati, atq; ibi ſatis prolixè reſponderunt ad nouem capita, Duffle in medium adducta. Iidem cum perdidiciſſent hoc ipſum Gubernatricem in votis habere, alio ſcripto mentem ſuam fuſius adaperiunt. [4] Atq; inter cætera, iuſtas nequaquam ſibi deeſſe lamentationis cauſas aſſerunt, quod [5] Aprilis oblato libello ſupplice, nonnulli protinus aurei velleris equites, ab ipſis ceu perduellionis reis, ſe penitus abalienauerint, ſibiq; ſanguine iunctos commonefecerint, ne aut cum ipſis (fidei atq; officii parum memores) fœdus percuterent: aut, ſi quod ictum ſit, reſcinderent.*	13 l Nouio.
6 11 Auguſt.	*Hæc cum Bruxellæ agerentur, eodem die Noviomagi, quæ eſt inſignis Geldriæ Ciuitas, Philippi Regis nomine mandatum publicatur, ne quis vllis alteri, quàm Comiti Megano, Geldriæ præfecto militaret, cuius Ciuitatis mœnia, Ludouicus quidam nomine factus ex monacho Caluinianus, in Iudæorum cœmiterio concionari cœpit, habuitq; frequens auditorium. Altera die [6] qui fuit Dominicus, largior pluuia, feruorem illum nonnihil reſtinxit, hominesq; domi tenuit. Quo Eodem die Balledi in Hannonia, templa inuaduntur. Dominus Dogniez ſupremus Brugenſium Prætor, ſummo mane huius diei, 50 ſectarios, vt idem Brugis facerent, ingredi volentes, portis obſeratis excluſit. & Ipſis die tertia pòſt [7] ſimiliter. In ipſo autem aſſumptæ in cœlũ glorioſiſſimæ virginis Mariæ pervigilio, [8] honeſtiores quiq; ciues, zelo Dei permoti, in Collegio Iohannitarum Noviomagi conuenerunt, vt inter ſe conſultarent, de profligando Ludouico, Apoſtata monacho, ſed reluctantibus quibuſdam aliis factioni addictioribus, re infecta diſceſſum eſt.*	9 m Balcol.
13 Auguſt.		6 m Iptæ.
14 Auguſt.		13 l Nouio.

IPSO

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

LOCA		TEMPORA
	IPSO die ſolemni aſſumptæ in cœlos beatiſſimæ matris Dei, turſum ANTVERPIAE tumultuari cœptum eſt. [1] Iam ſuggeſtus poſitus erat, vt ex eò concionarentur in vrbe noua Caluiniani: ſed impediti ſunt Magiſtratus authoritate.	1566
	POSTRIDIE Antuerpiâ diſceſſit Auriacus Princeps [2] antè octiduum à gubernatrice vnà cum Hornenſi Comite vocatus, cuius locum tenentem conſtituti petijt Conſulem Antuerpienſem Stralium nomine, & eodem ipſo die ſeptem conciones partim à Caluinianis, partim à Lutheranis habitæ ſunt, quarum effectus die Martis ſequente ſeſe demonſtrauit. [3] Nam cum in æde Deiparæ B. Mariæ virginis preces veſpertinas perſoluerent Canonici, laicus quidã conſcenſo ſuggeſtu, poſtulatoq, nouo Teſtamento, Paſtorem ad diſputationem prouocauit, Cernens hoc quidam Nauta Catholicus, eum è ſuggeſtu deturbauit, mox Sectarius quidam nautæ brachium ſclopeto læſit. Indè ortus tumultus templum & vrbem compleuit.	1 15 Auguſt.
	TEMPLVM quidem, vtpote aliàs longè pulcherrimũ, ſtructuris & picturis eximijs, magnificentijs rebus ornatiſſimũ, in quo leues quidam homines ne dicam ſcurræ, plusq, Barbaricam exercuerunt iconomachiam, maxima vi, & incredibili furore diffractis, comminutis & diſiectis ſtatuis, aris imaginibus omnibus, ipſa quoq, ſacro ſanctæ Euchariſtiæ ædicula, cuius præcium dicunt exceſſiſſe ſummam multorum aureorum millium, Aras è fundamentis conuulſerunt & confregerunt.	
	INDE ad monaſteria & templa omnia eodem furore progreſſi, In monaſterijs vix quicquã integrum relictum. quæ deuorare non poterant, proiecerunt, vinum & Ceruiſiam extractis epiſtomijs effuderunt, in vaſa butyri & in farinas lotium, & oletum immiſerunt, ſuppellectilem diripuerunt, & vt animas quoque perderent, monachos ad defectionem inuitarunt tenebriones illi: Qui ex vrbe prorumpentes, in pagis quoque adiacentibus omnem inſani pectoris furorem in ſacras imagines, & templa effudere. Nox ea, qua primum cœperunt debachari, horrida ſanè fuit Catholicis, ijs qui in clero eſſent, & monaſterijs, omnibus non fruſtra ſummo timore correpti, atq, hucillucq, diffugientibus, plerisq, nihil niſi præſentem mortem expectantibus. Videre tum erat virgines Deo ſacratas è ſuis cœnobijs ſeminudas perfugientes, vt ſectariorum manus euaderent.	10 k Antuerpia. 2 16 Auguſt.
	DEINDE etiam aliquot diebus vrbis templa omnia ab illis furioſis hominibus obſecrata ſunt, ne miſſæ liceret facere ſacrificium, adeò, vt vir quidam grauis Antuerpiam id temporis nouam appellauerit Babyloniam, nempè ſine Rege, ſine lege, ſine ſacrificio, quemadmodum & ego me eandem tum vidiſſe, non ſine mœrore memini, cum altera die aſcenſionis Anno 1579. non in lapideas imagines, ſed viuas Chriſti ſimilitudines irruptionem facerent ità, vt vno die centum plusminus & quinquaginta ſacerdotes ac Monachos Antuerpiâ exigerent: quibus abſentibus habebant in æde primaria ibidem ſuas conciones Caluiniani, Lutherani verò apud D. Georgium. Gubernatrix Bruxellæ cum Nobilibus ac proceribus de pacificando negotio tractans, his tumultibus perplexa, indè in Hãnoniam clàm abitũ parare viſa eſt, verùm à nobilibus partim etiam ciuibus, vt maneret impulſa, ſollicitatur etiam ab Antuerpienſibus, vt non ſolum Brederodium vrbe ſua exire, ſed etiam Auriacum Principem remittere, precipere atque mandare dignetur, vtpote cuius abſentia Ciuitati multum nocere, præſentia verò huius plurimum ad tumultus ſedandos prodeſſe queat.	
	TALIS tum ſanè fuit Iconomachia. Cuius formam quæ ſequitur charta exhibet, teq, Lectorem illius Iudæ Maccabæi admonet, qui cum in templum Ieruſolymæ ingrederetur, videns ſimiliter à Iudeorum hoſtibus, omnia deuaſtata atq, confracta his verbis, SanCta tVa, ConCVLCata sVnt & ContaMInata. exclamauit ex quorũ verborum litteris numerantibus fatalem hunc Chriſti M. CCCCC. LXVI. præfigeratum annum colligimus.	3 20 Auguſti.

TEMPORA

LOCA

POSTEA [1] etiam Buſcoducenſes Iconoclaſtæ in Templo Diui Ioannis, omnia ſimili amentia vaſtarunt & conquaſſarunt, atque conciderunt, nec alijs eius oppidi ſacris ædibus & monaſterijs licuit ſectariorum huiuſmodi manus effugere, & atrociter in Franciſcanorum & Dominicanorum cœnobia ſæuitum eſt, propterea fortaſſis, quòd ſectarij concionibus eorum ſua dogmata & conatus plurimum impediri animadverterent.

1 22 Auguſt. — 1 ½ Buſeduc-cum.

GANDAVI die ſequente [2] Ciuile etiam bellum indictum eſt ſtatuis & imaginibus. Eodem die Gubernatrix Diploma euulgans ſecuritatem in poſterum fœderatis nobilibus certis tamen adhibitis conditionibus præſtat ſimulq. inquiſitionis intermiſſionem condicit tantiſper, donec de Religione Rex aliud edixerit. Eodem hoc die apud Valencenas & Tornacum (quo poſtea Comes Hornenſis in locum fratris ſui abſentis Montigrij à Ducissa vt ſcilicet rem ibi quoq, componeret, cum ampla ſuæ comiſſionis inſtructione ablegatus eſt) idem fit quod Gandaui. & Tornaci quidem magna vis auri & argenti reperta dicitur. Illi qui apud Gandenſes eiuſmodi ſcenitas perpetrarunt tantum quadringenti fuiſſe putantur, & quidem ex fece plebis omnes, vt mirum ſit tam paucos & tam nihili homunciones, talia vel attentare potuiſſe. Iactabant illi quidem ſe mandato Egmordani comitis ea facere, quos tamen idipſum falsò affirmare vel ex hoc colligo, quod eundem, Catholicam fidem in articulo mortis publicè profeſſũ eſſe viderim, interim tamen ſub hoc prætextu miræ illi graſſati ſunt in monaſteria omnia. Tornaci duæ ſunt Caluiniſtarum conciones habitæ.

2 23 Auguſt. — 8 l Candauũ

QVA die Gandaui, eadem etiam Mechlinia tumultuatum eſt & ibidem à die Martis ad Dominicum vſque diuina ſunt intermiſſa officia, Duces huius tumultus duodecim plus minus Adoleſcentes ſecum habebant, ijque paulò antè captiuum quendam Viuordiæ impotenti audacia è carcere extraxerant. Poſtridie [3] Regio eoq, grauiſſimo edicto conſtitutum eſt capitis ſupplicium, & bonorum publicatio in omnes iconoclaſtas Templorum & monaſteriorum depopulatores, incendiarios & id genus tranquillitatis publicæ perturbatores, ac facinoroſos homines, pœna vero arbitraria: & priuilegiorum atque immunitatum iactura, in Prætores, Conſules, Magiſtratus, Ciuitates, atque in eos omnes qui eius farinæ homines non arcerent, ſtatuta eſt.

3 25 Auguſt. — 7 n Valécenæ.

4 26 Auguſt. — 7 m Tornacũ

5 31 Auguſt. — 10 l Mechlinia

HOC tamen non obſtante apud Traiectum inferius Sectarij in quatuor parœciarum templa, Dominicanorumque & Franciſcanorum monaſteria irruperunt. Poſtridiè iterum [4] ruderibus è D. Iacobi æde exportatis, illic ſuo more concionati ſunt diebus octo. Die Auguſti ni [5] Epi. & cõfeſſoris, Caſembrotius (quo cum aliquando Louanij literis operam dedi) miſſus ab Egmondano (cui à ſecretis & conſilijs erat) Aldenardũ ad ſedandas turbas apud Gerardimontem caſu repperit etiam tum graſſantes iconoclaſtas eos ipſos qui Aldenardum inuaſerant, ceditque ex illis decem aut duodecim primarios, poſtera luce in crucem tolluntur 21: cæteri maximo numero flagellantur & proſcribuntur.

6 28 Auguſt. — 11 f Traiectũ.

REX interim Reſolutionem ſuam gubernatrici demùm tranſmittit, ſuamque voluntatem illi quod ad hoc negotium attinet tranſcribit, literiſque ſuis & Auriacũ Principem, & Hornenſem comitem in officio retinere modis omnibus conatur, qui Regi vicißim reſcribentes, literis potius quàm reipſa quod ſperabit ſatisfacere videbantur.

7 1 Septemb. — 8 m Gerard.

VLTIMA Auguſti [6] Mechlinia de Iconoclaſta quodam ſumptum eſt ſupplicium & factionis capita in carcere conijciuntur, Calendas Septembris [7] Senatus Nouiomagi ſanciuit ſub pœna capitis, ne quis in templis aut monaſterijs diuina officia interturbaret, vel res eccleſiaſticas diriperet. Simul etiam licere voluit Ludonico Apoſtatæ ſuas habere conciones, donec eſſent futura comitia idque in æde S. Ioannis. Tertia nonas Septemb. Gubernatrix ſub pœna capitis vetuit, ne quis aut militem conſcriberet, aut ſuum militiæ nomen daret, didicerat enim Iconoclaſtas alicubi cogere exercitum ad ſeſe viciſcendum.

8 3 Septemb. — 13 f Nouioma gum.

CONDITIONES

LOCA

TEMPORA 1577

CONDITIONES PACIS GANDENSIS.

8 l Ganda. — 1 Septembr.

GANDAVI [1] tractatus est initus cum sectarijs, & ab illis subsignatus, his conditionibus vt neque impediant, neq; impedri sinant Catholicos, aut cultū diuinū antiquitus seruatum: vt nec in vrbibus, nec in templis extra vrbes cōcionentur, sed solis diebus festis & dominicis concionandi facultate, locis à Magistratu distribuendis contenti sint: vt ne quibus vtentur armis etc. verùm hanc pacem non diu seruarunt aduersarij. Nouiomagi quoque fuit [2] ingens ciuium motus propterea, quod vigiles sectarij quidam deiecerant sepimentum ante Imaginem saluatoris à cruce pendentis in cæmiterio S. Stephani eius rei indignitate adeò cōmoti sunt Catholici ciues, vt in scholam conuenerint, vbi singulis noctibus seruabantur excubia.

13 l Nouio. — 2 25 Septembr.

10 k Mechlinia — 3 4 Octobr.

MECHLINIAE versi in tumultum Sectarij [3] volebant Iconoclastas è carceribus eripere sed eum tumultum sedauit comes Hochstratanus, qui iam aliquamdiu illi vrbi praefectus fuerat: as tamen postero die [4] coactus est captiuos illos dimittere. Eodem die Bruxellis rursus nouo edicto, clandestina intra vrbem conuenticula prohibita sunt: ministro suspendij, auditoribus exilij pœna constituta. Tilam munitum Geldriæ oppidum quidam sectarius Ecclesiastes ingressus est, sed eum Sculteus, vt vocant, mox extra portam eduxit. [5]

10 l Bruxella. — 4 5 Octobr.

10 k Antuerpia. — 5 13 Octobr.

ANTVERPIAE sub vesperam [6] sectarij denuò in primariam Beatæ Mariæ virginis ædem irrumpunt, Verùm comes Hochstratanus, (qui principi Auriaco in Holandiam abeūnti substitutus erat) coacto milite eos templo exigit, lasisq; non paucis, factionis capita aliquot comprehendit. Septimana sequente [7] Conuentui ordinum apud Traiectum inferius, aderat Princeps Auriacus, ibi tum Sectarij nihil dubitarunt, ad arcis portas, suas habere conciones. Iussi vero à præfecto discedere, cum non parerent, displosis tormentis in fugam acti sunt, paucis vulneratis, nemine tamen interempto. Porrò Ericus Dux Brunsvicensis, tribus inde milliaribus, aliquot peditum armatas habens cohortes, Hollandis, ne quid attentarent, terrori fuit. Brabantis vero, miles Bruxellis vicimus. Festo omnium sanctorum. [8] Aloisti minister quidam non contentus loco concionibus ipsorū attributo, cum propius vrbem accessisset, cruci datus est. Tertia die post [9] apud Brugenses non absque seditionis periculo tertiò tumultuatum est.

11 f Traiectū infer. — 6 1 Nouēbr.

9 l Aloſtum. — 7 3 Nouēbr.

7 l Brugæ. — 8 10 11 Nouēbr.

POST occidium [10] Nouus quoque terror Antuerpiā inuasit dira minitantibus sparso rumore Sectarijs, quibus tamen nocturna atq; diurna excubiæ comitis Hocstratani obstiterunt. Postridie S. Catharinæ [11] Gubernatrix datis ad Valencenenses literis exegerat vt præsidiarium militem admittere vellent sed noluerunt. Idcirco [12] non tantum, verùm etiā propterea pronunciati sunt Regiæ Maiestati rebelles, quòd primum ipsi in cohortes Regias apud monasterium S. Saluij maiora tormenta exoneraſſent, & cœnobium Carthusianorum & S. Vedasti fanum iam iteratò vastassent, aliàque insignia facinora perpetrassent. Eodem hoc mense [13] Norcarmius Hannonia præfectus Rassegemio, Insulæ, Duaci, & Orchesij præfecto comitatus, cum Regis aduersarijs conflixerunt fœliciter. Sequentis anni initio [14] etiam Traiectenses ad Mosam, atq; Mosecani aduersus dominum suum Leodiensem Episcopum cristas erexerunt, & ausi sunt etiam illi, bellum indicere statuis & imaginibus, concionesque sectarias inuehere, porrò præsidium recusare.

7 n Valécenæ. — 9 14 Decem.

6 n Duacum. — 10 11 Nouēb.

6 m Insulæ. — 11 26 Nouēb.

7 n Orches. — 12 14 Decem.

13 m Traiectū super. — 13 28 Decem.

10 k Oſter. vvel. — 1567. 14 1 Ianuarij

DOMINVS de Brederode [15] confœderatorum nomine Gubernatrici mittit libellum supplicem. Cui eadem postea respondet [15] Gubernatrix, vt mox subijciemus. Tertio Idus Martij [17] Ductoribus Philippo Lanoyo, Mandeuillo & Ægidio Villenio Namurceno Ostreueliæ non procul ab Antuerpia in aggere fluminis Scaldæ, Regius miles aduersus sectarios numero longè præstantiores fortunam prælij conflictu habito expertus est: tandemq; à multa dimicatione, sectarijs cæsis, penes regium militem eius diei victoria stetit. 15 8 Februarij — 16 8 Februar. — 17 13 Martij.

LOCA

TEMPORA

SED & ſe, qui attendant, quanto animi angore conciones locis ſolitis ſine ſcandalis & armis haberi permiſerit, eos ſcire proculdubio quàm longè à ſua mente abfuerit ipſorum exercitijs præbere conſenſum, puta vt noua ſibi deligerent Conſiſtoria vel Magiſtratus, collectas & onera ſubſidiaria Regis ſubditis imponerent, idque vt ipſi iactitant ad aliquot auteorum milliones: vt ſacramentorum adminiſtrationem ſibi vſurparent: vt in totam politiam confuſum quoddam chaos introducerent, vt matrimonia ſuo ritu contraherent, vnde mira ſucceſſionum confuſio ſequitur: vti denique ea facerent, qua ſub exercitiorum prætextu in ſuis concionibus non verentur attentare: è quibus pleraque cum ſibi tum Regis, tum Magiſtratum authoritatem vendicent, ſe profectò valde ſui ſore immemorem ſi ijs aſſentiatur: cum præſertim ſui officij ſit, eam authoritatè tueri. Itaque ſe rectè ait Magiſtratibus contrariam mentem ſuam explicuiſſe. Si qui verò ſecus populo perſuaſerint illorum eſſe, ſe apud illos excuſare tam quod ad libertatem attinet, eam eatenus datam, ne ipſis imputaretur libellus quinta Aprilis oblatus, non aũt quantum ad Religionem ſpectat, tametſi eò illam detorſerint contra animi ſui ſententiam, Itaque iuſtam tum ſibi indignationis cauſam ſuppetere ab ipſis ita animatum eò audaciæ proceſſiſſe, vt ſub Religionis prætextu vetita Religionis exercitia inuehat, ſuoq; nouo Magiſtratu Regium Magiſtratum in ordinem cogat: quod non modo non ſit approbaturus vnquam Rex, ſed etiam ſubditorum ſuorum auxilio vindicaturus.

8 m Aldenard

1 2 Martij.

7 l Brugæ.

2 11 Martij.

QVOD verò dicant ipſam veniſſe contra pacta conuenta, eius generis omnia niti falſa nimium q, laxa verborum ſuorum interpratatione, rectèq, quarundam vrbium, Magiſtratus ea non permiſiſſe: qui tamen ſi modum exeſſerint, oportuiſſe ipſos ad ſe querelas deferre, vt remedium adhiberetur interim aũt ſilentio præterire ipſos iconoclaſmum, & templorum vaſtationes, quæ poſt eam conuentionem facta ſunt, etiam antea in pagis tantum haberentur: item Eccleſias occupatas, monachos perfligatos, exteros concionatores accerſitos, cum promiſiſſent ſe conciones impeditu ros: in loca quædam ab his nouiatibus aliena, eos introductos: plebem ab ipſis animatum, regias domos occupaſſe, tormenta & bellica inſtrumenta cum ſuppellectili exportare, regios præfectos & Magiſtratus abijcere, ita vt quidam non ſine periculo euaſerint: tum quoq, vrbes regias occupare, in aciem ſub ſignis militaribus coire, minari eadem aut profligationem Eccleſiaſticorum & regionum miniſtrorum, in quibus etiam ipſa nõ ſit excepta, & Catholicorum etiam: immò eos reipſa diripere, inflammare, euertere monaſteria, templa, ædes nobilium & aliorum, Hæc & pleraq, alia reſcripſit Gubernatrix Brederodio.

7 n Valécenæ.

3 13 Martij.

SECTARII contra iuramentum, ab ipſorum Conſiſtorialibus preſtitum menſe martio ad concionem armati proruperãt [1] Aldernadi, propterea à die nona eiuſdem menſis nulla eſt permiſſa concio. Brugenſes, vt ſectarios miniſtros à concionando deterrerent miſerũt [2] certos homines ad locum concionis, qui miniſtrum iuberent craſtina ſe luce ſiſtere ad præſtandum iuramentum, quemadmodum in alijs oppidis feciſſent: ni id fecerint, ſcirent ſibi concione interdictum iri, ſed comparere non auſus, concionator fuga ſibi conſuluit.

TERTIA die poſt, Dux Arſcotanus & Comes Egmondanus miſſi ad Valencenas ſub fide publica euocarunt [3] ad ſe nonnullos eius oppidi incolas, quos vt ſub horam pomeridianam collocutioni ſe darent, illi deputarent, verùm eo die nemo quiſquam venit. Poſtero [4] verò die, vt pacis concilianda rationes nomine Gubernatricis proponendas audirent nonnulli venêre, quibus intellectis protinus diſceſſerunt. Eodem ferè tempore etiam Princeps Auriacus & Comes Hochſtratanus miſſi Antuerpiam perſuadere conantur ſectariorum capitibus, vt vel ad tres menſes omitterent conciones, & interim ipſorum ſana ſigillo regio obſignarentur, ſed fruſtrà.

10 k Antuerpia.

4 14 Martij.

TEMPORA

LOCA

QVINIMO volentes Sectarij Antuerpienſes ijs, qui ſub duce Thoulouſano erant Oſtrevvela conſcripti ſuppetias ferre, à Principe Auriaco prohibiti portam vrbis perfregêre, ſuarũ autem accepta ſtrage (vt dictum eſt) mox vltrò in vrbem redierunt. Nec ſanè ab iniurijs & minis in principem abſtinuere iam regreſſi, vique extorſerunt aliquot maiora tormenta & arma: quibus inſtructi forum frumentarium occuparunt, moxque ſignis explicatis rectà pergunt ad occupandam curiam. Poſtridiè orta eſt periculoſa ac propemodum tragica factio illa atq; ſeditio popularis ex clade, in ponte marino (vulgo Meerbrugge) quæ tamẽ Principis Auriaci prudentia ac moderatione, magno cum ſalutis ſua diſcrimine ſine vlla cade & ſanguine fuit ſedata.

1 13 Martij.

12 l Haſſel.

HASSELENSES quoque contra dominum ſuum Epiſcopum Leodienſem inſurrexerunt oppidum frequenti tormentorũ roboratu, validiſque bombis, ita quaſſatũ, vt tantam vim diutius ſuſtinere nequiret, ingenium nouum induens ſeſe ſuo principi Gerardo Groesbecano, incolumitate tamen ac ſalute depacta dedidit [1] ac in eius clementiam conceſſit atque oppido miles Leodinus ſinè ſtrage ac cade recepto, introductus.

EODEM tempore Ex aula demùm mittitur legatus quidam Secretarius priuati conſilij regij, ad vnum è primarijs fœderatis nobilibus, qui tum Ambſterdami degebat, Brederodium ſcilicet admoniturus nomine Gubernatricis, vt ea vrbe excederet: Cui reſpondit, non eſſe illũ Secretarium eiuſmodi legatum cui oporteat reſponſum reddere. Erant tum aliquot alij nobiles fœderati. Ambſterdami etiam in eodem hoſpitio, ad quos ſe Secretarius contulerat. Iiſanè captiuum eum detinuerunt, nec ſemel minas noctis intentarũt, literas & munimenta eius omnia abſtulerunt. Magiſtratus metu primarij illius nobilis, nihil ſe commouebat, donec is negaret ſuo iuſſu factum Tum verò, non recuperatis tamen ſuis mummentis, ſcapha accepta à Sculteto & Conſule, ſolo hoſpite conſcio, illorum manus euaſit. Paulò poſt primarius ille nobilis, publicus patriæ hoſtis pronunciatus eſt.

2 15 Martij.

7 n Valen.

VALENCENENSES ab Antuerpienſibus commoniti, vt omnis faceſſeret trepidatio arroganter elati, eoſdem ac ſi viciſſent ſpiritus gerentes, auxilij forſitan præſentis ſpe ducti parêre renuerunt: [2] nullamq; pactionẽ auribus admiſerunt, & ad æquiſſimas conditiones adduci non potuerunt. Itaque iam memorati Principes, his caſſo labore actitatis re infecta diſceſſerunt.

15 l Colonia.

INTEREA quidam Caluinianus concionator non longè ab hac ciuitate Colonienſi prædicauit, [3] ſperans ſe in eadem Colonia hac Agrippina vrbe præclara, homines ad tumultum vel res nouas moliendas incitari poſſe. Verum Magiſtratus ibidem prudentiſſimus ſtatim prohibuit, ne quis extra vrbem ad eiuſmodi conciones exiret, quod & annis aliquot pòſt etiam magna cum laude ac prudentia Colonienſis integerrimus inq; Catholica fide conſtantiſſimus Senatus tum præſtitit, cum Gebhardus Truchſeſius nouas in ſua Dioceſi Colonienſi res moliri cepiſſet, perq. Neuenarium Comitem, conciones extra ciuitatem procurare non ſemel conniuendo permiſiſſet, quemadmodum, in ſequentibus ſuo loco hac de re latius tractabitur.

3 16 Martij.

11 e Ambſterdam.

EODEM

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1567.

LOCA

TEMPORA

7 k Brugæ.

EODEM die [1] Brugenſes Sectarij rurſus quendam ſibi adſciſcunt eccleſiaſten, qui ſub veſperam vrbem ingrediens comprehenditur in ipſa porta, & in carcerem mittitur propterea, quòd à meridie concionari attentaret contra voluntatem expreſſam. Magiſtratus & Francotarum, qui diſertis verbis homini interdici iuſſerunt, ne concionaretur. Inde caſſarunt conciones Sectariorum apud Brugenſes, & conuenticula illis poſtea publico edicto vetita ſunt omnia.

1 16 Martij.

10 k Antuerpia.

ANTVERPIAE tamen adhuc ſecreta ſua habuêre conuenticula Sectarij, qui cum arma coemere, aliaq; ad tumultum præparare viderentur. Mercatores exportatis indè rebus ſuis multi diſceſſerunt. Et licet Gubernatrix per principem conciones ſectarias omnes prohiberi curauit: nondum tamen optemperatum fuit. Vnde conſtanter voluit militem exterum eò intromitti. Mandauitq; præfecto criminali, vt quibores omnes tumultus illius, de quo ſuprà, Antuerpienſis, omnesq; ſectariorum miniſtros comprehenderet.

6 n Duacum.

PAVCIS verò interiectis diebus, arctiori obſidione Valencenenſes preſſi ſunt. Cùmque fruſtrà conſumarentur omnia conſilia, & ad ſanitatem bonis artibus conuerti nequirent; Norcamius [2] exercitus præfectus è Duaco Tornaco, aliisq; vicinis oppidis aduectis tormentis, potiundæ vrbis ratione prius exquiſita, præces in iram verteus, vexilla hoſtilia aduerſus Valencenas explicuit vrbiſq; mœnia tanta vi quaſſauit, vt incolæ, nulla ſpe ſe tuendi reliquà, confeſtim colloquendi facultatem ſibi fieri petierint, qua ſub veſperam non negata, confirmabant ſeſe paratos, ijs quas antea recuſarant pacis conciliandæ rationibus, deditionem facere, veràm non ſunt auditi.

2 22 Martij

7 m Tornacũ.

POSTERA die [3] ſub auroram ac prima luce, duobus & viginti tormentis mœnia ſalutantur, turreſq; nouellæ diruuntur non mediocri circumfuſis ædibus illato detrimento, nec prius abſiſtitur, quàm ſub meridiem ſolo æquatis mœnibus, peruius faciliſque militi in oppidum pateret ingreſſus. Et Valencenenſes Regis arbitrio, ſole in veſperum inclinante, ſeſe dedunt. Eodem itaque die qui erat palmarum dominicus, à meridie. cum maxima, copiarum parte ingreditur dominus Norcamius, oppidumq; Regi Catholico recuperat. Porrò ad aliquot dies obſeratis portis Michaelem Herlinum ditiſſimum mercatorem cum filio, & duobus Caluiniſtis præconibus, totius rebellionis capitibus, in carcerem conijcit. Ea verò Valencenarum vrbis munitiſſimæ expugnatio, omnibus ferè ſectarijs animum ademit.

3 23 Martij

7 p Cambr.

NORCAMIVS obtenta victoria contra Valencenenſes, ſtatim miſit ex ſuo exercitu, qui Cambreſium ditionis Epiſcopi Cameracenſis oppidulum à ſectarijs occupatum oppugnarent. Sed vbi eius incolæ acceperunt, Valencenas deditionem feciſſe, profugerunt omnes, portiſque patentibus, miles ingreſſus eſt.

1567 TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA | LOCA

INITIO mensis Aprilis [1] Traiectenses ad Mosam, missis Regi legatis Bruxellas, tandem etiam Eburonum pontifici sese dedunt, militem introduci permittunt. Malecam quoq; Hasseleto expugnato suo præsuli ac Principi Leodino suscepto milite vltrò se dedidêrũt.

ANTVERPIENSES quoque legatos destinarunt ad Gubernatricem, quos & suscepit, receptis promissis quòd Deo & Regi essent fideles, illisque conditiones quasdam præscripsit [2] quibus acceptis, res ibi meliusculè se habere cæpit: Conditiones autem quibus Gubernatrix cum ijsdem transegit, hæ sunt fermè in substantia, quæ sequuntur, scilicet.

1 Aprilis. — 13 m Traiectũ super.

VT Sectarij ministri & concionatores omnes, quàm primum Antuerpiâ discedant: vt omnes Sectariorum conciones, exercitia, & quæcunq; indè pendent, puta, Consistoria, conuenticula, collecta pecuniaria, & similia cessent: vt Templa direpta vel diruta, in pristinum statum reuocentur: vt cultus diuinus vbiq; restituatur, itemque conciones Catholicæ, aliaq; Ecclesiasticæ cærimoniæ omnes, idq; sine vllo impedimento vel iniuria, tàm in personas Ecclesiasticas quàm earum res & facultates: vt nouorum fanorum structura conquiescat, cunctaq; vbi Rex iusserit, subruantur: vt nihil interim innouetur, neque quicquam fiat, Religioni Catholicæ contrarium: vt ciues & incolæ omnes obediant Regi, cunctaque eius edicta, etiam ab harum turbarum initio proposita seruent: vt posthac non ferant in sua republica vllos exules, erroues, aduersum Regem conscriptos, exteros, sectarios, fugitiuos, apostatas & similes, vt Magistratui reddatur pristina authoritas, & debita præstetur obedientia: vt milites præsidiarij, donec illic erunt, iurent, se Regi parituros, & seruaturos iam dictas condiciones.

2 Aprilis. — 13 m Haſelt.

HAEC si fiant, vicissim promisit Gubernatrix, eius vrbis ciues neque in illa neque in alia Belgij ciuitate perquisitum molestatum impeditum persecutum iri, religionis ergò, donec Rex cum ordinum consilio aliud statuat, cui tum illi perindè vt alij Regis subditi, obtemperare debebunt. Si qui autem ad regiorum edictorum præscriptum, quòd ad religionem attinet, gerere se nolent, aut obediant, aut discedant, quemadmodum Rex cum ordinibus decreuerit.

AT hinc excipiuntur tamen ij omnes, qui rei sunt Maiestatis, destructionis & direptionis templorum atque iconoclasmi, latrociniorum, rebellionis, conspirationis in regiam Maiestatem, & criminum consimilium. Porrò in his omnibus Regiæ Maiestati consentus salus erit, cui etiam se scripturam pro illis Gubernatrix affirmauit, modò interim sileant conciones, & exercitia omnia nouæ Religionis.

POSTREMO hortabatur, vti hæc omnia quàm celerrimè exequerentur, ita citius impetraturi hactenus malè gestorum veniam. Atque hæ quidem conditiones omnes ab Antuerpiensibus acceptæ, & admissæ sunt, sicque paulatim ibi res melius, vt dictum est, habere cæperunt.

3 Aprilis. — 10 k Antuerpia.

BVSCODVCIS Sectarij perruptis curiæ foribus, Magistratũ cum ciuibus consilia communicantem inuadunt [3] & bonos ciues omnes in fugam conuertunt, sedatus est autem Dei gratiâ immodicus ille tumultus propter exactum iuramentum exortus: ità, vt sub vesperam quisque domum sponte repeteret.

ANTVERPIA

MARGARETHA AVSTRIACA LEONEM

LOCA

TEMPORA

SCRIBIT hoc menſe Aprili, ex Hiſpania, Rouigumes quidam Euoli Princeps, vnus ex Regis Conſiliarijs præcipuus, cum Alōſo de Loo Secretario Comitis Hornij, qui à multo tempore, ab eodem Comite in Hiſpaniam fuerat ablegatus, vt ibidem neceſsitatem ſui domini extremam; ſimul atq́, immenſam pecuniarum ſummam (quæ trecentorū millium coronatorū numerū æquaret) declaret, quam in ſeruitio Regis ſine aliqua hucuſque habita recompenſatione, expendiſſet: quibus quidem literis bona ſpe Comes fulcitur, deque Regis beneuolentia erga eundem admonetur. Adeò, vt licet antea Franciſcus Dalaua legatus Hiſpaniarum Regis ex Francia, de tribus capitibus in Belgio puniendis ad Duciſſam Parmenſem perſcripſerit: ſeque Comes initiò vnum ex ijs fuiſſe ſuſpicatus ſit, quia tamen Regis liberalitatem ac Beneuolentiam ergà eum proprius quoque Comitis frater Montignius in Hiſpania exiſtens ſimiliter prædicauit. Præterea etiam in Belgio ipſa Duciſſa Parmenſis, tanquam Gubernatrix, Tornacum ei adminiſtrandum loco fratris concredidit, atq́, à Viglio præſidente, & Aſſeſſorio Conſiliario alijsq́, verbis & literis confirmatus fuit Comes, vt omnem à ſe ſcrupulū abiecisſe videretur quem indè etiam concepit, quòd quidam illi imputabant ſe concionū inter ceteros etiam vnā fuiſſe cauſam vnde tumultus in Belgio tandem fuiſſet ſubſecutus, terrorq́, maximus gubernatricem ſuis verbis ad eandem habitis inuaſiſſet. Qui tamen poſtea ceſſauit.

12 g Buſcodu.

1 10 Aprilis

10 k Antuerpia.

NAM & Antuerpiâ exceſſere [1] nouem eius vrbis ſectarij præcones partim Caluiniani, partim Lutherani, moxque etiam cuncta illorum phana, aulæ mandato, à Magiſtratu, obſignata fuêre donec Gubernatrix eò veniret. Cancellarius Brabantiæ Scheif & Peterſonius ab aula Buſcoducum miſſi, & ibidem captiui detenti, laxati ſunt [2] & Bruxellas à 32 ſagittarijs reducti. ſimul etiam conſcripti à Magiſtratu milites 400, qui excubias agerent. Sectarij pleriſq́, ſuis ſecum exportatis rebus, inde diſceſſerunt.

6 m Ypris.

2 11 Aprilis.

IN Flandria circa id tempus ante paſcha abrogatis concionibus ſectariorum, etiam illorum fana deturbata. Ypris imprimis & Baleoli atque Armenteria locisque continentibus. Cominij autem iuſſu Ducis Arſcotani, ex fani Sectariorum ligno, & lacunaribus tria ſunt in ſtatuta patibula, ijsque protinus ſuffixi complures.

8 m Balcol.

GANDAVI magno militum regiorum impetu facto, vnius horæ curriculo diruta eſt fana ſectariorum per vniuerſam præterea Flandriam, in finibus belgarum ad littora Oceani ſeptemtrionalis, opulentiſsimam regionem. De ijs qui circa domini natale ad arma confugerunt ſimul etiam de Iconoclaſtis paſsim ſumi ſupplicium cæpit.

IN Holandia verò & Zelandia pleriſque omnibus oppidis certatim ad compoſitionem properantibus, Sectariorum conciombus profligatis ſenſim tranquillitas eſt reſtituta.

6 m Arment.

AVRIACVS Princeps Gulielmus Naſſouius, de Hiſpanorum conſilijs certior factus, poſtquam intellexiſſet Ducem Albanum non pauca Hiſpanorum, Italorum & Burgundionum manu ſtipatum, ad Belgas aduentare: fluxam quorundam optimatum ac nobilium fidem, & vulgi inſtabilitatem expertus, dat locum iniuria temporum, vrbeque Antuerpiâ excedens Bredam ſe confert [3] non paruo nobilium, mercatorum, & ciuium numero comitatus, atque inde Germaniam cogitare cæpit.

3 21 Aprilis

10 h Breda.

1567. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA		LOCA
1 24 Aprilis.	DIE [1] poſt diſceſſum Auriaci Antuerpiæ exauthorati ſunt omnes milites domeſtici, demptis quatuor cohortibus. Indignè id ferebant illi milites, atque propter veſperam alterius diei [2] illis in vnum coeuntibus, & mira minitantibus, res ad tumultū ſpectare videbatur, cui tamen prudentia Magiſtratus itum eſt obuiam, accitò milite regio iam ad vrbem aduentante [3] Nam Comite Mansfeldio duce, ſummo manè, in oppidum intromiſſa ſunt 16 ſigna peditum: prius tamen curribus aliquot cum eorum impedimentis intrò receptis, & ad viarum angulos obiectis, ne quid mali contra illos intentari poſſet.	10 k Antuerpia.
2 25 Aprilis.		
3 26 Aprilis.	SVBSECVTA eſt Gubernatrix comitem Mansfeldium, pleriſque torquatis militibus & Aulæ primoribus comitata, validaque quingentorum ſcilicet equitum manu ſtipata Antuerpiam appulit [4] Iußitque ibidem ſingularum familiarum nomina & cognomina deſcribi, itemque arma in ſingulis ædibus.	11 e Ambſterdam.
4 28 Aprilis.		
5 1 May.	PAVLO poſt [5] ſub mediam noctem Ambſterdamo quoque diſceſſit Brederodius tutelaris fœderatorum atque Sectariorum dominus, compluribus fœderatis nobilibus comitatus, familiam ſuam omnem & ſuppellectilem ſecum trahens. Hic vbi ad nauigium cum tædis innumeris deductus peruenisſet, nobilibus valedicens præcepit, vt nulla cuiquam vi aut iniuria illata, indè cuestigiò abitum pararent. Illi verò non cunctandum ratibiduo, [6] poſt cum vniuerſis ſuis copijs varia tamen Monaſteria deprædantes diſceſſerunt. Abeuntes quanta Maxima diligentia potuit, inſecutus eſt Comes Megamus, verùm eos aſſequi nequiuit donec ſuis cõiungerentur, qui ſanè cuiuſuis generis armis inſtructi ad quatuor plus minus millia erant. In quorum locum peditum ſigna nonnulla Regijs auſpicijs in Ambſterdamum pedem intulerunt [7] ac paulò antè Buſcumducis. Tertio & quartò die poſt [8] Antuerpiæ permulti coniecti ſunt in carcerem ex pleriſque templorum expilatoribus & iconoclaſtis idque iubente Gubernatrice. Decima die ſequente [9] Marchio Bergenſis in Hiſpania moritur. Antuerpiæ ob ſedãdas turbas ac ſeditiones omnes quæ Religionis ergò pridem in Belgio ſubortæ fuerant, ac in poſterum èmergi poſſent. Edictum Regium publicatum eſt [10] quod prolixum & variis typis populari Idiomate excuſum extat.	12 g Buſcũducis.
6 3 Maij.		
7 10 Maij.		
8 13 Maij.		12 b Harlingẽ.
9 22 Maij.	APVD Harlingenſes phriſiæ caſtrum in captiuos quoſdam, in naui vna, à comite Arenbergio compræhenſos, lata fuit ſententia [11] Porrò nobiles ſeptem conſœderati ad Gubernatricem miſſi fuerunt, & de cæteris eius ſententia expectabatur.	
10 24 Maij.		13 k Ruremód
11 30 Iunij	EGRESSI ſunt [12] extrà Ruremondam in Geldria quingenti ſectarij aut circiter concionem audituri: Catholici interim portas occludunt, Redeunt inde à concione ſectarij, mirantur clauſas portas, rogant eas aperiri, & ſe intromitti. Catholici negant ſe illos agnoſcere pro ciuibus. Iterum redeunt ſeque intromitti petũt, vt poſſint adeſſe vxoribus liberis ſuis. At Catholici vxores & liberos illis quidem per murum (vt dicunt) dimiſerunt, ſed eos admittere noluerunt. Gubernatrix cùm vſque ad id tempus [13] Antuerpiæ fuiſſet, rediit Bruxellas, manente Comite Mansfeldio interim Antuerpiæ.	
12 2 Iunij.		
13 18 Iunij		10 l Bruxella.
	POST	

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

LOCA | 1567. TEMPORA

POST aduentum Marchionis Bergenſis, & Montignij in Hiſpaniam, cùm per literas Gubernatricis Rex intellexiſſet, rem per conniuentiam procerum quorundam Belgij, eò iam recidiſſe, vt vltrà quàm ad octobrim ſine grauiſſimo Religionis detrimento & Reipub. confuſione maxima, Belgium retinere non poſſet; multò minus Reſolutionem ſuæ Maieſtatis executioni mandare. Conuocatis, ad 22. Nouemb. 66 (vt antea Segouiæ ac Madriti factū eſt) Hiſpaniæ proceribus, ſeipſum profecturum in Belgium Rex ſtatuens de forma ac tempore profectionis, ociùs cū ijs deliberat; concluſum tandem, & ad Ducisſam Parmenſem tranſcriptum eſt, februario menſe proximo, regem ipſum in Belgium eſſe venturum, vt interea ſubditos ſuos in officio ducisſa retineat.

14 r Theonuilla.

VERVM cùm Belgarum maxima pars, non ſolum Reſolutionem regiam tranſmiſſam, verumetiam Regi adueniente reſiſtere viderentur; Rex tandem Conſilio mutato, alium ſuo loco quendam mittere propoſuit. Sententiamq; rogās, num pro innata ſua clementia, an rigore ſe potius, ad compeſcendos Belgij motus, ei eſſet, per eum quem mitteret, agendum. Et Ruigomezium, Freſnedam, regis Confeſſarium, & Ducem Feriam, reſpondiſſe, in ea ſe eſſe ſententia; componi oportere eas turbas, clementiā. Ipſum verò Ruigomeſium obtuliſſe ſe Regi, qui eos motus eo modo ſedaturus eſſet.

1 19 Iulij.

14 q Luxemburg.

IN contraria autem Sententia fuiſſe, Ducem Albanum, Inquiſitorem generalem, & Spinoſam, nempe, vt Maieſtas Regia conſeruetur, neceſſe eſſe, Belgas bello peti, & ſeueriſſimè, ad omne poſteritatis exemplum caſtigari. Cum Albano Granuellanus Cardinalis conueniſſe dicitur. Feriamq; ad ſententiam ſuam pertraxiſſe. Quamobrem Rex ſeuiorem ſententiam amplexus, Albanum in Belgium quàm primùm mittendum ſtatuit.

INTEREA dùm Albanus ſe accingit ad iter, Rex literas dedit ad Parafanum proregem Neapolis, vt copiæ veteranorum Hiſpanorum mitterentur in Inſubriam, quod ipſum facere iuſſus eſt. Carolus etiam Prorex Siciliæ, iuſſus eſt & Gabriel Cuena Mediolani Præfectus, vt illas Copias, & ſuas paratas haberet, [1] in Albani aduentum in Italiam, quem tandem cum ſummo imperio rerum militarium, ampliſſimaq; poteſtate, iuſſit in Belgium proficiſci. Ille paratis copijs in inſubria, magna militum, nobiliumq; Hiſpaniorum manu ſtipatus, Barcinonem profectus, conſcenſis triremibus, felici vſus nauigatione, Genuam applicuit vbi (quia febris illum in ea nauigatione inuaſerat) aliquot dies commoratur. Monet per literas Quenam, vt iuſſas copias, quàm citiſſime inſtructas haberet, Qui ſtatim iubet omnes Hiſpanos, atq; omnem equitatum, Alexandriam paliuram conuenire. Quare Albanus paulò poſt Aſtā, vbi partim in agro montisferrati, vltrà Duriam fluuium, ſtatiua habent, erant enim circiter 9000. veteranorum Hiſpanorum, & 7000. Italorum, & 1000. equites leuioris armaturæ, & 400. cataphracti equites, partim Regij, partim ducis Sebaudiæ.

11 n Namurcū.

ALBERICVS Lodronius, quia verebatur, ne copiæ nouæ Religionis, ob repentinum aduentum Hiſpanorum inſurgerent, vnà cum multis tribunis, Auguſtæ vindelicorum (vbi cum eſſet, & ego tum fueram) copias colligeret, circiter 3000 pedites, & 500. equites, quo Hiſpanos protegeret, proceditque obuiam Albano, Namurcum vſque, ne trajiciendis fluminibus prius ab hoſtibus opprimeretur, quàm in Belgium perueniat. Conſiſtit tum ad Theonuillam Albanus per Luxemburgum, Namurcum cum Ladronij, ſuisque copijs, Bruxellam verſus, profecturus, Cui procedenti [2] cum copijs, ſit obuiam Egmondanus quoque Comes, vt ex figura conſpicienti patet, qua ſequitur.

2 10 Auguſt.

10 l Bruxella.

ALBANVS (viſo, à prima acie in qua erat, Egmondano comite) non obſcura, vel humili voce, ſed quam facilè Egmondanus audire poſſet. En (inquit) magnus adeſt hæreticus. Ea voce Egmondanus valdè turbatur, ſed propinqui, ſimulatis vtrinque blanditijs, mutuò ſe complectuntur, & oſculantur, more auliaco. Licet Albanus, iam tum, cum Cipinio Vitellio Magiſtro caſtrorum, & Gabriele Serbellono Mediolanenſi præfecto tormentorum bellicorũ, per Vincentium Locadellum Cremonenſem, dextrè capiendo Egmondanum & Hornium, Comites, conſtituiſſe dicebatur. Vbi Theonuillam acceſſiſſet, atque ibi ſimulans milites labore defeſſos quietem requirere, conſedisſet, ſpectans, quæ eſſent Conſilia Belgarum, ne repentè intrà fines inuaderetur. 14 1 Theon. uilla.

AVRIACVS autem Princeps, qui Comiti Egmondano, VVillebruci propè Antuerpiam valedicens, fortunam ſuam prædixiſſe fertur, interim cũ Ludouico fratre, in Germania Germanos conuenit Principes, deplorans patriæ ſuæ calamitatem, conqueritur, quod contrà conditiones pacis, & priuilegia Belgarum, omnes munitiones plenæ ſint Hiſpanis, crudeliſſimis hoſtibus omnium nationum, Deplorat, nobiliſſimæ Prouinciæ miſerias, quòd contrà pactiones antiquas, oppidula & munitiones, pluribus in locis erigantur. 10 1 VVille-bruck.

QVAERITVR, quòd Belgæ Inquiſitionis Hiſpanicæ acerbitatem deuitantes, in multò maiores, grauioreſque calamitates incidiſſent, quia nouam Religionem, & omnibus Germanis communem, complexi fuiſſent, ac patriæ libertatem vellent defendere. Non agi tantum de ſalute & libertate Belgarum, in præſenti, ſed de libertate, & Religione denique totius Germaniæ, ſe, cæteroſq; multos, nulla alia de cauſſa eiectos eſſe è ſuis laribus, niſi quòd ſe protectores, & defenſores nouæ Religionis profiterentur etc. Non eſſe expectandum, ſed in recenti adhuc difficultate exiſtentem hoſtem Hiſpanum eſſe inuadendum, & opprimendum, antequam radicibus altius actis, cum tanta acceſſione finitimarum virium, Germaniam quoque ipſam inuadat. 8 1 Candaui.

1 Menſe Auguſto.

PRAETEREA; Non eſſe putandum illud bellum eſſe proprium cuiuſquam nationis, cuius cauſſas in ampliſſimas Prouincias conferri poſſit, quippe quòd ſimulatione hæreſeos bellum hoc tempore, & captiuitas aduerſus Belgas excogitetur, at reipſa dominetur cupiditas abſolutè imperandi antiquis principibus, per ſummam iniuriam è prouincia eiectis, aut cæſis, quæ ambæ cauſæ certè communes ſunt defenſionis, ipſi quoq; Germaniæ, poſt ſuperatos belgas. Addit etiam quid Gallia perpeſſa ſit. Atq; eò deniq; principum Germanorum animos vel nouæ Religionis ſtudioſos, vel ſibi ob vicinitatem belgij nonnihil timentes, vel auſtriacã fœlicitatem ægreferentes, perduxit: vt fœdere percuſſo, omne genus auxiliorum (taceo iam Angliæ & Franciæ regnorum) liberaliſſime promiſerint, quibus adiutoribus 12000. equitum colligit. 11 1 Louanij.

NEQVE ſolum his copijs, ſed etiam Belgarum armis adiutus, putabat Auriacus Albanum è Belgio eijcere. Sed Albanus diſtributis Hiſpanorum præſidijs, & reſolutioni regiæ, de qua diximus, vires addit, eam executioni mandans regio promulgato Edicto, ſic, reſpondet Supplicationi Anno 66. exhibitæ, quoad Edictorum Caroli V. & Philippi Regis ſui, moderationem. Cæterùm ad augendum numerum conſiliariorum Statuum Conſilij quod attinet, & conuentum generalem, quem ambiebant Proceres illi tres, cum ſuis. Nouum Albanus 12. virum ſenatum inſtituit, qui de rebus capitalibus ſummo iudicio decernens, multaſque ſententias dictans, multorum ſanguinis ſic ſeſe intriabat, vt indè non abſurdè DEN BLOETRADT germanico appellaretur vocabulo. 10 k Antuer-pia.

ALBANVS

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

LOCA

1567.

TEMPORA

DE ALBANO DVCE, SECVNDAS POST DISCESSVM PHILIPPI REGIS VICES GERENTE.

21 21 4 22 15 10 4.

10 l Bruxella.

1 Septemb.

ALBANVS Dux, ad ordines & Status Belgij miſit literas Regis (quas Credentiæ vocant) ſimul indicans, quid à Regia Maieſtate ipſi eſſet demandatum: Hortabatur omnes, vt Regi ſuo morigeros ſe præberent, arma ponerent, Catholicæ Religioni ſe accommodarent. Typis quoq; excudendum atq; euulgandum percurauit exemplum collatæ ipſi à Rege poteſtatis, amplioris ſanè quàm fuiſſet Gubernatricis Margaretæ, quippe qui etiam ſupremus belli Dux eſſet conſtitutus, multaq; authoritate in deſtituendis atq; inſtituendis locorū Præfectis, aliisq; rebus inſtituendis vti poſſet.

GANDENSES aſſumpto Comite Egmondano (qui tum nōdum cuſtodiæ traditus erat) initio menſis Septembris [1] veniunt Bruxellas ad Ducem Albanum, proponunt ei, quàm incommodum ipſis futurum ſit: ſi, quemadmodum Bruxellæ, & alibi fecerat, vellet eis auferre oppidi claues, & id genus alia. Verùm ad ea reſpondens Albanus, ſe id curaturum (inquit) quod eſſet è re ſui Regis, ſicque dimiſit eos.

8 l Gandauū.

2 9 Septēbr.

AT QVE interea variis propoſitis edictis ſenſus ſuos omnes eò intendere videbatur, vt ſuus Belgio ſplendor ſua tranquillitas & Religio reſtituatur. Et quoniā ei vehementer diſplicuerunt, quæ Gandenſes per Egmondanū Comitem ſupplici ſuo libello propoſuerāt, conuocauit q; Belgij Status & præfectos, quibus Philippi Regis ſui mandatum [3] legit, effecit apud Egmondanum, vt præfecto caſtri Gandenſis ſcriberet, quò Hiſpano illud militi traderet.

VENERAT Iunio menſe proximè elapſo Caſpar Robles, Hiſpanus ſiue Luſitanus ex Hiſpanijs in Belgium, Albanum Ducem præuertens: Hic Hornenſi & Egmondano comitibus, de beneuolentia Regis ſui ergà illos, etiam mira prædicat, eoſque tàm ſecuros verbis reddit ac literis, vt nihil minus quàm capi cogitarent. Atque, vt de Albani Ducis Aduentu armato in Belgium tùm nihil ſuſpicentur, ſcribi procuratur etiam à Montignio fratre Hornenſis literæ, quibus Rex in perſona ipſe venturus dictabatur, quem Hornius reſcriptis literis ſibi gratiſſimum optatiſſimūq; fore fratri reſpondet. Herent tum Auriacus Princeps Naſſouiæ, Hochſtratanus Comes Coloniæ, Hornius Murſam ad Neuenarium Comitem proficiſcitur, quem Albanus Dux per literas ad Neuenarium 22. Auguſti ſcriptas, prætextu literarum à Rege ad Hornenſem datarum reuocat, venit bonus ille Comes quidam Bruxellas,

10 k Antuerpia.

SED cum [2] complures imaginibus illuſtres, & magni nominis viros, nihil eiuſmodi verentes apprehendi, cuſtodiæq; tradi iuſſiſſet Albanus, Comites, illos duos quoque, Amoralium Egmondanum Principem Gauiæ, & Philippum Montmorancium Hornenſem, ex ædibus Culemburgij, ſub prætextu arcis cuiuſdam extruendæ, ad ſe euocatus capi mandauit: Ad Iuliæ Ducem, Neuenarium quoque Comitem literas dans, Albanus facti, quoad Hornenſem ſui rationem reddidit.

3 14 Septem.

TEMPORA

LOCA

PAVCIS poſtea interiectis [1] diebus Egmondanus ipſemet, & Hornius Bruxellà, ad arcem ſeu caſtrum Gandenſe, ſuam ibidem in vinculis cauſam dicturi, deducuntur, cum tribus Hiſpanorum millibus, illic diligenter aſſeruandi, donec de eis aliud eſſet conſtitutum. Horum omnium ea cauſa fuit: quod in fœdere contra Regiam Maieſtatem fuiſſent: quemadmodum & paulò antè, in Hiſpanijs quoque in cuſtodiam miſſi ſunt, Frater ille Comitis Hornenſis Florus de Montmorency, Dominus de Montigny, cum alijs duobus Renardi & Vandernes.

16 l Colonia.

INTER Antuerpiam & Bruxellas, nocte, comprehenſus eſt etiam Conſul Antuerpienſis, Strael nomine, vir magnæ authoritatis, & valdè opulentus, eiuſque bona omnia in ædibus ſuis Antuerpiæ, coram aliquot magnis viris, in ſcriptis redacta ſunt.

1 22 Septébr.

VOLENS itaque Dux Albanus hoc pacto in eos animaduertere, quos ſub Gubernatrice rebellionis capita & incentores fuiſſe exiſtimabat, vt permulti etiam coertionem & vitæ diſcrimen ob fœdus inauſpicatum euitare conantes, fortunis omnibus, vxoribus & prolibus deſertis, fuga metum ſuppliciorum præuertentes, ſolum verterint & alieni cœli regiones petierint.

10 k Antuerpia.

FVGIT & Abbas quidam S. Bernhardi non procul ab Antuerpiâ, auferens ſecum magnam pecuniæ ſummam, venit huc Coloniam, vbi excuſſo cucullo Caluinianus extrà Regis Philipi ditiones abiens, viduam quandam opulentam duxit vxorem.

ALBANVS triginta præterea Antuerpiæ Ciues rebellionis nomine cõprehendi iußit, ad Bachanalia alios triginta quatuor, Idem Gandaui, & Tornaci & Mechlinia factum eſt, cum modo hos modo illos in cuſtodiam recipi iußiſſet, res multis cauſa fuit vt, quemadmodum diximus, relictis omnibus ſuis rebus mobilibus, aliò commigrandum eſſet, præſertim ijs, qui haberent vnde alibi poſſent ſuſtentari.

10 l Mechlinia

2 20 Octob:

INSTAT [2] Imperator Maximilianus, clementiſſimus Dominus meus, apud Hiſpaniarũ Regem pro Comite Hornenſi per literas, vt is tanquam ſacri Romani Imperij membrum, ſub cautione liberatus, coram competentibus Iudicibus ſuis, cauſſam dicere permittatur. Inſtant & alij Principes, à matre cognatis & amicis interpellati, vt etiam veluti ordinis aurei velleris vnus, coram non ſuſpectis Iudicibus, eiuſdem ordinis priuilegio gaudens libere audiatur. Cæterùm ipſe in vinculis, & per procuratores, cauſſam ſuam eouſq; defendere coactus eſt, vt eadem cecidiſſe videretur.

8 l Gandauũ.

INTEREA Comes Arenbergius, cum diſruptum fuiſſet fœdus Gallicæ pacis, & fidei nouæ eſſent exortæ ſimultates, Ab Albano Duce Regis Philippi nomine miſſus cum ſubſidio fuit in Franciam, vbi ſecundò tumultuatum eſt, atque alterum Ciuile bellum exarſit.

PROFICISCITVR tandem Dux Albanus Antuerpiam cum cognouiſſet caſtrum ibidem exædificatum eſſe, vt non tantum milites illic ſua poſſent habere domicilia: verùm & Antuerpienſibus ipſis inſtar Gandenſium, obedientiæ iugum ceruicibus imponeret, omnemq; rebellandi in poſterũ poteſtatem adimeret, atq; ita officio in contineret. Cumq; Dux idem eſſet Antuerpiæ, Mechlinienſe interim arſit armamentarium, in quo erat puluis tormentarius, ſed cum extrà plateam eſſet, nihil præterea detrimenti attulit, niſi quòd ſuſtulit omnes, qui in eo erant, & molendinum abſtulit.

7 n Tornacũ.

3 24 Octob.

IN ſuburbijs D. Margaretha è plebe natus eſt Leodij [3] perdigioſus infans gemellus, complexu mutuo vnicorpore quidem & vnius duntaxat vmbilici, verùm biceps quadrupes & quadrimanus gemino nato, quatuor deniq; oculis & auribus totidem decoratus. Gentes hoc partu deſignari quidam volunt, qui fœdus monſtroſum pluribus veluti corporibus in vnum cõflatis, coniunctis animis & viribus alere ſatagunt. Verùm de his lectõri liberum eſto iudiciũ

13 m Leodium

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1567

LOCA		TEMPORA
	DE Primo Gallorum bello diximus anteà, nunc iterum tumultuari cæperunt Galli, alterumq; ſerere bellum ciuile, non ſine florentiſſimi Regni illius ſumma pernicie, poſtquã ſcilicet inter luctuoſas inducias extracti eſſent aliquot annis ab anno nimirùm 1562 vſque ad annum 1567 menſe Septembri. Secundum bellum ab hoc menſe octobri [1] ad Martiũ ſequentis anni 1568. maximus rebus minimè inſigne extrahitur.	
51 Gallia.	NOVVM Pacis Edictum Condæo Carnutum obſidenti iamq; vrbe propemodum potienti proponitur, ab eoq; alacriter recipitur: quo ſuperius Edictum amotis interpretationibus confirmabatur, arma ab Hugonotis aut Caluiniſtis, qui ſe Religioſos appellant, deponuntur: Germanuſque auxiliarius miles dimittitur. Verùm nihil minùs quam pax obſeruaretur, at contrà hæreticos Catholici, illiq; contrà hos inſurgerent, & immania quæque facerent, Condæus tandem ipſe cum familia ſibi timens periculum à Catholicis imminere, quos Regium Edictum non ſeruaturos putabat, ſe Rupellam vrbem Santonum maritimam, cum vxore liberiſque, per varias itineris difficultates recepit, ad quem ex omnibus Regni partibus fugitiui & exules Caluiniani atque Hugonotæ, complurimi eò veniũt. Venit & Regina Nauarræ cum Principe filio, & filia, Condæo ferens auxilium, verùm hæc quidem de ſecundo bello ciuili Gallico dicta hic ſufficiant.	1 Octobri menſe:
12 l Horn.	IN Belgio Comitis Hornani mater, pro carceribus mancipato filio ſuo, ſcribit Imperatori Maximiliano 2. vt quoniam eſſet imperij Comes ratione dominorum Horn & VVert ſub Imperij Iuriſdictionem pertinentium, ſemperque contributioni pro quota ſua ſatisfeciſſet, ſeque etiam in poſterũ ſatisfacturum polliceretur, peteret itaq; vt hoc nomine ſub cautione filius liberetur, iudicioque coram competente iudice ſuo ſiſtatur, ſiue hoc fiat coràm Cæſarea ſua Maieſtate, vel coram Imperij principibus Electoribus, vel in Camera imperiali & apud vel etiam coram deputatis ad hoc commiſſarijs ſuæ Cæſareæ Maieſtatis, quam in hunc finem ſuppliciter oraret, vt Cæſareis ſuis literis apud Regem Hiſpaniarum Albanum ducem pro Comite Hornenſi filio ſuo intercederet, mæſtãque matrem, ac viduam ſic conſolari dignetur. Scribit & Hermannus Comes Neuenarius, cuius filiã Hornius ille comes in cõiugem habuit, ad Imperatorem in eundem finem, addens inſuper, vt à Carcere liberatus coram confratribus ac ſocijs aurei velleris in cauſa ac defenſione ſua audiatur. Interpellat itidem apud Albanum, vt permittat, aduocatos expertos per ſua defenſione admitti.	
12 l VVert.		
Niſmes.	IMPERator Comitiſſæ matris Hornenſis precibus motus, non tantum apud Regem Hiſpaniarum Philippum: verùm etiam apud Ducem Albanum intercedit pro Comite eumq; maiorem in modum commendat tanquam membrum Imperij, deque Imperatore Carolo patre, Philippoque filio optime meritum, atque ob id merito ſub cautione relaxandum, admittendumque, qui ſe coram iudicibus ſuis competentibus defendat, atque tueatur fratus etiam priuilegio, quod indè obtineret, quia inter confratres ordinis aurei velleris computaretur &c. [2]	2 20 Octob.
	INTERIM in Francia, deſtruuntur altaria, comminuuntur imagines, templa multis in locis incenduntur, diruuntuque, nec etiam viuis imaginibus, hoc eſt Catholicæ religioni addictis parcitur, vt ex crudeli facinore patet illo, quod in oppido Niſmes, gallicè appellari ſolito, perpetrarunt & ex ea quæ ſequitur figura conſpicientibus apparet.	

HINC & Catholici contrà Caluinistas irritati atqùe incitati, condao principi occasionem harum ad Carolum Regem 'cri' endarum literarum dediſſe videntur quibus PERDOLED (inquit) Chriſtianiſſime Rex, quod in omnibus meis literis quas ad te à promulgato Edicto dedi, querelas tantùm lamentaque tuorum ſubditorum, variis in locis conquerentium conſpexeris, & nunc etiam cogar perſequi, iuſtiſſimis & omninò neceſſarijs de cauſis.

NAM ſi ſubiectus apud Regem ſuam, vt ſupremum Principem ac naturalem Dominum (ad quem debet ſecundum Deum perfugere, vt ab omnibus iniurijs & violentijs defendatur) potuit vſquā iuſtè conqueri, ac condolere: hoc certè in me aliſque mecū reformatam Religionem profitentibus, locum habet quam maximè. qui longo abhinc tempore omnibus continuarum iniuriarum atq; violentiarum generibus facinis violati, atque miſerè oppreſſi.

QVOD ideò patientiùs ferunt', quod ſemper exiſtimarunt tempus ſuorum illorum malorum leuationem aliquam allaturum. & quod omnes occaſiones præterita voluerunt, quamuis Dei beneficio, multas haberent rationes propulſandarum iniuriarum ſibi hoc inſtituiſſent, ne turbarum vulnera rurſus reuocarentur. Quarum verū Rex, nouimus cauſſas tibi non poſſe imputari (quod nunquam etiam in mentem nobis venit) genuino tuo ac bene nato ingenio ab illis agendi modis alieno, tamquam illis aduerſario, quantùm conſilium voluntaſque tua.

1 Octobris.

QVOD mihi repetitis literis ſæpè demonſtraſti, & nuper quidem Reginæ matri, ex eo ſermone quem cum illa habebas, quo ſignificabas quantum odioſa tibi eſſet turbarum renouatio. cum nimirum illam orabas, daret operam, vt omnia pacificarentur, eſſentq; ne rurſus ad bella ciuilia rediretur, quæ non poſſent non extremum exitium afferre. 5 f Paris.

AT turbarum cauſas imputamus aduerſario illi tuo, ac tuæ dignitatis hoſti Cardinali Lotharingo & ſocijs, quorum nimirum prauis conſilijs & arcta neceſſitudine & familiaritate, quam cum Hiſpano habent, diſſenſiones & ſimultates inter tuos ſubiectos ab hinc ſex annis continuantur & miſere fouentur atque aluntur per cades atq; ſtrages, quæ ipſorum nutu quottidiè vbique pergerantur, aduerſus eos qui illis nolunt adhærere.

QVA in re manifeſtè abutuntur tua Maieſtate, quam occuparunt, vt ipſum tui Regni exitoſa internecionis faciant adminiſtrū: & boni tui nominis famam violant ac denigrent, dum cogunt te fidei publicæ ſecuritatem, quam ipſe inuaſti, violare ac perfringere: vt hoc vnum extet omnibus tuis ſubiectis', & omnibus alijs nationibus pernitiis exemplum, ne verbis fidem vnquam poſthac adhibeant: quæ res quam ſit periculoſa & perniciosa ad ſtatus tui conſeruationem, non vides?

Quid enim dicent ij, qui prōptam noſtram obedientiam, nos tibi alacriter exhibuiſſe audierunt, depoſitis armis, & copijs noſtris, & maxima, quantum potuimus, alacritate & ſolicitudine, continuò dimiſſis: cum ædes noſtras inermes repetentes, nuda noſtra pectora gladijs etenſibus aduerſariorum, & quidem ſub tuorum verborum fidem, exponeremus? Tua ne fides dicetur fuiſſe vete ac decipula ad meliores tuos ſubiectos & circumueniendos & mactandos, illorumque fida obedientia ita agnoſcitur?

Quouſquam tuis inſumptibus aletur exercitus, ac ſecretorum tuorum hoſtium præſidium ac defenſionem fidorum verò tuorum ſubiectorum ac famulorum exitium, internecionemque?

EC QVID

LOCA

TEMPORA

ECQVID verò dicent ij, qui intelligent à pace facta, nos minimè potuiſſe tutò eſſe aut dormire domi, & ad vitarum noſtrarum periculum euitandum, noſtraſq; perſonas continuis inſidijs impetitas, à noxa conſeruandas, coacti ſimus cum vxoribus & infantibus ad vlnas complicatis, de domo in domū diſcurrere. [1] Poſtquam verò in iſtum locum Galliæ finibus proximum me contuli, varià miſſos eſſe ſpeculatores ad mœnium altitudinem, metiendam & rationes noſtri circumueniali perueſtigandas?

NVNC verò, ne tam neſarium ad deteſtandum facinus non poſſit effectioni mandari, miſſam eſſe ad hanc regionem, priorem copiarum partem, quæ ad finem in hunc vſque diem inierunt ad nos circùmueniendos & adoriendos? vt quidem modò cogamur hinc diſcedere, & palare tamquam ſagittæ impennes, donec nobis Deus det præfugij locum: ad Cardinalis ſociorumque Gallicæ hoſtium rabiem, furores crudelitateſq; euitandum: qui Regni, omniumq; qui deteſtandis ipſorum conſilijs, ſanguinis & impietatis plenis poſſint ſe opponere, exitio iam pridem conſpirarunt.

1 Pagina 87.

5 f Pariſijs

AN in omnibus Hiſtoriarum Chronicorumq; monumentis inueniri vnquam poterit, tantæ tàmque deteſtandæ perfidiæ, Regio nomine prætexto, exemplum? Patieriſne vt dicatur fidem & promiſſionem tuam ita eſſe ab illis ludificatam: eos verò qui tibi ſunt obligati, & fideliter tibi obſequuntur atque ſeruiunt, ita violenter opprimantur? Impuruſque Presbyter (inquit iratus ille Condæus) tigris, tyrannis, cum ſuis ſuccenturiatis miniſtris imponet tibi legem, & alijs principibus, optimatibus & nobilibus tui Regni? Quouſq; permittes impuros illos tua patientia, nomine & auctoritate abuti, vt de tui exitij auctorem faciant? Quouſque habebuntur pro fidis ac legitimis ſubiectis ac famulis ij, qui iam pridem hanc coronam affectant, vt illam cum peregrinis diuidant, & tueri præter omnē veritatem voluerunt, ſe è legitimorum Franciæ Regum ſanguine procreatos, Regnumq; ab noſtris maioribus aduerſus illorum maiores iniuriosè vſurpatum, qui nihil tam optāt quàm hoc Regnum turbarum diſſenſionumq; machinis debilitare: Quippe quæ ſit ratio efficatior conſilia ſua conſequendi?

QVOVSque verò habebuntur pro rebellibus ac perduellionibus ij, qui voluntariè & integrè, actæ naturalique obedientiæ quam tibi debent, ſe ſubmittunt: quorum maximū & certiſſimum votum eſt, tibi obſequi, & ſub tuorum Edictorum Imperiorumq; præſidio ac tutela, pacatè viuere? Prolixiori ſermone moleſtus tibi eſſem, Chriſtianiſſime Rex, ſi omnia quæ in hanc ſententiam afferre commodè poſſem: vellem enumbram: quæ cum particularius demonſtrentur in ſupplice libello, quem huic tabellario exhibendum dedi, ad illum me referam: atq; T. Maieſtatem, Chriſtianiſſime Rex, etiam atque etiam orabo atque obteſtabor, vt illum excipias, intelligas atque perpendas, tanquam nimirum ab eo proficiſcentem, qui tanto tuæ dignitatis ac granditatis ſtudioſior eſt, quanto Cardinalis & ſocij capitales illius ſunt hoſtes, ab eo profectò qui vnicè peroptat in tuorum imperiorū arctiſſima ac naturali ſubiectione ac obedientia viuere & mori. Cum his literis dat Condæus ſupplicem (quem dixi) libellum valdè prolixum, atque ob id hic omittendum.

5 f S. Dionyſij.

PRODIIT [2] contrà Hugonotas, Catholicis in francia valdè infeſtas regius exercitus, peditum decem, equitum verò quatuor millium, cum machinis æneis quatuordecim. Qua reper exploratores, cognita, dato ſigno, è fano Dionyſij pronouerunt tria millia peditum, equitum vero 4 millia Hugonotarum, nullus apud eos erat, tormentorum apparatus maiorum. Duces fuerunt Condæus ille qui literas ſcripſerat Regi, & Coligny fratres Amiralius & Andelotius. Quare in campis Dionyſianis, vno lapide ab vrbe Pariſiorū, acris pugna occumbente iam ſole comiſſa eſt.

2 13 Nouēb.

HINC & Catholici contrà Caluinistas irritati atqùe incitati, ansam principi occasionem harum ad Carolum Regem (ciuilium literarum dediſſe videntur quibus PERDOLEO (inquit) Chriſtianiſſime Rex, quod in omnibus meis literis quas ad te à promulgato Edicto dedi, querelas tantùm lamentaque tuorum ſubditorum, variis in locis conquerentium conſpexeris, & nunc etiam cogar perſequi, iuſtiſſimis & omninò neceſſarijs de cauſis.

NAM ſi ſubiectus apud Regem ſuam, vt ſupremum Principem ac naturalem Dominum (ad quem debet ſecundum Deum perfugere, vt ab omnibus iniurijs & violentijs defendatur) potuit vſquà iuſtè conqueri, ac condolere: hoc certè in me alijſque mecū reformatam Religionem profitentibus, locum habet quam maximè, qui longo abhinc tempore omnibus continuatarum iniuriarum atq; violentiarum generibus fuerint violati, atque miſerè oppreſſi.

QVOD ideò patientiùs ferunt, quod ſemper exiſtimarunt tempus ſuorum illorum malorum leuationem aliquam allaturum, & quod omnes occaſiones præteritæ voluerunt, quamuis Dei beneficio, multas haberent rationes propulſandarum iniuriarum ſibi hoc inſtituiſſent, ne turbarum vulnera rurſus renouarentur. Quarum verū Rex, nouimus cauſſas tibi non poſſe imputari (quod nunquam etiam in mentem nobis venit) genuino tuo ac bene nato ingenio ab illis agendi modis alieno, tamquam illis aduerſario, quantùm conſilium voluntaſque tua.

1 Octobris.

QVOD mihi repetitis literis ſæpè demonſtraſti, & nuper quidem Reginæ matri, ex eo ſermone quem cum illa habebas, quo ſignificabas quantum odiola tibi eſſet turbarum renouatio, cum nimirum illam orabas, daret operam, vt omnia pacificare tur, efficeretq; ne rurſus ad bella ciuilia rediretur, quæ non poſſent non extremum exitium afferre. 5 f Paris.

AT turbarum cauſſas imputamus aduerſario illi tuo, ac tuæ dignitatis hoſti Cardinali Lotharingo & ſocijs, quorum nimirum prauiſconſilijs & arctà neceſſitudine & familiaritate, quam cum Hiſpano habent, diſſenſiones & ſimultates inter tuos ſubiectos ab hinc ſex anniscontinuantur & miſere fouentur atque aluntur per cades atq; ſtrages, quæ ipſorum nutu quotidiè vbique pergerantur, aduerſus eos qui illis nolunt adhærere.

QVA in re manifeſte abutuntur tua Maieſtate „ quam occuparunt, vt ſe ipſum tui Regni exitioſa internecionis faciant adminiſtrū: & boni tui nominis famam maculant ac denigrent, dum cogunt te fidei publicæ ſecuritatem, quam ipſe iuraſti, violare ac perfringere: vt hoc vnum extet omnibus tuis ſubiectis, & omnibus alijs nationibus peregrinis exemplum, ne verbis fidem vnquam poſthac adhibeant: quæ res quam ſit periculoſa & perniciosa ad ſtatus tui conſeruationem, non vides?

Quid enim dicent ij, qui prōptam noſtram obedientiam, nos tibi alacriter exhibuiſſe audierunt, depoſitis armis, & copijs noſtris, & maxinna, quantum potuimus, alacritate & ſolicitudine, continuò dimiſſis: cum ædes noſtras inermes repetentes, nuda noſtra pectora gladijs etenſibus aduerſariorum, & quidem ſub tuorum verborum fidem, exponeremus? Tua ne fides dicetur fuiſſe rete ac decipula ad meliores tuos ſubiectos & circumueniendos & mactandos, illorumque fida obedientia ita agnoſcitur?

Quouſquam tuis inſumptibus aletur exercitus, ac ſecretorum tuorum hoſtium præſidium ac defenſionem, fidorum verò tuorum ſubiectorum ac famulorum exitium, internecionemque?

EC QVID

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

LOCA

TEMPORA 1567.

ECQVID verò dicent ij, qui intelligent à pace facta, nos minimè potuiſſe tutò eſſe aut dormire domi, & ad vitarum noſtrarum periculum euitandum, noſtraſq; perſonas continuis inſidijs impetitas, à noxa conſeruandas, coacti ſimus cum vxoribus & infantibus ad vlnas complicatis, de domo in domũ diſcurrere. [1] Poſtquam verò in iſtum locum Galliæ finibus proximum me contuli, variàmiſſos eſſe ſpeculatores ad mœnium altitudinem, metiendam, & rationes noſtri circumueniali perueſtigandas?

NVNC verò, ne tam nefarium ad deteſtandum facinus non poſſit effectioni mandari, miſſam eſſe ad hanc regionem, priorem copiarum partem, quæ ad finem in hunc vſque diem inierunt ad nos circùmueniendos & adoriendos? vt quidem modò cogamur hinc diſcedere, & palare tamquam ſagittæ impennes, donec nobis Deus det præfugij locum: ad Cardinalis ſociorumque Gallicæ hoſtium rabiem, furores crudelitateſq; euitandum: qui Regni, omniumq; qui deteſtandis ipſorum conſilijs, ſanguinis & impietatis plenis poſſunt ſe opponere, exitio iam pridem conſpiraruntꝰ.

1 Pagina 87.

5 f Pariſijs

AN in omnibus Hiſtoriarum Chronicorumq; monumentis inueniri vnquam poterit, tantæ tàmque deteſtandæ perfidiæ, Regio nomine prætexto, exemplum? Patieriſne vt dicatur fidem & promiſſionem tuam ita eſſe ab illis ludificatam: eos verò qui tibi ſunt obligati, & fideliter tibi obſequuntur atque ſeruiunt, ita violenter opprimantur? Impuruſque Presbyter (inquit iratus ille Condæus) tigris, tyrannis, cum ſuis ſuccenturiatis miniſtris imponet tibi legem, & alijs principibus, optimatibus & nobilibus tui Regni? Quouſq; permittes impuros illos tua patientia, nomine & auctoritate abuti, vt de tui exitij auctorem faciant? Quouſque habebuntur pro fidis ac legitimis ſubiectis ac famulis ij, qui iam pridem hanc coronam affectant, vt illam cum peregrinis diuidant, & tueri præter omnẽ veritatem voluerunt, ſe è legitimorum Franciæ Regum ſanguine procreatos, Regnumq; ab noſtris maioribus aduerſus illorum maiores iniuriosè vſurpatum, qui nihil tam optãt quàm hoc Regnum turbarum diſſenſionumq; machinis debilitare: Quippe quæ ſit ratio efficatior conſilia ſua conſequendi?

5 f S. Dionyſij.

QVOVSque verò habebuntur pro rebellibus ac perduellionibus ij, qui voluntariè & integrè, actæ naturalique obedientiæ quam tibi debent, ſe ſubmittunt: quorum maximũ & certiſſimum votum eſt, tibi obſequi, & ſub tuorum Edictorum Imperiorumq; præſidio ac tutela, pacatè viuere? Prolixiori ſermone moleſtus tibi eſſem, Chriſtianiſſime Rex, ſi omnia quæ in hanc ſententiam afferre commodè poſſem: vellem enumbram: quæ cum particularius demonſtrentur in ſupplice libello, quem huic tabellariò exhibendum dedi, ad illum me referam: atq; T. Maieſtatem, Chriſtianiſſime Rex, etiam atque etiam orabo atque obteſtabor, vt illum excipias, intelligas atque perpendas, tanquam nimirum ab eo proficiſcentem, qui tanto tuæ dignitatis ac granditatis ſtudioſior eſt, quanto Cardinalis & ſocij capitales illius ſunt hoſtes, ab eo profectò qui vnicè peroptat in tuorum imperiorũ arctiſſima ac naturali ſubiectione ac obedientia viuere & mori. Cum his literis dat Condæus ſupplicem (quem dixi) libellum valdè prolixum, atque ob id hic omittendum.

PRODIIT [2] contrà Hugonotas, Catholicis in francia valdè infeſtas regius exercitus, peditum decem, equitum verò quatuor millium, cum machinis æneis quatuordecim. Quæ reperexploratores, cognita, dato ſigno, è fano Dionyſij promouerunt tria millia peditum, equitum vero 4 millia Hugonotarum, nullus apud eos erat, tormentorum apparatus maiorum. Duces fuerunt Condæus ille qui literas ſcripſerat Regi, & Coligny fratres Amiralius & Andelotius. Quare in campis Dionyſianis, vno lapide ab vrbe Pariſiorũ, acris pugna occumbente iam ſole comiſſa eſt.

2 13 Nouẽb.

1567. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA

LOCA

CAESI in vniuersum equites quingenti, & circiter quadringenti pedites. Ardorem pugnæ nox interueniens diremit, qua si vel vna hora interuenisset tardior, actum fuerat de vniuersis seditiosis. Cecidit eo prælio Anna Montmorantius Connestabilis, ob prioribus certaminibus clarus, modò cùm in primis ordinibus pugnaret, ab Eduardo Scoto, quem ignominiosa morte liberasse ferebatur, septem vulneribus confessos, post biduum extinctus: [1] ex parte Condæi interepti comites duo Saluianus & Clarimontanus Dampetra, multiq; alij in armis nobiles, qui certamini superfuêre, ac famam Dionysij reuersi, tota nocte trepidarũt. Posterò die antequam ab exercitu regio obsideri possent, præsidijs sarcinis, valetudinarijsque relictis fuga dilationem fecerunt. Templum S. Dionysij & busta regum ferè omnia intacta reliquerunt, propterea scribitur, quod ibi Ludouicũ Borbonium Condæum in Regem coronauerant, monetamque auri cuderant inscriptione tali LVDOVICVS XIIII. DEI GRATIA FRANCORVM REX PRIMVS CHRISTIANVS, hac in Gallia quidem.

1 15 Nouem.

5 f Parisijs.

2 17 Nouem.

IN Belgio interim veniunt Gandauum Hispani tres Ioannes Vargas licentiatos nimirum, Ludouicus Del Rio, Doctor, & Secretarius Prats, qui tanquam Commissarij Ducis Albani à Comite Hornensi iuramentũ eum in firmum in carceribus exegerũt, [2] vt super ijs, quæ cũ essent interrogaturi, pedelligato, veritatem diceret, quod ità coactus est quidem, quantumuis ille, diceret, Albanũ Ducem Cliniæ duci expressis verbis 22. Septembris præterito ita scripsisse, vt, nisi coràm competentibus, nec suspectis iudicibus in defensionibus suis, iuris consueto processu obseruato audiretur. Comites Nueuarius & Hochstratanus quibus persuadebatur. Vargas illum quem dixi Hispanum, Licentiatũ, ad Horniũ Comitem examinandũ inter ceteros, à Duce Albano deputatum, referibũt [3] eidem Albano Duci, illud cedere in contumeliam tanti viri nobilis & contemptum eiusdem Comitis, pro quo Imperatore & Imperij principes apud eundem Albanum intercesserint, vt coram legitimis, competentibus, & non recusandis iudicibus qualis Vargas esset audiretur.

3 25 Nouẽb.

4 17 Decẽbr.

EGMONDANVS etiam Comes, per suas relaxari, petit, atque [6] in manus sociorum collegij ordinis aurei velleris, tradi, vt, secundum priuilegia eiusdem ordinis in suis quoque defensionibus audiatur coram Iudicibus suis competentibus: Responsum est illi, quoad Iudices, deputatos esse [7] duos illos cũ Secretario Prats, quoad priuilegia verò ordinis, nulla esse, quæ causæ comitis illius patrocinari possent. defenderet itaque sese atque responderet coràm illis intrà terminos eidem Egmondano præfixos: si sibi ipsi deesse velit ac causam suam relinquere, desertam. Exhibet [5] igitur quæ ad defensionem pertinebant suam per Iamitorem Franciscum Pais. Quid autem in causa vtriusq; comitis tandem iudicatum sit infra dicetur sub 4 Iunij anni sequentis 1568.

8 l Gandauũ

5 19 Decẽb.

6 21 Decẽbr.

CVM sub finem huius anni 1587. vltrò se abdicasset pontificatu Archiepiscopus Coloniensis Fridericus illustris Comes à VVeda, substitutus est [7] in eius locum Salentinus illustris quoque Comes Isenburgicus, qui & ipse Archiepatui renuntians, eundem postquam diu laudabiliter præfuisset tandem post decennium ad Gelbardum Truchsesium de qua multa suo loco narrabimus, transmisit.

7 23 Decẽbr.

ATQVE vt ad Condæum redeamus, hic inter multa alia quæ prolixe Regi declarat causam præterea suam ita probat. Oro atq; obiestor, inquit, tuam Maiestatem (ne meas summendorum armorum rationes & causas longius repetam) recorderis atq; in memoriam reuoces: quod intellecto syncero meo, & eorum qui me sequebantur, animo ac consilio re maturè deliberata, declaraueris Edicto ad annum 1562. Quæcunque ego & qui me sequerentur, fecißemus, ad tuũ nos obsequium tuamq; dignitatem fecisse. Me pro tuo charo ac fido consanguineo, subiecto ac famulo, & meis omnibus pro tuis fidis & legitimis subiectis ac famulis omninò agnitis, & quod vltimo etiam Edicto, quod primum illud confirmat, idem sis testificatus. QVA

15 l Colonia.

LOCA

TEMPORA

QVA in re manifeſta ſanè eſt repugnantia & contrarietas, quoniam ſi ego & mei arma, alia de cauſa quàm tui obſequij, tuæq; dignitatis bono ſumpſiſſemus, haud dubiè nobis fœda, rebellionis & perfidiæ nota inureretur. Vt verò nullo modo poteſt nobis in mentem venire, vt velis ita manifeſtè à te diſſentire, ita etiam aio, facilè poſſe apparere, reſponſiones iſtas, è Cardinalis Lotharingi ſociorumq; officina exiſſe: qui vt venenum quod iam pridem in animis ſuis tegunt, & cuius tamen adeò manifeſta argumenta tam ſæpè dederunt, pergant diſſimulare, moliuntur Maieſtatem tuam in nouis aduerſus fideliores tuos ſubiectos ſuſpicionibus, perfidiæ ac rebellionis opinione inuſta atq; impreſſa, innutrire.

QVORVM criminum cum nullo modo, Dei beneficio, teneamur, potius parati ſumus præclaram mortem oppetere, quàm pati illa nobis à Cardinali ſocijsq; falsò ac calumnioſè imputari: quin demonſtrabimus, rem planè aliter habere, quàm illis impudenter apud te calumniantur.

Baiona.

INTEREA, oro (inquit) tuam Maieſtatem ecqua vel veritatis ſpecie poſſint iſta dici: quandoquidem ego & Religionis reformatæ viri fuerimus iam pridem admoniti, de inito Baionæ conſilio cum Hiſpano; ad eos omnes planè delendos atq; exterminandos, qui Religionem reformatam in tuo Regno profiteantur: quin & eſſemus certiores de Heluetico delectu, falſa ſpecie Hiſpanorum in Belgium aduentus: conſiliorum Monselli & Marcheſi initorum de rationibus quibus ego & Amiralius ad arcem Vincenniam, te conueniendi prætextu, adducerentur, vt in aduerſariorum manus poßemus venire: De Cardinalis Sanctæ Crucis in Galliam profectione: de nouis delectibus & quidem Lutetiæ: de literis Albani ad te, quibus ad obſeruandum Baionicum fœdus, fidelibus vtiq; tui Regni delendis atque exterminandis, ſolicitabare: de Pontificis & Hiſpani, Cardinalis Lotharingi ſociorumq; opera, ergà te rationibus vt eò deducereris inflammareriq;, & multis alijs ad bellum apparatibus quæ certiſſima proculdubio erant præſagia præſtandi illius fœderis, præter nec obſcuras, in potentiorum etiam ore verſantes minas

6. Ian.

5 ſ Paris

CERTE minimè conſentaneum eſſet exiſtimare, ſi prauam aliquam cupiditatem habuiſſemus nos Helueticas copias aut aduentum Hiſpanorum, expectaturos. Nec poſſunt etiam diſſimulare ſermones ab Amiralio habiti apud Conneſtabilem & Reginã Chautilliaci, niſi cohiberetur iudiciorum vigor quo nobiles reformatæ Religionis propter non obſeruatos omnes declarationum ritus, De non permittendo vt alij, quàm è ſuis ſubiectis, adirent ſuis in ædibus ſacras conciones, impacto etiam violatæ Maieſtatis crimine vexarentur, fieri non poſſe vt impediretur arma, quin ad tantas iniurias propulſandas per vniuerſum Regnum continuò ab fidelibus ſumeretur.

ET in hanc ſententiam multa ab eodem Amiralio dicta fuiſſe Torao, quæ ille ad Conneſtabilem referret de Heluiticis copijs, adeò ſunt manifeſta, vt nullo modo celari queant. Quæ quidem, & ego, quæ ego ad te, & ad Reginam matrem reſcripſiſti, non poſſunt non manifeſtè demonſtrare, nunquam nobis veniſſe in mentem inſidijs ergà te vti, aut aliquod ſecretius conſilium agitare. Præterea, negari ne poteſt, omnes concordiæ rationes à nobis eſſe perueſtigatas? Nobis ne poteſt obijci, è turbarum primis temporibus, nos vnquam aliud à te poſtulaſſe, quam conſcientiarum noſtrarum libertatem, vitarum, fortunarum, dignitatumq; conſeruationem, (pro qua etiam ille conflictus in Auernia congnati, inter Catholicos ductore Briſieo, & Condei ſocios Monticlerum et Mouuantem factus eſt, in quo inter ceteros Briſieus ex vnaparte, ex altera aũt Condæi ſcilicet Ponſenat occubuit.

TEMPORA		LOCA
	CVM nobis (pergit Princeps Condeus ad Regem) obtulisti tuam fidem, nonne eam amplexi sumus, nulla maioris postulationis facta mentione, vlla ne aliarum in pacis tractatione, proposita est, nisi de conscientiarum nostrarum libertate? Nonne & vitas & fortunas & dignitates nostras sola tua pollicitationi condonauimus? Nonne solius edicti observatione contenti fuimus? Aliud ne complectitur pacis Edictum, quàm quod spectat conscientiam?	
1 5. Ianua.	SI ergò in recipiendis pacificationis propositis conditionibus, nos adeò faciles alacresq; exhibendo, non explerasti animos nostros: si calumnia de tua dignitate violanda, non sunt abunde refutata (vt profectò sunt bonorum & aquorum virorum iudicijs) habes tamen certa & perspicua argumenta nostra, promptitudinis atq; obedientiæ, cum ita diligenter arma tuis mandatis deposuimus, ac copias nostras solicitè dimisimus: ex quo tamen adeò fidelis & certi obsequij signo nihil aliud potuimus portare, nisi contrarios tuis pollicitationibus fructus vt quidem maxime videantur Edicta tua tantum esse retia atque indagines ad nos circumueniendos, id est, vt falsò concordia obtenta, illud aduersum nos fiat, quod aperto bello præstari non potuit, sed hæc in Francia quidem.	5 f Gallia.
2 11. Ian.		
3 19. Ianu.	CAETERVM in Belgio adferuntur 2 Comiti Hornensi per secretarium Prats articuli, quos Procurator generalis Regius contrà illum exhibuerat, vt intra quintum diem ad hos scripto responderet, quod si id, sub prætextu priuilegiorum equitum aurei velleris facere detrectauerit vlterius, fore, vt postea à defensione sua excludatur, inque causa nihilominus contrà illum procedatur 3 nunciante hoc illi Secretario quodam alio Mesdach appellato.	8 l Gandauum.
4 20. Ianu.	AD Cancellos quoq; Regiæ Aulæ Bruxellæ: per fœcialem, citatione ad sonum tubæ publicata, citantur Princeps Auriacus: Hochstratanus Comes, Ludouicus Nassouius Auriaci frater, Bergamus, Culemburgus, Brederodus, cæteriq; aduersus quos, publicus ille Regius Procurator actionem instituere decreuit, vti Bruxellæ ad 6. nonas Martias sub exilij & publicationis bonorum pœna, ad proponenda responsuri sese sistant, sed nemo id facere ausus fuit, demptis quibusdam humilis conditionis hominibus. Decreta est hæc citatio, primò in Consilio 3. postea per Lanitorem siue executorem insinuata seu publicata, 4 vt scilicet comparerent, ad tres terminos præfixos, nempe ad 9. & 25. diem mensis februarij & ad 11 diem Martij.	10 l Bruxellæ.
5 2. Ianu.		
6 9. 25. Feb.	MISIT Albanus Dux, etiam Comitem quendam pro filio eiusdem Auriaci Louanium, Philippo Guilelmo Nassouio, Comite Burano, duodecim aut tredecim annos nato, quem Antuerpiam duceret, qui postea missus in Hispaniam, litteris operam dedit in alia quoque vniuersitate, præter Louanium, Complati nimirum, quod Hispaniæ oppidum Alcala de Henares appellatur, Ferdinandi Imp. longè pijssimi natale solum, vbi 10 Martij 1503 editur, nascitur. Dicebatur Rex Philippus eidem Auriaci filio prebre summam bis mille ducatorum annuè, ac nisi ætas tenera obstitisset, Egmudanni quoq; Comitis filios pariter in Hispanias fuisse abituros.	10 k Antorff.
7 16. Febr.	ALBANVS idem Dux, vbi comperit Principem Auriacum, & eius fratrem Ludouicum magnas vndiq; & in Germania cogere copias quibus belgium occupaturi ingrederentur, freti clandestino multorum prouincialium fauore: Antuerpia Bruxellas reuersus misit 7 ocius Hispanorum præsidium in Auriaci munitissimum castrum Bredanum.	11 h Breda.
8 3. Mart.	PRINCEPS autem Auriacus ad antea præfixos & præfinitos per fecialem dies non comparens, officia varia, quibus nedum ipse, sed & sui maiores, Cæsarem, Regiamq; Maiestatem prosecuti fuêre, & innocentiæ suæ titulos præfatus: non seruatum ait 8 in citatione præscriptum terminum iuris.	
	IVDI-	

LOCA

TEMPORA

IVDICEM inſuper non eſſe competentem: Ipſe itaq, cum ſocijs publicata Sententia, bonis fiſco adiudicatis, proſcribitur, licet ſe literis Dillemburgi ſcriptis apud Albanum etiam excuſauerit, poſtque declinatoriam illā ipſi Regio Procuratori eodem die miſiſſet, Princeps autem Condæus in Francia ſuam quoque cauſſam ſociorumque iuſtam probat ſcripto ad Regem dato, in quo. Itaq, (inquit) Si illud manifeſtè perſpicitur, quod minimè negari poteſt, & quod tam ſæpè mihi Amiralioq, ſignificaſti, perdolere te maxime, quòd legitima obedientia tibi denegetur, nec iuſtitia tua caſtè colatur: quòd tàm ſæpe Reginā rogaſti efficeret vti pacate omnia gererentur: Edictū obſeruaretur, omnibuſq, modis caueretur, ne ad bella ciuilia rursùs rediretur: tui Regni nimirùm certam ruinam: tui verò fideliores ſubiecti & famuli, vident Cardinalem Lotharingium, qui ad ſuū exitium vnicè conſpirarit, tuam auctoritatem occupaſſe: & ea abutentem, aduerſum me atq, Amiraliū copias tuas hoſtiliter expedire, vt inſidioſè præter quidem fidem vobis datam intercipiamur, cogere te: omnio bono Regi contraria facere, vt ſubiectorum amorem atque beneuolentiam euerueret: tuum Regnum pro libidine moderari, in eaſq, anguſtias omnes tuos redigere, vt ſempiternis odijs omnia ſint conflagratura, propter horribilium cædium impunitas intemperies, ecquid in extrema iſta rerum deſperatione aliud agant tui fidi ſubiecti (qui nullum aliud quàm tuum imperium pati poſſunt: cùm videant dignitatem coronāq; tuam, videant ſuam Religionem, honores, fortunas, vitas tuā deniq, Maieſtatem in ſuorum capitalium hoſtium manibus verſari, nec vllam interea habeant rationem, ſeſe ab illorum iniurijs, quas publicè minitantur, defendendi) quàm vt ipſum Cardinalem petant: vnicum iſtarum, ſcilicet, turbarum auctorem? Ecquam ſpem aut patientiam amplius retineant, luctuoſam, horribilemq, tempeſtatem præſagientes, cuius tam ſæpe te monuerunt, tremendoſq; caſus repreſentarunt, & infinitis precibus orarunt, vt illis omnibus rebus prouideres?

81 Dillenburg.

1
3 Martij.

HAE ſunt (inquit Condæus) cauſæ, cur ego & Amiralius, alijque complures è tuis ſubiectis & famulis, dum maluimus præclarè certaque morti vtriliter fortiterq, noſmet exponere, quàm vt patiamur tantam iniuriam tuæ Maieſtati vniuerſoque huius Regno infligi, poſtquam omnes legitimas rationes omnibus modis ſtudioſè tentauimus, implorantes omnium Principum, optimatum, Nobiliumque confœderatorum fidem, vt tibi in extremis iſtis temporibus adſint.

Carnules.

TESTAmur coràm Deo, coram omnibus peregrinis nationibus. Noſtram hanc eſſe voluntatem, noſtrumque conſilium, VNVM CARDINALEM Lotharingum ſocioſque petere, vt veras radices ſcaturigines cauſaſque earum calamitatum, quæ iſtius coronæ exitium portendunt: eoſque tanquam periuros, violatores, fideique publicæ infractores, capitales iſtius ordinis, pacis tranquillitatiſque publicæ hoſtes perſequendos. Ne videatur mirùm, ſi in poſterùm ego ſocijque, ea quæ preſente Cardinali Lotharingo in conſilio tuo conſtituentur, non recipiam: non tanquam à te mandata, ſed à Cardinali ſocijſq; fabricata, quos & in publicis rebus quæ vniuerſum Regnum, & priuatis, quæ nos ſpectāt, recuſamus: vt ne omniū calamitatum (inter quas etiam Carnutēſis qui ſequitur) quæ indè poſſint proficiſci, mihi, ſocijſque, ſed Cardinali ſocijſque illius imputentur.

MVLTVM sanè in eo fuerunt Condæus, & assecla, vt Carnutes quoque expugnarent sed fortissimè propugnantibus qui intrà vrbem erant, coacti sunt re infecta obsidionem soluere. Spontèque contulerunt tùm Hugonotæ pecuniam, quæ numeraretur externo militi, atque etiam nobiles, vtrò obtulerunt & pretiosissima quæque puta torques, annulos aureos, vasa aurea & argentea impenderunt. Ciues etiam Parisienses rei bene gerendæ spe, decies centena millia aureorum in bellum alacri animo contulerunt, sed postea pax in Gallijs & confecta & proclamata, quæ tamen propter conditiones adiunctas, quibusdam fuit inuisa, atque ob id certè non diuturna.

5 Paris.

PRINCipis Auriaci filio Philippo Gulielmo Comite Burano in Hispanias per mare iam missa, Dux Albanus, Italos equites Tornaco euocatos, cum multis alijs per loca distributis, ad tuendos Belgij fines, iubet proficisci, nouum quoque conscribit militem, quòd verebatur pace, post Carnutensem obsidionem in Gallia compositam [1] ne quid in discessu aduersus Belgicas ditiones, Hugonotæ & qui illis militarent, attentarunt.

NAM & in Picardiæ finibus, ea tempestate quidam etiam sectarij in syluas sese abdebant, multasque ex prætereuntibus prædas agebant, nec paucos miserè iugulabant, multaque flagitiosè designabant: In hos immissi ab Albano Duce Hispani equites & pedites, qui eos profligarunt & conciderunt.

MISERAT Condæus Princeps literas ad Regem per Theligniũ, quibus Rex respondens inter cætera complures (inquit) esse Relig: reformatæ qui meas partes non sunt secuti, nec meis consilijs vnquam fauerunt: at contra, nonnullos illorum, quod nossent animas minimè sumpta religionis causa, tibi tuisque admonitis omnibus in locis obsecuti sint. Preterea Me (inquit Rex) nihil tam solicitè voluisse atque imperasse, quam Edicti obseruationem, nullo adhibito impedimento: omnibusque meis administris semper mandasse, tuerentur meos subiectos peræquè omnes nullo Religionis habito discrimine, atque pacate omnes continerent, vt nemini fieret vllo modo iniuria.

1 31 Martij.

Tornick.

REperiri non posse vspiam Regni, si quid fuerit præter Edictum actum, quin fuerit confestim illis rebus prouisum, atq; illæ emendatæ. Se, (Regem intellige) nõ in aliũ finem portubus, pontibus, alijsque aditibus constituisse custodias, nisi vt omnes subiecti concorditer vnà contineantur, boni à malorum conatibus defenderentur, malorum impetus coercerentur. Admonet præterea Rex Cõdæum, ne rumoribus ex vitauis parte fidem habeat. illum nosse, quod Rex de Rapini facto ad Senatum Tholosanum perscripserit.

SVBiungit Rex postea, Se maximè dolere, quod institia non ita caste administretur vt cuperet & velit: cui rei non potuerit hactenus prouidere. Quòd Edictum nõ fuerit abs Religionis reformatæ hominibus plenè, vti decet præstitum, nõdum omnibus vrbibus quæ ab illis tenerentur, omninò redditis, cum tamen Rex ipse exemplo suo illis in Edicti sui obseruatione præierit, se promissis nullo modo defuisse.

REM esse a ratione & boni subiecti officio nimium alienam, velle abrogare authoritatem Regiam. Perdolere se (Rex ait) quod sui subiecti nolint eam sibi securitatem pollicerì, vt apud se sint, illiq; & opera & consilio obsecundet, pro officio suo &c. Ad huius Regiæ Responsionis quadam capita, an reuerenter satis ac modestè, alioru̇ esto iudicium scripto replicans, tandem his verbis concludit.

2 Pagina 73.

QVOD nostræ nimirùm innocentiæ, integritatis fideiq;, erga te Principem nostrum & verum Dominum, testimonium hodie exhibemus, sempiterna memoria ad posteros transmittendum. Atque ita Condæus Nuceto proficiscitur, [2] cum vxore grauida liberisque omnibus, quorum & erant infantuli in cunis.

DVCTABAT

LOCA

TEMPORA

DVCTABAT & Amiralius familiam, nimirum nubilem filiam & puerulos, quorum nonnulli etiam in cunis erant, & fratris Andelotij vxorem, cum bimulo ipſius filiolo. Cum iſto agmine proficiſcitur Condæus, ſummo vicinorum & inſidiantium periculo. Agmen illud è ſuis, nonnulliſque Nobilibus, conflata ad centum & quinquaginta, Equitum manus conſtipabat.

CVMQVE pedeſtres Regis copiæ, à Rupellenſi obſidione reuocatæ, ad Sangodonẽ vicum, qui tribus fiemè miliaribus diſtat ab ea fluminis parte, qua transijt Condæus peruenijſſent. Condæus idem magnis itineribus ad Rupefocaldij ædes, quæ ſunt in agro Santonico, tendebat, omnia oppida, locaq;, quibus noſſet præſidiarium militem eſſe, euitabũt dus: & Mareſcallo Vielleuillio, qui tum erat Pictauij, Monluciòque, Aquitaniæ propræſidi, per literas ſignificat, ſe velle Rupefocaldij ædes petere, eo tantum conſilio, vt ſuæ ſuorumque incolumitati conſuleret, dum Regis ad ſuas literas, (de quibus alibi dicitur) reſponſionem expectaret.

10. | Bruxellæ.

NON multò pòſt quam Albanus Dux ex Hiſpanijs miſſus in Belgium appuliſſet, totamque Geuſiorum tragediam, quàm gubernante Margaretha Auſtriaca ibidem exercuiſſent, intellexiſſet, ve tota cum eadem Auſtriaca communicata ad Philippum in Hiſpanias literæ ſcribuntur, quibus non ſolùm de Albani aduentu in Belgium cum exercitu ſuo, verùm etiam de Statu totius Belgij Rex ſit certior.

1 10 Aprilis.

MARgareta quoque Auſtriaca, Gubernatrix Belgij, ab eodem Rege Philippo petijt copiam in Italiam reuertendi. Rex annuit, & aliquot coronatorum millibus regia liberalitate ei oblatis, annuo quoque quatuordecim millium coronatorum reddita perpetuo, atque hæreditario, illi aſſignato, peramanter ei literis gratias egit, ob ſuſceptos toleratoſque in ſtrenua & fida Belgicarum ditionũ adminiſtratione labores. Iis literis & nuncio accepto, illa omni ſua authoritate in Albanum Ducem translata, menſe Aprili è Belgio diſceſſit [1] poſtquam annos complures, hoc eſt ab Anno 1559. quo Philippus in Hiſpaniam nauigarat, vſque ad præſens tempus, ditionibus Belgicis laudatiſſimè, ac maſculo pectore perſtitiſſet, adeoque Belgis ipſis, iucundam diuturnamq; nominis ſui memoriam reliquiſſet, Bruxella excedens, per comitatum Namurcenſem, Hamoniã, & Arduennam, in Luxenburgicum agrum, multa nobilitate Belgica comitata, pedem infert: indè per Germaniam in Italiam, ſuarum fortunarum ſedem, rectà contendit: vbi ab Octauio Duce, marito ſuo humaniſſimè excepta eſt.

TEMPORA

LOCA

SENTENTIA GENERALIS IN BELGAS, DEO, REGIQVE REBELLANTES, INQVE RELIGIONE DISsimulantes, & obedientia Regi debita facillantes.

SACRA in Hiſpania inquiſitio. Scitum paulò, poſtquàm omnia ad Regem fuiſſent relata, in hanc ferè formam concepit,

OFFICIVM Sanctiſsimæ, & ſacræ Inquiſitionis interpellatum à Regia Maieſtate præſente, vt ſuper abominabili crimine defenſionis, apoſtaſiæ, & hæreſeos perpetrato per Regis ſubditos inferioris Germaniæ, *Dilligenter perſpecta Regiæ Maieſtatis informatione ſuper his rebus, perlectis etiã literis, & probationibus fide dignis illi informationi additis, quæ à Sacroſancta inquiſitionis officiarijs fideliter è Germania inferiori tranſmiſſa ſunt; Dicit, & Statuit (in quã tum pertinet ad profeßionem Theologicam, & conſcientiam) quòd omnes & ſinguli Regis ſubditi inferioris Germaniæ (ijs tantum exceptis, qui ſeorſim notati ſunt in Informatione) tùm reſpectu illorum, qui ſunt publici & manifeſti apoſtatæ, hæretici & deſciſcentes à Deo, à noſtra Sancta Eccleſia, & mandato Regis Catholici, ac obedientia ipſius, tũ cæterorum, qui ſimulant, ſe catholicos eſſe, officio ſuo non ſatisfacere, cui & Deo & Regi quantum ad Religionem Catholicam, & præſtitum ab ipſis iuramentum, ſunt & erunt obligati, ad reſiſtendum totis viribus, publicis & manifeſtis apoſtatis, hæreticis & Seditioſis, & impediendum eorum iniquam, & ſceleratam factionem, quod initiò tumultuũ nullo negotio facere poterant, ſed econtrario a tàm pia, & ſancta reſiſtentia prorſus abſtiuerunt, & propterea digni ſunt, qui habeantur fautores publicorum, & manifeſtorum apoſtatarum, hæreticorum & ſeditioſorum. Illi etiam Nobiles, nomine ſubditorum libellos ſupplices contrà Sanctiſsimam Inquiſitionem offerentes, aſſutè inflammarunt atque incitarunt hæreticos, apoſtatas, & ſeditioſos, & proindè omnes illi crimen læſæ Maieſtatis in ſupremo gradu commiſerunt. Ita dictum & Statutum in vrbe Madritio, 16 Februarij 1566.*

1 Aprili mẽſe.

10 k Roycloſter.

MENSE Aprili ſequente, conſpiratum quidam, in caput Ducis Albani. Detegitur autem nephanda conſpiratio eorum, qui Ducem, cum Hiſpanis corporis eius cuſtodibus, ad Abbatiam quandam, haud procul à Bruxellis proficiſcentem, è medio tollere volebant, captus eſt, qui hoc deſignaturus erat.

NOBILES Belgarum, non parua numero, Gallia Regi Carolo nono, ductore Arembgio Comite, ſuppetias ferunt: Hi corda duo, nodo amatorio colligata, nubeq́, aurea circumvallata, calicem cum hoſtia, manus denique armatas, ac nube obductas, tranſuerſoſque gladios (coronis Regijs cuſpidi affixis) comprehentes, ſymboli loco ſibi delegére.

DVX

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

LOCA		1568. TEMPORA
	DVX Albanus, cum certis nuncijs accepiſſet, Germanos facta in Gallijs pace, reditum parare in Germaniam, ſed conſtituiſſe priùs Belgium inuiſere; confeſtim mittit verſus Leodium, Hiſpanos & Italos equites omnes, cum peditatu Galliæ ciſalpinæ: curat etiam nouas conſcribendas copias.	1
13 m Leodium	PRODIIT tum quoq; in lucem, veniſſe quoſdam Leodium & ſub veſtibus geſtaſſe arma, quibus eius vi bis Epiſcopum, & clerum omnem perimerent, eorumq; facultates diriperent, vſuri illis ad debellandos Hiſpanos: ſed capti omnes pœnas dedere.	18 Aprilis
	INITIO menſis Maij comperit Albanus, magnam Germanorum manum per Moſam in Belgiũ iter intendere [2] Contra illos miſit aliquot aliquot ſigna peditũ & equites quingentos, qui hoſtes in fugam compulerũt, cæſis mille quingentis, ex regijs quadraginta deſiderabantur. Sed tamen pergebant illi non parum faceſſere negotij, ptaſertim vicis & pagis.	2 22 Aprilis.
15 a Dam. Veda.	LVDOVICVS comes Naſſouius, Frater Auriaci Principis, cum tribus equitum & decem peditum millibus in Friſiam irrupit [3] occupauitq; Dammum & Vedam. Groningã obſidione cinxit. Aiebat ſe arma cæpiſſe ob Religionem tuendam, proſcriptos reſtituendos, & Reipub. commodis promouendis. Symbola eorum, qui ſub illo merebant erat: AVT RECVPERARE, AVT OCCVMBERE. Imperator Maximilianus eos reuocare conatus, nihil effecit.	
14 b Groninga	ALBANVS luſtrato ſuo exercitu, perduxit Germanorum & Hiſpanorum peditum ſigna octoginta, & Burgũdionum alia quadraginta, & aliquot ſigna equitum. Ex ijs Comitem Arembergium, Phriſiæ Gubernatorem cũ magno Iberorum veteranorum comitatu, Duce Brachamonte præmiſit, vt Ludouici comitis diſiparet exercitum, eumque è Friſia profligaret, qui quidem Arembergius, ob locum minùs propitium, conflictum cum Naſſouio Ludouico infœliciter & iniquo loco conſerens, iuxta Heiligerslocum Gemingenſis territorij pagum concidit, cadit eadem pugna ſimiliter & Adolphus Naſſouius Frater Ludouici. Qui certior factus de Aduentu Regij exercitus, leui primùm certamine vſq; in noctem cum ill.s congreſſus, Dammum ſe contulit, eadem nocte cum omnibus ſuis. [4]	3 20 Maij
	REGII, cùm putarent eos hærere in loco, vbi pridiè conflixerant, manè alterius diei, ad illos contendunt, ſed nemine reperto, vbi tandem didicêre, quem ad locum profecti eſſent, eos inſecuti ſunt. Ibi tum illi in regios, quorum equitatus necdum aduenerat, impreſſionem faciunt, eoſque in fugam vertunt, cæſis tribus Hiſpanis ducibus, & pleriſque alijs egregijs viris. Cæſus eſt & ipſe Comes ille Arembergius, vt dictum eſt. [5]	4 23 Maij.
15 b Heiligers locum.	SVPERVENIT poſt horam Curtius Martinengus, Comes, cum multo equitatu, cuius aduentu regij recreati, ad hoſtes redeunt, Groningam magna arte, quatuor peditum Arembergij, & totidem Germanorum ſigna, cum leuis armaturæ equitibus introducunt. Multum ſanè intereat, vt ea vrbs hac ratione communiretur, propter ſeditioſos, qui iam cõmouere ſe cæperant.	5 24 Maij

TEMPORA

LOCA

IN ſuperiori conflictu, quo comes Arenbergius periit, non procul à VVijnſchoten, Regijs adempta ſunt ſex magna tormenta, multa pecunia militi perſoluenda, pleraq; alia. Stetitq; victoria ab illis, qui cum Naſſouio erant non tàm virtute ſua militari, quàm temeritate regiorum, qui equitum aduentum ſuſtinere noluerunt, vnde authores huius temeritatis, Albano iubente, pœnas luerunt.

15 a VVinſchoten.

IN Geldriam venit quidam Comes, cum duobus equitum & quatuor peditum millibus: ſed ea regio ita erat ab Albano, comeatu & præſidijs communita, vt nihil ſibi ab hoſtibus, tametſi quotidiana ad eos acceſſiones fierent, metuendum exiſtimarent.

1 24 Maij

AVRIACVS interea, quorundam ope & opibus adiutus, conſcribit ad nouem millia equitum, peditum quindecim. Non latebat Albanum quid Princeps moliretur, & qui hinc indè fierent concurſus armatorum hominum. Itaq; Hiſpanos ferè omnes miſit Namurcum; duo millia peditum, & equites quingentos Traiectum ſuperius; Comitem à Boſſu Holandiæ præfectum, ad alia tuenda loca.

11 n Namurcũ.

PER id tempus nihil ferè hominum ſermone ferebatur, niſi de proditionibus & clandeſtinis Machinis Indies tum aperiebatur nouæ machinationes. Captus quidam Antuerpiæ eſt, qui pecunias clargiebatur, vt ſeditiones excitarentur, Prodidit hoc Germanus quidam, cui eam in rem duplex ſtipendium promiſerat.

BRVXELLIS quoque, & alijs locis, libelli impreſſi ſpargebantur, quibus prouincialium animi, in Hiſpanos excitarentur. Diligens autem inquiſitio fiebat, vt authores eorum reperiri poſſent.

13 l Traiectũ ſuper.

EODEM ferè tempore, edixit Albanus Dux, vt, quicunque Religionis cauſa è Belgio profugiſſent, in Belgium redeant, ſuique ſe Magiſtratui ſinguli repræſentent: alioqui bona ſua omnia amiſſuri, & perpetuò exulaturi. Sed quòd omnes pelli ſuæ metuerent, nemo comparuit. Princeps autem Auriacus & omnes alij, qui ad citationem, de qua ſuprà, non comparuerunt, declarantur [2] rei, criminis læſæ Maieſtatis, & bona illorum confiſcantur.

10 k Anuerpiæ.

ILLA Comitis Arembergij, viri ſanè ſtrenui cædes, confœderatorum cauſam nequaquã fecit meliorem. Nobiles enim magno numero captiui, & coniurationis nomine damnati, inter quos erãt Battenburgici Barones Fratres duo, Dandelot, Dauchy, Viliers, De Diu, Trieſt, Carlò, alijque, quorum nomina referre nihil eſſe neceſſe duximus, nomine coniurationis damnati, Bruxellæ in foro equorum, ad ſupplicium producti, capiteq; multati [1] exortam inauſpicatæ confœderationis flammam, cruore ſuo reſtinxerunt, pœnaſque violatæ Religionis ſanguine ſuo dependêrunt. Erat aut confœderatio quam ſubſcripſerunt de verbo ad verbum ex Gallica lingua in latinam translata, talis.

2 28 Maij

10 l Bruxella.

CONFOEDERATIO

CONFOEDERATIO.

NOBILIVM.

CVM pòst debitam, iam pridem informationem habitam, certò constet: aliquos esse pernicioſos, hominesque malicioſos, qui ſub magni cuiuſdam Zeli prætextu, quem ſe habere falsò ſimulant, pro conſeruanda & promouenda Religione, Fideq; Catholica, & populi vnione retinenda: nihil querũt aliud, quàm, vt inſatiabili ſuæ auaritiæ, ambitioni, & ſuperbiæ intolerabili ſatisfaciant, hi verbis ſuis melle conditis, falſisq; delationibus, Regem Dominum noſtrum, eò perduxerunt; vt contrà Iuramentum Deo, ſuisq; fidelibus ſubditis, in inferiori Germania præſtitum, (neglectis omnibus quæ in contrarium ſupplicando apud Regem adferebantur) violenter introducere, ac veluti iugum imponere voluerit, pernicioſam Inquiſitionem illam, quæ non ſolum rationi, omnibuſq; legibus, & diuinis & humanis contraria eſt, verum omnium tyrannicorum edictorum rigorem & crudelitatem excedit, quibus antehac vnquã vbi ſunt Tyranni, infideles, & pagani.

QVAE quidem, non poteſt redundare, niſi ad contemptũ diuini nominis, & extremam perditionem, & ruinam totius inferioris Germaniæ, propterea, quòd eiuſcemodi inquiſitio, omnem authoritatem, & iuriſdictionem ſub poteſtatem Inquiſitorũ redigat: omneſque Belgas perpetuos miſeroſq; ſeruos faciat: omnes homines continuis & euidentibus periculis corporis & bonorum exponat. Adeò vt, ſi presbyter quidam, vel Hiſpanus aliquis, aut alius quicunque tandem fuerit, volens nocere alicui; Is mediante tali inquiſitione, eũdem & accuſare, & carceri mãcipare, imò cum bonorum confiſcatione morti etiam tradere poſſit, probitate aliàs & honeſtate conſpicuos quoſcunq;, qui laqueis hoc pacto irretiti, in cauſis, rationibus, ac defenſionibus ſuis, vnquam nec audiri nec auſculrati poſſent.

10 1 Bruxella.

1 1 Iunij.

NOS itaq; infraſcripti, benè conſideratis ac perpenſis his omnibus, exiſtimauimus atq; etiamnum exiſtimamus, debitum noſtrum, nec non & rationem ipſam, hoc à nobis efflagitare, vt, euidentia huiuſmodi, pariter ac intolerabilia, incommoda declinantes atque vitantes, aptis remedijs, & bonis & perſonis noſtris prouideamus: ne inſtar prædæ exponamur ijs, qui ſub Religionis, vel inquiſitionis prætextu, rem ſuam agendo, diteſcere conantur ſanguinis noſtri, vitæ, ac bonorum, expenſis & periculo.

QVARE bonum hoc opus, firmumq; ac ſanctum fœdus, ſimul ineuntes, Nos inuicem obligamus, ſolennique iuramento promittimus, Impedire, omnibus viribus noſtris, dictam inquiſitionem, ita, vt eadem nullo modo, ſiue publicè & apertè; ſiuè tacitè quocunque, (puta ſub nomine & vmbra inquiſitionis, viſitationis, Edicti, Mandati, prætextu) ſuſtineatur aut recipiatur, verùm, vt pro poſſe noſtro in totum aboleatur, funditus extirpetur, & eradicetur, tanquam fons & ſcaturigo omnis cõfuſionis & Iniuſtitiæ. Sub proteſtatione tamen nihilominus, notum facimus coram Deo & hominibus, in bona fide & conſcientia, nos nihil omninò, velle hoc fœdere noſtro moliri, vel attentare, quod vel ad contemptum Dei, vel ad diminutionem authoritatis & dignitatis regiæ, Statuumue ſuorum tendere poſſit. Cùm in contrarium, hæc ſola ſit noſtra intentio, Vt ſcilicet, Regem eiuſque ſtatum manuteneamus, bonumq; ordinem & politiam conſeruemus, reſiſtentes quantum in nobis fuerit, omnibus ſeditionibus, tumultibuſque popularibus.

1568. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA — LOCA

QVAM quidam confœderationem, ex hoc promiſimus, & Iuramus, promittimus & iuramus etiam in poſterum, nos velle ſanctè & inuiolabiter, ſemper & quoad vixerimus in hoc mundo, eandem cuſtodire atque obſeruare. In teſtem aſſummentes DEVM OMNIPOTENTEM, ſuper animas & conſcientias noſtras, Nos neque facto, neque verbis, directè, vel indirectè, ſcientibus aut volentibus nobis, quocunque modo fuerit, fœderi huic contrauenturos.

ATQVE vt in perpetuum hoc fœdus noſtrum magis ratificetur, ſtabiliatur, firmeturque. Nos ijdem promittimus, alter alteri, omnem opem corporis & bonorum; manus ad hoc inuicem iungentes, ne quiſquam fratrum & confœderatorum vllo modo inquietudinem ſiue moleſtationem ſufferat, aut perſecutionem in corpore vel in bonis, occaſione dicta inquiſitionis, & edictorum eandem concernentium, vel etiam nomine huius confœderationis noſtræ. Quòd ſi verò contingeret, aliquos ex confœderatis noſtris, moleſtia quadam, vel perſecutione impeti, quocunque tandem modo id accidat. Iuramus nos illis aſsiſtere (Deum in teſtem adhibentes,) corporibus ac bonis noſtris hac in parte nequaquã parcentes, abſque omni prorſus ſubterfugio vel exemptione quacunque, non aliter, ac ſi ipſum perſonas noſtras proprias attingeret.

EXPREESSE hoc intelligentes, ſpecificamus, nihil nobis prodeſſe, ad hoc vt eximamus aut abſoluamus nos, à confœderatione ac debito hoc noſtro, ſi perſecutiones aut vexationes huiuſmodi ſub titulo aut prætextu quodam tegere, perinde ac ſi rebellionem duntaxat punire voluiſſemus, aut aliqua alia coniectura. Dumodò nobis veriſimiliter conſtet, occaſionem talem proceßiſſe, ex cauſis ſuprà dictis. Nam hoc vel ſimili caſu dicimus, non poſſe prætendi aliquod crimen rebellionis, Propterea, quòd origo procedat ex zelo & deſiderio ſancto, conſeruandi gloriam Dei, maieſtatem Regis, quietem & tranquillitatem publicam, cum ſalute

Confœderatio

corporis & bonorum, ad defenſionem familiæ, vxorum ac prolium noſtrarum, quibus & Deus nos obligat & natura ipſa.

Nobiliũ.

VOLVMVS etiam, atque alter alteri promittimus, quòd in his & ſimilibus rebus, quilibet ſeſe conformare tenebitur, voluntati & conſilio, fratrum & confœderatorum omnium aut aliquorum ſaltem, qui adhoc deputati fuerint ac conſtituti, vt in perpetuum ſic noſtra hac, inter nos vnio confœderata permaneat, tamòque firmus ſit atque validus hoc ipſum, quod communi omnium conſenſu, factum decretumque fuerit.

IN TESTIMONIVM ET CONFIRMATIONEM HVIVS CONFOEDERATIONIS atque vnionis noſtræ, Nos ſanctiſsimum nomen Dei viuentis, creatoris cæli & terræ, omniumque quæ in eis ſunt, inuocantes, tanquam iudicis & ſcrutatoris cordium, conſcientiarum, & cogitationum noſtrarum, & tãquam illius, qui nouit intentionem ac reſolutionem hanc noſtrã, eſſe talem: Oramus quàm humillimè, Quatenus ſui Spiritus Sancti gratiam, nobis impartiri dignetur, adhoc, vt omnes actiones, & conatus noſtri, bonum & fœlicem ſortiantur effectum, ad honorem eiuſdem ſanctiſsimi nominis ſui, ad pacem & tranquillitatem publicam, & ad ſalutem animarum noſtrarum.

AMEN.

TRIDVO pòſt, quàm ob confœderationem huiuſmodi, capitis iudicium in captiuam exerceretur nobilitatem BRVXELLAM cum literis, in negotio mihi concredito, ab Imperatoria Maieſtate ſcriptis, ad Ducem Albanum appuli. Tranſeuntibus autem nobis, Batemburgicus ille Baro ſenior, Coloniæ huc 28 Maij hîc primùm tradidit literas, ab Imperatore Maximiliano ſcriptas, in fauorem duorum Fratrum ſuorum iuniorum, vt, ſi ob ætatem fortè, ab ea quæ irretiti fuerant, criminis ſententia abſolui poſſent: ſed accelerata illa executio fraterni ſui pectoris conatum retardauit.

ALTERA

LOCA

1568
TEMPOR

GRONINGAM cùm peruenisſet Albanus, hoſtes aufugiunt, [1] quos Regij ſunt inſecuti vſque ad locum Friſia appellatum SECLOCH. ceciderunt aliquot, ſed cum illi pontem fregiſſent, non ſunt caſi vltrà mille. Eorum diſceſſus Albano Duci perquàm moleſtus fuit, quippe, qui ſperaret fore, vt ad manus veniretur, nec pugnam illi detractarent.

INSEQVITVR illos & Dux [2] cum toto exercitu ſuo, ad duo miliaria abeuntes, relictis Groninga mille ſexcentis equitibus Ducis BRVNSVVICENSIS; vt eſſet firmius præſidium, poſſetq; liberiùs hoſtem perſequi. Ea enim Regio, ob multas paludes & foſſas, parùm opportuna eſt equeſtribus copijs, Inde didicit auctum eſſe hoſtium numerum, acceßione multorum peditum & equitum; & in LVDOVICI Naſſouij caſtris, jam militare duodecim millia peditum; equites amplius quingentos, cum quibus copijs, ille loco tutiſſimo, & prope inexpugnabili, caſtra metatus, ſuſtinere volut aduentum fratris ſui, Principis AVRIACI, vt coniunctis viribus ALBANVM facilius profligarent.

1 14 Iulij.

15 b Secloch

ALBANVS autem motis caſtris, à Schlochtern diſcedens, VVedda quandam arcem occupat, Arembergio Comiti defuncto attinentem, atque locum, de quo certò illi conſtaret, ex hoſtibus neminem fugere poſſe, quin in ipſius manus incideret. Die lucis ſequente [4] manè, Albanus cum exercitu ad hoſtem iter intendit, qui ad duo miliaria inde aberat. Explorata locorum opportunitate, primùm mittit centum equites ſclopetarios, qui ad lænia certamina hoſtem prouocarent, eos ſubſequi iubet quingentos pedites ſclopetarios, & trecentos dupliciares milites, cumprimis inſignes; ijs ſubiungit mille alios Sclopetarios, atque aliquot Cataphractos, Poſtbac ſuccedunt Hiſpani, ata, indè ſex Germanorum peditum ſigna, mox quindecim ſigna Burgundionum: Indè rurſùs equites trecenti leuis armaturæ: ad extremum etiam equites trecenti.

2 16 Iulij.

HOC ordine Regius exercitus, Albano diſponente, contrà hoſtes profectus eſt. Dux Albanus, non diu ſibi cunctandum exiſtimauit, quòd hoſtium machinatione foſſarum aquæ increſcerent, quibus ſperabant, ſe illius exercitium ſubmerſuros: & à cœlo pluuia impenderet, quæ magnum eſſet Sclopetarij s impedimentum allatura. Mandauerat igitur filio Ferdinando Toletano, vt cum ea, qua diximus inſtructa acie, moueret hoſtes, ad certum quendam locũ, vbi ipſum ſecuturum expectaret.

3 19 Iulij.

COMISSVM eſt prælium, duabus horis antè meridiem, & Albani Ducis filius duabus à meridie horis eò peruenit. Vt autem viderunt Sclopetarij inſtructam aciem à tergo ſequi, vſque adeò animis confirmati ſunt, vt impetu facto in hoſtiũ tormenta, ea vi occuparint, moxque in hoſtilem aciem facta impreßione, eos in fugam conuertunt.

4 21 Iulij.

14 b Groninga

CONTINVATA eſt pugna vſque ad veſperam alterius diei, [5] ita, vt ſine intermißione hoſtes cæderentur à Regijs, ſolumque omne cæſorum cadaueribus, lanceis, ſclopetis, alijſque armis adeò oppletum cernceretur, vt, vix liceret vltrò citròque ingredi, Quibus ea offerebatur occaſio, vt qui poſſent in aquas ſe demergere, illi fœlices ſibi videbantur: tantus eos terror inuaſerat.

INCIDIT hoc prælium in 21 Iulij, perieruntque hoſtium ſeptem millia, regiorum non niſi octo deſiderati, & totidem vulnerati ſunt. Captaq; ex hoſte ſigna militaria viginti, ſedecim magna tormenta. Quatuor ſigna ipſi hoſtes in aquas abiecerunt. In cæſorum numero non pauci fuere, qui ex Belgio profugerant, ſuam patriam deſerentes.

5 22 Iulij.

AVRIACVS interim Germanorum Principum quorundam animos, vel nouæ religionis ſtudioſos, vel ſibi ob vicinitatem nonnihil timentes, vel Auſtriaca quoque domus felicitatem non ita æquis oculis aſpicientes, eò perduxit, vt fœdere percuſſo, omne auxiliorum genus liberatiſſimè promitterent. Deplorans enim Auſtriacus patriæ ſuæ calamitatem, conqueritur. Quod contrà conditiones pacis, & priuilegia Belgarum, omnes munitiones ſint plenæ Hiſpanis, crudeliſſimis hoſtibus omnium nationum, deplorat nobiliſſima prouincia miſerias, quod contrà pactiones antiquas, arces plurimus in locis erigantur. Queritur, quod Belgæ inquiſitionis (quàm vocat) Hiſpanæ deuitantes, in multò maiores, grauioreſque calamitates incidiſſent, quia nouam religionem, & patriæ libertatem vellent defendere. Nõ agi tantũ de ſalute, & libertate Belgarum in præſenti, ſed de libertate & religione denique totius Germaniæ, Saxoniæ cæteroſq; nulla alia de cauſſa eiectos eſſe è ſuis ſedibus, niſi, quòd ſe protectores, & defenſores nouæ religionis profiterentur & ſanguinariam inquiſitionem, recipiendam non cenſerent. Non eſſe expectandum, vt cogerentur de patria pugnare, de vxoribus, de principatu, de religione cum Hiſpanis hominibus ſubingatis, & oppreſſis finitimis Belgis, ac trucidatis Principibus cunctis Belgarum, ac deſertoribus: ſed in recenti adhuc difficultate implicitum Hiſpanum communem hoſtem inuadendum, & opprimendum, antequàm radicibus altiùs actis, cum tanta acceſſione finitimarum virium Germaniam quoque ipſam hoſtiliter inuadat. Non exiſtimandum vtique eſſe, illud bellum eſſe proprium cuiuſquam nationis, cuius cauſſas ad ampliſſimas prouincias proferri poſſit, quippe quòd ſimulatione hæreſeos, bellum hoc tempore & captiuitas aduerſus Belgas ſuſcipiatur, at reipſa dominetur cupiditas abſolutè imperandi antiquis Principibus, per ſummam iniuriam è prouincia eiectis aut cæſis, quæ amba cauſa certè communes ſunt deſertionis ipſi quoque Germaniæ, poſt ſuperatos Belgas, iurè nihil eſſe formidaturam, cum auaritiæ, & libidini dominandi certi fines poſuerint conſtituti, extrà quos cupiditas non cupiat peruagari, Se pro vicinitatis amicitiæque iure orare, pro communitate legum & religionis, pro ſtudio æquitatis, quod tenentur Ioui Principes, viris bonis & innocentibus, & primoribus imprimis per iniuriam è principatu eiectis præſtare pro gloria germanici nominis, quæ ſemper fuit maxima, miſeris & iniquè oppreſſis ſub leuandis, ne Belgas in tot calamitates Deiectos, tot principes ſuis omnibus bonis auarè & crudeliter ſpoliatos tàm miſerabili fortunà conſtitutos negligerent: Cùm præſertim Belgica calamitas totius Germaniæ ruinam breui ſecum ſit attracturа. Reuocat idem Auriacus princeps, in memoriam Caroli Quinti (quod vocat) indomitũ ingenium, qui vniuerſam ſibi Germaniam ſubiugauit, neque tamen tanta Imperij amplitudine contentus, multa etiam aduerſus Gallorum Regem bella geſſit. Atque hæc quidem Auriacus, nunc ad Ludouicum fratrem redeamus.

16 b Embda.

11 f Traiectũ inferius.

3 Pagina. 83.

10 k Antuerpia.

COMITVM Ludouici Naſſouij, & Hochſtratanus res, ceſſère victoria: etſi Hochſtratanus biduò ante diſceſſerat. Et Ludouicus nauicula Fmldam confugerit. Multa pecunia, multa ſuppellex argentea capta, cum equis partim equeſtribus, partim curſilibus quingentis ſuprà mille, prædaque multa.

CVM ita Ludouicus Naſſouius, amiſſis copijs ſuis, vix regiorum manus effugiſſet, rurſus collegit quas potuit vires, & ad Fratrem ſuum Principem Auriacum ſeſe adiunxit.

HABEBANT illi duo Fratres iam magnum exercitum, eorum quos dixi, ope adiuti, putabantque ſe Albano profligato, Belgio potituros. Sed Albanus Dux non ignarus quid molirentur, & quas haberent copias, luſtrato apud Traiectum exercitu ſuo, ad eos profectus eſt daturus operam, ne per Molam fluuium, in ditiones Regis ingrederentur. Simul autem publicato edicto, magnis propoſitis pœnis, ſtatuit, vt quiſquis proſcriptorũ proſcriptorum, in cuſtodias abductorum, & ſupplicijs affectorum, quælibet bona mobilia, ac immobilia obtineret, ea certis hominibus traderet.

15 f Geminga.

SVNT

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1568.

LOCA

TEMPORA

SVNT qui ſcribant, Edictum quoque die INQVISITIONE, in Sectarios, à Duce Albano, tùm promulgatum eſſe Antuerpiæ, & alijs locis, nemine reclamante, cum tamen ſuperioris tumultus Belgici cauſam fuiſſe non minimam eam inquiſitionem quidam affirment. & ex ijs, quæ dicta ſunt, [3] confœderatorumq; nobilium fœdus complectitur, apparere videtur.

HANC igitur expeditionem contra Ludouicum Naſſouium, cùm ſic mouiſſet Dux Albanus, licet Princeps Auriacus Fratri ſuo diſſuaſiſſe legatur, Ludouicus tamen ipſe, militari conſtantia, hoſtes impetum eò vſque ſuſtinuit, donec milite ſuo pugnam infœliciter tractante, maior eius pars caderet, & ipſe fugiens per amnem, qua Gemingam pagum præterlabitur, natans euaderet.

13 l Traiectũ ſuperius.

ALBANVS Dux, vbi cum exercitu Traiectum ſuperius attigit, [1] Moſam tranſmiſit, commeatus auertendi cauſa, vt hoſtium conatus retarderet. Sed cùm metus eſſet, ne fortaſsis per Burgundiam, ad Condæum abirent, ſuasq; vires cum illo coniungerent, miſſa eſt ab Albano pecunia, illius prouinciæ Præfecto, qua, ſi res poſceret, militem ſibi compararet, cuius opera fines ſuos ab hoſte tueretur.

EODEM tempore, venêre à Rege Hiſpaniarum Philippo, quadringenta millia coronatorum, & bis mille quingenti Hiſpani milites, qui eueſtigiò ad Albani caſtra profecti ſunt. Ex ijs cognitum fuit, in Hiſpanijs, Florentium Montmorencium, Comitis Hornenſis, de quo ſuprà, fratrem aliàs dominum de Montigny, cum tribus alijs capite punitum eſſe, cui ante diſceſſum ſuum è Belgio Rex Philippus Tornacum, cum ſuis ditionibus adiunctis, Gubernandũ commiſit.

1 22 Iulij.

12 m Leodium

ERANT tum in Albani caſtris ſex millia equitum, & triginta millia peditum, quibus ille volebat ditionis Leodienſis homines inuadere, aut debellare, quòd multi ex eis nouata Religione deprauati, Epiſcopo ſuo ac Principi, Domino GERARDO A GROESBEK debitam nollent præſtare obedientiam, atq; eo inuito Regis PHILIPPI hoſtibus, in eam regionem, ſe aditum præbituros recepiſſent, vt quidam ſcripſit, qui huic bello interfuit.

ATTAMEN conſultius ei viſum eſt, prius explorare, quorſum iter hoſtes intenderent, vt vbi maior videretur incumbere neceſsitas, ibi potiſsimum ſuas eis vires opponeret. Apud Rhenum Auriacus Princeps ſuas habebat copias, quas auxerat ſignis quatuordecim, NICOLAVS ab Hag ſtat, cuius ea cauſa, bona omnia fiſco ſuo addicta eſſe volebat, Illuſtriſsimus Archidux AVSTRIAE FERDINANDVS, Frater MAXIMILIANI Imperatoris, laudatiſsimæ memoriæ, quæ quidem bona, in ipſius ditione eſſent, quòd ipſo prohibente auſus eſſet cogere militem, contrà Regem Philippum & ditiones eiuſdem.

13 l Dalen.

IN Ducatu Iuliacenſi circa Dalen oppidum, confluxerat hominum ingens multitudo, auſpicijs cuiuſdam domini de Viliers, quorum conatus ſtatim ab Hiſpanis ſupprimuntur, miſeriq; diſſipantur, atq; caduntur, priuſquàm armis ſatis fuiſſent inſtructi.

1568 TEMPORA	TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA	LOCA
	ATQVE ita porrò mouit Caſtra Albanus contra Principem Auriacum, qui cum ſuo exercitu, magno cũ ardore procedens, ex Germania, eoſdem, ac ſi viciſſet iam ſpiritus gerens, regia arce Carpenſi, ſecundo à Colonia Agrippina lapide capta, & præſidio munita, in Lymburgicam tandem ditionem, & Iuliacenſem agrum, pedem infert, vbi quoque arcem VVitenã, quæ Comitis Culemburgici fuerat recipit, militeque præſidiario munit. Aquiſgrano ciuitati Imperiali, non tenuem pecuniæ ſummam imperans, & Viginti ſex daleorum millia, ab eius incolis, auro obſidionem ſuam & iniurias ingruentes redimentibus emulgens, quæ breui tempore ſua ſyngrapha data, ſeſe refuſurum condicit.	15 m Kerpen.
1 28 Auguſti		
	IDEM Auriacus Princeps cum Lymburgi aliquot dies ſubſtitiſſet, ad Eburones tandem, miſſo precone Leodium, quibuſcunq; declinimentis poterat, animos ciuium ſollicitans, à Conſulibus & plebe (nulla Principis Leodini, Statuum patriæ, aut Canonicorum primariæ Baſilicæ D. Lamberto ſacræ interiecta mentione) peruium ſibi per ciuitatem tranſitum fieri poſtulat, qui conſules & ciues (petitione prius in conſilium delata) penes ſe ſolos eius rei, vtpotè, quæ Principem ipſum potius, & Status patriæ concernat, facultatem non eſſe reſponderũt. Itaque præco abſceſsit, aliudque nihil impetratum eſt.	16 l Colonia.
		13 m Aquiſgranum.
2 25 Septẽbr.	SVB finem Auguſti interea, tertium ciuile Bellum in Gallijs motum eſt in quo res cleri ab Hugonotis vndique diripiuntur, eùm neruus belli pecunia illis deeſſet: at illi à Regijs paſſim etiam profligantur. Conſilium Regiũ à Duce Albano iterùm Bruxellas redijt [1] Menſe ſequente [2] chaſma horrendum, aliaque ſigna terribilia, in aere apparuerunt incolis Belgarum, quæ aduentum Auriaci cum ſuis præmonſtraſſe, quibuſdam videbantur, Ego verò & hic quoque lectori iudicium, quid ſentiat, liberum relinquo.	13 m Limburg.
		12 n Leodium.
3 5 Octobr.	IN Octobri poſtea, obijt in Hiſpanijs Carolus Archidux Auſtriæ Philippi Regis Hiſpaniarum filius, [3] ex Maria Luſitaniæ Regis filia, vnicus.	10 l Bruxella.
	PRINCEPS tandem [4] inter Stockemum & Maſecam, oportuno vado reperto, nocte ſilente (nam luna pernox erat) Moſam flumen cum ſuo in Germania collecto exercitu, traiecit: qui cunctas penè ciuitates regias, in ſuam poteſtatem & deditionem vltrò conceſſuras, in animum ſuum induxerat, per comitatum Loſſenſem & loca circumuicina quoquo verſus, longe lateq; prædabundi ſeſe diffundunt, ac miſerorum ruſticorum ſanguinem, vita exugunt. Inde verſus Tongros Leodina ditionis vetuſtiſsimum oppidum contendit, quem eueſtigiò inſecutus Albanus, Pergebat interim Auriacus Varenaniam: inde Trudonopolim verſus (Centrones alij vocant) inſequente ſemper, & aciem poſtremam exercente Albano.	12 m Stokem
		12 m Maſeca
4 7 Octobr.	INTEREA Hiergius, Dominii Barlemontij filius cum ſuis, furtim nocteq; ſilente & intempeſta, Thenas Brabantiæ tribus à Louanio milliaribus oppidum, vt ciues ac Brabantos in officio confirmaret, eiſq; ſuppetias tempeſtiue ferret, Auriacum anteuertens contendit, ac magna celeritate præcurrit.	11 l Thenæ.
	SVB	

ALBANO DVCE LEONEM

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1568.

LOCA

TEMPORA

SVB medium Octobris [1] miſerat Princeps Condæus, ex Gallijs, in ſubſidium Auriaci, quinque millia peditum Gaſconum, & duo millia equitum. ij, Ienlio & Rentio ductoribus, per agrum Luxemburgicum, ad Huberti & Ardennæ phanum, rectà contendunt, monaſteriũ Andagienſe cum vico annexo depopulantes. Inde digreſſuri, in magnificum illud D. Huberti ſanum, ignes iniecerunt, & ab omni vetuſtate munificentiſſimum monaſterium, flammis edacibus abſumunitur, vnius; diecula momento, octingentorum & amplius annorum opus, exitio & ruinis deditur.

13 r Luxẽburg

1 15 Octob.

QVINTA die pòſt [2] Auriaci, milites, ob non ſoluta ſtipendia tergiuerſantes, & præfecti eiuſdem diſſipati, atque interſe diſſidentes, occaſionem dederunt, non tantum infortunij ſui, cùm propè Thenas caderentur: verum Principem quoque Auriacum coegerunt, vt amiſſa occaſione rei benè gerendi, ſeſe per Brabantiam & Hannoniam, in Gallias cum ſuis tandem ſubduceret.

13 q S. Hubert.

11 m Thenæ.

ALBANVS relictis ſuis peditibus Bruxellæ, venit Antuerpiam, cum quatringentis equitibus, altera die viſitauit caſtrum [3] Antuerpienſe. Vbi poſtridie maximus fiebat terræ motus. Sub finem Octobris, Condatenſes Auriaco Geldoniæ, longo & continenti itinere fatigati, ſeſe iungunt. Albanus verò, ne Auriacus in ditiones regias (erat enim inter Louanium & Bruxellas) vlterius penetrare poſſet, tranſitum ipſi præcluſerat; & ſua caſtra, in Vinceſbuſco (vulgò Finckenboſch) & vico parcenſi, tribus aut circiter à Louanio ſtadijs, fixerat.

2 20 Octob.

11 l Louaniũ.

AVRIACVS negato tranſitu per Leodium, id oppidum obſidione cinxit, improuiſoque magis, quàm aperto bello, ante meridiem 3 Nonas Nouembris [4] inuaſit, prooppidum atq; ſuburbia Diuorum Laurentij, & Margaretæ, Afrodij denique pontis; occupans, in eam eum ſpem deuenerat, Eburones, à cleri forſitan fauore alienatos, inteſtiniſq; ac domeſticis diuiſos diſcordijs, nullo negotio, aut deditionem facturos, aut proditione facta, certas ſecurationes inituros. Verùm ſecùs quàm ſperauerat res planè cecidit.

10 l Bruxella.

3 25 Octob.

11 m Geldonia

VNDE Leodienſi ciuitate relicta, in Geldonia loca vicina, greſſu citato iter relegunt, & magnificum illud Bonefienſe monaſterium incendunt milites Auriaci; quemadmodum anteà, cùm Auriacus, ob Ducis ALBANI, qui à tergo inſtabat aduentum, Maximis ſe difficultatibus, anguſtijs, & periculis expoſitum, non obſcurè videret, potiundæ vrbis Leodienſis ſpe omni abiecta, obſidioniſq; tædio victus diſcederet, milites in Diuorum Laurentij & Ægidij, ac vallis benedictæ fana, inque ſuburbia prædia, ignes coniecerunt.

13 n Leodium.

4 3 Nouem.

PHILIPPI REGIS NOMINE GVBERNANTE

XLI.

TEMPORA		LOCA
	INIMICI, vbi dies octo circiter, Geldoniæ & locis circumiacentibus moras nexuissent, in agrum quoque Leodinum studio in flammandi pedem referunt. Nec mora, Gulielmus Limanus Marianus, regulus Eburo, cum sua equitum turma, eum qui à Mosa est, inter Leodium & Houium, Hasbaniæ tractum occupans, magno cum furore percurrens multa, ijs in locis, præsertim verò circa monasterium Slouion, insolentiæ suæ specimina edidit.	11 m Iodoigne.
1 6 Nouēbr.	CIRCA horam decimam, die sexta [1] Nouembris, Leodienses egressi, nonnullos Auriacos milites, à fuga in ciuitatem retraxerunt, è quibus vndecim, patibulo ad terrorem increscentis audaciæ, medio in foro erecto, suffixi, vitam laqueo finiere.	11 m Geldenac.
	AVRIACOS, Leodiensi ciuitate sic relicta, insecutus est Albanus, in Hannoniam properantes; Vbi Bellouacum seu Bauacum, Brotuspantium à Iulio Cæsare olim dictum, peruetustum oppidum, igne flammisq; edacibus, deleuerūt. Interea ego cum Christophoro De Taxis, negociorum quorundam, apud Comitissam de Mansfelt cui ex mandato & comissione parentis mei charissimi, piæ memoriæ, Condatum dominum vendideram (expediendorum causa, in oppido Condati cùm Princeps præteriret, substituti [2] paulò pòst ad Aulam Imperatoriam reuersurus.	13 n Leodium.
2 16 Nouēb.	NEC mora, apud S. Quintinum, famum inuadunt inimici Regis Hispaniarum, vbi dies aliquot in Gallijs moras nexuissent, & frustra se Principis Condæi copijs iungere fuissent conati, Mediomatricum fines ingressi, longè latèque prædabundi sese effuderunt.	8 p Bauacum.
	PAVCIS interiectis diebus, Comes Hochstratanus, Et Euerardus Vellensis, qui Auriaci castra secuti fuerant, extremum vitæ diem clauserunt, fidemque Catholicam professi viuorū sodalitium reliquerunt.	7 n Conde.
3 21 Decēb.	ALBANVS, è Belgio excluso hoste, Cameraci hasit, cum vniuerso exercitu. Deinde quibusdam per fines eius regionis distributis, plerisque dimissis, præsertim Germanis, nonnullis Antuerpiam & Valencenas ablegatis, reliquis in Holandiā; Cameraco discedens, Bruxellas venit [3] moxque cum in templum ingressus est, TE DEVM LAVDAMVS pro victoria cantatum est.	7 q S. Quintin 7 p Cameracū
	POTVISSET fortè Albanus, alia ratione debellare hostem, noluit tamen suum temerè periculo obijcere, cùm non ignoraret in huiusmodi prælijs, sæpè admodum ancipiti euentu pugnari, multoque illustriorem ad se laudem victoriæ redditurum existimaret, si nulla ferè suorum iactura, & in Frisia primùm vt dictum est hostes concidisset, tandem & è tota Belgica Regis sui Philippi prouincia eos profligasset.	10 l Bruxella.

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO. 1569.

LOCA		TEMPORA
	ALBANVS idem Dux, hoſtibus profligatis, cum iam ſpes affulgeret, vt deinceps Belgicæ Regis Philippi ditiones, pace & tranquillitate fruerentur; magna ex parte exercitum à ſe dimiſit: viſumq; tum fuit illi, & quibuſdam alijs, quandoquidē diuturno bello exhauſta eſſent Regis æraria, & interim tamen ob futuros compeſcendos motus, ſaltem ad tempus miles præſidiarius alendus eſſet, rationes conflanda pecuniæ eſſe.	
101 Bruſſel.	1 Accerſit itaque Bruxellas Belgij Status, & petit ab eis decimum, & viceſimum, & centeſimum nummum. Decimum quidem omniū rerum mobiliū quæ diſtraherentur: viceſimū verò omnium immobiliū diuenditorum. Porrò Centeſimum iuſtæ æſtimationi omnium tam mobiliū, quàm immobiliū, quem ſemel Regiæ Maieſtati perſoluerent.	1 7 Ianuarii.
	Hac pecunia dixit ſe velle ſtipendia ſoluere militi, qui eſſet loco opportuno præſidij loco imponendus: tum etiam loca oppignorata redimere: reliquū referre in Regis ærarium, vt ſi qui bellorum exiſtant motus, facilius coerceri poſſent. Reſpondent Prouinciales, ſe certam pecuniæ ſummam numeraturos. Et in centeſimum quidem nummum conſentiunt; quàm ſit autem durum & moleſtum, etiàm & viceſimum reddere, exponunt. Actū deinde eſt omnibus Belgij prouincijs, vti centeſimus nummus penderetur.	2 1 Februar.
Sanſerra.	Friſij & Geldrenſes, facta eis poteſtate, centeſimum redemerunt. Ferebantur autem penè omnes Status ſiue ordines conſenſiſſe, etiam in decimum & viceſimum, ſed certis conditionibus. Non deerant interim, qui odioſè tùm multa locis inſectarentur Albanum, dicerentq; eum Regis Philippi iuſſu, immò illo etiam inſciente iſthæc attentare: vtut ſit, nemo tamen fuit, qui non facile per ſe intellexerit, incredibili ſumptu, & maximis impendijs conſtitiſſe Regi Philippo bellum, quod aduerſus rebelles, ipſo iubente ſuſcepit & confecit Dux Albanus.	3 1 Martii. 4 4 Martii.
Niort.	Soluta Sanſerra in Burgundia propè fluuium Ligerim ſita vrbis obſidione, qua deſperata, Martinengus Italus, victoriam fruſtrà imaginatus, vaſis ſummo ſilentio collectis, intempeſta nocte diſcedit. Tendit ad Andium, Adretius ad Aumalium proficiſcitur cum Nemoroſio 2. Rex, à quo Martinengo Gyani præfecto oppugnationis Sanſerræ cura mandabatur, Metis erat, Caluiniſtis antequam eò ille veniſſet Rex religionis ſuæ reformatæ vſu interdixit capitis pœna ſtatuta.	5 6 Martii.
Saniangelium.	Veniunt interea ad Andium Germanorum equitum duo millia & ducenti, Ducloribus Ringrauijs & Baſſemperrio. Andij conſilium erat, Condæum, ne ſe cum ſuis coniungeret, impedire, de quo conſilio certior factus Condæus, Niorto cum omnibus copijs proficiſcitur. 3 indeq; per Saniangelium oppidum cum prima acie it Cognacum, cum & poſtridie 4 cum Andelotio fratre, prima illius aciei equitatum & tormentarios ad Iarnacum educit, cum duobus maioribus, & mediocribus duobus tormentis, ibique arcem recipit.	6 11 Martii.
Iarnacum.	Condæus cum Amiralio & Andelotio, aſſumptis omnibus prima & ſecunda aciei copijs equeſtribus, veniunt Beluſum 5 (locus eſt ad fluuium Matam) vbi erat cum exercitu Andius Regis frater. Ad illius conſpectum Condæus aciem inſtruit, Andius aliā viam quærens prope Cognacum venit, 6 quo Condæus cum ſecunda acie venerat. Amiralius enim Iarnacum cum prima acie venit, quem Nauarræus & Condæus continuo monent, atq; vt ad ſe confeſtim veniret, mandant. Condæus verò re deliberata ipſe cum ſecunda acie Iarnacum, 7 Amiralius Baſſecum veniunt, qui anguſtijs ab Andio preſſus, Condæo occaſionem dedit, vt omni conuentione in illam hoſtium aciem irrueret perrumperetque. Caterum in hoc conflictu Condæus ille, equo occiſo in terram fuſus.	7 12 Martii.
Baſſacum.		

LOCA

TEMPORA

INCREBRESCEBAT interea rumor Germanorum vtriuſq; partis, aduentantium. Excipiendo Aumalium obuiam it Andius, Dux Bipontinus, cum paratas omnes copias haberet, & ad Gallia fines peruenisſet, datis ad Regem literis, aduentus ſui cauſas exponit: Et quod ſuperioribus annis, per ſuam ditionem pleriq; equitum tribuni, ſuo iniuſſu, irruiſſent, cum militibus transijſſent, vnde plurima ſuis ſubiectis incommoda fuerunt importata: ideò ſe peditum equitumq; cohortes aliquot, ſuarum rerum tutandarum, & defendorum ſuorum ab iniuria ſubiectorum gratia conflaſſe.

INTERIM Nauarreum & Condeum apud ſe conqueſtos fuiſſe de grauiſſimis iniurijs, quibus impetantur, in fortunarum vitæq;, & quod maximum eſt, Religionis diſcrimen adducti: violato prater fidem Regiam Edicto: cum infinitis iniurijs, & ipſi & omnes qui Religionem reformatam profiteantur in Gallia, ita violentur, vt ſpoliati omnibus ſuis facultatibus, ſuisq; domibus expulſi, violentis etiam armis hoſtiliter vrgeantur: cùm & prater domeſticam illam violentiam, peregrini quotidie in Regnum introducantur: in iſtis anguſtijs illos ſuum auxilium imploraſſe, quod eis denegare in tanta calamitate conſtitutis ipſe nec debuerit nec potuerit, quandoquidem iniuſtè, ſcilicet, affligantur.

Caritæa,

CONSTARE ſibi de ipſorum cauſa bonitate, quam ſæpè & Regi ipſi demonſtrarint. Illos quidem apud ſe hoc teſtatos eſſe, Si comperiantur ipſi bellum aduerſum Regem gerere, non detractare, quin illu ipſis armis qua expectant atque implorant, opprimantur. Videri itaq; ſibi meras eſſe calumnias, qua contra illos dicantur: cùm ſatiùs eis eſſe domi pacatè viuere, quàm bellorum turbis exagitari, & illos eoſdem ſermonis olim vſurpatos eſſe apud Ducem Caſimirum conſobrinum ſuum: quod tamen falſum ex Edicto poſt condito apparuerit, quo Rex nimirum, omnia ab illis ſuſcepta, tanquam officia ritè ſibi præſtita diſertè agnoſcat.

1
18. Maij.

AD omnem verò ſuſpicionem demendam, teſtari ſe hanc in Galliam expeditionem ſuſcipere, non minus pro tenuiſſimis hominibus qui Religionem profiteantur, quàm pro ipſis Principibus Nauarræo & Condæo: quandoquidem ex ea doctrina ratione, quam cum illis communiter colat, ad hoc illis præſtandum ex officio ſuo teneatur. Et ne exiſtimetur Galliam petere priuatæ vtilitatis cauſa, teſtatur, ſe ad diſcedendum paratum eſſe, dummodo Rex permittat Religionis reformatæ ſtudioſos perfrui pacatè illius vſu, cum facultatum dignitatumq; libera poſſeſſione, dummodo idoneè de ipſis rebus caueat, paratum ſe eſſe exercitum dimittere, omnemq; impenſam ab ſe militiæ iſtius cauſa pecuniam, quamuis illa centum millia aureorum exſuperet liberaliter condonare. Si res in peius ruant, Regnumq; maiora capiat incommoda, defuncti ſe abundè ſe eſſe officio ſuo, hac nimirum teſtatum, nec incommodorum cauſam in ſe vllo modo poſſe nec debere deriuari. Atque ita aſſumpto peditatu, Galliam ingreditur, & Cariteam Burgundiæ vrbem ad Ligerim opportunam ſibi fluuio tranſmittendo, expugnat. Poſtea Galliæ Principes illi cum Germanis ſeſe coniungunt, omnium vtrinq; ſumma lætitia qua tamen hac occaſione permixta fuit confeſtim maximo mœrore. Bipontinus enim Dux ille VVolfgangus grauiſſima febri correptus poſtridie 2 quàm bini exercitus conueniſſent: moritur. Summo totius exercitus dolore, repentino morbo ſpacio 24 horarum extinctus periit. E contrario autem Hiſpani Bruxellæ in communi Catholicorum omnium gaudio lætantes, etiam ipſi maximis et ampliſſimis ſumptibus ad hoc impenſis, in paleſtra eodem loco tryumphantis, in foro haſtis & enſibus dimicarũt, vbi antea, vt dixi, duo illi Comites Egmondanus et Hornius capite multati ſunt, ibi tum Marchio Hauræus Ducis Ariſcotani frater, nõ leuiter in tybia leſus dimicare ceſſauit.

10 1
Bruxellæ.

2
11. Iunij.

SEL.

TEMPORA

LOCA

MISIT paulò antè ſummus Pontifex, Pius V. Carolum Nicolaium Neapolitanum cum gladio inaurato & Galero variis gemmis diſtincto ad Ducem Albanum, cui, vti Religionis Catholicæ cum Hiſpaniæ ſuæ acerrimo propugnatori, & de Romana Eccleſia quam optimè merito, Pontificis et Cardinalium Senatus decreto, legatione ſibi delata fungens idem Carolus obtulit. Miſit præterea idem Pontifex Nocolaum Mortonum Presbyterum, Anglum, Doctorem Theologiæ, in Angliam, vt certis Illuſtribus & Catholicis viris authoritate Apoſtolica denuntiaret. Elizabetham, quæ tum, vt etiamnum rerum potiebatur, hæreticam eſſe: ob eam cauſam omni Dominio ac poteſtate, quam in Catholicos vſurpabat, nec eos illius legibus aut mandatis deinceps obedire cogi.

QVA denũtiatione, multi nobiles viri ſumpſerant arma, pro fide Catholica tuendas, ſed ferè quingenti ex iis capti, & morti affecti ſunt, nec illorum nobilium conatus illos habuere ſucceſſus, quos ſperauerant. In eadem cauſa duo viri nobiles inter cæteros de familia Nortonorum Thomas & nepos eius Chriſtophorus morte extincti ſunt, quòd nollent à Catholica fide deſciſcere, & Elizabetham legitimam Reginam confiteri. Angli etiam ob quaſdam Hiſpanorum res in Anglia detentas, mercatores & facultates eorum Antuerpiæ male tum temporis fuerunt accepti, hinc actum vt in Anglia par pari relatum ſic illis, qui è Regiis Hiſpaniarum ditionibus eſſent, ceſſatumq; eſt à mutuis commerciis, non ſine magno vtriuſque partis incommodo. Londinis.

FVIT 1 propè Louanium in agro Heurienſi, grando valdè prodigioſa quam 14 Maij præceſſit terremotus vehemens, diebus ſequentibus 15 & 19 volantes in aëre ignes: & ſubſecuta eſt prodigioſa tempeſtas altera, cum hiatu, atq; arenarum alluuione mirabili, quæ circa cœnobium parcenſe, domus paſſim in pago Vinckenboſch appellato, prope idem Louanium in terram ad fauces vſque demerſa. 10 k Antorff.

1 3. Iulij.

BIPONTINVS, de quo paulò ante dixi, antequam moreretur ad ſe venire iuſſit omnibus ſuis Tribunis, multa præclare teſtatus, cauſa illius defenſionem propter quam in Galliam veniſſent, maximopere commendat: & ſuorum omnium ducem dicit VVolradum Mansfeldium Comitem, qui ei Legatus antea erat. Allatum eſt Engolmium Bipontini ipſius cadauer, et ibi aromatibus ſuffitibus conditum. Principes Galli proteſtantes gratias agunt Germanis, quòd aduenerint ſeſe illorum exercitui iungẽtes et Primarijs tribunis quadam offeruntur dona, inter quæ moneta erat aurea, in qua ex vna parte effigies Nauarræ & Bearnenſis filij expreſſa erat, & in alia hæc verba. Pax certa, victoria integra, aut mors honeſta. *quæ tamen elogia exitu ipſo belli minime fuerunt comprobata.* 10 l Louen.

ERANT in Germanorum exercitu viginti octo vexillationes, quæ ſeptem millia quingentos armatorum efficiebant, quorum ductores erant primarij, Ianus Boccus, Reginaldus Craccus, Henricus Eſtinus, Ianus Tereſius. Erant peditum ſex millia viginti duobus ſignis, quibus præerant Grauillarius & Gerelezius, Accedebant Gallorum equitum ad duo millia: & decem peditum ſigna: tormentorum maiorum minorumue 19. Aderant illuſtres viri Auriacus, Ludouicus & Henricus Comites Naſſouij ipſius fratres: Mortillerius, Reuelius, Mouyus, Eſterneus Galli. Limoſiũ.

IN Principem Gallico exercitu erant ad 24. millia inſtructorum tormentariorum & contatorum præterea complures. Equitum ad 4 millia: maiorum tormentorum, & mediocrium, 2. Itaque aucti videbantur vtrinq; duo ciuiles exercitus, vt diriùs vehementiùsq; ſeſe mutuò poſtea conficerent. Regina mater venit Limoſium ad Andianum exercitum, Borbonio lotharingioq; Cardinalibus commitata, militesq;, ordinibus ſingulatim inuiſis, hortatur, vt in regis obſequio cõſtanter perſeuerent, ad ipſius hoſtes profligandos.

AD

LOCA

TEMPORA

AD HOC tempus Caſtillò Amiralij præcipuum domicilium à Martinengo Italo capitur & expredatur: & Caſtellorenardū aliud cuius Amiralij domiciliū: maxima ſupellectilis pars Lutetiam conuehitur: & ad haſtam publica præconis voce venit. Tranſmittendus erat Vianna fluuius ad Aeſſam vrbem, quò Loæus cum nonnullis tormentariorum manipulis priùs miſſus fuerat, & Andianorum turmas, quæ ei occurrerant ipſius impediendi cauſſa, repulerat.

AT quùm primæ aciei, è Principum exercitu, peditatus eò, fluminis tranſeundi cauſa veniſſet, maiori numero adſunt Andiani, acremq; pugnam ad fluuium cient. Principum militibus primùm compulſis: qui tamen receptis animis ita mox redeunt, vt Andianorū ad centum cæſis reliquis in fugam verterint: & fluuium eà primùm ipſi, vniverſuſq; exercitus poſtea tranſierit. Nonnullorum tamen dierum ſtatuta habita, recreandis Germanis longi & laborioſi itineris moleſtia defatigatis, ad Santirterum Limoſij oppidum ſubſequente eminùs Andio: qui dimidio milliari propius caſtra promouit [1] ad Ruperi, vicum. vnde pugnæ occaſio ita orta eſt. 1 23 Iunij.

PRINCIPES quòd exiſtimarent pugnæ quæri cauſas ab Andio, omnem exercitum in armis eſſe iubent ad primam lucem, & ad eum locum veniunt, vbi Andius conſiterat. Ita pugnam expectantes aciem inſtruūt. Ad prima initia velitarij erant, dextera leuaq; Pilæo illinc, Ruræo hinc ductore: Primam aciem duobus cuneis equitum, hinc dextera Loæus, illinc læua Briquemaldus, inchoabant. Pedites Germanis bipartiti duabus maioribus turmis: pars, in ſecunda erat. Primæ aciei Germanorum peditum agmen equitū duobus maioribus cuneis circumſtipati, tormenta expedita ſex aſſeruabat, ita reliquæ copiæ variè diſtributæ.

AN diani ferè intrà caſtra erant: aditu verò cuſtodiendo, hoſteq; arcendo, aderat cū duobus millibus expeditum tormentariorum. Stroßius vir militaris, Petri Stroßi Florentini filius, & ſibi quidem opportuno loco, quòd & ſepimento munitus tectuſq; hoſtem editiori loco nudum apertumq; eiacularetur: & præterea, quatuor Italorum equitum vexillationibus vtrinq; firmaretur. Pilæus tamen primum impetum eà fecit: at quòd tormentorū vſus propter pluuiam incommodus eis eſſet, ab equitibus Italis primùm repulſus fuit: èque ſuis decem cæſi ad illum impetum. 5 ſ Paris.

ACcurentibus tamen extemplò in auxilium Brilialdo Motteiòq; Vaſconibus, cū duabus equitum vexillationibus, fugatus ita eques Italus, vt pilæani vehementiori impetu pugnam in Stroßianos continuò inſtaurarint: qui tamen immoti ad ſepimentum perdurabant: donec Amiralius, luſtrato loco, iuſſerit alterius cornu tormentarios, Ruræo ductore, eo venire, hoſtemq; ad latus adoriri. Rem, nec mora, iuſſu capeſſunt, crebroque tormentorum grandine ita concuſſus Stroßianus, vt relicto ſepimento perturbatiori ordine cedere inceperit.

QVOD conſpicati Principum equites viciniores, eò confertis agminibus irruunt, palantemq; Stroßij peditem cædunt victores: fugientemq; vſque perſecuti, illinc reuertuntur, vaſtiſſimi imbris impetu coacti. Verùm is pauor Andiana caſtra inceſſerat, vt è Principum peditibus, nonnulli ad tentoria vſque & ſigna ipſa aderint. Stroßius captus & ad Principes incolumis continuò adductus: cæſi Stroßianorum ad ſexcentos: [2] & ijs quidem triginta nominati viri, Tribuni aut Centuriones aut ſigniferi, vulnerati plures. E principum militibus ad quinquaginta vulnerati aut cæſi. 2 25 Iunij.

1568 TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA — LOCA

ATQVE ita porrò mouit Caſtra Albanus contra Principem Auriacum, qui cum ſuo exercitu, magno cũ ardore procedens, ex Germania, eoſdem, ac ſi viciſſet iam ſpiritus gerens, regia arce Carpenſi, ſecundo à Colonia Agrippina lapide capta, & præſidio munita, in Lymburgicam tandem ditionem, & Iuliacenſem agrum, pedem infert, vbi quoque arcem VVitenã, quæ Comitis Culemburgici fuerat recipit, militeque præſidiario munit. Aquiſgrano ciuitati Imperiali, non tenuem pecuniæ ſummam imperans, & Viginti ſex dalerorum millia, ab eius incolis, auro obſidionem ſuam & iniurias ingruentes redimentibus emulgens, quæ breui tempore ſua ſyngrapha data, ſeſe refuſurum condixit. — 15 m Kerpen.

1 28 Auguſti

IDEM Auriacus Princeps cum Lymburgi aliquot dies ſubſtitiſſet, ad Eburones tandem, miſſo precone Leodium, quibuſcunq; declinimentis poterat, animos ciuium ſollicitans, à Conſulibus & plebe (nulla Principis Leodini, Statuum patriæ, aut Canonicorum primariæ Baſilicæ D. Lamberto ſacra interiecta mentione) peruium ſibi per ciuitatem tranſitum fieri poſtulat, qui conſules & ciues (petitione prius in conſilium delata) penes ſe ſolos eius rei, vtpotè, quæ Principem ipſum potius, & Status patriæ concernat, facultatem non eſſe reſponderũt. Itaque praco abſceſſit, aliudque nihil impetratum eſt. — 16 l Colonia. — 13 m Aquiſgranum.

2 25 Septẽbr.

SVB finem Auguſti interea, tertium ciuile Bellum in Gallijs motum eſt in quo res cleri ab Hugonotis vndique diripiuntur, eùm neruus belli pecunia illis deeſſet: at illi à Regijs paſſim etiam profligantur. Conſilium Regiũ à Duce Albano iterùm Bruxellas redijt [1] Meuſe ſequente [2] chaſma horrendum, aliaque ſigna terribilia, in aere apparuerunt incolis Belgarum, quæ aduentum Auriaci cum ſuis præmonſtraſſe, quibuſdam videbantur, Ego verò & hic quoque lectori iudicium, quid ſentiat, liberum relinquo. — 13 m Limburg. — 12 n Leodium.

IN Octobri poſtea, obijt in Hiſpanijs Carolus Archidux Auſtriæ Philippi Regis Hiſpaniarum filius, [3] ex Maria Luſitaniæ Regis filia, vnicus. — 10 l Bruxella.

3 5 Octobr.

PRINCEPS tandem [4] inter Stockemum & Maſecam, oportuno vado reperto, nocte ſilente (nam luna pernox erat) Moſam flumen cum ſuo in Germania collecto exercitu, traiecit: qui cunctas penè ciuitates regias, in ſuam poteſtatem & deditionem vltrò conceſſuras, in animum ſuum induxerat, per comitatum loſſenſem & loca circumuicina quoquo verſus, longe lateq; prædabundi, ſeſe diffundunt, ac miſerorum ruſticorum ſanguinem, vita exugunt. Inde verſus Tongros Leodinæ ditionis vetuſtiſſimum oppidum contendit, quem eneſtigiò inſecutus Albanus, Pergebat interim Auriacus Varenamiam: inde Trudonopolim verſus (Centrones alij vocant) inſequente ſemper, & aciem poſtremam exercente Albano. — 12 m Stokem — 12 m Maſeca

4 7 Octobr.

INTEREA Hiergius, Domini Barlemontij filius cum ſuis, furtim nocteq; ſilente & intempeſta, Thenas Brabantiæ tribus à Louanio milliaribus oppidum, vt ciues ac Brabantos in officio confirmaret, eiſq; ſuppetias tempeſtiue ferret, Auriacum anteuertens contendit, ac magna celeritate præcurrit. — 11 l Thenæ.

SVB

ALBANO DVCE LEONEM

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1568.

LOCA

TEMPORA

13 r Luxéburg

SVB medium Octobris [1] miserat Princeps Condæus, ex Gallijs, in subsidium Auriaci, quinque millia peditum Gasconum, & duo millia equitum. ij, Tenlio & Rentio ductoribus, per agrum Luxemburgicum, ad Huberti & Ardennæ phanum, rectà contendunt, monasteriũ Andagiense cum vico annexo depopulantes. Inde digressuri, in magnificum illud D. Huberti fanum, ignes immiserunt, & ab omni vetustate munificentissimum monasterium, flammis edacibus absumitur, vniusq; diecula momento, octingentorum & amplius annorum opus, exitio & ruinis deditur.

1
15 Octob.

13 q S. Hubert.

QVINTA die pòst [2] Auriaci, milites, ob non soluta stipendia tergiuersantes, & præfecti eiusdem dissipati, atque inter se dissidentes, occasionem dederunt, non tantum infortunij sui, cùm propè Thenas cæderentur: verùm Principem quoque Auriacum coegerunt, vt amissa occasione rei benè gerendi, sese per Brabantiam & Hannoniam, in Gallias cum suis tandem subduceret.

11 m Thenæ.

ALBANVS relictis suis peditibus Bruxellæ, venit Antuerpiam, cum quatringentis equitibus, altera die visitauit castrum [3] Antuerpiense. Vbi postridie maximus fiebat terræ motus. Sub finem Octobris, Condatenses Auriaco Geldoniæ, longo & continenti itinere fatigati, sese iungunt. Albanus verò, ne Auriacus in ditiones regias (erat enim inter Louanium & Bruxellas) vlterius penetrare posset, transitum ipsi præcluserat; & sua castra, in Vincesbusco (vulgò Finckenbosch) & vico parcensi, tribus aut circiter à Louanio stadijs, fixerat.

2
20 Octob.

11 l Louaniũ.

10 l Bruxella.

AVRIACVS negato transitu per Leodium, id oppidum obsidione cinxit, improuisoque magis, quàm aperto bello, ante meridiem 3 Nonas Nouembris [4] inuasit, prooppidum atq; suburbia Diuorum Laurentij, & Margaretæ, Afrodij denique pontis, occupans, in eam enim spem deuenerat, Eburones, à cleri forsitan fauore alienatos, intestinisq; ac domesticis diuisos discordijs, nullo negotio, aut deditionem facturos, aut proditione facta, certas securationes inituros. Verùm secùs quàm sperauerat res planè cecidit.

3
25 Octob.

11 m Geldonia

13 n Leodium.

VNDE Leodiensi ciuitate relicta, in Geldoniæ loca vicina, gressu citato iter relegunt, & magnificum illud Bonefiense monasterium incendunt milites Auriaci; quemadmodum anteà, cùm Auriacus, ob Ducis ALBANI, qui à tergo instabat aduentum, Maximis se difficultatibus, angustijs, & periculis expositum, non obscurè videret, potiundæ vrbis Leodiensis spe omni abiecta, obsidionisq; tædio victus discederet, milites in Diuorum Laurentij & Ægidij, ac vallis benedictæ fana, inque suburbia prædia, ignes coniecerunt.

4
3 Nouem.

Digitized by Google



Digitized by Google

1568 TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA | LOCA

INIMICI, vbi dies octo circiter, Geldoniæ & locis circumiacentibus moras nexuissent, in agrum quoque Leodinum studio in flammandi pedem referunt. Nec mora, Gulielmus Limanus Marsanus, regulus Eburo, cum sua equitum turma, cum qui à Mosa est, inter Leodium & Houium, Hasbaniæ tractum occupans, magno cum furore percurrens multa, ijs in locis, præsertim verò circa monasterium Slouion, insolentiæ suæ specimina edidit. — 11 m Iodoigne.

1 6 Nouēbr. CIRCA horam decimam, die sexta [1] Nouembris, Leodienses egressi, nonnullos Auriacos milites, à fuga in ciuitatem retraxerunt, è quibus vndecim, patibulo ad terrorem increscentis audaciæ, medio in foro erecto, suffixi, vitam laqueo finiêre. — 11 m Geldenac.

AVRIACOS, Leodiensi ciuitate sic relicta, insecutus est Albanus, in Hannoniam properantes; Vbi Bellouacum seu Bauacum, Brotuspantium à Iulio Cæsare olim dictum, peruetustum oppidum, igne flammisq, edacibus, deleuerūt. Interea ego cum Christophoro De Taxis, negociorum quorundam, apud Comitissam de Mansfelt cui ex mandato & comissione parentis mei charissimi, piæ memoriæ, Condatum dominum vendideram (expediendorum causa, in oppido Condati cùm Princeps præteriret, substituti [2] paulò pòst ad Aulam Imperatoriam reuersurus. — 13 n Leodium.

2 16 Nouēb. NEC mora, apud S. Quintinum, famum inuadunt inimici Regis Hispaniarum, vbi dies aliquot in Gallijs moras nexuissent, & frustra se Principis Condæi copijs iungere fuissent conati, Mediomatricum fines ingressi, longè latèque prædabundi sese effuderunt. — 8 p Bauacum.

PAVCIS interiectis diebus, Comes Hochstratanus, Et Euerardus Vellensis, qui Auriaci castra secuti fuerant, extremum vitæ diem clauserunt, fidemque Catholicam professi viuorū sodalitium reliquerunt. — 7 n Conde.

ALBANVS, è Belgio excluso hoste, Cameraci hæsit, cum vniuerso exercitu. Deinde quibusdam per fines eius regionis distributis, pleriſque dimissis, præsertim Germanis, nonnullis Antuerpiam & Valencenas ablegatis, reliquis in Holandiā; Cameraco discedens, Bruxellas venit [3] moxque cum in templum ingressus est, TE DEVM LAVDAMVS pro victoria cantatum est. — 7 q S. Quintin

3 21 Decēb. — 7 p Cameracū

POTVISSET fortè Albanus, alia ratione debellare hostem, noluit tamen suum nimis temerè periculo obijcere, cùm non ignoraret in huiusmodi prælijs, sæpè admodum ancipiti euentu pugnari, multoque illustriorem ad se laudem victoriæ redditurum existimaret, si nulla ferè suorum iactura, & in Frisia primùm vt dictum est hostes concidisset, tandem & è tota Belgica Regis sui Philippi prouincia eos profligasset. — 10 l Bruxella.

ALBANO DVCE LEONEM

LOCA	LEONIS BELGICI DESCRIPTIO.	1569. TEMPORA
	ALBANVS idem Dux, hostibus profligatis, cum iam spes affulgeret, vt deinceps Belgicæ Regis Philippi ditiones, pace & tranquillitate fruerentur; magna ex parte exercitum à se dimisit: visumq; tum fuit illi, & quibusdam alijs, quandoquidē diuturno bello exhausta essent Regis æraria, & interim tamen ob futuros compescendos motus, saltem ad tempus miles præsidiarius alendus esset, rationes conflandæ pecuniæ esse.	
10 l Bruſſel.	1 Accersit itaque Bruxellas Belgij Status, & petit ab eis decimum, & vicesimum, & centesimum nummum. Decimum quidem omniū rerum mobiliū quæ distraherentur: vicesimū vero omnium immobiliū diuenditorum. Porrò Centesimum iustæ æstimationis omnium tam mobiliū, quàm immobiliū; quem semel Regiæ Maiestati persoluerent.	1 7 Ianuarii.
	Hac pecunia dixit se velle stipendia soluere militi, qui esset locis opportunis præsidij loco imponendus: tum etiam loca oppignorata redimere: reliquū referre in Regis ærarium, vt si qui bellorum existant motus, facilius coerceri possent. Respondent Prouinciales, se certam pecuniæ summam numeraturos. Et in centesimum quidem nummum consentiunt; quàm sit autem durum & molestum, etiàm & vicesimum reddere, exponunt. Actū deinde est omnibus Belgij prouincijs, vti centesimus nummus penderetur.	2 1 Februar.
Sanſerra.	Frisii & Geldrenses, facta eis potestate, centesimum redemerunt. Ferebantur autem penè omnes Status siue ordines consensisse, etiam in decimum & vicesimum, sed certis conditionibus. Non deerant interim, qui odiosè tùm multis locis insectarentur Albanum, dicerentq; eum Regis Philippi iniussu, immò illo etiam insciente ista hæc attentare: vtut sit, nemo tamen fuit, qui non facile per se intellexerit, incredibili sumptu, & maximis impendijs constitisse Regi Philippo bellum, quod aduersus rebelles, ipso iubente suscepit & confecit Dux Albanus.	3 1 Martii. 4 4 Martii.
Niort.	Soluta Sanserra in Burgundia propè fluuium Ligerim sita vrbis obsidione, qua desperata, Martinengus Italus, victoriam frustrà imaginatus, vasis summo silentio collectis, intempesta nocte discedit. Tendius ad Andium, Adretius ad Aumalium proficiscitur cum Nemorosio 2. Rex, à quo Martinengo Gyani præfecto oppugnationis Sanserræ cura mandabatur, Metis erat, Calumnijs antequam eò ille venisset Rex religionu suæ reformatæ vsu interdixit capitis pœna statuta.	5 6 Martii.
Saniangelium.	Veniunt interea ad Andium Germanorum equitum duo millia & ducenti, Ductoribus Ringrauijs & Bassempertio. Andij consilium erat, Condæum, ne se cum suis coniungeret, impedire, de quo consilio certior factus Condæus, Niorto cum omnibus copijs proficiscitur. 3 indeq; per Saniangelium oppidum cum prima acie ii Cognacum, cum & postridie 4 cum Andelotio fratre, prima illius aciei equitatum & tormentarios ad Iarnacum educit, cum duobus maioribus, & mediocribus duobus tormentis, ibique arcem recipit.	6 11 Martii.
Iarnacum.	Condæus cum Amiralio & Andelotio, assumptis omnibus prima & secundæ aciei copijs equestribus, veniunt Beluesum 5 (locus est ad fluuium Matam) vbi erat cum exercitu Andius Regis frater. Ad illius conspectum Condæus aciem instruit, Andius aliā viam quærens prope Cognacum venit, 6 quo Condæus cum secunda acie venerat. Amiralius enim Iarnacum cum prima acie venit, quem Nauarræus & Condæus continuo monent, atq; vt ad se confestim veniret, mandant. Condæus verò re deliberata ipse cum secunda acie Iarnacum, 7 Amiralius Bassacum veniunt, qui angustijs ab Andio pressus, Condæo occasionem dedit, vt omni conuentione in illam hostium aciem irrueret perrumperetque. Caterum in hoc conflictu Condæus ille, equo occiso in terram fusus.	7 12 Martii.
Baſſacum.		

Prinz von Condé
Prinz von Condé
Der Herr De S. Lan
Der Herr von Argence
25

Digitized by Google

LOCA

TEMPORA

INCREBRESCEBAT interea rumor Germanorum vtriuſq; partis, aduentantium. Excipiendo Aumalium obuiam it Andinu, Dux Bipontinus, cum paratas omnes copias haberet, & ad Gallia fines peruenisſet, datis ad Regem literis, aduentus ſui cauſas exponit: Et quod ſuperioribus annis, per ſuam ditionem pleriq; equitum tribuni, ſuo iniuſſu, irruiſſent, cum militibus transiſſent, vnde plurima ſua ſubiectis incommoda fuerunt importata: ideò ſe peditum equitumq; cohortes aliquot, ſuarum rerum tutandarum, & defendorum ſuorum ab iniuria ſubiectorum gratia conflaſſe.

INTERIM Nauarraum & Condæum apud ſe conqueſtos fuiſſe de grauiſſimis iniurijs, quibus impetantur, in fortunarum vitæq;, & quod maximum eſt, Religionis diſcrimen adducti: violato præter fidem Regiam Edicto: cum infinitis iniurijs, & ipſi & omnes qui Religionem reformatam profiteantur in Gallia, ita violentur, vt ſpoliati omnibus ſuis facultatibus, ſuiq; domibus expulſi, violentis etiam armis hoſtiliter vrgeantur: cùm & præter domeſticam illam violentiam, peregrini quotidie in Regnum introducantur: in iſtis anguſtijs illos ſuum auxilium imploraſſe, quod eis denegare in tanta calamitate conſtitutis ipſe nec debuerit nec potuerit, quandoquidem iniuſtè, ſcilicet, affligantur.

Caritæa,

1
18. Maij.

CONSTARE ſibi de ipſorum cauſæ bonitate, quam ſæpè & Regi ipſi demonſtrarint. Illos quidem apud ſe hoc teſtatos eſſe, Si comperiantur ipſi bellum aduerſum Regem gerere, non detractare, quin illis ipſis armis qua expectant atque implorant, opprimantur. Videri itaq; ſibi meras eſſe calumnias, qua contra illos dicantur: cùm ſatius eis eſſe domi pacatè viuere, quàm bellorum turbis exagitari, & illos eoſdem ſermonis olim vſurpatos eſſe apud Ducem Caſimirum conſobrinum ſuum: quod tamen falſum ex Edicto poſt condito apparuerit, quo Rex nimirum, omnia ab illis ſuſcepta, tanquam officia ritè ſibi præſtita diſertè agnoſcat.

AD omnem verò ſuſpicionem demendam, teſtari ſe hanc in Galliam expeditionem ſuſcipere, non minus pro tenuiſſimis hominibus qui Religionem profiteantur, quàm pro ipſis Principibus Nauarræo & Condæo: quandoquidem ex ea doctrinæ ratione, quam cum illis communiter colat, ad hoc illis præſtandum ex officio ſuo teneatur. Et ne exiſtimetur Galliam petere priuatæ vtilitatis cauſa, teſtatur, ſe ad diſcedendum paratum eſſe, dummodo Rex permittat Religionis reformatæ ſtudioſos perfrui pacatè illius vſu, cum facultatum dignitatumq; libera poſſeßione, dummodo idoneè de ipſis rebus caueat, paratum ſe eſſe exercitum dimittere, omnemq; impenſam ab ſe militiæ iſtius cauſa pecuniam, quamuis illa centum millia aureorum exſuperet liberaliter condonare. Si res in peius ruant, Regnumq; maiora capiat incommoda, defunctũ abundè ſe eſſe officio ſuo, hac nimirum teſtatum, nec incommodorum cauſam in ſe vllo modo poſſe nec debere deriuari. Atque ita aſſumpto peditatu, Galliam ingreditur, & Cariteam Burgundiæ vrbem ad Ligerim opportunam ſibi fluuio tranſmittendo, expugnat. Poſtea Galliæ Principes illi cum Germanis ſeſe coniungunt, omnium vtrinq; ſumma lætitia quæ tamen hac occaſione permixta fuit confeſtim maximo mœrore. Bipontinus enim Dux ille V Volfgangus grauiſſima febri correptus poſtridie 2 quàm bini exercitus conueniſſent: moritur. Summo totius exercitus dolore, repentino morbo ſpacio 24 horarum extinctus periit. E contrario autem Hiſpani Bruxellæ in communi Catholicorum omnium gaudio lætantes, etiam ipſi maximis et ampliſſimis ſumptibus ad hoc impenſis, in paleſtra eodem loco tryumphantis, in foro haſtis & enſibus dimicarũt, vbi antea, vt dixi, duo illi Comites Egmondanus et Hornius capite multati ſunt, ibi tum Marchio Hauræus Ducis Ariſcotani frater, nõ leuiter in tybia leſus dimicare ceſſauit.

10 1
Bruxellæ.

1
11. Iunij.

SEL.

LOCA

TEMPORA

ADHOC tempus Caſtillò Amiralij præcipuum domicilium à Martinengo Italo capitur & expredatur: & Caſtellorenardū aliud cuius Amiralij domiciliū: maxima ſupellectilis pars Lutetiam conuehitur: & ad haſtam publica præconis voce venit. Tranſmittendus erat Vianna fluuius ad Aeſſam vrbem, quò Loæus cum nonnullis tormentariorum manipulis priùs miſſus fuerat, & Andianorum turmas, quæ ei occurrerant ipſius impediendi cauſſa, repulerat.

AT quàm primæ aciei, è Principum exercitu, peditatus eò, fluminis tranſeundi cauſa veniſſet, maiori numero adſunt Andiani, acremq; pugnam ad fluuium cient. Principum militibus primùm compulſis: qui tamen receptis animis ita mox redeunt, vt Andianorū ad centum cæſis reliquis in fugam verterint: & fluuium eà primùm ipſi, vniuerſuſq; exercitus poſtea tranſierit. Nonnullorum tamen dierum ſtatuta habita, recreandis Germanis longi & laborioſi itineris moleſtia defatigatis, ad Santirierum Limoſij oppidum ſubſequente eminùs Andio: qui dimidio milliari propius caſtra promouit [1] ad Ruperi, vicum. vnde pugnæ occaſio ita orta eſt. 1 23 Iunij.

PRINCIPES quòd exiſtimarent pugnæ queri cauſas ab Andio, omnem exercitum in armis eſſe iubent ad primam lucem, & ad eum locum veniunt, vbi Andius conſiterat. Ita pugnam expectantes aciem inſtruūt. Ad prima initia velitarij erant, dextera leuaq; Pilæo illinc, Ruræo hinc ductore: Primam aciem duobus cuneis equitum, hinc dextera Loæus, illinc læua Briquemaldus, inchoabant. Pedites Germanis bipartiti duabus maioribus turmis: pars, in ſecunda erat. Primæ aciei Germanorum peditum agmen equitū duobus maioribus cuneis circumſtipati, tormenta expedita ſex aſſeruabat, ita reliquæ copiæ variè diſtributæ.

ANdiani ferè intrà caſtra erant: aditu verò cuſtodiendo, hoſteq; arcendo, aderat cū duobus millibus expeditum tormentariorum. Stroßius vir militaris, Petri Stroßi Florentini filius, & ſibi quidem opportuno loco, quòd & ſepimento munitus rectāſq; hoſtem editiori loco nudum aperturnq; eiacularetur: & præterea, quatuor Italorum equitum vexillationibus vtriuq; firmaretur. Pilæus tamen primum impetum eà fecit: at quòd tormentorū vſus propter pluuiam incommodus eis eſſet, ab equitibus Italis primùm repulſus fuit: èque ſuis decem cæſi ad illum impetum. 5 ſ Paris.

ACcurentibus tamen extemplò in auxilium Brilialdo, Motteiòq; Vaſconibus, cū duabus equitum vexillationibus, fugatus ita eques Italus, vt pilæani vehementiori impetu pugnam in Stroßianos continuò inſtaurarint: qui tamen immoti ad ſepimentum perdurabant: donec Amiralius, luſtrato loco, juſſerit alterius cornu tormentarios, Ruræo ductore, eo venire, hoſtemq; ad latus adoriri. Rem, nec mora, juſſu capeſſunt, crebroque tormentorum grandine ita concuſſus Stroßianus, vt relicto ſepimento perturbatiori ordine cedere inceperit.

QVOD conſpicati Principum equites viciniores, eò confertis agminibus irruunt, palantemq; Stroßij peditem cædunt victores: fugientemq; vſque perſecuti, illinc reuertuntur, vaſtiſſimi imbris impetu coacti. Verùm is pauor Andiana caſtra inceſſerat, vt è Principum peditibus, nonnulli ad tentoria vſque & ſigna ipſa aderint. Stroßius captus & ad Principes incolumis continuò adductus: cæſi Stroßianorum ad ſexcentos: [2] & ijs quidem triginta nominati viri, Tribuni aut Centuriones aut ſigniferi, vulnerati plures. E principum militibus ad quinquaginta vulnerati aut cæſi. 2 25 Iunij.



Digitized by Google

Der Admiral

TEMPORA

LOCA

POSTRIDIE [1] *ad Principum exploranda caſtra quadringenti equites Itali progrediuntur, ab cuſtodibus verò conſpecti, inſequentibus nonnullis equitibus fugam faciunt perturbatiori ordine, ita aliquot caſi, plures capti, Principes indè, commeatus penuria promouent caſtra ad Petrigurium. Hi, (inſequente eos eminùs Andio) aliquot caſtella munita expugnant, Brentonium vrbem deditione capiunt: Dein. Cabanæum arce munitã, quæ firmo præſidio tenebatur. Expugnata arce, obtrũcantur præſidiarij, cauſa prætexuntur, quòd obſtinatius ſeſe ad mœnium ruinas defendiſſent, & in principium frumentatores etiam fuiſſent inurij, captus Tribunus, qui in redemptionem, Petrum Viretum, qui in Bearnum, regionem ditionis Nauarreæ, captus fuerat, pollicebatur reſtituturum & 20 millia præterea francorum. At quoniam de captiuis hic incidit mentio, literas, Maximiliani Imperatoris ſubijciamus, quibus à fratribus author huius deſcriptionis ab aula Cæſarea in Belgium pellectus, ibidemq; velut alter Ioſeph carceri mãcipatus, liberari mandatur.* [2]

1
26 Iunij.

8 n Montes.

MAXIMILIAN. ꝛc. Was vns vnſer Hofdienner vnnd getrewer lieber Michel Eyzinger/wider dich/vmb daß du jhne/allein der vrſachen wegen/ daß er dir auf dein begern/das gelt ſo er vermûg ſeines habunden Gewalt/von aller deiner Brueder wegen zu Bergen in Hennegaw empfangen vnd eingenomen/ zu deinen handen nit vberantworten wollen zu Brüſſel den 26 Aprilis in Arreſt vnd gefängknuß annemen laſſen/darinnen er noch biß dato hafftet / mit hoher beſchwär angebracht / das haſtu hiebeygefuegter ſeiner Supplication zuerſehen.

WAN nun die ſachen Supplicierter maſſen geſchaffen wäre (wo den eines deines mit Bruedern Wolffen Freyherrns von Eyzing an gedachten Micheln Eyzinger gethonen ahnmanen ſchreyben lautter vermag/ Das er allein von diſſes gelts wegen zuentrichtung jrer vnberzalten Steuren von allẽ deinen gebruedern nach dem Niderlandt in Hennegaw/ mit volmechtigem Gewalt/vnd ſolchen Beuelch dahin abgefertigt/daß er/ ſo bald jme das gelt zu Bergen erlegt/ alsdan jhnen daſſelbig vnuerzugentlich durch einen Werel herauff richtig machen ſolle/deme er zu ſeiner verantwortung nit vnbillig nachgangen)

SO hat dir die furgenommene einziehung ſein vnſers dieners mit nichte gebuert/ vnd reichet vns zu geringem gefallen/ Angeſehen/daß du es zuuor bey deinen mit verwanten richtig machen/vnd genuegſamen gewalt / welcher dem Micheln Eyzinger ſeinen Gewalt aufgehebt hette/erlangẽ ſollen/ damit er Michel alſo entſchuldig geweſt wäre Dieweil du jhne aber alſo vber deiner Gebruder jhme gegebnen gewalt vnd Beuelch (darauß jme zuſchreyten je nit gezunnẽ wollen) in vngebuerliche Arreſt vnnd gefanckhnuß haſſten laſſen/ daran du vil billicher/wo nit vns/dieweil jr beyde vnſere diennet/doch Ewer ſelbſt verſchonen ſollen. So Beuelchn wir dir hiemit gnediglich vñ Ernſtlich/daß du jhye vñ ſtundan nach empfahung diß vnſers Keyſerlichen Schreybens des Arreſts vnd gefanckhnuß/ſambt erſtattung/vncoſtens vñ ſchadens bemüeſſigeſt/ auf freyẽ fueß ſtelleſt/vnd jne das vertrichten laſſeſt/ſo er von deinen gebruedern vnd dir jm Beuelch vnnd Gewalt / auch ſeiner verantwurtung hat. Wo du dan ſonſten wider jhre Eyzinger diſer oder andere ſachen halben beſchwärt zuſein vermeineſt / das wolleſt vor vnſer mit Recht / oder vor deinen Gebruedern vnnd freunden in der gûte (an welchen orten er dir vngewaigert zu antwurten ſich erbeuth) vnd ſonſt keines frembden orts ſuechen vnd außtragen. Dich aber hies zwiſchen alles verrern Gewalts vñ tätlichen handlung gegen jm enthalten/daß iſt vnſer entlicher vnd Ernſtlicher willen vnd meinung. *Reliqua ſub 27. die Auguſti huius anni 1569. ſequuntur. Nunc ad obſidionem vrbis Pictauienſis veniamus.*

2
26 Iulij.

10 l Bruxellæ.

PICTAVINAE

LOCA

TEMPORA

PICTAVINAE prouinciæ præfectus Ludius nomine, conflatis è Tirronibus, Andibus, Pictonibusque nouis supplementis, dum bini exercitus abessent, existimans opportunam offerri occasionem expugnandæ Niorti vrbis opulentæ & commodæ, in pictauio agro oppidum obsidet ad 12. Iunij eodemq; die Principum mandatu, oppidanis venit in auxilium Pluuiers cum peditum Legione & equitum vixillatione vna: vrbem ingreditur Postridiè Ludius instituit oppugnationem, & tormentorum fulmine ruina constrata, impetum facit, repulsus inde, alia ex parte instaurat alio die oppugnationē, at validè se defendentibus oppidanis, quū & maiorum auxiliorū aduentum Ludius timeret, cōsilio oppugnāda vrbis relicto, vasis collectis, mouet: pictauiumq; reuertitur.

1

ACdum res Principum bene succedunt in agro potissimum pictauino, cuius maximam partem iam occuparant Mongomerij potissimum industria, de pictauio primaria regionis vrbe oppugnanda consilium capessunt. Occupandæ enim vrbis non difficilem spem Amiralij animo inijciebat ampl ssimi oppidi ardua auxiaq; custodia vastitas: suorum militaris ardor: nec parua bellicarum administrationum rationes, numeroso quippe & copioso instructo exercitu. Nec certè suis viribus tutari se posse vrbs videbatur, quantumuis ad firmam custodiam satagente ipso Iudio prouinciæ præfecto.

22 Iulij

OBSIDETVR vrbs [1] nec incruenta fuerunt prima tentamenta: desideratu Catholicorum siue Regiorum aliquot, capta ab Hugonotis suburbia, vnde plurimùm damni oppidanis importabatur. Ruper ellium tamen suburbium tenebant Regij, magno Caluinistarum siue Hugenotarum incommodo. Constrata ad vrbis mœnia ruina: impetus ab Hugenotis factus huiusmodi vt eam pomeriorum partem, occuparet: desperatum pene oppidum retinendi consilium, vt prope derelinquendi rationes quererentur: conrectis in grauissimam pecuniam oppidani, quod dirutis pristinu frumento molendo satis esse non possent: varia obsidentium & obsessorum inferendi depellendique incommodi artes, nihil ab vtrisque partis hominibus prætermissum: dum hi acriter oppugnant: illi obstinatè se defendunt.

Potiers

AD illam obsidionem duo menses extracti inter varias difficultates. Morbi tum militem fere Hugonotarum non tantum vulgus, sed primores etiam ipsos, propter commeatus importunitatem, & alia obsidionis incommoda inuaserant, vari ergò varij dilabebantur. Ex oppidanis dicebantur ad octingentos desiderati: è Caluinistis obsidentibus duo millia, quibus & tormentorum ex vrbe obtonantium tempestas, creb aque eruptiones, præter varias morborum difficultates, quibus varie infecta erant illorum turmæ, plurimum importatum fuit incommodi. Obstinatior tamen Amiralij ad oppugnationem pertinacitas obsessis certum exitij periculum certò videbatur allatura: si diutius perdurasset.

SOLVENDAE obsidionis cum nec quicquam tanta essent Regis mandatu rationes, auxilijs ad ingrediendum frustra emissis, commodior ab Audio ratio initur, Tenebatur ab principibus Castelleraldum oppidum in Pictauino agro oppertunum & commodum. Instituit illud Audius obsidere: vt Hugenotarum exercitum, per causam auxilij laborantibus socijs opportuno etiam sibi necessarioq; oppido ferendi, pictauio eluceret quam obsidionis pictauio soluendæ efficacem viam euentus commonstrauit.

PICTAVIVM continuò venit [2] Sanzæus Andij mandatu, cum duodecim peditum signis & tribus Equitum vixillationibus. Principes obsidionem pictauio ad dies aliquot deferentes socijs in oppido Castelle aut obsessis ab Andio veniunt. Dux Guisius cum maxima equitatus parte post laboriosam diuturnæ obsidionis molestus sese recreandi reficiendique causa pictauio discedit, qui refectus cum suis redeuntes ad obsidionem hostes eruptione dissipiat prostratus ex ijs ad duo millia, nec tamen absque suorum claret sanguine.

2 Augusto mense.

Poi tyers



LOCA

TEMPORA

DAR wider weitter mit nichten auff halten/oder beſchwäret/vnd da jr wider jne was zuklagen/daſſelb vor vnſer/ wie Recht/thuet/ Gedenckhen wir jedem was billich iſt mit gnaden zuuerhelffen Dan wir euch gnadiglich nit verhalten wollen/wo jr diſem vnſern andern ſchreybē nit gehorſamen/ſonder jhne Michel Eyzinger darüber in gefenckhnuß lenger auff halten/das wir verurſacht vñ nit vnderlaſſen wurden deßhalben den Duca Dalua Gubernatoren der Niderlans den vmb die weyter gebuer zuerſuchē/darzue jr es aber mit Komen laſſen ſollet. vnd jr volziehet an dem vnſern gnedigſten/entlichen vnd ernſtlichen willen Geben 1 auff vnſern Königlichen Schloß Preſourg den 27 Auguſti im Jar 69 vnſerer Reich des Römiſchen jm ſiebenden/des Hungeriſchen jm ſechſten/ vnd des Behemiſchen im ein vndzwaintzigſten.

1
27 Auguſt

10 l
Bruſſel

MENSE ſequente [2] *Dux Albanus quædam edixit, quoad centeſimum denariũ, de quo ſupra diximus: altera die pòſt,* [3] *mirabilis denuò fuit Louanij hiatus præter eum qui aute à fuit 18 Auguſti ibidem, vbi paulò poſt 24 ſcilicet Auguſti Milites Hiſpani Louanium venerunt, martem inter muſas collocantes Pronuntiatur pro more ad hoc tempus* [4] *Paraſini Parlamenti arreſtum aduerſus Amiralium perduellionem & Maieſtatis Regiæ reum, illius vitæ & facultates omnes publicantur, & ei qui Regi eum ſiſtere poſſet, quinquaginta aureorum millia promittuntur, ex Prytanei Pariſini ærario. Habebatur enim omnium malorum Franciæ ſuccentor & anteſignanus, poſt ablatos igitur honores, dignitates, bonaq, vniuerſa, diris deuouetur, imagine eius patibulo ſuſpenſa, ſignis gentilitijs vbiq, locorum deiectis, liberis etiam, omnibuſq, eius poſteris, hororibus, dignitatibus, & ipſis nobilitatis prærogatiuis in vniuerſum perpetuò priuatis.*

2
9 Septem.

Louaniũ

3
10 Septēb.

AD Regis fratrem Andium varijs è Regni locis confluebant copiæ, Auctior itaque omnem exercitum Chimione oppido educit: Primamq, aciem, Mompenſerius: ſecundã ipſe ducebat. Exercitus Principum Partenæum: Andius cominùs ſequebatur, vt non mil liari longiùs bina caſtra metarentur. Vtriuſq, conſilium erat Mongonturum oppidum ingredi: Andius ad pugnam Principes prius elicere inſtituebat: propter vrbium, quas ad ea loca tenebat, opportunitatem.

5 ſ
Paris.

AMiralius itaq, explorari iubet, num ad Mongonturum Andius veniſſet: cùm referretur neminem eo veniſſe, tum ſecunda, deindè & prima aciei, interiectis inter vtroſque tormentis peditatum educit: ipſe cum omnibus equeſtribus copijs ſequitur: relicto ad poſtremum ordinem, qui agmen clauderet Moyo, & ad ſubitarios conflictus præſto eſſet. Non longè Andius cum vniuerſo exercitu ſequebatur, expectans tantùm eos qui tormenta vectabant,

4
13 Septēb.

TRanſeundus erat riuus paludoſo loco circumiecto difficilis, quem tamen omnis principum exercitus tranſiniſerat, præter vnum Moyum: cùm ad primum tormenti actum irruit in Moyum validus equitum Andianorum cuneus. Tauvanio Burgundiæ prouinciæ Propræſide ductore. Cui cum minimè par eſſet Moyi cohors, cedit. Laboranti Moyo ſuccurrit Amiralius, pugnaque aduerſus Andianos acri coorta, cum è ſuis nonnullis non nullos accuſiſſet, repellit tamen hoſtem, adueniente ei in auxilium primæ aciei peditatu, & Noei Loeiq; equeſtribus cohortibus. Totus ille dies [5] *leuibus tantum pugnis fuit occupatus: per Andij tamen tormenta multum damni Principum militi importabatur. Nox tamen vtroſque pugnantes diremit: & Mongonturum Hugonotarum exercitus petit: Andianus propè vrbem caſtramentatur.*

Mongon-
turum.

5
30 Septēb.

POSTRIDIE

Der herr von

1569. TEMPORA

TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

LOCA

POSTRIDIE, cum Mongonturi ſuburbium fruſtrà conatæ eſſent occupare nonnullæ Andianorum tormentariorum turmæ diſcedit indè Andius cum exercitu, quod fluuium viuam, vado facilè tranſmitteré non poſſet: & ſuprà fluuij illius originem, ambitu facto, ad alteram partem accedit. Principum conſilium erat ad Partenæum & Niortũ oppida contendere. Pugnæ aleam ſubire (quòd diminutus eſſet ipſorum exercitus propter morborum difficultates, quibus etiam complures aberant) principes noluiſſet: ſi pugnæ tamen præſens occaſio offerretur, eam minimè detrectandam.

ANDII erat conſilium, Niortum petere, & pugnæ occaſionem querere. Suos igitur, Principes, iubent in armis eſſe ad primam lucem, quia proximè Andium adeſſe cognorant. Ad colliculum, qui non longè abeſt Mongonturo, exercitum educunt, aciemque ibi per cuneos & cohortes inſtruunt. Ita parato principum exercitu, continuò alia ex parte conſpicitur Andianus exercitus, & facile, quomodo eſſet agnoſcitur: confertiſque ordinibus viam illam quæ Niortum ducit, petere videbatur.

SVSpicatus Amiralius Andij conſilium eſſe ſe anteuertere, & viam adeò obſtruere, confeſtim iubet exercitum è colle illo deſcendere, vt planitiem occuparet. Qua conſpecta Andius, vbi primùm ſiſtit equitatum, & in cuneos diſtribuit: primamque adeò aciem ita conuertit: collemque eum vnde deſcenderat Principum exercitus, occupat, prudenti ſanè & induſtrie vſurpato tunc conſilio.

1 Octobris

OCCVPATA igitur hunc in modum colle (& præter quidem Amiralij Sententiã) Andius tunc ſe ad pugnam accingit: & diſpoſitis equitum turmis, peditatum prudenter conſtituit, & colliculi flexu, ab tormentorum impetu tutus eſſet. Interea duobus è locis Andiani exercitus tormenta vaſtè in principum cohortes & maximis quidem incõmodis detonabant. Henricus Andius ipſe omnes ordines inuiſens, ad ſtrenuè agendũ ſingulos adhortabatur. Idem duo Henrici illi principes Nauarræus nimirum & Condæus, apud ſuos, qui tamen Amiralij conſilio ex acie ſeceſſerunt.

POSTquam tormentorum tonitruis vtrinque detonatum eſt, pugnæ initium fit à prima Andij acie, eius cornu primùm validiſſimus duorum equitum germanorum Italorum que cuneis conſtabat. Vnà illi in Moyi & Loei, qui è regione erant, turmas eo impetu irruunt, vt minimè pares tantæ impreſſioni, terga verterint, perturbateque per Germanorum peditum ordines peruaſerint, magno illorum incommodo. Hîc tamen ſuccurrit Amiralius, inque Equites Andij Germanos ea vi ruit, vt permulti tunc fuerint deſiderati: & prima etiam Andij acies labare paululum inceperit: vt quidam eueſtigiò à Principũ milite VICTORIA conclamaretur.

PRIma Andij acie ita perturbata, promouebatur interea ſecunda ipſius acies, in qua & ipſe aderat Andius: & in ſecundam principum aciem magno impetu irruit. Illa Andianorum primùm vim ſuſtinet, grandis tamen molis infeſto onere tandem ſuccumbens, Equitatus in fugam verſus, dum alia ex parte prima aciei Equites ex Andianorum perſecutione nondum ſeſe recipiſſent, at perturbatis ordinibus palarentur, Principum peditatus omni, Equitum auxilio denudatur. Occurrebat primùm Gallicus ipſorum peditatus, qui Andianorum equitum maiorem vim primùm viriliter ſuſtinuit, magnamq; ſtragem edit tormentalorum grandine. At haſtatorum grauiſſimo pondere haud pares, præfractis ordinibus cedunt fundunturq;, multis tamen victoris militis indulgentia, vita condonabatur amiſſis armis tantum.

LOCA

TEMPORA

RESTABAT Germanorum peditum cuneus, at dum & ſe omni equitum auxilio denudatum, & victorum cladem conſpicatur, re deſperata, contis demiſſis in genua procumbunt, ſupplicesq; vitam exorant. Ingreſſi tamen equites et Heluetij, furioſè eos obtruncant, laxato ad vltionem internecionem frano. Gallus tamen qui cum Germanis peditibus ſe coniunxerant, Andij mandatu ferè parcebatur, multi tamen ad eum impetum deſiderati. Ita paſſim ab Hugonotarum milite fuga facta: Germano interea equite ductorum peritia conferto ordinatoq; agmine ita cedente, vt hoſtis etiam victor non auſus ſit illum adoriri, Andius ad dimidium miliare fugientes perſecutus, in caſtra redit, ad eum ipſum locum vbi, pugna acta erat.

MAGNA omninò Caluiniſtis per eam pugnam importata clades, illorum peditatui ingens maximè illatum damnum, caſis nimirùm ad mille ducentos Gallis, paucis è Germanico peditatu conſeruatis, caſis verò ad tria millia: capta ſex maiora tormenta, mediocria duo, expedita tria. Equitum pauci, ad centum videlicet, deſiderati, nobiles aliquot tribuni caſi. Captus Acierus & Nœlus viri illuſtres: Amiralius vulneratus.

Ex Andianis pauci pedites deſiderati, Equitum non leuis iactura, & nobiliorum quidem, & inter alios deſiderati Ringrauius, Badenſis, Claremontius: & aliquot Equites ordinis, vulneratus Dux Guiſius: & Mansfeldius, is qui Andio merebat, miſſus ab Albano Duce, & alij item complurimi, quibus etiam lethalia fuerunt vulnera. 1 13 Octob.

ANDIVS poſtea, captis oppidis & arcibus quibuſdam, vt Nioſte & Luſignano, Regis mandatu obſidet Sanianum Angelum copioſum oppidum: cuius cuſtodia principes reliquerant Pilæum virum induſtrium & militarem. Conquaſſatis lata ruina mœnibus, ad vrbem acriter oppugnandam nihil eorum prætermiſſum eſt à victore exercitu, qualia oppugnantibus ferrea iſta ætas dictari poterat, viriliter quoq; ſeſe oppidani defenderunt, ſumma Pilæi fortitudine & induſtria.

S. Angeli

Oppidum ergò obſeſſum i numeroſo exercitu maioribusq; tormentis. Elapſis ad eam obſidionē duobus penè menſibus, et, vt fit, variè per ruinas tentata vrbe, cùm fruſtra Andius laboraret, ad caſtra Rex Carolus Andyj frater venit, et Regina cũ Cardinali Lotharingo. Rex per preconem Pilæo ſignificãt, ſibi eam vrbem reſtituerent pacatè: ſe illorum, vt ſubiectorum incolumitatem optare. vt illorum opera alijs in bellis vti poſſit. alioqui omnibus viribus ſe molitirum, vt vrbe expugnata, ipſi vt rebelles puniatur.

RESPONDET Pilæus, Si pax ad Regis Regniq; dignitatem & vtilitatem ineatur, paratum ſe eſſe vrbem reſtituere: ſin minus, vrbem, quantùm poterit, defendendo, defuncturum ſe eſſe ſuo ergà Regem officio: nullas pœnas ideò commeriturum. Colloquio habito, He conditiones cauentur. Vrbem Regi reſtitutum iri. niſi intra decem dies auxilia obſeſſis venerint: interea, nihil, neq; intrà, neq; extra vrbem ad muntiones agatur: Adeundos interea principes, vt ex illorum mandatu inirentur rationes de pace.

OBSIDIBVS vtrinq; his de rebus cauetur. Ad rumorem tamen iſtius colloquij quaſi rebus deſperatis, Sinta, qua ad illum vſq; diem cuſtodita fuerat, deſeritur à præſidiarijs, & magna oppidanorum parte, & vacua, ab Andio capitur. Maranim quoq; vicum Rupella proximum firmo tamen propugnaculo & maris acceſſu munitum, cum à Ludio acriter oppugnaretur, relinquit Pluuialdus: et ſe Rupellam cum ſuis recipit, Blaiam tamen et Talleburgum firmiſſima propugnacula qua principum nomine tenebantur, nequicquam à Catholicis tentantur, Oppidum verò Sanctum Agelium à Rege obſeſſum, 2 tandem deditur. 2 14 Octob.

Digitized by Google

PACTAM enim fuiſſe conditionem cum Pillæo, quem hoc Santanum Angelium oppidum tenuiſſe ſupra dixi, aduerſus Regis exercitus obſidionem, vti vrbem dederet, vt intra decem dies auxilium ipſi à ſocijs ferretur, Venerunt Rupella aliquot equitum turmæ intra dictum decem dierum ſpatium, itaq; Pillæus, colloquij conditione impleta, ſignificat, ſe paratum eſſe, nemini alij vrbem reddere, præterquàm principibus, à quibus illam acceperat.

ITAQVE inſtaurabatur tormentorum tempeſtas: alioq; loco vrbs validè conquaſſatur, oppidanis interea ſtrenuè ſe defendentibus, & eruptionibus variè factis, multùm hoſti incommodantibus. Repetitur tamen Regis mandatu colloquium de deditione: Pillæusq; cùm & commeatus penuria laboraret, nec auxilij ſpes vlla eluceret, dedit vrbem his conditionibus.

VTI obſeſſi, ſupellectile ſalua, cum armis & equis, ſignis tamen minimè explicatis, vrbem egrederentur. Licet & oppidanis, peregriniſque, quò vellent ſe recipere, nullo eis illato incommodo. Non tamen fas eſſet pro communis Religionis cauſa, intrà quadrimeſtre ſpatium, arma ferre. Deducerentur ad locum vſq; ſecuritatis, nullo illis illato vitæ fortuniſque incommodo.

Octobri menſe. EGREDITVR itaq; vrbe Pillæus cum octingentis peditibus & ad centum equitibus, Engolimum verſus: Birone eos deducente, Regio mandatu. multi tamen præter fidē violati dicebantur, nonnulli occiſi. Ita deditur vrbs opportuna & copioſa, poſt q̄ duos propè menſes fuiſſet oppugnata. In hac obſidione ex Andianorum obſidentium parte ferebantur ad duo millia deſiderati, & Illuſtres quidem viri, magno Catholicorum dolore interfectus eſt Martiguius, vir ſtrenuiſſimus, & Regiorum ductorum peritiſſimus: in Amiralij munus & dignitatem Regia Sententia ſuffectus. S. Ian Angelium.

AMIRALIVS enim, qui ſub nomine Nauarræi & Condæi iuniorum Principum illorum bella in Gallia ciuilia fouebat, gratia Regia prorſus exciderat. Nam cum ſcripti cuiuſdam exemplar Amiralius ad Mareſcallum Mommorentium conſobrinum mitteret, rogans vt illud Regi offerret; Reſpondet Mommorentius ſe ſcriptum illud Regi exhibuiſſe: Regē verò noluiſſe illud recipere, hac cauſa reddita, ſe nihil videre neq; audire velle, quod ab Amiralio proficiſcatur, niſi prius ad officium redierit, obedientiamq; eam, quam ſibi debeat, præſtiterit.

TVM de ſuo conſulebat Mommorentius Amiralio, Fore id meliùs tutiúsq; ſi ſe Regis fidei ipſe vltrò commendaret: eam facilem perviamq; rationem pacificationis. Excipit ſecundis literis Amiralius. Quod Rex ſupplicem illum libellum (quid nam in eo petierint à Rege infra dicetur pagina 107) noluerit recipere, ſe id maximè dolere: at verò relinquere ſe iudicio omnium Chriſtianorum Principum non præiudicatorum, num ipſi ſuum officium fecerint, præſtando Regi obſequio: cum ſemper, ſcilicet conati fuerint, omnibus modis impedire calamitates, quæ Regno peſtem exitiumq; vltimum minitentur. qua vera debeat eſſe ratio bonæ ipſius gratiæ ineundæ. Verùm, quandoquidem animaduertat, aduerſarios ſuam Regem ita impellere, vt vel Regni exitio & ruina, ſe ſociosq; conſtituerint, conſcientiæ pace, religionisque vſu, & vita priuare, factures ſe in poſterum, quod à re videbitur.

CAPITVR

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO 1569.

LOCA

CAPITVR ab eiuſdem Amiralij oſſectis, Hugonotis illis Nemauſum, Occitanæ oppidum nobile & copioſum, vberi ſolo: & Romanæ antiquitatis varijs veſtigijs illuſtre, maximè verò præclari Amphiteatri, Capitolij, Templi Veſtæ, fontis, Turris magnæ, aliorumq; magnificorum operum fragmentis, capitur inquam, ſed mirabili quadam ratione.

ASSERVABATVR vrbs à Catholicis magna cuſtodia, numeroſo præſidio, Santandreani cuſtodis diligentia: quòd eam vrbem maximarum opportunitatum intelligerent. Ab Hugonotis (quorum ex illa complurimi fuerunt) attentius notari, vt quoquo modo incuſtodita caperetur. Illius tamen ſolertiam oppidanorum exulum quorundam perſpicax eluſit induſtria.

ABERANT tunc ex ea vrbe Calumniari complures, & ex ipſa curia primarij alijque nobiles & locupletes viri, ad finitimorum Seuenatum Viuariatumq; vrbes, quarũ nonnulla tenebantur ab Hugonotis ſiue Caluinianis rationem occupandæ vrbis hanc ineunt.

OPPIDVM ipſum fons perennis irrigat. ita vt piſtrinis etiam verſandis in vrbem immanet: ipſaq; aditu & exitu prabendo, accommodata ſunt ad muros foramina, ferreu cancellis firmiter munita. Hinc in vrbem expediendi ſibi ingreſſus rationes parant. Ad hãc rem operam ſuam primarijs quibuſdam Nemauſiatum exulum pollicetur quidam faber obſcurus homo. Madaro nomine, rem, nec mora, capeſcit ille: licet ad eam ipſam partem ſpecula deſtinatò eſſet conſtituta. aliquot noctes huic operi impendit cera obliniens quod è ferro deduxiſſet, ne interdiu animaduerteretur, operam ei ad hanc rem prabente quodam, qui vicinas mœnibus ad eam partem habebat ades. perſtrepentis quidem ad ferram ferri ſonitum ſtationarius miles ſubaudiebat, aqua autem demanentis murmur ſuſpicabatur.

I 15. Nouẽ.

POSTQVAM ita ferrati cancelli eſſent, vt facile frangi poſſent, Seruaſius, Saucoſmius, aliiq; primorum conueniunt Caluiſonem oppidulum Nemauſo proximum, vt de re tentanda inirent conſilium. Sarcoſimo viro audaci rei exequendæ negotium datur, eiq; ad trecentos, quorum pars equites, pars pedites, attribuũtur. ille, nocte intempeſta et illius ſuos ad eam oppidi partem ducit, & in oliuetis, quibus circumdata eſt vrbs, in inſidijs collocat.

2. Nemauſum.

TVM verò qui illo venerant animos collabi, quaſi res huiuſcemodi videretur, qua nullo fieri modo poſſet. accedebat, quòd longum apparuiſſet fulgetrum, per cuius lucem conſpici potuiſſent à ſtationarijs ſpeculis. & illius etiam fulgetri tanquam portento quodam conſternabantur multi. Sancoſmij tamen hortatu, & miniſtri cuiuſdam, quem ſecum adducebant, opportuna fulgetri illius interpretatione, quaſi bonitas Dei affulgens ſignificaretur, accingunt ſe itineri, relictis equis, & dato famulis mandato, vt vbi primùm ipſe vrbem ingreſſi eſſent, quanto poſſent maximo ſtrepitu accurrerent ad portam Coroneam, quam occupare inſtituebant.

REBVS ita conſtitutis Sancoſmius cum aliquot prait, vt effractis planè cancellis latũ aditum patefaceret. Conſpicatus rem ſtationarius miles, tormentarium ſonum edit: cuius ſonitu ad arma concurreretur. nec mora, qui in Caſtello erant, tormentorum globos eò eiaculari. ita videbatur conſilium concidiſſe adeunda vrbis. frequentibus tamen Sancoſmij vocibus maior pars ingreditur.

INGRESSI ad varias operas ab illo immiſſi. pars qui caſtelli aditus cuſtodirent: pars per vrbem populabundi obuios diſcurrerent, & plateas locaq; vrbis munitiora occuparent ipſe cuſtodia, qua ad portam Carmelitanam erat, primùm obtruncata, ad coronæã pergit, teſſeram ab obuio milite edoctus, obtruncataq; ibi cuſtodia, portam occupat, & aperiri iubet. eà continuò ingreſſi cum equis famulis, & alijs, qui rei exitũ, veriti per foramen auſi erant ingredi, magnum tumultum cocirent equorum ſtrepitu & tubarum clangore.

ITA

Digitized by Google

LOCA

TEMPORA

CORPVS, à statua supplantatum, Flandriæ (quo nomine Belgium appellant) status, aiebant, designari, qui per tres Duces, aut capita regebãtur, quorũ duo ab Albano fuerãt debellati (Ecclesiastico statu in sua authoritate & libertate relicto. Duo verò capita in corpore prostrato, dicebant, Nobiles & plebem significare, tria brachia, quæ tenebant schedulas, tædam, & crumenam, ad nobilium ordinem pertinere, quoniam ij supplices libellos Margarethæ Austriacæ, dum rerum administrationem habebat, porrexerant, & protestantibus aduersus summi Pontificis doctrinam, atq; auctoritatem, fauorem, atque operam præstiterant, Ritus Romanæ Ecclesiæ abrogare, & Reformatorum (quos vocãt Religionem à Pontifice damnatum tueri & propagare cupientes: tria brachia quæ malleum, securim & clauum tenebant, ad plebem pertinere, quoniam ijs instrumentis templa demolita esset, HOC pro Trophæe suarum victoriarum Belgicarum ostentabat Albanus, in eorum contemptum, quos parùm inter se concordes, & rebus agendis inefficaces, expertus fuerat. Ac ne ea gloria tam superbo monumento illustrata euanesceret, aut ne statuam cum castro aliquando diruerent Antuerpientes recuperata pòst aliquot annos prætensa libertate sua, prouidus Dux eam in Hispaniam, posteris in sempiternam memoriã. per mare transmisit, quò & ipse postea est subsecutus. 1 13 Septẽbr.

2 Pagina 104.

DIXIMVS antea [2] de libello supplici per Amiralium Regi transmisso, in quo PP. Regem etiam atq; etiam obtestantur, vt in omnibus omninò ditionis suæ locis, omnibus etiam in vniuersum hominibus, sine aliqua personarum, loeorum, temporum exceptione, reformatæ Religiouis cultum atq; exercitium concedat: eamque libertatem, quibus res exigit securitatibus, muniat atque confirmet: Præterea Maiestatis Regiæ Edicto hoc etiam comprehendatur, vt alterutri religioni vnusquisq; nomen det, eamque publicè profiteatur, vt hac re eorum malitiæ occurri possit, qui hac libertate ad impietatem & carnis licentiam abutentes, omnem religionis curam ex animo abijciunt, nihilque magis exoptant, quàm confusum Regni Galliæ statum, peruersumque Ecclesiæ disciplinæ ordinem intueri.

PROFITENtur etiam (perindè ac si Concilij Decreta Tridentina nunquam fuissent edita) Si quid in ea quæ pridem. Galliarum Ecclesiarum nomine exhibita est fidei professione, ex verbo Dei, quod Canonicis scripturæ libris cõprehensum est, ab prophetarum aut Apostolorum doctrina alienum sentire doceantur, paratos se statim manus dare, & in eorum concedere sententiam, qui eos errasse demonstrabunt, & melius aliquid sequendum edocebunt. Verùm has & similes nouæ religionis leges, Rex sibi præscribi non passus, illis occasionem prebuisse videtur, in rebellandi proposito suo progrediendi.

NAM & ad Biturigum agrum Briquemaldus & Barrius viri Amiralio proscripto addictissimi, pòst Mongonturanam cladem, occuparant oppidula nonnulla, multumque incommodi toti regioni importabant. Initur quoque consilium Auarici primariæ Biturigum vrbis occupãdæ per insidias, ductu militis cuiusdam Itali Vrsini Pauli nomine, qui ex Auarici erat præsidiarijs: & pacta mercede facilem ad vrbem aditũ pollicebatur, at illos fallens, rem cum Castrio summo vrbis custode cõmunicat: eiusque mandatu diem Hugonotis dicit, rebus ita à Castrio prouisis, vt eorum qui ad vrbem accesserunt [1] pars capti, pars occisi reliqui fugà euaserunt: inutili ab illis tentato vrbis occupandæ conatu. Buturigũ. 2 21 Decẽbr.


Bour-
ges.

1569. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA

LOCA

MONGOturana clade, de qua diximus, non tantum eorum, qui ad eas regiones erant, animi, sed Caluinianorum siue Hugonotarũ, qui vbique regni erant peruagato consestim, vt fit, rumore, maxima consternatione replebantur. casum tamen praesentissimi oris specie dissimulantes. Nauarræa & Principes, quos regebat Amiralius, quid facto opus esset in tanta perturbatione, animum maximè adijciebant, Amiralij consilio, eo rerum successu nihilò consternatioris. Nauarræa Niorto Rupellam proficiscitur. Principes Sintongium vrbem, relicto ad Niorti custodiam Moyo, cum valido praesidio: vt Andio primus illic esset obex.

1
20 Septẽb.

DESerebantur indies varijs locis vrbes & castella: & Castelleraldum quidem firmum oppidum continuò deseritur. Cum Niortum mitterentur subitaria Equitum regiorum turmæ, qui oppidanis metum incuterent. Erumpit extemplò Moyus ille quem dixi, at illis subita fuga dispargentibus, dum rediret, & ipse vltimos ordines clauderet, tormenti globo ad caput percutitur, à quodam quem amicè secum habebat, Moreuello ei nomen erat. Ille re sic patrata, aufugit, eo ipso equo inuectus, quem dono acceperat à Moyo, qui vulneratus letbaliter, cùm obsidionem obnixè vellet expectare, vi tamen morbi & amicorum hortatibus compulsus asportatur Rupellam, ibi moritur post aliquot dies.

INTER tantas rerum penè desperatarum angustias, Amiralio necdum concidebat animus. Ad eam prouinciam amisso nimirùm Pictauio agro pauca restabant, Caluiniani (aut vt ipsi malunt Hugonotæ) religionis nominis præter Rupellam, ad cuius finium custodiam, quam belli caput constituebant, relictis peditatus reliquijs, & ad vrbis regionisque custodiam Rupefocaldio relicto, ipsi principes assumpto equitatu, Montalbanum contendunt primùm: vbi se cum vicecomitibus coniungerent. Traiecto que Dordona fluuio, & Aruernia ingressi Bordum oppidum capiunt deditione, expensaque ab oppidanis pecunia, Rutenorum agrum ingrediuntur, iniecto Aruerniæ panore, quasi belli molem cò essent inclinaturi, veniuntque Montalbanum, ad illos Mongommerius Beamo venit cum iustis copijs & pecunia.

2
1.2. Octo.

Mongunturum.

REGIS fratri Andio, varia obuersabantur Consilia, cedentes ne Principes persequeretur: Rupellamuè ipsam primariam Hugonotarum vrbem oppugnaret: qua expugnata, debellatum planè videretur. Re tamen citrèque agitata, Regis mandatu, obsedit vt antea retulimus Sanianum-Angelium, quod oppidũ æquè in potestatem Regiam venit atq; Mongonturum, cuius obsidionem supra quoque descripsimus, vt hîc nihil addendum sit amplius, quàm quòd suborta Regi tum noua necessitate, tandem in id vnum deuentum sit ab omnibus consilium, nec pacem armatis sperandam, nec in specie aliquam ostensam accipiendam; sed Authores rebellionis (vt Amiralium & alios) cum exercitu delendos esse simul, ac ob id nullam amittendam occasionem fore, quæ iustam aliquam pugnã exhiberet, quam sepius detractarant Hugonotæ primò superato Masuille fluuio, ponteque deiecto, amissis tamen sex equitum duobusq; peditum signis. [1] Deindè pari modo præliji facultatem negant. [2] nisi quod congredi ausos trecentos illorum equites velitando Regij tum conficiunt. Tertiò tandem legitimo Magistratui ereptus penè gladius Regi restituitur.

3
3 Octobr.

REGIIS

ALBANO DVCE LEONEM

LOCA

TEMPORA

REGIIS copijs, sub Henrici fratris auspicijs, fortißimi ac prudentißimi Duces præfuerunt inter quos dextrum latuit Petrus Ernestus Comes Mansfeldius, cum quo Rex Philippus, per Albanum Ducem, misit ingentes peditum & equitum copias, quæ laboranti Christianißimo Regi suppetias ferrent. Suberant huic lateri, equitum Germanorum turmæ 19. sub ducibus Landgrauio Hassiæ, Rheingrauijs, seniore & iuniore, comite VVesterburgio, & domino Beristenio, qui est dominus Passampierre.

10 k Anuerpia

1 14 Octob.

SINISTRVM latus defendendum susceperat Guisianus, cui aderat Marschalcus cossæ, Villequier, Carnaullet, Lauignan, & magna pars Gallicæ nobilitatis cum eius gentis Cataphractis.

MEDII steterunt pedites heluetiorum 38 signa. Clero, Pfeifferoque primarijs ducibus, penes tormenta maiora. Indè Burgundi, pontificijq, (miserat enim Pius 5 pōtifex ad 1200. equites & 4000 pedites) sub Illustribus Ducibus Dominis de Valette, Chauigni, Thore, Mompensiero & alijs, cum pontificijs quoque Cataphractis, leuioriscq, equitatus sigmis aliquot.

HENRICVM Regis Fratrem obseruarunt, cum selecta equitum Gallorum Germanorumque manu, Duces Aumalius, Martignes, Marchio Radensis Philibertus, Marischalcus Byron, Tauannes, Comes de S. Flora, & alij præstantißimi harum rerū Magistri, pugnatum est vtrinq, atrocißimè, ita, vt in hoc prælio Germani Germanos adorti, ducibus vtrobiq, Comitibus Mansfeldijs, Religione & armis iam contrarijs, omnem iræ ac furoris magnitudinem, in cognata viscera effunderunt. Vulneratus & grauißimè tùm Petrus Ernestus comes Mansfeldius, aduersarium sibi habens Volradum, etiam comitem Mansfeldium ex altera parte.

2 24 Nouēb

5 Pagina 9.

CAEDVNTVR tùm ad internecionem 26. Germanorum peditum signa, vnà cum veteranis Ducibus Gerolzechio & Granvviler, qui sub pontanorum ducis auspicijs Gallias ingressi fuerant. Ceciderunt, etiam cum ijs equites illi Vascones, longiùs iam à fugientibus socijs intercluſi. Summa occisorum rebellium 10. millium numerum excedit, præter incond. tam castrensem plebem. cæcidit & Philibertus Badensis Marchio, magno sui apud Catholicos, Gallos relicto desiderio.

3 13 Decēb.

POST literas in fauorem meum ab Imperatoria Maiestate scriptas die 26. Iulij & 27. Augusti huius anni; instantibus ac sollicitantibus in Austria fratribus meis, mittuntur ad Ducem Albanum aliæ, quibus inter cætera, iterum ad aulam Imperatoris reuocor. [2]

IDIBVS Decembris [2] obijt Anno natiuitatis suæ Clymacterico hoc est sexagesimo tertio, omnibus ferè hominibus fatali, clarißimus Iurisconsultus, D. Iacobus Masius, olim annos viginti primarius Reipub: Antuerpianæ pensionarius, Indè quoad vixit, Caroli Cæsaris, Regisq, Philippi primarij ordinis, in supremo Brabantiæ senatu consiliarius, de quo etiam supra diximus. [5]

1570.

ALBANI Ducis mandato, etiā ipse præfectus Iustitiæ criminalis Ioannes Grouuels, aliàs Speel dictus, (qui omnibus ferè executionibus interfuit) Bruxellæ ante curiā erecto patibulo tandem suspensus est. [4] Ob id, quòd accepta pecunia gratias concesserit, rebellionisque atq, aliorum criminum reos dimiserit: quòd innocentes vexando, etiam executionem fecerit de famulo suo, cum tamen consilium, iudiciumque Magistratus superioris haberet in contrarium: Postremò quòd sub Iustitiæ prætextu, oppreßiones, concußiones, & extorsiones varias exercuerit atque enormes; ita, vt neque administri illius tanquam instrumenta impuniti euaserint, quemadmodum partim ex subiecta figura, partim etiam ex originalibus causarum titulis, quos ipsemet vidi Bruxellæ, consequenter apparet.

10 l Bruxella.

4 11 Februar.

1569. TEMPORA

TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

LOCA

I.

TITVLVS CAVSAE IPSIVS PRAEFECTI.

CY est La iustice, qui veult & mande estre faict son Excellence, de c'est home, pour les causes suyuantes.

Pour auoir donnè graces & relaxè pour argent Rebelz & aultres griefement culpabls. Pour auoir vexè les Innocẽs, & faict execution de son seruiteur, ayant aduis des Iuges au cõtraire. Pour auoir soubz pretext de Iustice, comis diuerses enormes oppressions, & extortions

A XI de Hebrero de CIↃ. IↃ. y LXX stilo Romano, se executose esta Iustitia à Bruxellas en palatio de su Maiestad.

F. DE TOLEDO.

II.

TITVLVS CAVSSAE VNIVS MINISTRI.

CY est la iustice qui veult & mande son Excellence, estre faict, de c'est homme Conrad pour les causes suyuantes.

Pour auoir estè ministre du preuost, es concussions & extorsions & eu proufict, & reuelè le Secret de Iustice, & donne geleedes

Se executose esta Iusticia à XI de Hebrero de M.D. y LXX annos, stilo Romano.

F. DE TOLEDO.

I
11 Februa:

10 I
Bruxella.

III.

TITVLVS CAVSAE ALTERIVS MINISTRI.

CY est la Iustice qui veult & mande son Excellence, estre faict de c'est homme Ioachim pour les causes suyuantes.

Pour auoir estè ministre & Instrument du preuost, es concussions, extorsions, foulles, & oppressiõs, ausy dauoir proufictè de aulcuns deniers.

SE executose esta Iustitia à XI de Hebrero de M. D. y LXX annos stylo Romano.

F. DE TOLEDO.

DVCTVS est deindè in carceres publicos, etiam Dordracensis ille monetæ præfectus, vnà cum eo, qui in falsificandis talleris illi socius consenserat: Sumptum est de illo capitis supplicium; Hic verò, propter intercessionem quorundam, ætatem illius iuuenilem præ[illegible]dentium, ab Albano gratiam consecutus est, ita, vt intrà decennium iurisdictionis Ammanni, vt vocãt, Bruxellensium fines, siue terminos non excedat, vel egrediatur, sub pœna capitis, vt suprà.

ELIZABETHA

ALEXANDRO FARNESIO LEONEM

LOCA | TEMPORA

ELIZABETHA Angliæ Regina interea ad Proregem & proceres Scotiæ, Edemburgi congregatos, dat literas, quibus petebat, ne de Reginæ fautoribus ſupplicium ſumeretur, donec ipſa certa de tota cauſſa fieret. Simulans etenim eadem Angliæ Regina, ſe Scotiæ Reginæ (quam tamen, vt infra dicetur, tandem è medio ſuſtulit) fauere, inquit, ſe non poſſe honeſtè periculum Reginæ Mariæ Scotiæ, & vicinæ & ſanguine iunctæ negligere, quæ grauiſſimè quærerentur, ſibi iniuriam à ſubditis factam. Petere itaque, vt Scotiæ prorex ille, idoneos homines ad ſe mittat, qui, cur in Reginam arma ſumſiſſent, exponerent, & ad Reginæ querelas reſponderent.

1 k Londinū. — 1 Februar.

DETRECTABANT hanc legationem certatim omnes, ita, vt ipſemet prorex eam ſubire coactus ſit. Londini itaque partis vtriuſque Legati auditi ſunt. Variè vtrinque eſt diſceptatum, nec tanti quid momenti à Prorege diſputando tum potuit adduci, vt Angla, licet æmula, & alterius religionis amica, Scotiæ Reginæ cauſam iudicare potuerit deteriorem. Hic prorex indicto ad Perthū conuentu, Regni proceres euocauit, quò cum cōueniſſent, vtriuſq; Reginæ etiam legationes aduenerūt: & quæ poſtulabantur, expoſuerunt.

ANGLA, vt Scotiæ Regina, vel in priſtinum locum & authoritatem reſtitueretur; vel vt communiter cum filio Iacobo VI. regnaret, & regij nominis honore in literis & actibus publicis frueretur; vel denique ſi neutrum obtineri poſſet, vt, ſiquidem Regina, id ſibi perſuaderi permitteret, priuata domi viueret, ijs contenta honoribus, qui ſalua Regis authoritate ei concedi poſſent, reiectis duobus prioribus, tertium hoc ægrè admitti poſſe videbatur. [1]

RECITATAE ſunt & literæ Reginæ Scotiæ, tum exulis, quibus petebat, vt iudices darentur, qui de ſuis cum Bothuellio nuptijs cognoſcerent, ac ſi comperirentur contra leges facta, à viri poteſtate libera, decernerentur. Spargunt interea, Reginæ Scotiæ partibus infenſiores, in vulgus, Hauartum virum nobilem, & pòſt Reges in Scotia ditiſſimum, cuius potentiam rebelles Scotiæ plurimùm metuebant, eò quòd Scotiæ Reginæ partes ſequebatur, in necem Reginæ Angliæ, Regiſque Scotiæ pueri adhuc, coniuraſſe. Angla propterea de ſtatu ſuo ſolicita, Hauarto in arcem Londinenſem incluſo, ad proregem Scotiæ mittenda deliberauit: Sed illud conſilium tempeſtate paululum ſedata, fuit diſcuſſum.

PRO Rex etiam Ioannem Metellanum, & Balfurium comprehendi iuſſit, Hamiltonij, Gordonij, & Argatelię Comes, cum præcipua nobilitate Scotiæ, proregi factionem exoſi, in necem eius conſpiratunt. Operam ſuam ad illud factum promiſit Iacobus Hamiltonius, ex Archiepiſcopi Fani Andreæ ſorore natus, qui ad hoc præſtandum omnem opportunitatem captabat.

ALBANVS, cùm probè ſibi officio ſuo functus eſſe videretur, contra eos, quos criminis læſæ Maieſtatis reos exiſtimauerat: cumque in eos, vt dictum eſt, quoque animaduertiſſet, qui alijs criminibus obnoxij, ſuſpendio & glanio digni indicabantur, voluit poſt criminales executiones, etiam ciuilibus ac politicis in Belgio conſtituendis rebus, intendere: Videns itaque, maximas fallacias fraudes ac deceptiones in Belgio, monetas ex alijs regionibus eò delatas, interdixit [2] omnibus monetis, argenteis, tam paruis quàm maioribus, ne valeant, niſi quæ Regis PHILIPPI nomine cuſa fuiſſent atque ſignata.

10 l Bruxellæ — 2 15 Martij.

IN Gallijs, bellum quod Mongonturiana clade penitus cecidiſſe videbatur, varijs in Regni locis inſtauratur. Erat Lorioli Gordius præfectus Regius cum equitum & peditum magno numero hic Roſſeto turmæ ſuæ legato, explorandi cum lanceatorū manipulo mandatum dat, & pugnæ primordia, ſi ita occaſio ferret, faciendi, non longè peditum tormentariorum manus ſequebatur. Gordius cum reliquis cohortibus, pedetentim accedebat. Monbrunius Hugonotarum partes ſequens, adeſſe hoſtem ſigno ex Puſina arce monitus, pedites ad ſaliceta denſiora collocat: equitum partem præmittit, à tormentariorum illorum vicinia firmatam: ipſe cum reliquo turmarum cuneo propius Rhodani ripam rei exitum expectabat.

432.



TEMPORA

LOCA

EXploratorum turma illa, Rosseto ductore, dum propriùs inspiciendi causa accedit, effulminantium ex salicetis tormentariorum grandine, primùm nonnullis interfectis, disturbati, labare, tum desrenato cursu ad Gordium rediere. Gordius confestim cum vniuerso cuneo, ad eam partem procurrit, at ita à Monbrunianis excipitur, vt palante pedite, qui equiti aderat, eques etiam planè disturbaretur, signiferoque Boterio interfecto, fuga fieret: & Gordius occiso equo in maximo periculo versaretur, ni ab famulo releuatus & recenti equo inuectus, fugæ vitæ suæ consuluisset. tum hinc alios fugere, alios persequi, Monbruniumq; victorem vbiq; cum suis instare, vicina vrbes ijs celerioribus equis inuectis, perfugio fuerunt: Gordius Crostum petit. Desiderati ex equitibus ad sexaginta, plures interfecti. Loriolum præsidiario vacuum à Monbrunio occupatur.

1 28 Martij.

GORDIVM infelix iste conatus, & non satis honestis securitatis successus valdè angebat: de intercludendis ergo hostibus, qui Rhodanum traiecerant, consilium init: & ne rursus Viuariatem remeandi facultas esset, propugnaculum instituit expugnare: vt qui traiecissent, nulla auxiliorum oportunitate arcerentur, atque ita facilis esset illorum internecio. Propugnaculi opus nondum absolutum erat: illud cum omnibus & peditum & equitum, quantus potest, copijs oppugnare Gordius instituit.

RHODANI interea æquor Delphinatus maximè ripam myoparonum tormentis instructorum, custodia ad summam diligentiam tanquam culpæ resarcienda asseruabat, vineas ducit primùm Gordius, & alterius propugnaculi speciem conformat, quod Hugenotarum (qui se religiosos appellant) propugnaculo è regione ita erat collocatum, vt duobus maioribus tormentis ad illius inteſtina æquilibrio effulminarentur, ita maximum propugnaculo instabat periculum. Monbrunius Principes Hugonotis de periculo monet, non tantum de propugnaculi, sed & omnium qui traiecerunt, iactura agi.

2 15 Aprilis.

QVI quidem Principes, dant mandata, Ludouico Comiti Nassouio Auriaci Principis fratri, Ille, rei militaris exquisitè peritus, Albenaco primaria vinariatis vrbe, maius tormentum per præcipita & inaccessa loca summo incolarum studio & labore confestim Pusinum conuertat. Summam difficultatem conspicatus Ludouicus, auxilij obsessis ferendi animum habebat, qui quasi retibus, fluuijs Isaia & Durantia intercludebantur. Gallia.

INTER tantas difficultates, necessitas & desperatio rationes inuenit. Ad superandam Rhodani rapidam velocitatem, funes ex vtraque ripa extendi, rotulaque ad eum funem alligata, eaque per alium naues deduci solent. Illa ratio Hugonotis deerat. ita & propter fluuij rapiditatem difficilis & traiectus & extensio, summa tamen vi agunt, vt nauibus aliquot instructis, in eaque immissis loricatis ad quinquaginta, dum ex arce tormenta effulminabant, Rhodanum penetrare moliuntur, euentui fauet fortuna.

3 Maio mẽse.

MYOPARO vnus tormenti maioris ictu percutitur, alij consternati cedunt. Hugenotarum naues, ad alteram ripam incolumes euadunt. Gordiani, qui propugnaculum obsidebant, ad tanti spectaculi non expectatum exitum hærentes, veritique ne vniuersus principum Hugenotarum exercitus continuo traiecturus esset, obsidionem propugnaculi soluunt, vineas, propugnaculumque derelinquunt.

INTEREA Constantinopoli soluit Hali Bassa * cum triremibus octoginta, & biremibus triginta. Vbi autem Sylimus Turcarum Imperator didicit * ex legato, frustra se petisse Cyprum à Venetis, non parum id admiratus (quippe qui Venetis, se quoque ad bellum comparasse non sperabat) iussit detineri eorum legatum cum tota familia. Inde Turrica classe planè instructa, Hali Bassa soluit * etiam Constantinopoli cum 36. triremibus, duodecim biremibus, sex onerarijs nauibus, vno Galeone, machonicis octo, pascauallu, quibus equi veherentur, quadraginta, multisque alijs egregiè instructis nauigijs. Hali in itinere non sine magno suo detrimento, Tinam Venetorũ insulam in mari Ægeo populatus est.

4 16 Maij.

NON

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

LOCA		TEMPORA
1 k Londini	NON pauca præterea obſeruari voluit edicendo, [2] a Lud moderatoribus. Impreſſoribus ac Bibliopolis, ne quemadmodũ eouſque factum eſt, illorum incuria, partim & inſcitia atq; auaritia, quicquam poſthac delinquatur, ea imprimendo ſcilicet vel impreſſa diuendendo, quæ præiudicium Religionis Catholicæ, authoritatis regiæ, atq; vtilitatis publicæ tendere poſſent.	1 19 May.
	PIVS V. Romanus Pontifex poſtquam contrà Angliæ reginam Sententiam tuliſſet, vt dictum eſt, eam q; hæreſeos condemnaſſet, & omni regnandi poteſtate excidiſſe declaraſſet, multaq; id genus alia publicè denunciaſſet, eaque typis excudenda curaſſet; exemplar in Angliam perlatum eſt, ad Iohannem Feltonum virum nobilem & Catholicum, qui nolens homines ſuæ gentis Catholicos, eam pontificis latere Sententiam, ipſo corporis Chriſti feſto [3] Lodini ad fores Epiſcopi, apud ſumam ædem eam publicè affixit, non ſine mortis ei prædicetur periculo.	2 25 May.
	PROMOVEBATVR etiam circa hoc Tempus iam ab Anno 1565. hucuſque intermiſſa, Concilij Tridentini executio, cùm omnibus menſe Iunio [4] primum Epiſcoporũ atque aliorum Eccleſiaſticorum Mechliniæ cogeretur Concilium,	3 11 Iunij.
10 l Mechlinia	REX interea PHILIPPVS, non obſcurè intelligens, Piali Baſſam [5] Conſtantinopoli ſoluiſſe 17 Aprilis, cum triremibus octoginta, biremibus autem triginta, atq; etiã 16 Maij die ſequente, Hali quoque Baſſam, cum triginta ſex triremibus & duodecim biremibus, ſex onerarijs nauibus & vno Gallione, vt per illos Turca Selymus Cyprum extorqueret Venetis, his miſit in auxilium Ioannem Andream Auriam, cum quinquaginta triremibus vt etiam contra exteros Turcas, pro Catholicis, Catholici Regis titulũ defenderet.	4 1 Iulij.
	QVINTA die prius quàm Concilij Mechlinienſis Decreta abſoluerentur, addidit [6] etiam Albanus reformatoria in cauſis criminalibus poſthac obſeruanda quædam decreta, Regiæ Maieſtatis nomine promulgata.	5 9 Iulij.
10 k Anuerpia.	POSTEA, iam omni ferè in Belgio tumultu ſopito, illique Albano contra aduerſariorum ſuorum inſolentias fortuna vtcunque blandiente, Regis nomine, generalem cõdonationem ac veniam, ſiue domum regalis clementiæ, vt dicam melius, regali Theatro magnificè ſtructo antè domum ciuicam, in magno foro Albanus promulgauit Antuerpiæ quidem donum pacis ac tranquillitatis impacientes aliqui PANDORAM omnium calamitatum procuratricem appellarunt, non autem PARDONAM, vt alij barbarè vocarunt, literis tranſpoſitis duntaxat, aliàs ijſdem manentibus.	6 16 Iulij.
	POSTEAQVAM magno cum apparatu, inter Regem Hiſpaniarum Philippum, & Annam Auſtriacam Imperatoris Maximiliani filiam, pacta eſſent ſponſalia, Illa Ratiſbona diſcendens [7] præſtantiſſimis quibuſdam viris comitata nobilibus, pergit in inferiorem Germaniam, inde in Hiſpanias profectura, Sexta Idus Auguſti Ioannes ille Feltonus nobilis quidam Anglus, à duodecim viris damnatus, Lõdini ad ſuppliciũ trahitur, ob affixas literas, quibus ſententia Pij V. ſummi Pontificis, contra reginam continebatur, quæqua ad octauam fere horam alterius diei, in eo, quo dictum eſt, loco publico permanentes, à multis lectæ ſunt, atque etiam à nonnullis deſcriptæ.	7 1 Auguſti.



Digitized by Google



1570.

TEMPORA

LOCA

Astitit quidam Feltono eas affigenti, qui periculū veritus, ne quod amaret, in eo periret, fuga sibi consuluit, simul Feltonum adhortans suasit, vt ipse se quoque subduceret, ille fugere nolens, se per Dei gratiam non recusaturū testabatur, quicquid ea causa ferendū esset, comprehenditur, & in carcerem ducitur. Deinde in iudicium, quòd duodecim vita

1 k Londini

1 8 Augusti

le vocant, productus, atq; nùm literas illas affixerit, interrogatus, respondit in hūc modum, EGO LIBERO VOS OMNI VLTERIORI SOLICITVDINE ET LABORE, meque fateor id seciſſe. Qui ad locum ſupplicij protractus, ac monitus à quibuſdā vt à Regina veniam peteret, non ſe eam laſiſſe reſpondit:

GERMANI principum nonnulli, nempe Palatinus, Saxo, Brandenburgicus, VVirtembergicus, Heſſus & alij aliquot Illuſtriſtimi dāt literas ad Regem Galliæ, quæ maximum ad pacem momentum attulerunt. Cæſar quoque ſe filiam ſuam Elizabetham Regi Carolo nono eiusdem nominis, qui eam poſcebat in matrimonium, elocare non voluiſſe videbatur, ni ſi pacatis bellorum tumultibus, itaque rebus vltrò citròque per aliquot menſes agitatis, tandem publicata eſt pax. 2 Pariſijs inter Carolum, & eius ſubditos rebelles. Atque ita tertium bellum franciæ Ciuile, certis quibuſdam conditionibus, quæ typis excuſæ proſtant ſopitum eſt. Exorditur autem Rex Edicti formulam XLV. articulis comprehenſam hoc fere verborum contextu. Quod animaduertam (ait Rex) eas bellorū turbas, quæ & iam pridem euagatæ ſunt atq; etiammum euagantur, præſentem Regno meo, meiſque omnibus ſubiectis ruinam internecionemque minitari. Volui, quò tantis malis occurratur, Regnumq; adeò meum ad priſtinam tranquillitatem redeat, de matris, fratrumque meorum, & mei conſilij lectiſs. morum hominum iudicijs atque ſententijs, hæc perpetuò irreuocabilique Edicto decernere atque ſancire: quæ rata ac fixa omnibus meis

5 f Pariſijs.

2 11 Augusti

mando iubeoque inter cetera, Omnibus in locis Regni mei à quibus pulſa fuere Catholica & Romana Religio, iis continuo reſtituatur: Illius adminiſtri omnia adempta reddantur, eiſque & Religione & facultatibus ſuis vti frui pacatè tribuatur.

ET ne qua controuerſiæ diſſenſioniſque in poſterùm occaſio, relinquatur, volo vti omnes omnibus in Regni mei locis pacatè viuant, nec vllam eis Religionis, quam amplectūtur cauſa periculum incommodumque creetur, nec domi iiſque locis, vbi habitabunt, in eos inquiratur, dummodò ex Edictorum meorum præſcripto viuant. Et plura alia quæ dictis articulis continentur.

CIRCA hæc tempora Coſmus e Medices creatur a Pontifice magnus Dux Hetruriæ ſiue Tuſciæ, cùm antea Dux Florentiæ dumtaxat appellaretur, non ſine quorundam principum magni nominis contradictione, cùm in orbe non inueniantur Archiduces niſi Auſtriaci ea dignitatis prærogatiua ſoli gaudētes vt appellentur magni ſiue Archiduces.

APPVLIT Antuerpiæ, Philippi Regis Hiſpaniarum futura coniunx, ex Germania per Geldriam in Brabantiam, iter faciens, vbi cum duobus Archiducibus Auſtriæ fratribus ſuis inn oribus, ALBETO ET VVENCESLAO, cumque nobilium ac Principum aliorum virorum inſigni admodum comitatu, excipitur, quam honorificentiſſimè a Duce ALBANO, aliiſque proceribus, in magnificas illas ac ſplendidiſſimas ædes diuertēs, quæ vulgo dicuntur (dat Oſterſch Huys) illic aliquandiu perſiſtens, ventum expectat propitium, quo flante ſalua & incolumis, in Hiſpaniam natiuitatis ſuæ terram, redire, & ad chariſſimum ſuum futurum coniugem pertingere poſſet.

10 k Anuerpia.

3 26 Augusti

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1570.

LOCA

TEMPORA

LADRONIVS Comes, ob non ſoluta ſtipendia, à tumultuante Germano milite, Valencenis al quamdiu captiuus detinetur. [1] Et ego quoque cùm à proximis quibuſdam meis amicis Bruxellæ detinerer, quòminus rebus meis in Belgio expeditis, redire poſſem in Auſtriam, datis ab Imperatore Maximiliano [2] domino meo clementiſſimo literis, ad eos qui contra me inciuilitatis illud ex inuidia quadam exercuerant, in aulam Imperatoriæ ſuæ Maieſtatis tanquam aulæ eiuſdem familiaris ac domeſticus reuocor. [2]

7 n Valécenæ.

1 1 Septébris

PERVENIT eodem ferè tempore [3] Philippi Regis Hiſpaniarum atq; Pontificis claſsis, in Inſulam Cretam honorificè paulò antè accepta, à Zaneo Venetæ claſsis Imperatore, Iam verò interſe totius claſsis Duces, cum alijs egregijs viris conuenerant, de conſerenda cum Turcis manu: quos ſi ſuperaſſent, Cyprum liberatum iri non dubitabant à violentia Selimi, qui legatum miſerat Venetias, Cyprum petentem (ſed precibus armatis) pugnabant interim Turcæ fortiter ad Nicoſiam, ſed cùm ſtrenua Chriſtianorum opera, vrbem egregiè propugnantium, multis è ſuis amitterent, compulſi ſunt ab Hali & Piali Baſſis ſubſidia petere; à quibus miſſi ſunt ad eos peditum Turcarum viginti millia, ij eodem die venêre Nicoſiam: Quibus copijs freti, Turcæ ſequente nocte, [4] magna vi in vrbis expugnationem incumbunt: ſed repelluntur ab oppidanis, non ſine magna vtrarumque cæde.

2 4 Septébris

TANDEM occupant Turcæ vrbis munitionem vnam, & quamuis indè quoq; fortiſſimè depulſi eſſent, tamen multitudine ſuperiores, multos cædum ſtrenuiſſimos milites, ipſumq; Palaſſum Ducè cum alijs nobilibus: atque in oppidum ingreſſi, magnas ædunt ſtrages, ipſo quoque Epiſcopo Nicoſienſi interfecto. Ita vt vix relicti ſint ex nobilibus viginti quinque aut triginta, cum paucis è plebe, qui omnes capti ſunt.

3 8 Septébr.

10 l Bruxella.

CHRISTIANI verò, cum venti opportunitate freti, Rhodum contenderent, in ipſo itinere certiores fiunt de capta Nicoſia, Magno itaque dolore affecti, ſummi totius claſſis Duces, Marcus Antonius Columna, qui pontificis copijs præerat, Iohannes Andreas Auria, qui Regis Philippi copijs præfectus erat, & Zaneus claſsi ventorum imperans, poſt longam deliberationem, ob rationes minimè contemnendas ſibi reuertendum cenſuerunt potius, quàm cum hoſte tanta victoria elato, temerè congrediendum.

4 9 Septébr.

PRAETEREA nihil ea tempeſtate memorabile in Belgio geſtum eſt, niſi quod Dux Albanus, tria peditum inſignia militum, qui Valencenis Comitem Ladronium in vincula coniecerant, Antuerpiam reuocat, vbi non multò pòſt, tum præcipui duces & capitanei militum, equitibus militibuſque Hiſpanis cinctorum, carcere relaxato Comite Ladronio, laqueo ferroque ſeditionis dant pœnas.

5 16 Septébr.

10 k Antuerpia.

CIRCA hæc tempora Anna Auſtriaca, diſcedens in Zelandiam, Vliſſingam relinquens, vento ſecundo, è Belgijs in Hiſpanias nauigat. [6]

6 25 Septébr.

Google

1570. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA

LOCA

PIVS V. ſummus pontifex, certior factus de miſerando ille Nicoſiaro, ſpectaculo atque conſideratis tantum fundi Chriſtianorum ſanguinem, eorumque ditiones ita ſenſim venire in poteſtatem barbarorum, cum ſumma ignominia, & detrimento nominis Chriſtiani, ictum fœdus inter ipſum, Philippum Regem Hiſpaniarum, & Venetos renouat, cùm haud obſcurè intelligeret ineunte vere Maximum inſtitui bellorum apparatum, à Selymo Turcarum Imperatore, qui inſigni aliqua clade officere terras in animo habebat. Philippus Rex Ioannem Auſtriacum fratrem, qui poſtea etiam Belgij Gubernator fuit, vt infra dicetur, totius expeditionis contra Turcam, ſummum Imperatorem deſignat.

1 22 Octob.

11 1 Louania.

VNDECIMA calendas Nouembris[1] Nuptiæ inter Elizabetham Maximiliani Imperatoris filiam, & Caroli IX Galliæ Regem, ſolemni ac regio apparatu ſanctæ ſunt. Soror Elizabethæ Anna Auſtriaca, vento ſecundo è Belgijs in Hiſpanias nauigijs appulſa, Burgis e vallo Toleti honorificentiſſimè ſuſcipitur. [2]

AQVARVM exuberantia maxima, & quaſi diluuium in Friſia, Holandia & Zelandia præſertim, aliiſque locis per totam inferiorem Germaniam. [3]

2 30 Octob.

LOCO decimi & viceſimi denari, Brabanti conſenſerunt, in ſummam 54200 librarum monetæ Arthefienſis, exoluendam ſpacio duorum annorum, Porrò quomodo eadem ſumma inueniri poſſit, atq; exolui quandam inſtructionem typis excuſam, ediderunt, vt tandem à 10 & 20 nummo contribuendo, liberari poſſent. [4]

PRIDIE Diui Thomæ, cognatus del Rio, in queſtionibus quotlibeticis Louanij, poſtquam ampliſſimos Ducis Albani de Mauris, Gallis, Italis, Germanis, Cliuenſibus, Belgis & cæteris nationibus triumphos narrare inſtituiſſet, ſtatim tantus ſtudioſorum in ipſo actionis exordio, tanquam conſentiens, & conſtanter repetitus opploſus exortus eſt, vt progredi in propoſito ſuo vix poſſet. Quocirca paulò poſt, cùm Elbertus Leoninus alias Lögolius, & Ioãnes VVameſius præceptor mihi colendiſſimus, Doctores eſſent, neſcio quid deprecatum Bruxellam profecti [4] & ipſi a Confeſſario Ducis Albani ſtrepitu ſunt interturbati, miranibus autem illis Doctoribus, cur hoc fieret, reſponſum eſt, tam inuidioſo opploſu acceptas fuiſſe Louanij optimè meriti Ducis Albani laudes, nec hactenus in tales animaduerſum eſſe, Inde itaque ſic diſceſſum eſt.

3 2.3. Nouembris.

PAVLO poſt Iacobus Stuartus, Prorex Scotiæ, Naturalis ſed non legitimus Mariæ Reginæ frater Sterlinum profectus. Unde ſpe facta Britannodunum poſſe per conditiones recipi, nouam expeditionum ſuſcepit. Cæterùm re infecta, rediens, a prædicto Hameltonio vulneratus perijt, in Iuuentute ſua Abbas deſignatus, poſtea verò catholicorũ in Scotia maximus effectus perſecutor Mortem obierat eodem fere tempore quo prorex ille vulneratur, Ioannes Brandeburgenſis Elector, cui Ioannes Georgius Ioachimi filius ſucceſſit.

10 1 Bruxella.

4 20 Decemb.

SEBASTIANVS

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1571.

LOCA

TEMPORA

SEBASTIANVS Venerius, poſtquam Nicoſia in Turcarum poteſtatem eſſet redacta, inq, magno periculo verſabatur Famaguſta, à Venetis primarius inſtitutus eſt Cypri Gubernator, vt per eum laborantibus Cyprijs, maturè opem ferrent. Sed cùm is ob incommodam valetudinem eò proficiſci non poſſet; QVIRINVS vir fortis & ſtrenuus, cum XI triremibus & IIII nauibus onerarijs, quas Veneti famaguſtæ ſubleuandæ deſtinarant, ad Cyprum peruenit. [1]

1 26 Ianuar.

10 l Bruxella.

QVIRINVS poſtea à Cypro diſcedens [2] quinto die in Cretam reuerſus eſt, vbi ex Senatus veneti literis comperit, ſe quidem claſſis curatorem eſſe deſignatum, porrò Sebaſtianū Venerium, ſummum totius claſſis Imperatorem eſſe; quemadmodum Ioannes Auſtriacus, Philippi Regis nomine, & M. Antonius Columna ſummi pontificis, claſſium imperatores, vt dictum eſt conſtituebantur: Miſit & Selymus ſuum Hali Baſſam Conſtantinopoli, vt in Cyprum contenderet, quò perrexit ad Calendis Aprilis. [3]

2 16 Februa.

3 1 Aprilis.

EXhibitus eſt circa hoc tempus, in inferiori Germania [4] Principi Auriaco libellus quidam, Hipodixes continens, liberandæ Belgicæ ab Hiſpanis, qui quidem libellus poſt tres annos deinde typis excuſus atq, editus eſt in Octobri menſe.

11 l Louaniū.

4 17 Aprilis.

MENSE ſequente [5] Turcæ ex decem aggeribus vrbem famaguſtam, in Cypro Inſula, verberare cæperunt LXXIIII tormentis, in quibus erant IIII immanes Baſiliſci. Qui in vrbe erant, magna induſtria coniectis globis in hac hoſtium tormenta, è præcipuis XV perfregerūt & ad XXX hominum millia intrà dies X interemerunt.

5 16 May.

FVIT circa hæc tempora quidam Ioannes Storeus nomine, qui viuente Regina Maria Angliæ inquiſitor fuit hereticæ prauitatis: is cum regnāte poſtea Elizabetha, publicis in Comitijs reſpondiſſet crudelitatem ſibi exprobantibus, in hunc modum; Se nulla in re alia peccaſſe, niſi quòd omiſſa radice, neſcio quos ramuſculos præcidiſſet, cùm potius debuiſſet robuſtiſſima quæq, ex ea radicitùs euellere, quod factum ſi fuiſſet iam inquit, non tot ac tanta videremus impietatis germania vbiq, ſtare atq, adeo florere. Idquod aduerſarij eius, tāquam de Regina dictum arripuerunt atq, ab illo die non deſiterunt criminari hominem, donec in vincula conieciſſent, poſtea oblata, è carcere fugiendi occaſione ſubducens ſeſe atque in Belgium traijciens Louanium peruenit, quomodo aūt indè iterum in Angliam perductus, captuſque [6] deinde vitam acerba morte finierit, [7] ex ſequentibus intelligitur pagina 118. notatu digniſſimis.

6 25 May.

1 k Londinū.

7 1 Iunij.

INTEREA Philippus Hiſpaniarum Rex, Fratri ſuo Iohanni Auſtriaco (qui totius erat expeditionis ſummus imperator contra Turcam conſtitutus (mandat, vt abductis ſecùm RVDOLPHO & ERNESTO Maximiliani Imperatoris filijs, ſoluat ex Hiſpania. Miſit eodem Tempore, certo quodam in negotio, legatos ſuos in Belgium Imperator Idem Maximilianus, inter quos erat D. Hegemūller, qui Iunio [8] menſe inter me & eos (ab Aula Imperatoria me abſentem cupientes) pacificationis quædam rationes propoſuit, nihil tamen efficit apud eos, quinimò quinta die pòſt [9] excedentes Belgio, meq, ibidem relinquentes, Imperatori occaſionem dederunt, literarum etiam ad Brabantiæ Conſilium, meo nomine ſcribendarū. [10]

8 7 Iunij.

9 12 Iunij

11 g Louēſtein

FVIT Buſcoducenſis quidam, Hermannus Reyterus nomine, qui cum duobus alijs, LOVENSTEINAM arcem Holandiæ occupans, in periculo, quod amabat, cum ſuis periit, durumque fuiſſe contra ſtimulum calcitrare ab Hiſpanis militibus didicit.

10 15 Iunij.


LOVE NSTEIN

Digitized by Google

TEMPORA

LOCA

INITIO Iulij [1] venit Iohannes Auſtriacus Genuam, cum XLVII triremibus. Tiduo antè, Venerius cum Venetorum claſſe Meſſanam appulerat, cui adiuncta erant XII Pontificis, & IIII Melitenſium trieres. Turcica verò claſſis contraria, Supportum, Dulcinium, & Antiuarium occupauit.

1 Iulij.

STORAEVS, de quo paulò antè dictum eſt, in Belgio rei familiaris auguſtia preſſus, operam ſuam, nauauit cuidam, cui id muneris erat demandatū, in explorandis mercibus, in Angliam è Belgio exportandis, ne quid ea in re fieret contra leges à Rege Philippo latas. Accidit tùm nauem quandam in Zelandiam deferri, prohibitis mercibus plenam. Indicatur id ei, ſitque magna ſpes non parui compendij ſi eam deprehendiſſet. Nihil ergo ſibi cauens, à comparatis ipſe certorum hominum conſilio inſidijs, abit in Zelandiam, ingreditur in nauim: ſed ſimul ac ingreſſus eſt, rauta vela ventis pandunt, abeuntq, cum illo iam captiuo in Angliam. Londinum perducitur, & primò in Iolbardum, deindè in Londinenſem turrim conijcitur.

1 k Londini.

HABITA de illo queſtione, dixit ſe non in Angliæ Principis, ſed Regis Philippi poteſtate eſſe. Poſtea in iudicium productus damnatur læſæ Maieſtatis, vt qui contra Reginam Angliæ, cum quibuſdam Antuerpiæ conſperaſſet. Quod vbi non confutaſſet, ſed ſolam fori exceptionem propoſuiſſet dicens, nullā ſe agnoſcere in Anglia iudicem, qui iam Regi Philippo ſubiectus eſſet, è cuius ditione primùm dolo malo, mox aperta vi, contra ius omne abreptus eſſet: neque ſe iam legibus vllis apud illud tribunal reum ſiſti, tandem non tantum morti, velut cōtumax addicitur, verumetiam perduellionis nominatim condemnatur. Calendiſque Iunij crati inijcitur Storaus & ad ſupplicij locum trahitur.

2 12 Auguſti

SCISCITANTE ex eo quodam comite ſit ne reginæ ſubditus, Non ſum, inquit, Porrò etiam ex minimis noui Euangelij perquirenti, credat ne reginam immediatè ſub Deo ſupremum caput eſſe Eccleſiarum Angliæ, & Hiberniæ; ita reſpondit: Non diſputandi cauſa huc veni: neq, ſi ego id negem, vos mihi aſſentietis, vix ea perlocutus, amoto curru (in quem translatus erat, fune prius in collum impoſito) ſuſpenſus haret.

3 11 Septēbr.

MENSE Auguſto [2] Iohannes Auſtriacus Neapolim appulit, vbi ſingulari apparatu exceptus eſt, è Creta quoque, mandato Senatus Veneti, iuſſi ſunt Meſſanam contendere, qui illic erant, ſeque cum claſſe fœderatorum coniungere (eò namque iam Ioannes Auſtriacus quoque peruenerat) atque ill' honorifice imprimis exceptus eſt; obuiam ei procedentibus M. Antonio Columna, & Venerio, multoque bombardarum ſtrepitum eum ſalutantibus.

PORRO Turcæ ad Corcyram appellentes, inſulam illam nauigijs, & milite prope cinxiſſe videbantur, Tertio idus Septembr. [3] Turcæ inde recedunt, pargamque venientibus mandatum à Selymo Imperatore exhibetur, vt cæpta iam famaguſta, victoriam perſequantur, omnes vicinas inſulas occupent, nemini parcant, atque ipſam quoque chriſtianorum claſſem diſſipent. Parent Turcæ imperioſo domino, atque in ſinum Corinthiacum ſe conferūt, vt bis cocto pane, & rebus neceſſarijs inſtructa claſſe Chriſtianos inuadant.

10 k Antuerp.

4 16 Septēbr

IOANNES Auſtriacus poſtquàm ſingulis quid agendum eſſet, quiúe progrediendum, præſcripſiſſet cum ſuis Meſſana ſoluerunt [4] & pòſt aliquot dies venère in Corcyram, vbi cognouerunt, de Turcarum in ea Inſula hoſtili plane animo, deſignatis facinoribus. Inde in Cephaloniam appulere, ſtatuentes cum feris illis hoſtibus fortiter confligere, vnde claſſis Chriſtianorum Principes, cum ſuis quoque pergunt eos inuadere.

NON

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

LOCA		1571. TEMPORA
	NON multò pòſt, quàm in ſinu Corinthiaco, ad CL Triremes conſpecta eſſent, [1] & paulò antè Ochiali Baſſa, cum L. Comiſſum eſt [2] prælium atrox, Turcarum cum Chriſtianis, à meridie ferè ad noctem vſque. In media acie, IOANNES AVSTRIACVS cum Columna & Venerio, egregie ſeruato ordine, medio æque Turcarum agmine occurrerunt. Auſtriacus cum ipſo Hali Baſſa, & duobus alijs ducibus, ea virtute & fœlicitate congreſſus eſt, vt, tametſi quinque triremium ferret impetum, & ter ex ipſa Hali Baſſæ prætoria naui, cùm ad malum vſq; peruaſiſſet, non ſine multa cæde repulſus eſſet: totam tamen nauim illam occuparit, ipſo Baſſa interfecto. Ibi tùm à Chriſtianis proclamata VICTORIA eſt, nec iam cædendis hoſtibus, ſed colligandis ſpolijſque diripiendis, operam, dabant victores.	1 20 Septēb.
10 l Louaniū.	MVLTI ibi capti, & caſi proceres Turcæ, Ianizari, alijq́, milites prope innumeri. Soli illi euaſêre, qui mox ab inchoato prælio minoribus nauigijs aufugerunt, in quibus fuit etiam Portauus Baſſa, Fuit tamen etiam Oluz alius cum multis triremibus, quòd noctis ſeſe fere intendentibus tenebris, eum perſequendi, facultas erepta eſſet.	2 7.17. Octobr.
16 a Embda	POST eam tam inſignem victoriam, quam Chriſtiani ex ſæuiſſima Turcarum gente, quatuor horarum ſpatio retulêre, cum claſsis Chriſtianorum ſingulari ducum induſtria in portū reducta eſſet, incredibilis de repente tempeſtas orta eſt, nullo eorum detrimento. qui iam in tuto loco eſſent; vbi iam triduo feſtos egere dies, DEO OPT. MAXIMO, vti par erat, pro tanta victoria laudes, grateſque agentes.	3 19 Octob.
		4 21 Octob.
15 a Dam.	MISSI ſunt Venetias [3] & Romam, [4] qui de hac victoria nuncium perferrent. Capta ſunt autem Turcarum naues C & XXX, eæq, omnes omni commeatus genere inſtructiſſimæ, perierunt plus minus Lxxx, ad X L fere fuga delapſa ſunt. Præda ſic diſtributa eſt, vt Philippus Catholicus Rex Lviij. cum dimidio, quibus ſaxa iaciuntur, Cxxviij. minora acciperet. Captiui autem ſic diſtributi ſunt, vt Pontifici venierint Lxxxj, Philippo Regi M. D. CC. xiij. Venetis MC & Lxij. De his plura, vide Iohānem Contarenum, qui has res copioſius perſcripſit.	5 1 Nouēbr.
		6 4 Decēbr.
10 l Bruxella	TVRRIS ampliſſima D. Petri Louanij collapſa eſt. Atque in Anglia mons ſat procul à mari diſitus, ſuo loco mouetur. In quo quidem mari poſtquā Geusij, quos vocant, piraticā exercuiſſent, quaſdam Hollandiæ Inſulas, SCHELLINCK, TEXALIAM & VVIERINGAM occupant. In ditione Embdenſi (quæ, den Dam vulgò vocatur) in profeſto omnium ſanctorum Friſijs orientalibus ſanguinem pluit. [5]	7 14 Decēb.
	PRIDIE nonas Decembris, [6] Philippo Hiſpaniarum Regi, ex Anna Imperatoris Maximiliani filia, filius naſcitur: qui poſtea [7] xiix cal: Ianuarij, diuino ſacri pneumatis rore profuſus eſt, idemque inditum nomen FERDINANDVS, Hunc e ſacro fonte ſcuauit VVENSECLAVS, regina Frater, quem PATER mihi charißimus, pia memoria, ſimiliter e ſacro fonte ſuſcepit, die 10. Martij Anno Chriſti 1561.	1572. 8 Ianuarij. 15. 17. 27.
9 f Briel.	VRSIT mirum in modum, circa anni initium Dux Albanus, decimum denarium, de quo ſuprà [8] cuius nomine Bruxellenſes, contrà tumultuari cæperunt, apud quos non ſolùm, verùm & alios Belgas, atque etiam exteros pleroſque, hoc inſtitutum Albano odium peperiſſe videbatur, nec paruam opportunitatem attuliſſe proſcriptis, & exulibus, ſub hoc prætextu multa in Belgio loca occupandi: Ex quibus fuit Dominus Limæus à quo calendis Aprilis huius anni, ex Anglia veniente, Briela in Holandia occupatur. [9]	9 1 Aprilis.

TEMPORA

LOCA

INITIO Iulij [1] venit Iohannes Auſtriacus Genuam, cum XLVII triremibus. Biduo antè, Venerius cum Venetorum claſſe Meſſanam appulerat, cui adiuncta erant XII Pontificis, & IIII Melitenſium trieres. Turcica verò claſſis contraria, Supportum, Dulcinium, & Antiuarium occupauit.

1 Iulij. STORAEVS, de quo paulò antè dictum eſt, in Belgio rei familiaris auguſtia preſſus, operam ſuam, nauauit cuidam, cui id muneris erat demandatũ, in explorandis mercibus, in Angliam è Belgio exportandis, ne quid ea in re fieret contra leges à Rege Philippo latas. Accidit tùm nauim quandam in Zelaudiam deferri, prohibitis mercibus plenam. Indicatur id ei, ſitque magna ſpes non parui compendij ſi eam deprehendiſſet. Nihil ergo ſibi cauens, à comparatis ipſe certorum hominum conſilio inſidijs, abit in Zelandiam, ingreditur in nauim: ſed ſimul ac ingreſſus eſt, rauta vela ventis pandunt, abeuntq; cum illo iam captiuo in Angliam. Londinum perducitur, & primò in Iolbardum, deindè in Londinenſem turrim conijcitur. 1 k Londini.

2 12 Auguſti. HABITA de illo queſtione, dixit ſe non in Anglia Principis, ſed Regis Philippi poteſtate eſſe. Poſtea in iudicium productus damnatur læſæ Maieſtatis, vt qui contra Reginam Angliæ, cum quibuſdam Antuerpiæ conſpiraſſet. Quod vbi non confutaſſet, ſed ſolam fori exceptionem propoſuiſſet dicens, nullã ſe agnoſcere in Anglia iudicem, qui iam Regi Philippo ſubiectus eſſet, è cuius ditione primùm dolo malo, mox aperta vi, contra ius omne abreptus eſſet: neque ſe iam legibus vllis apud illud tribunal reum ſiſti, tandem non tantum morti, velut cõtumax addicitur, verumetiam perduellionis nominatim condemnatur. Calendiſque Iunij crati iniicitur Storaus & ad ſupplicij locum trahitur.

SCISCITANTE ex eo quodam comite ſit ne regina ſubditus, Non ſum, inquit, Porrò etiam ex miniſtris noui Euangelij perquirenti, credat ne reginam immediatè ſub Deo ſupremum caput eſſe Eccleſiarum Angliæ, & Hiberniæ; ita reſpondit: Non diſputandi cauſa huc veni: neq; ſi ego id negem, vos mihi aſſentietis, vix ea perlocutus, amoto curru (in quem translatus erat, ſune prius in collum impoſito) ſuſpenſus hæret.

3 11 Septẽbr. MENSE Auguſto [2] Iohannes Auſtriacus Neapolim appulit, vbi ſingulari apparatu exceptus eſt, è Creta quoque, mandato Senatus Veneti, iuſſi ſunt Meſſanam contendere, qui illic erant, ſeque cum claſſe fœderatorum coniungere (eò nanque iam Ioannes Auſtriacus quoque peruenerat) atque illic honorifice imprimis exceptus eſt; obuiam ei procedentibus M. Antonio Columna, & Venerio, multoque bombardarum ſtrepitum eum ſalutantibus.

PORRO Turcæ ad Corcyram appellentes, inſulam illam nauigijs, & milite prope cinxiſſe videbantur, Tertio idus Septembr. [3] Turcæ inde recedunt, pargamque venientibus mandatum à Selymo Imperatore exhibetur, vt capta iam famaguſta, victoriam perſequantur, omnes vicinas inſulas occupent, ſemini parcant, atque ipſam quoque chriſtianorum claſſem diſſipent. Parent Turcæ imperioſo domino, atque in ſinum Corinthiacum ſe conferũt, vt bis cocto pane, & rebus neceſſarijs inſtructa claſſe Chriſtianos inuadant. 10 k Antuerp.

4 16 Septẽbr. IOANNES Auſtriacus poſtquàm ſingulis quid agendum eſſet, quòue progrediendum, præſcripſiſſet cum ſuis Meſſana ſoluerunt [4] & poſt aliquot dies veniẽt in Corcyram, vbi cognouerunt de Turcarum in ea Inſula hoſtili plane animo, deſignatis ſacinoribus. Inde in Cephaloniam appulere, ſtatuentes cum ferè illis hoſtibus fortiter confligere, vnde claſſis Chriſtianorum Principes, cum ſuis quoque pergunt eos inuadere.

NON

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1571.

LOCA

TEMPORA

NON multò pòſt, quàm in ſinu Corinthiaco, ad CL Triremes conſpecta eſſent, [1] & paulò antè Ochiali Baſſa, cum L. Comiſſum eſt [2] prælium atrox, Turcarum cum Chriſtianis, à meridie ferè ad noctem vſque. In media acie, IOANNES AVSTRIACVS cum Columna & Venerio, egregie ſeruato ordine, medio aque Turcarum agmine occurrerunt. Auſtriacus cum ipſo Hali Baſſa, & duobus alijs ducibus, ea virtute & fœlicitate congreſſus eſt, vt, tametſi quinque triremium ferret impetum, & ter ex ipſa Hali Baſſa prætoria naui, cùm ad malum vſq; peruaſiſſet, non ſine multa cæde repulſus eſſet: totam tamen nauim illam occuparit, ipſo Baſſa interfecto. Ibi tùm à Chriſtianis proclamata VICTORIA eſt, nec iam cadendis hoſtibus, ſed colligandis ſpolijſque diripiendis, operam, dabant victores.

1 20 Septēb.

10 l Louaniū.

MVLTI ibi capti, & caſi proceres Turcæ, Iamizari, alijq́, milites prope immameri. Soli illi euaſêre, qui mox ab inchoato prælio minoribus nauigijs aufugerunt, in quibus fuit etiam Portauus Baſſa. Fuit tamen etiam Oluz alius cum multis triremibus, quòd noctis ſeſe fere intendentibus tenebris, eum perſequendi, facultas erepta eſſet.

2 7.17. Octobr.

16 a Embda

POST eam tam inſignem victoriam, quam Chriſtiani ex ſæuiſſima Turcarum gente, quatuor horarum ſpatio retulêre, cum claſſis Chriſtianorum ſingulari ducum induſtria in portū reducta eſſet, incredibilis de repente tempeſtas orta eſt, nullo eorum detrimento. qui iam in tuto loco eſſent; vbi iam triduo feſtos egere dies, DEO OPT. MAXIMO, vti par erat, pro tanta victoria laudes gratesque agentes.

3 19 Octob.

4 21 Octob.

MISSI ſunt Venetias [3] & Romam, [4] qui de hac victoria nuncium perferrent. Capta ſunt autem Turcarum naues C & XXX, eaq, omnes omni commeatus genere inſtructiſſima, perierunt plus minùs LXXX, ad XL fere fuga delapſa ſunt. Præda ſic diſtributa eſt, vt Philippus Catholicus Rex LVIIII. cum dimidio, quibus ſaxa iaciuntur, CXXVIII. minora acciperet. Captiui autem ſic diſtributi ſunt, vt Pontifici venierint LXXXJ, Philippo Regi M. D. CC. XIIJ. Venetis MC & LXIJ. De his plura, vide Iohānem Contarenum, qui has res copioſius perſcripſit.

5 1 Nouēbr.

15 a Dam.

6 4 Decēbr.

TVRRIS ampliſſima D. Petri Louanij collapſa eſt. Atque in Anglia mons ſat procul à mari diſitus, ſuo loco mouetur. In quo quidem mari poſtquā Geuſij, quos vocant, piraticē exercuiſſent, quaſdam Hollandiæ Inſulas, SCHELLINCK, TEXALIAM & VVIERINGAM occupant. In ditione Embdenſi (quæ, den Dam vulgò vocatur) in profeſto omnium ſanctorum Friſijs orientalibus ſanguinem pluit. [5]

7 14 Decēb.

10 l Bruxella

PRIDIE nonas Decembris, [6] Philippo Hiſpaniarum Regi, ex Anna Imperatoris Maximiliani filia, filius naſcitur: qui poſtea [7] XIIX cal: Ianuarij, diuino ſacri pneumatis rore profuſus eſt, idemque inditum nomen FERDINANDVS, Hunc e ſacro fonte lcuauit VVENSECLAVS, regina Frater, quem PATER mihi charißimus, pia memoria, ſimiliter e ſacro fonte ſuſcepit, die 10. Martij Anno Chriſti 1561.

1572.

8 Ianuarij. 15. 17. 27.

URSIT mirum in modum, circa anni initium Dux Albanus, decimum denarium, de quo ſuprà [8] cuius nomine Bruxellenſes, contrà tumultuari cæperunt, apud quos non ſolùm, verùm & alios Belgas, atque etiam exteros pleroſque, hoc inſtitutum Albano odium peperiſſe videbatur, nec paruam opportunitatem attuliſſe proſcriptis, & exulibus, ſub hoc prætextu multa in Belgio loca occupandi: Ex quibus fuit Dominus Limæus à quo calendis Aprilis huius anni, ex Anglia vemente, Briela in Holandia occupatur. [9]

9 f Briel.

9 1 Aprilis

gnized by Google

BRIELE.

1572. TEMPORA

TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

LOCA

FVERVNT quidam graues viri, qui conabantur Albanum Ducem à decimarum vel decimi nummi exactione ab eo instituta deducere, prædicebantq, ei euentura ea, quæ pòst acciderunt & consecuta sunt mala, vtpote, tanta annonæ & omnium rerum caritas, tot oppressiones & cades Catholicorum, Templorum & monasteriorum direptiones, Regionis euersiones, & mutationes, Regiarum ditionum vastationes & populationes, aliaque mala immanera, vt satis deplorari non posit. Haud dubio id permittente Deo, vt hominum peccata castigarentur. Magna enim & horrenda antè in Belgio perpetrata vidimus, multaque nefanda & detestanda flagitia designata, quæ quia nondum satis expiata videbantur, ideò fortè flagella parans, quibus punirentur, Dux Albanus non ita facilè cædendum, nihilque sibi à Geusijs, quos scret Regi suo Philippo longè impares, metuendum existimauit.

9 f Briela.

QVI QVIDEM Geusei, quòd exacerbatos Belgarum animos, ob talem exactum nummum decimum, sibi persuaderent, ea egregiè abusi sunt, ad concitandos magis magisque eorũ animos, atque ita regias ditiones occupandas. Promittunt plebeijs, qui fere rebus gaudent nouis, imprimisque libertate, se eos erepturos ab illa immani Hispanorum seruitute. Itaque breui tempore munita aliquot loca ab illis obtinent, vndique partim ex Anglia vt de Limeo dictum est, partim ex Francia vt de Ludouico Nassouio dicetur qui montes Hannoniæ occupauit: partim etiam ex Germania vt de Auriaco Principe pòst modum suo loco videbitur, qui Ruremondam Geldriæ ciuitatem obtinuit.

8 n Montes

ITA, vt non immeritò idipsum Impletum fuisse dici posit, quod in antiquo quodam scripto (priusquàm Anno 1562. Belgium ad tempus relinquens, cum Comite Egmondano, Domino Limæo, aliisque viris nobilibus ad Coronationem Francofordianã proficiscerer) Domino Christophoro Assonulio, Primario iam Philippi Regis apud Parmensem Consiliario, tùm Bruxellæ valedicens monstraui, à Deuoto quodam KEINHARDO nomine, antè multos annos his verbis prædictum.

NOTA.
Prophetia Belgas concernens.

ESCAE ERVNT OMNES INFERIORIS ALEMANIAE, VOLATILIBVS COELI, ET BESTIIS TERRAE; PVNIENTVRQVE GLADIO BICIPITI, ITA VT NE VNVS QVIDEM IMPVNITVS EVADAT.

14 k Ruremond.

FAXIT Deus omnipotens. Vt reuera iam id impletum esse dici posit, Belgisque aliquãdo flos pristinæ fœlicitatis, quietis ac tranquillitatis, pòst tot tantaque malorum tormenta, atq; infœlicitatis ac miseriæ pericula, tandem diuina fauente clementia restituatur: Vtq; nobis iterum conspici liceat nobilissimam Belgiam, talem, qualem tempore Caroli V. eiusque filij Regis Philippi, Iuueni adhuc videre mihi contigit tùm, cùm optimo iurè dicere poterat inferior Germania.

OLIM.

Illa ego per totum notissima Belgia mundum,
Nobilis, atque opibus splendida facta meis.

10 l Bruxella.

SED.
Belgica que fuerat quondam ditissimà tellus,
Nunc longo bello, pauper inopsque iacet.

NON

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

LOCA

1572.
TEMPORA

NON tantum Briela ciuitas, vt dictum eſt, eiuſdem nominis cum Inſula in Holandia, à Lumeo Comite ex Anglia cum milite ſoluente, ſubitò occupata eſt; verùm etiam Vliſſinga, Enchuſa & pleraq́, alię vrbes, ab Albano Duce, decimum nummum exigente, deficiunt, magnique præterea fuerunt (vt ex ſequentibus patebit) Geuſeorum ſucceſſus, illorumque vires non parùm auctæ ſunt.

7 h Vliſſingē.

SECVTA eſt etiam penè omnium rerum caritas incredibilis, quòd libera nauigatione mercatoribus intercluſa, vix obtineri poſſent ea, quibus vel maxime vti ſolent tùm Belgæ, tū etiam vicini Germani, ad vitam ſuſtentandam: hæcque Belgij calamitas, quam bellum id inteſtinum peperit, etiam totam fere Germaniam afflixit.

1 6 Aprilis

MVLTI paſſim circa hæc tempora equites & pedites, pro Auriaco Principe conſcribebantur: apud quos publica ferebatur fama, ſtipendia eis perſolutum iri, in Gallijs, Anglia, & Belgij ciuitatibus. Dicebāt in ſcriptis ſuis palàm editis quidam ſectarij, Gallorū Regem adiuuiſſe Principem Auriacum, & Ludouicum Fratrem eius: quæ, etiamſi vera eſſent, quod tamen credi vix poteſt, celari potius deberent publico pacis & tranquillitatis ſtudio. Videbantur talia & huiuſmodi valdè opportuna ad concitādum bellum inter ipſum Gallorum & Catholicum Hiſpaniarum Regem. Sed quis credat chriſtianiſſimum aduerſùs Catholicum & affinem ſuum tale quippiam moliri voluiſſe; cum in maximis difficultatibus, non longe ante ſemel [2] atque iterum [3] auxiliaribus eius copijs, non parùm adiutus eſſet?

11 c Enchuyſē

ALITER certè de his rebus loquitur ſcriptum quoddam, Pariſijs cum Regis priuilegio excuſum, Admiralium Regis traducendi cauſa operam dediſſe, vt poſſet, eum permouere ad ferendas ſuppetias Belgis, contrà Regem ſuum, ſed nihil prorsùs, ibi additur, Regem illi aſcenſiſſe.

5 f Pariſijs

CARDINALIS Alexandrinus ad Regem venit ex Hiſpania in Galliam, vbi triā capita propoſuit, Primùm, vt Rex Gallorum in ſacri illius, quod vocabant, fœderis ſocietatem adſciſceretur. Deinde Ne ſororem Nauarræo in matrimonium daret, at illam potius Luſitani filio elocaret. Vltimò, ne Religioſorum, quos vocant, conſilijs aures præbeat, quod & ipſi exitio magno, & vniuerſæ Catholicæ Romanæ Eccleſiæ futurum eſſet detrimento.

QVOD ad matrimonium ſororis attinet ipſius Regis, certum eſt: Nuptias poſtmodum celebratas eſſe Pariſijs, regio plane apparatu, quibus etiam interfuit Amiralius, cum multis alijs nobilibus viris, qui cum regi, vt quidam ſcripſerunt, moliretur necem, paulò poſt occiſus eſt, quemadmodum patebit ex ſequentibus.

ERAT circa hæc tempora Ludouicus Naſſouius quoque in Gallijs, priuſquam inde veniens celeritate mirabili, tanquam ſtrenuus militaris aſtutiæ architectus, Montes ciuitatem primam Hannoniæ imprimiſque firmam occuparet.

2 8. 9. Aprilis.

10 k Rotterdā.

ROTTERDAMI intromiſſa ſunt, procurante Comite Boſſutio, ingentes Hiſpanorum copiæ, qui quidem, cum ciues aliter quàm ſperauerant tractaſſent, conquerentes ijdem ciues apud Comitem, nihil autem eorum quæ promiſerat obtinentes, tumultuari cæperunt, contrà præſidiarum militem, qui etiam propugnaculum Delfshauſen vi cepit. [2]

ROTTERDAM.

1572. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA | LOCA

VALENCENENSES quoque, in Hannonia ſollicitati à fœderatis, ſe dediderunt, ab Albano Duce deficientes, 1 calendis Maij. 1 Quo eodem tempore moritur pius Pontifex, cuius ſtudio & ſumptibus, perindè atq; Regis illius Philippi Catholici, fœdus conciliatum fuerat, in quo etiam Venetæ comprehendebantur, qui tamen paulò pòſt, à Turca victo, clam ſocijs, vt à quibuſdam ſcribitur, pacem in eum finem procurarunt, vt per mare mediterraneum, vndiq;, tantò commodius quæſtum ſuum exercere poſſent.

1 May. — 8 n Valēcenæ — 10 k Antuerp.

PRIDIE nonas Maij 2 Obijt HELENA filia Domini Reginaldi de Brederode, Vidua THOMAE PERRENOT Comitis à Cātecroy ordinis Alcantaræ comendatorij. D. de GRANVELLA. Hamicourt. Chantoney, etc. ſepulta eſt in ſummo choro apud Carmelitas Antuerpiæ.

2 6 May. — 18 m Dillenburg.

PAVLO pòſt quàm Valencenas occupaſſent Geuſei, 3 inde iterum expelluntur, quod initium fuiſſe videtur exempli, aliarum quoq; ab Albano deficientium ciuitatum, quæ tandem in manus eiuſdem magno cum earum incomodo, vitæ & bonorum periculo, ac detrimento reciderunt, quemadmodum ex ijs patebit, quæ ſequuntur.

3 8 May. — 9 m Montes. — 11 f Oudewater.

SCRIPSIT hoc menſe, vt ferebatur, Princeps Auriacus, primarijs Holandiæ ciuitatibus, ex caſtro ſuo Dillenburg, petijtq, ab eis ſubſidia contra Albanum Ducem. Ludovicus aūt frater illius, mirabili quodam ſtratagamente militari, poſtquam occupaſſet 4 Montes Hannoniæ, expectauit ex Gallijs, Duce quodam, qui magno eſſet apud Admiralium authoritate, quatuor (alij ponūt quinque) peditum millia, & mille quingentos equites, in quibus plus minus eſſent quadringenti nobiles.

4 24 May. — 10 g Gouda.

5 18 Iunij — 10 g Dordracū

DEINDE menſe ſequente, 5 Vateres aquæ ab Aduerſarijs Albani occupabantur. Occupant ijdem etiam Goudam 6 Dordracum 7 Harlemum, Leydam in Holandia: Porrò in Zelandia, Vercenſe oppidum & Zirickzee Gorcomium 8 quoque deficit, ex quo permultum detrimenti accepiſſe videbatur Eccleſia Catholica, his locis, quibus nouandæ Religionis quædam libido inerat, adeò, vt Gorcomij ferantur pro fide Catholica, vltima huius menſis 9 in publico foro, ſuſpenſi duo ciues. Necatus etiam laqueo apud Brielam Nicolaus quidam Poppellius, iunior Paſtor Gorcomienſis, cum tribus alijs presbyteris.

6 23 Iunij — 19 c Harlem. — 10 k Leyden. — 8 h Terueren.

INTER Franciſcanos Gorcomienſes, quidam ſuſpenſus eſt, annos natus nonaginta, olim è Dania ob Catholicam fidem pulſus. Id quod ex priori quoque noſtra editione, Nobiliſſimus ille Henricus RANZOVIVS Danus (de quo ſuprà pagina 349) Regis Daniæ in Ducatibus Sleſvvicenſi, Holſatiæ ac Dietmarſiæ Vicarius clariſſimus, in librum, quem de Exemplis Aſtrologicis edidit, referre quoque inter cætera noluit. Erant verò aliunde adducti Brielam, duo Franciſcani, qui hoc eodem die (quo alij omnes, de quibus iam ante, Brielæ necantur) cum canonico quodam regulari, ſuſpenſi ſunt.

7 25 Iunij — 8 g Zirickzee.

8 26 Iunij — 11 f Gorca.

9 30 Iunij — 9 g Briel.

ALBANVS

ALBANO DVCE LEONEM

LOCA

TEMPORA

ALBANVS, collecto milite, initiò menſis Iulij, [1] Montes obſedit, Hiſpanis & Burgundionibus militibus, necdum enim ad eum peruenerant Germanorum copiæ. Venere tum ex Gallijs ij quos expectabat Naſſouius Comes Ludouicus, quadringenti equites, qui volentes obſidione liberare Montes, magna ex parte ab Albani exercitu cæſi ſunt, qui fugæ ſibi præſidium captárunt, ij à ruſticis trucidati ſunt. E capiuis pleri, laqueo necati feruntur, nonnulli certas ob cauſas dimiſſi,

8 m Montes.

1 Iulij.

MORITVR hoc menſe SIGISMVNDVS Rex Poloniæ, cui poſtea ſucceſſit Henricus Valeſius, Caroli noni Galliarum Regis Frater; qui tum poſtea, audiens Fratrem obijſſe in Gallijs, relicto poloniæ regno, redijt in Franciam, vbi rex coronatus eſt, atque etiammum regnum adminiſtrat.

INTEREA Germanorum copiæ apud Albanum venere, è quibus alij Valencenas, pleriquę Buſcumducis ablegati ſunt, reliqui ad obſidionem Montium profecti, quà tùm ſanè adeò arctà preſſi ſunt, qui intra vrbem erant, in orbem diſpoſitis caſtris, vt vix canis illæſus indè prodire poſſet, oppidanis ad bombardæ ictum, aquæ præſidio fuere, vt paucis locis pateret acceſſus.

8 n Valécenæ.

HOC menſe Iulio expugnatum eſt ab inimicis caſtrum oppidi Gorcomienſis, in quo erāt præter alios, duodecim Franciſcani, & quidam ſacerdotes ſeculares, moniti eò confugere. Franciſcani cum ſacerdotibus aliquot, poſt innumera flagella, cades & tormenta, deportati ſunt in Brielam inſulam. Paulò antè, capta eſt ab inimicis Albani ALCMARIA, & indè Enchuſam abducti quinque, atque illic laqueo præfocati ſicut & ſuperiores Gorcomienſes.

2 23 Iulij.

CONSCRIPSIT Auriacus circa hæc tempora militem, atq; iterato circa Duysburgū, ingenti apparatu, Rheno tranſmiſſo, proficiſcitur cum ſuis Ruremondam quæ cum ſeſe dedere nollet ciuitas, tādem obſidione cincta, vi occupata eſt [2] atq; ita Leo Belgicus noſter, triplici quodam vinculo erat irretitus, quod difficile ſolui poterat: Nam ex Anglia primùm Comes Limæus Brielam cum ſuis appellens, eam ciuitatem ad occidentem cæpit: Ludouicus verò Naſſouius, ex Gallia à meridiè verſus ſeptemtrionem tendens, Montes ſolertia ſua memorabili obtinuit. Princeps Auriacus tandem, ab oriente veniens ex Germania, tendenſque verſus occidentem, Limæo atq; Ludouico Fratri manus porrexit, Ruramondam nobilem Geldriæ vrbem inuadens.

12 g Buſcúducis.

IN cuius quidem vrbis oppugnatione, cum Princeps quoſdam è ſuis amiſiſſet, atrociter præſertim in religioſos, ſæuitum eſt à ſuis, Aberat tùm vrbis eius primus Epiſcopus, quem ſi furioſus miles inueniſſet multa, vt veriſimile eſt, in eum exempla crudelitatis exercuiſſet.

18 g Corcum.

EIVS optimis libris, tota Gallia & Germania conquiſitis, pleriſque pernūtiquis, & necdum in lucem editis, inſtructiſſimam Bibliothecam, licet vix vni aut alteri, cognito loco abditam, neſcio quo indice hoſtes repererunt, & horrendum in modum diſcerpſerunt, atque vaſtauerunt [3] Mulctauerunt Carthuſiæ illius ciuitatis Præfectum, ſiue priorem, ingenti pecuniæ ſumma, quos auri ſacra fames ad eam impellebat crudelitatem, vt etiam in alios monachos & eiuſdem, & alterius ordinis potiſſimùm, ſæuirent, frequenti in ore eorum voce clamāter Gelt. Gelt. aut nummos aut ſanguinem.

3 4 Auguſti.

14 k Ruremōd

RVREMONDE.

Des Printzen Leger.

1572. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA | LOCA

SINGVLAREM illorum expertus eſt inhumanitatem Cuſtos Carbonenſis Ruremundenſis; quem ſacriſtam aliàs vocant, Detractus enim ab illis à teſtudine templi, vbi delitescebat, cogitur prodere res eccleſiæ: quibus ſublatis, volebant eum ſaluũ perducere in caſtra Principis Auriaci. Sed Eccè dum eum in platea horum ſocij conſpiciunt, illis inuitis, eum rapiũt, pungunt, tundunt, infigunt vulnera, proſcindunt conuicijs, naſum & ambas præcidunt aures, mentum in crucis modum fodiunt, cutem à capite, partim alſtrahunt, vt quidam aſſimulãt, Inter hæc irridendo alium illi.

1 11 Auguſti

CONCIONARE nobis Monache. Ille reſpondet: Quid ego vobis concionabor, qui non vultis reſipiſcere, ignoſcat vobis Deus, equidem libens ignoſco. Sed quæſo iam finem his tandem cruciamentis imponite. Tum vnus ex illis ſclopetto eum traiecit, & ita priuatus vita, moritur. — 14 k Ruremond.

PROMVLGATA eſt pax in Francia Pariſijs inter Regem Carolum 9 & Rebelles ſubditos ſuos hoc menſe Auguſto [1] Poſtea nuptiæ ſunt ibidem celebratæ, quibus etiam Admiralius ille interfuit, de quo paulò antè, & conſequenter etiam quædam dicentur.

2 18 Auguſti

DVRANTE obſidione Montenſi, qua Ludouicum Naſſouium vnà cum ciuitate premebat, Albanus Dux adiutus eſt [2] ab Archiepiſcopo Colonienſi Comite Iſemburgio, atque alijs equitibus, conatus dicti Ludouici, atque eorum quos habebat ſibi addictos in Francia, impedientibus. Fuit autem ex precipuis vnus Admiralius, qui Regem Galliæ permouere voluit, ad ſuppetias Belgis contra Albanum ferendas. — 5 f Pariſijs.

VERVM is pòſt eas celebratas nuptias, è palatio Regis [3] cùm domum iret, quidam, cui ille laqueum minatus erat, ſclopeti ictu è cuiuſdam domus feneſtra, in vtraq; manu, & altero brachio eum vulnerauit.

3 22 Auguſti

FAM rem, quòd mali exempli eſſe videretur, hominem tantæ authoritatis ſclopeto appetere, idque haud procul ab Arce ſua Pariſienſi, Rex indignè tuliſſe videlicet, ſtatuitque in hominem illum ſæueriter animaduertere, modò comprehendi poſſet. — 8 m Montes

EODEM die & ſequenti [4] Rex ad Amiralium (poſtquam ipſemet cum matre Regina & Fratribus ſuis veniſſet ad eum à prandio eiuſdem diei, quo læſus fuerat, & conſolatus eum promiſiſſet, ſe ita in ladentem animaduerſurum, vt ſibi ſatisfactum eſſe ſentiat) crebrò mittit quoſdam, qui videant, & renuncient, vt ſe habeant vulnera eius.

4 23 Auguſti

SED ille acceptis ijs vulneribus, magis etiam exacerbatus, ſuſpicabatur Regis voluntate factum vt ea ratione è medio tolleretur, Guiſioſque Principes, regia ope fretos, hominem eò adduxiſſe, vt ſclopeto ipſum peteret, quemadmodum ignorare non Patrem Cruſiorum à quodam Poltrot, qui ab Admiralio eodem, vt dicebatur, ad hoc conductus: ſimiliter ſclopeto ictum Ducem Guiſiũ interfecit. Propterea conſtituit & Regem & Principes illos etiam perdere, nec quicquam iam ferè ab eius ore proficiſcebatur præter minas. — 5 f Pariſijs.

LOCA

TEMPORA

REIPSA etenim ſe ſentire tùm primùm id ſibi videbatur, de quo prius libello quodã fuerat præmonitus, cuius hæc erat ſententia.

LIBELLVS.

MEMINERIS Pontificiorum illud eſſe decretum, Religionis etiam nomine ſancitũ, conſiliorumque authoritate confirmatum. Non eſſe fidem ſeruandam hæreticis: quorum nomine ipſi Religioſi, Caluiniſtas ita appellat) maximè cenſerentur. Memineris, iampridem odium ſempiternum, bellorum ſuperiorum inuidiã, aduerſus Caluiniſtas conflatum eſſe: vt minimè dubitare debeas, quin illud ratum fixumq; ſit Reginæ conſilium, vt quouis modo Religioſi Caluiniſtæ deleantur. Fœminam Italam, ex Pontificum progeniè vaferrimo ingenio non poſſe non omnia extrema hoſtibus ſuis meditari.

ANIMADuerte, quà in ſchola Rex fuerit educatus atque inſtitutus: ab annis duodecim hanc hauſiſſe diſciplinam, ſolertium præceptorum auſpicijs, vt diſceret iurare, blaſphemare, perierare, ſcortationibus & adulterijs ſe commiſcere, fidei Religionem, cogitationeſq; ſuas diſſimulare, vultum componere, ſanguine gaudere, vt beſtiarum mactationibus aſſuetus, ſubiectorum ſuorum cædibus indulgeat. Noris perſuaſum eſſe Regem Machiauellij doctrina, ſe minimè pati debere, vt in ſuo regno alia Religio quàm ea, cui ipſius ſtatus imititur obſeruetur. Illumque ipſi inculcatum eſſe, fieri non poſſe, vt pacatum ſit ipſius Regnum, quamdiu in eo duæ Religiones vigebunt.

ODIVM verò Regis Adoleſcentis animo aduerſus Religionem (ita Caluiniſmum appellant) inſeminatum fuiſſe certùm eſt, & commentitijs argumentis ſæpe illi fuiſſe perſuaſum, molitos eſſe Religioſos, ipſum & Regno & vita ſpoliare. Falleris, ſi exiſtimas Regẽ aut quemquàm huiuſmodi principum paſſurum vnquam, ſubiectos, qui aduersùs ſe ſeu iuſta ſeu iniuſta de cauſa bello inſurrexerint, Legum beneficio vti frui. Ita potius habeto, Regum principumque animis illud ingenitum atque inſculptum eſſe, vt armis vlciſcantur, quod aduerſum ſe armis geſtum fuerit.

1 22 Auguſt

ſ ſ Pariſijs.

ET Reges & principes, illa quæ metu aut neceſſitate fecerint, vbi primùm illæ cauſæ ceſſarint, liberè pacta conuenta violare, & illud habere ratum, politicum axioma, Non eſſe pactas à Principe cum ſubiecto conditiones ſeruandas, quas nimirum cum illo armato contraxerit: fidem eſſe violandam Regni cauſa, Non illis eſſe Religioni, ſolennis iuriſiurandi ſpecie ſubiectos fallere, has eſſe Principum artes, hanc auguſtam Imperiorum conſeruandorum diſciplinam. cuius hæc nonnulla ſint ex multorum congerie delibata exempla.

EXEMPLA.

COmmodus voluptatibus ſuis interponens aliquando, illud tempus impendebat excogitandis cædibus in nobiliores Imperij ex quarum meditationum dictatis, curauit interficiendũ Iulianũ, quem vt patrem palàm colebat atque cõplectebatur. ANTONIVS Caracella Alexandrinus infenſus, quod Feſſemios verſus aduerſus ſe recitari paſſi eſſent, per ſpeciem habendi delectus, cõgregatam vrbis iuuentutẽ iuſſit interfici, & per ſingulas etiã ædes, ab vnoquoque milite hoſpitem cædi. Ita cædibus repleta vrbe, nihil aliud ad illius ſtragis excuſationes prætexit, ad Senatum ſcribens, niſi illos omnes mortem fuiſſe cõmeritas. Lacedæmoniorum dux, conuocatos amicitiæ & ſocietatis ſpecie, Mileſiorum octingentos obtruncari iuſſit. Seruius Galba ſex Millia Iberorum idem ſupplicium ſtatuit. Antonius Spinula (ne antiquorum plura exempla repetamus) primarios Inſulæ Corſicæ homines ad ſe conuiuij ſpecie, conuocatos capite multari mandauit.

CArolus VII. Galliæ Rex, poſtquàm cum Duce Burgundiæ ſeſe reconciliaſſet, fœdere etiam matrimonio confirmato, & ſolemniter iuraſſet etiam rerũ omniũ præteritarũ obliuionem, præſtito iureiurando, in cõſecratam hoſtiam, quod erat tùm maximum anguſtiſtimumq;, iuſiurandum, illumq; Monterellum oppidum conuocaſſet per ſpeciem amicitiæ, illum interfecit.



Digitized by Google



Digitized by Google

1572. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

EMPORA LOCA

PLENA sunt exemplorum omnia, ex quibus hæc pauca decerpsi, vt noris Adolescentem hunc Regem doctrinam illam, quæ decimo octauo capite libri eius, qui est de doctrina principis, authore Machiauello, sedulò didicisse, cum solertiorum etiam præceptorum prolixioribus commentarijs. Quemadmodum non sibi potest esse incognitum, Regem eo ipso die, quo Nauarrea venit in aulam, Blesgas, à Regina matre iocabundum: quæsisse blasphemia (vt de more illi est) interpositâ, Num egregiè personam suam sustinuisset? Annuente Regina, præclare sumpta esse primordia, sed parùm hæc prodesse, nisi pergat.

AT ego (inquit inculcatis eodem ille suo more diris) omnes illos tibi in casses inducam. Hæc Rex. Indè conijci potest quorsùm aspirent tàm speciosæ illæ familiaritates: quibus apud te, & alios optimates Religiosos vtitur. Tu etiam atq; etiam tibi prouideris: sta tuerisque nullum aliud esse remedium effugiendi illorum dolos, quàm vt hac aula, quæ impurissima est (inquit ille) Sodoma, te maturè extrices atq; expedias.

REGIS CONATVS.

REX Gallia autem Carolus interea mittit Cauagnium, cuius fidei & prudentiæ maximè confidebat Amiralius, qui Regis nomine nunciet, planè necesse esse, vt & matrimonij sororis regiæ atq; Nauarræi Regis interfit, & rei Belgicæ, seu expeditionis in Belgium suscipiendæ causa, Lutetiam continuò proficiscatur, res tantas sine ipsius præsentia geri non posse: nihil esse causæ, cur parisinorum stoliditatem & vecordiam reformidet: se nimirùm rebus omnibus satis prouidisse, nequid turbarum propter ipsius aduentum oriatur. venit Amiralius & à Rege, Regina & vniuersa familia regia perhumaniter excipitur.

TVM coràm apud Amiralium de re belgica Rex agere vehementiùs, & quasi hoc vnum pertimescens, ne res interturbaretur testabatur sibi non licere, tanta quanta vellet festinatione vti. Contra Amiralius docere, Rei illius quæ institueretur, summam & vtilitatem & dignitatem Regi Regnoq;, certam & illius efficiendæ opportunitatem facilem expeditamq; conficiendi rationem: demonstrat quoque celeritate opus esse, ne Albani cõsilijs & viribus res per se facilis & expedita impediatur: futurum etiam, vt ij, per quos tanta geri possit, animis concidant sibi illudi opinantes, rerumq; adeò preclarè, scilicet, gerendarum occasiones elapsuras, quæ postea facile nequeant recuperari.

1 22 Augusti

5 f Parisijs.

ROGAT Rex, vt illorum nomina edat, quos Amiralius dicebat ad tria nobilium hominũ millia fore, qui ad istam militiam belgicam datum essent strenuissimam operam. Postquam complurium nomina edidisset, & de varijs quoq; Rex alijs mentionem de industria iniecisset, sibiq; illud maximè placere præseferebat, rogat Amiralium, vt libellum primariorum maximè, & quorum opera ad ipsa munera vti posset, cõficiat. Libellum dat Amiralius, & quantos etiam potest, exscribit, vt ipsa hominum multitudine res certior faciliorque videatur.

REX deinde illi certò pollicetur, se vbi primùm confectum fuerit sororis suæ matrimonium huic rei omnibus viribus enixurum: ipsumque Amiralium summum illarum & rerum & copiarum ducem dicit. Dat potestatem, vt quantum militis opus esse cognorit, colligat: vt & equitum cataphractorum vexillationes paret. Habendo delectu pecuniam ab Ærarij sui Quæstoribus iubet dependi Amiralio, quantum necesse ei videbitur, vetat tamen ne numerationis causa ascribatur: tantum suo mandatu datam Amiralio pecuniã, pecuniæ commentario Regia manu subscripto, vti Quæstori caueretur.

HINC factum est quod Amiralius perlecto illo admonitionis libello de qua suprà indignatior ad eum responderit. Importunè illa eo tempora reponi: hæc olim quidem rectè & opportunè dici: iam nullum esse nullis suspicionibus relictum locum: Deum Regis animum immutasse, se Regi credere: imò se persuasum habere, Gallia meliorem nullum Regem Carolo 9 vnquam habuisse. Sed expertus tandem est Regis illius animum, vulneratus, illo tamen vulnere nihil consternatus. Aiebat

LOCA

TEMPORA

AIEBAT enim Admiralius: Tametſi læſum eſt brachium, ſed caput incolume eſt: & ſi neceſſe erit ſecare brachium, equidem illorum repetã capita, qui mihi huius rei authores fuêre. Putabant illi me ſublatum iri, ſed ego illos anteuertam.

SI qui dixerant, Regem eius calamitate dolere, reſpondebat, non niſi figmenta ea eſſe: ſe illorum noſſe ſimulationes. Non ſibi defuturas rationes omnes illos comprehendendi. Hæc ille, & capita conſpirationis, cum quibus poſtridiè [1] eius diei, quo vulneratus fuit, clàm cõmunicatis, conſilijs, planè decreuit, Regem, regis Matrem, Fratres, & pleroſque regni proceres, illis adhærentes, tollere è medio. 1 23 Auguſt

5 f Paris.

CONSILIVM CONSVLTORI peſſimum.

VOCATOS enim ad ſe Regem Nauarrum Condæum alioſque ſuos aſſeclas, cum quibus conſilium ſecreto ſuum communicauit, ſic allocutos ferunt. Chariſſimi, & optimi Domini, ex acerbo hoc meo caſu accipere poteſtis, quo in periculo hic ſimus. Certum ego ſcio, omnium veſtrum vitam in præſentiſſimo diſcrimine poſitam, ni propere vos vindicetis, fideleſq; meum conſilium ſecuti, præſentem Nauarræ Regem (quòd apud omnes Status gratia & authoritate multum pollet) in Gallia Regem veſtrum aſſummatis & euehatis, id quod hac ratione inſtitui poterit.

DE ipſo Rege Nauarræ, cùm in regio palatio habitet, nihil erit ſuſpicionis. Is igitur ad 27 diem Auguſti, ſuis omnibus optime armatis & inſtructis, Regem cum coniuge, matrem fratreſq; vno impetu adoriatur, è medio tollat ſicq; totam hanc familiam extinguat, aut certè deterrimis carceribus concluſos ſimul teneat. Hoc verò vt ſuccedat rectius vos cæteri Domini ac amici mei, ſic inſtituetis partes veſtras. Vt Condæus interiorem Regis cuſtodiam inuadat & opprimat, atq; ita portam pontemque aperiat, quam ad rem exteriorem Schotorum cuſtodiam certò ſibi habebit addictam. Capitaneus Pilierus pontem ad ciuitatem occupet, ne quis ex ciuibus ad palatium accurrere, Regique ſuppetias ferre poſſit, Cæterum vicum locumq; ſuis ædibus vicinorem quiſque obſeruet, ac tueatur. Solus Mongomerius ſit extra ciuitatem ad ſanctum Germanum. Vbi hos dies militem colligere, & vrbis ſuccurrere in tempore queat, & hoc in ſecreto vos ſeruaturos, nocteque dicti diei executuros, mihi promittetis & iurabitis. Sic ego lætior hinc migrabo, vbi regnum ad noſtros heredes tranſlatũ videro. 2 24 Augu.

REX de his certior factus, a quibuſdam huius Conſilij conſcijs, Nauarrum & Condæũ ad ſe vocauit, veritatemque rei inquirit, quam ſtatim confeßi, veniam orarunt, eamque conſecuti ſunt: At Rex ſenticns in tanto diſcrimine, nullum ſibi ocium dari, STATVIT, eas inſidias & machinationes, abſque vlla dilatione, fortiter anteuertendas. Itaque manè alterius diei, [2] irruptio facta eſt in ædes Admiralij, & inter alios etiam ipſe cæſus eſt, atque è feneſtra præcipitatus; & præciſo capite cadauer ligato ad pedes func, tractum, & à pedibus ignominiosè ſuſpenſum.

EO ipſo die, quo cæſus eſt cum ſuis Admiralius; Pariſijs, in Innocentum puerorum cæmiterio (hoſpitali aliàs dicto) Arbor quædam, multis annis ſterilis & arida floruit; foliaque & fructus produxit: quòd permultis magno & ſtupori & admirationi fuit. Cuius rei interpretationem alijs relinquo, nulli partium quod me facturum recipi præiudicans, nam etiam illa quæ de Admiralio dicta ſunt, ex Pariſienſi quodam ſcripto habentur, cui lector tãtum fidei tribuat quantum volet. 3 25 Auguſti

9 n Montes.

ALTERA die pòſt, [3] Rex Carolus, Templum manè adit, & ſacro audito gratias Deo agit de fœlici huius rei ſucceſſu, quæ ſine ſuorum ſanguine fuerit peracta; In templum venit omnibus parlamenti, vt vocant, cameris congregatis.

Prince
Leger.
Manners &c.
De Prince van Oranje

BERGEN.
Marquise Legar
Duc d'Alba

1572. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA — LOCA

ID quod fecerunt ciues Parisienses, Catholicæ Religioni, atque Regi suo addicti; ipsum quoque factum est Lugduni [1] cui præerat Regio nomine MANDELOTIVS, item Rothomagi. Aurelijs & alijs plerisque in locis à Catholicis in cædes Hugonotarum irrumpentibus multosque trucidantibus.

1 27 Augusti

9 n Mons.

QVOD autem in Gallijs Hugonotæ tam malè habiti sunt, id non parum in Belgio & præsertim in Hannonia montibus Ludouici Nassouij aliorumque Regi aduersantium conatus retardauit.

2 28 Augusti

INTERIM enim Hispani Montium vrbi valdè propinquũ monasteriũ occuparunt cæsis aliquot præsidiarijs. Multas ex oppido pilas è Bombardis iaculabantur in monasterium, sed Hispanos tamen loco illo mouere non potuerunt, vnum ex suburbijs oppidum incenderunt vbi postea tormenta collocata sunt templo rursùs nuiolato. Volebat & Princeps Auriacus Montes obsidione liberare, sed re infecta inde cum exercitu suo discessit.

3 29 Augusti

ALBANVS in castra montensia venit [2] eodem die, quo in Francia regio mandato indicatur Iubileus, & supplicationes à Rege & vniuersa aula. Promulgatur & edictum regiũ in quo vetatur Religionis Hugonotarum exercitium. Rex ad se authorem cædis Parisiacæ aduertè fatebatur. In vrbe Lugdunensi, hoc ipso die si quem Hugonotarum comperirent Catholici, in carcerem abducunt.

4 30 Augusti

5 1 Paris.

IVSSIT Albanus Dux, postquàm in castra venisset, ob eadem Admiralij, cuius ruricus ad eũ perlatus erat, sclopetarios omnes ter displodere, idq; sub noctis medium, necdum quicquam eius rei compertum habentibus obsessis postridie [3] & Augusti penultima die [4] adue:êre tormenta viginti quatuor, & cæpta est oppugnatio [5] sequenti die [6] continuata: quo quatuor ex oppido tormentorum Magistri ad Albanum transfugerunt, omniaque illi indicârunt, quòd viderent fieri non posse, vt vrbs à tanta Bombardarum vi seruaretur, quando illo die in oppidum vibrati essent 1704 globi.

5 31 Augusti

PERLATVM est in castra, [5] Mechliniam munitissimam Brabantiæ ciuitatem cessisse inimicis Albani. Nunciatum est etiam [6] ex inimicis dum oppugnant Louanium cæsos esse trecentos, attamen aliquot aureorum milibus vrbe redempta. Postridie [7] Auriacum cum suis inde recessisse. Manè alterius diei hora septima visa est Principis Auriaci acies circa suburbia Thenensium, quo die etiam Louanenses extra periculum constituti, in rei perpetuã memoriam his versibus sibi non immerito gratulabantur annum mensem & diem hoc pacto significantes.

6 1 Septemb.

10 k Mechlinia.

7 2 Septemb.

Vt sIT Charta deo pIetas LaVs CLara LoVanII
tertIa septeMbrIs CondoCet orta dIes.

POSTEA [8] primæ dieiTonitrua bombardica nõ sunt intermissa, donec porta cum duobus fortissimis propugnaculis prostrata est.

8 3. 4. 5. Septembr.

INDE rursus perpetuis diebus continuata: quibus etsi multi oppidani læderentur, tamen data opera est, nè quid damni acciperent templa & monasteria. Interim verò qui cum Ludouico Nassouio in vrbe erant Montenses, non cessabant communire sese.

10 1 Louanij.

9 6 Septẽbr.

VENERE [9] in Albani castra duo millia equitum Germanorum, quorum aduentus Duci fuit gratissimus.

INTEREA

ALBANO DVCE LEONEM

LOCA	LEONIS BELGICI DESCRIPTIO	1572 TEMPORA
	INTEREA dum hac ad Montes Hannoniæ aguntur proditione capitur [1] ab inimicis Albani ALDENARDVM, Flandriæ oppidum (in quo nata eſt Margareta Auſtriaca Gubernatrix) valdè munitum. Miro quodam ſtratagemate in illud ſibi aditum fecêre. Potiti porta vna, rectà ſe in forum conferunt, iubent ciues domi ſe continere, ni capite puniri velint: mox portas omnes claudunt, adhibent cuſtodes.	
8 1 Aldenard	PARS ad ſummum oppidi prætorem Iudocum à Corteuille ædes regias inhabitantem cõtendunt; munitas illas quidem, ſed illis tamen igne & ferro iam peruias: iubent Prætori vt ſeſe dedat Auriaco Principi, ni faciat extrema minantur.	1 7 Septẽbr.
	ILLE conſtanter recuſat, dicens ſe Regi Philippo iuraſſe, potiùſque mori velle, quam fidem Regi datam fallere, ſimul autem iubet ſuos armis ſe tueri, ſed hoſtium multitudine oppreſſus, multis ſclopetorum globulis traÿcitur, proſtratuſq; non paucis vulneribus confictur.	
	NEC his tamen contenti, veſtibus nudatum, è feneſtra in flumen præcipitant. Iacobus Blommaert Ædes illas ſiue Caſtrum Regis occupat, qui iam ſexennium ab ea vrbe, cuius fuerat ciuis, ob Religionem nouam exularat, tanquam Dux inimicorum, Aldenardum reuerſus eſt.	
	QVAERVNTVR toto oppido Paſtores & ſacerdotes, paſſimque reperti capiuntur, trahuntur, cæduntur, proſternuntur, innumeris conuicijs flagellantur. Monaſteria, templa, domus Eccleſiaſticorum diripiuntur, ſublatis rebus omnibus quæ tolli poſſent, cæteris cõfractis è primario templo ablati ſunt ad triginta ſex argentei calices.	
	EODEM autem modo tractatæ ſunt ab illis, ædes ſacræ omnes extrà vrbem illam. In cœnobio Franciſcanorum, & alio quodam haud ita procul ab vrbe, nihil omnino integrum relictum, non ſcamna, non parietes, non vitra, non defunctorum ſepulchra, non altaria, non campanæ.	
	VBI primò in cœnobium Franciſcanorum irruperunt, importunißimis vocibus poſtulabant ſibi tradi quoſdam nobiles, quos illic deliteſcere ſuſpicabantur. Fratres illos vocant lupos, moriones, inſanos: trahunt, verberant, gladios, pugiones, ſclopos ad pectora & ceruices eorum apponunt, nec tamen efficere poſſunt, vt prodant illi nobiles, qui illic non erant. Diſcurrunt itaq; per omne monaſterium, ferro oſtia omnia aperiunt: non enim vel tantillas ferunt moras, quo poßint claui bus reſerari. Erãt illic tum Paſtores quidam & ſacerdotes Aldenardenſes, qui non ſua, ſed ſubditorum cauſa ibi latere ſe poſſe exiſtimârũt. Ii, vt viderunt fruſtrà ſe abſcondi velle, in templum omnes ingreßi ſunt, magno animo, quicquid Domino viſum eſſet, illic expectaturi, quos inimici comprehenſos indignis tractauêre modis.	
14 e Deuenter.	REPERTVS eſt ibi etiam ab eis IOHANNES Mahuſius, iam olim doctrina & virtutis ergò deſignatus Dauentrienſis Epiſcopus. Ei, licet & ſenectute & morbis adeò affecto, vt mouere ſe loco non poſſet, mirum in modum inſultabant, ſannis, ludibrijs, & vocibus quibuuis etiam ſcurris indignis, tum quoque vellicabant, percutiebant, cucullo apprehenſum, è lecto in pauimentum deturbabant, & à ſe quiſque ceu monſtrum quoddam ingenti clamore repellebant. Cum ſe autem ipſe loco mouere non poſſet, nec illi eum vehere vellent, amicis pro eo deprecantibus, cum alijs in carcerem abductus non eſt, ſed illic vt truncus inutilis relictus.	2 8 Septẽbr.

BERGEN

Digitized by Google

Mechelen
Graff Ludwich

1572. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA

LOCA

REX Galliæ Carolus 9 dat [1] literas non ſolùm ad ſummum Pontificem Gregorium XIII. & collegium Cardinalium, ſed etiam ad præcipuos quoſdam Imperij Principes, quibus de rebus cùm Admiralio geſtis certiores efficiuntur. Atq; inter cætera Rex idem dictis principibus ſua manu gallicè in hunc modum ita

1 8 Septẽbr. QVIA fide dignorum relatione (ſcribit) ad nos peruenit, varios rumores malicioſe contra nos ſpargi, de proceſſu in Admirallium & aſſeclas ſuos inſtituto, quaſi verò in eo fidei noſtræ obliti fuerimus, quod quidem ad ſummum Coronæ, regnig, noſtri dedecus vergere, omniumq; ergà nos odium comitare queat. IDEOq; intermittere non potuimus, quin de rei buius veritate & cauſis ad Dil. veſtram, etiam propriâ manu perſcriberemus, cui noſtræ explicationi & nulli alteri francia etiã millies, & à quocunque alio facta fidem adhibebit, & apud omnes nationes atq; ſtatus, tanquam ipſiſſimam veritatem defendendam ſuſcipiet. Deum enim ſupremùm omniũ Regem teſtem adducimus nos 23 Auguſti, nullam cogitationem multòque minus antè practicam vllam, quod falsò inſinulamur, cum iſtis noſtris ſubditis aduerſuſq; illos vel ſuſcepiſſe vel fouiſſe. Vbi verò Amiralius noſter 22 die Auguſti improuiſo fuiſſet ſclopeto ictus, noſque de eo intellexiſſemus, ſtatim in propriâ perſona ipſum v. ſitauimus, conſolatiq; ſumus, declarantes factũ hoc ſummopere nobis diſplicere: ſicuti quoque mandauimus de autbore, quanta fieri potuit diligentia inquiri, captumque grauiſſimo ſupplicio affici. Inter hoc ex Admirallio auditum eſt, ſe nõ tàm ſuam lugere mortem, cum iam ſit ætate grauis, dieſque ſuos ferè vixiſſe videatur, quàm alios, quorum multa millia ob hunc ictum interimenda ſint. Id verò nos (inquit Rex) tum ex dolore potius dictum exiſtimantes, grauius a nobis acceptum non eſt, eoque conſolato, & adhibitis & noſtris medicis, ad palatium rediimus, nihil mali ſuſpicantes. Ipſe verò Admirallius non ita fuit quietus, moxque 23 Auguſti vocatis ad ſe affine cognatoque noſtro Rege Nauarræ, Condæo, & alijs ſuis aſſeclis cum ijs in ſecretò conſiliũ iniit, eoſque ita alloquitur. Chariſſimi &c. reliqua ſupra retulimus. Die ſequente [2]

2 9 Septẽbr. repentina quadam conſternatione cõmotus arma ſibi afferri, & cuſtodiæ ſuæ tribunos accerſi iubet, iurat ſe conſtituiſſe Hugonotarum reliquias profligare primordiumque a Condæi capite ſummere. Regina autem Elizabetha Maximiliani Imperatoris filia ipſius vero Regis vxor, illum obteſtatur, ne conſilio ſuo inconſulto, rem tanti momenti aggrediatur, Rex vxoris precibus victus arma deponit, & cuſtodes amandat. Poſtridiè [3]

3 10 Septem Condæum accerſiuit & tria illi proponit, ex quibus vnum eligat, MISSAM, MORTEM, aut PERPETVVM carcerem, ſed Condæus primum omninò deteſtatus eſt.

PRINCEPS Auriacus, cum ſuis copijs, opem allaturus obſeſſo Fratri Ludouico Naſſouio adeò celeriter ad Caſtra Ducis Albani venit, [4] vt vix dimidiæ horæ ſpatium eius miſſi relictum eſſet, quo ſe conferret ad aggerem hoſti obiectum.

4 8 Septẽbr QVA autem via Auriacus ſe in oppidum Montenſe euaſurum ſperarat, propugnaculum ſeu munimentum quoddam erectum erat, & in eo ſeptem tormenta magna, cum duobus germanorum peditum ſignis collocata. Habebat tùm Albanus hoſtes in vrbe a tergo, a fronte Principem Auriacum: nec tamen remittebatur, quicquam de ſolita vrbis tormentaria verberatione

MANE alterius diei [5] Viſi ſunt quidam equites Auriaci propiùs ad caſtra Albani accedere, ſed pòſt horas tres retrocedere, ſtupente Albani milite ad rei nouitatem. Poſtea ex captiuo cognitum eſt, pedites Auriaci noluiſſe procedere, niſi perſoluto priùs ſtipendio, atq; ita ſingulis tùm numeratos duos batzones, ſiue Batzios vt vocant.

5 9 Septẽbr. SVB horam ergo duodecimã tendunt ad caſtra Albani, equitum vigintioctlo & totidem ſigna peditum, ſed cùm iam in caſtra irrumpere vellent, ſeptem illa tormenta exonerantur, Hiſpani præcipui ſclopetarij magna vi in eos incurrunt, ſubindè alij, ita vt compulſi ſint ſiniſtrorſum contra Valencenas digredi, amiſſis amplius centum quinquaginta peditibus, equitibus quadraginta.

9 n Montes.

7 n Valẽcenæ

ALBANO DVCE LEONEM

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

LOCA

TEMPORA 1572

AVRIACVS poſtea [1] incendit caſtra ſua, & aliquot pagos: ſed ne impune diſcederent hoſtes, Albanus ad mille quingentos Hiſpanos ſclopetarios, cum equitibus leuis armaturæ quinquaginta, qui omnes extrinſecus interulis albis induti erant, media nocte, in eius caſtra miſit; qui ſingulari quodam ſtratagemate primò caſis excubijs, mox ad quingentos trucidarunt, multos abegere equos, multos vulneribus debilitarunt. Auriacus, ea clade accepta, clara luce, celerrime inde receſſit in Brabantiam, Mechliniam versùs.

10 k Mechlinia. — 11 Septēbr.

EODEM die [2] emiſſi ſunt ab vrbe Montenſi quidam ægri & ſenes, è quibus plerique erant Monachi & monachæ, quos Albanus Dux in propinquum virginum cœnobium deducendos curauit. — 2 — 13 Septēbr.

TERTIA die poſt maiori quàm unquam ante vi, vrbs pilarum ictibus quaſſata eſt; ita vt in caſtris eruina ædificiorum audirentur, atque die ſequente [3] numerarentur ictus bombardarum 1980. Decreta erat paulò poſt [4] vrbis accerrima oppugnatio: Sed Comes Ludouicus, cernens nullam affulgere ſpem, poſt triduani colloquij impetratas inducias vrbem dedidit, ex qua egreſſi ſunt publica fide, mille quingenti, cū equis, armis & rebus ſuis, atque ita Montenſi ciuitate potitur Albanus [5] ea, inter cæteras, conditione, vt Ludouicum Naſſouium, ſaluum & incolumem, ad Imperij Romani territorium dimittat. — 3 — 14 Septēb. — 4 — 16 Septēbr.

9 n Bins.

PROFECTVS poſtea [6] Dux Albanus cum exercitu ſuo Binzium, quod eſt tertio lapide à Montibus. Quòd autem magna eſſet aeris intemperies Mechliniam demùm ad duo milliaria acceſſit [7] atque illic ſubſtitit, viſurus num Mechlinienſes, vltrò ſe vellent dedere. Sed cum nihil fieret, mouit caſtra [8] Porrò Auriaci milites è Mechlinia aufugere, & cum aliquot centurijs ciuium ſuæ factionis Ruræmondam contenderunt, tanto ſilentio, vt nemo in Albani exercitu antè alterius diei [9] lucem, id aduerteret. Ciues vrbis id primò indicarūt, ſpe veniæ impetrandæ. Qua de re cum tractaretur, milites in oppidum per muros irrumpunt, eamque inſignem & opulentam ciuitatem miſerè depredantur, anno menſe & die, his ſequentibus verſibus deſignatis. — 5 — 21 Septēbr. — 6 — 23 Septēbr.

13 h Ruræmund.

HIſpanIs, beLgIs, MeChLInIa beLLa ſeCVndo
(heV doLor) oCtobrIs aſpera præda fVIt.

— 7 — 30 Septēb.

OPIMAM ſanè prædam miles rapax indè abſtulit, variamque ſuppellectilem vili pretio diſtraxit, nihilque ibi tum vilius habitum optimis codicibus plena erant omnia. — 8 — 1 Octobr.

VIDISSES tùm Germanos milites, quoſdam indutos togis ſacerdotalibus, monachorū cucullis, veſtibus magni precij pellibus ſubductis, ire in caſtra, faſciculis ſtramineis illis alligatis, vt ſignificarent ſe cupere emptores. — 9 — 2 Octobr.

10 k Mechlinia

LEN.

TEMPORA		LOCA
1 3 Octobr.	HENRICVS Nauarræ Rex à Galliæ Rege Carolo 9, eius matre Catharina, Audio Fratre Henrico, Cardinale Carolo Borbonio, & Duce Mompensero admonitus ad Gregorium XIII literas scribit humanissimas, [1] Orans eum, vt ratione Sacramentorum, quæ in Romana Ecclesia ante defectionem acceperat, pro vno ex filijs suis velit agnoscere, & nouæ doctrinæ errorem suum non sibi sed praue institutioni asscribere. Petitque supplex, vt Confessionem fidei Catholicæ quàm Parisijs sub Nuncij Apostolici manibus fecerat, benignus accipiat. Se enim Pontificem Romanum, pro supremo capite Ecclesiæ agnoscere & pro filio obedienti viciſsim agnosci velle, precari etiam, vt sua Sanctitas matrimonium cum cognata sua, sororè Regis, contractũ, ratum habeat. Sed & se breui proprium legatum ad vrbem missurũ, perque illum in genua prouolutum, obedientiam præstiturum.	11 k Dieſt.
2 4 Octobr.	INTEREA Dux Albanus ad duo equitum millia iussit occupare Dieſtense oppidum, quod factum est; Hostibus fuga dilabentibus: sed ea vrbs prædæ non cessit, vt Mechlinia: annonam tamen militibus suppeditarunt ciues. Mox etiam recuperata est Termonda, sed non sine oppidanorum detrimento. Aldenardo etiã excesserant, è quibus tamen plerique flãmis, in quendam locum igni iniecto concremati sunt.	9 l Termond
	AVRIACVS vero Princeps Ruræmundam repetebat, milite eius, vt quidam scribunt, passim omnia diripiente, & Duci suo dira imprecante, pleriſque etiam se ipſos exauctorantibus, & illo insalutato ad sua recedentibus.	8 m Andenarda.
3 17 Octob.	ALBANVS cum Traiectum ad Mosam venisset, pleroſque equites à se dimisit, Eò tũ multarum ciuitatum venêre legati, purgaturi se apud illum & veniam deprecaturi. Misit è [3] suis qui Ruræmundam occuparent. Interim dedidêre seſe aliquod oppida, hostibus fuga sibi consulentibus. Indè Nouiomagum venit [4] illic hybernaturus.	13 l Maſtricht.
4 26 Octob.	IBI dimissus est ab eo, [5] Holsatiæ Dux Adolphus cum suis, inter quos erant VII Ranzouij. Paulus Ioannis equitis aurati filius; Ducis in eo Bello legatus. Deinde Henricus & Hieronymus, filij Christophori de Bulck, Hennignus, Nicolaus, Georgius Ranzouii fratres de Neuerſtors, & Ioannes Ranzouius, quibus mille equitibus Albano Duci adfuerũt, itemque Erici Ducis Brunſvvicenſis equitatus. Grauissima Senatus Parienſis Sententia datur contra mortuum Admiralium. Illiusque & memoria & liberi damnantur. Vt violatæ Maiestatis, pacis & tranquillitatis publicæ hostis & perturbatoris initæ aduersus regem & ipſius statum conurationis auctoris.	10 k Ruremund.
5 27 Octob.	INTERIM ſentium Hostes, qui Aldenardum occupauerant, regium aduentare militem, nec se sine periculo diu Aldenardi hærere posse. Quamobrem [2] quarto nonas Octobris, sub horam septimam vespertinam, sacerdotes omnes reducunt in castellum regium, de illis & alijs supplicium sumpturi, Valde festinabant. Decreuerant illi quidem, pòst cædem sacerdotum, etiam laicos nobiles viros, ea ratione perdere, superuenientibus autem, qui admodum vociferarentur, ni fugam ociſsimè capeſsant, totum oppidum à regijs ciuitum irri, illico in pedes se coniecerunt, relictis illis clariſs. mis viris, sed miserè ſpoliatis veſtibus suis. MONDRAGONIVS	13 k Nouiomagum.
		5 f Paris.

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1572

LOCA

TEMPORA

MONDRAGONIVS vicem VVallonum, Hiſpanorumq, militum ſigna, per vadoſa æſtuaria, ab Aggere pago, in Suyfbeuerlandiam magna omnium admiratione traducit. [1]

9 h Tergoes.

Tergoes, vrbem graui ab Auriacis obſidione preſſam, liberat.

I 20 Octob.

APPARERE tùm [2] cœpit mirabilis quadam ſtella, quæ nec cometa fuit nec ſtella fixa, cuius lumen indies creſcere videbatur, vſque ad id tempus quo iterum pòſt quingentos & triginta duos dies, euaneſceret omninò, nec vnquam poſtea appareret in cœlo, fuit huius ſtellæ occaſione à Duce Albano ad ſe vocatus, in Geldriam, Cornelius Gemma, Medicinæ Doctor

10 l Louaniũ.

Louanienſis ac Mathematicus inſignis, vt quid nam ſignificare poſſet huius apparitio ſtellæ ediceret, qui paulò poſt iudicium ſuum ſcripto edidit.

2 26 Octob.

FVERVNT & in Auſtria, & in Hiſpanijs, qui de eadem ſtella libros ediderunt, In Auſtria quidem Thadæus Hageſius; in Hiſpanijs verò Compluti, fuit quidam Hieronymus profeſſor Mathematices. Quorum opiniones & iudicia lectores indè petere poſſunt, Sunt præterea, qui à tempore Chriſti nunquam talem apparuiſſe ſtellam aſſerunt.

14 e Zutphen.

BRIQVEMALDVS & Canaginus, (pòſt ſenatus Pariſienſis ſententiam datam [3] cõtra demortuum Admiralium) per carnificem de ſcalis deiecti laqueo ſuffocantur, [4] aderat ei ſpectaculo Rex Franciæ Carolus 9. Regina mater, Nauarræus & alij proceres regni.

3 27 Octob.

MAXIMILIANVS Imperator ſcribit [5] literas ad Albanum Ducem, vt me quàmprimùm ex Belgio remittat in Auſtriam, non obſtantibus omnibus, quæ aduerſarij quidam in medium adferre poſſent, quò diutiùs ab aula Imperiali abſentem me detinerent. Atq, vt ego reditum meum quoq, acceleraram, eadem Cæſarea ſua Maieſtas per literas etiam ad me datas propria manu ſubſcriptas ſignificauit.

11 d Campen.

4 29 Octob.

AB Albano Duce miſſus eſt [6] exercitus ad Zutphaniam obſidendam: quæ ſanè vrbs difficilè capi potuiſſet, propter paludes, quæ illic ſunt, niſi frigoris beneficio, regius miles adiutus fuiſſet, tormentis acriter oppugnata eſt. [7] Multi indè certatim profugerunt, è quibus non pauci à germanis ſpoliati; multi in caſtra abducti ſunt.

13 d Zvvol.

5 8 Nouẽbr.

POSTQVAM rumor captæ Zutphaniæ ad circumiacentes ciuitates allatus eſſet, vehementer eſt trepidatum, Adeò, vt etiam Comes Montenſis, collectis conuaſatiſq, omnibus, Belgio relicto Bramam contenderit. Præſidiarij Campenſes, Svvolenſes, & Harderviceni oppida deſeruerint, & in tutum ſeſe receperint. Oppidani regium militem petunt, Regiq, reconciliantur.

12 e Harder-vvyck.

6 14 Nouẽb.

INTERIM Hiſpani, & Burgundiones, in vrbem ingreſſi, duos inimicorum ſuorum ſigniferos, quòd contra iuſiurandum ſuum in Montibus præſtitum militarent, à pedibus ſuſpendunt, alios milites ſclopetis, & ferro confodiunt, ſed ij pauci erant. Ea quoq, vrbs, præda data eſt. Germani cùm fortiter eſurirent, magnam eſculentorum copiam ex benè refertis cellarijs, in caſtra exportárunt. Inuenta eſt illic moneta è plumbo & ſtãno benè multa, in domibus, quàm Comes Bergenſis fertur cudendam curaſſe, oppidum illud obtineret.

9 n Montes

7 16 Nouẽb.

ANTWERPEN

ANTVERPEN

1572. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA | LOCA

POST captam Zutphaniam, exercitus Regis Philippi, partim ad Nardenſe oppidũ, partim aliò profectus eſt. [1]

DE Nardenſibus diuerſa eſt relatio: Alij volunt crudeliter cæſos ciues, contra fidem data ſic dicentes. Fridericus Albani filius, & locum tenens, Zutphania relicta, ad Nardenſe oppidum tendit: oppidanos in deditionem acceptos contra pactum deditionis ac belli ius, ætati nec ſexui parcens, trucidat deletis internecione omnibus, in cinerem & faullam vrbem redigit.

1 18 Nouēb. — II e Naerden

ALII vero vi occupatam vrbem ſcribunt, cum aliquandiu defenſa eſſet à trecentis Gallis, qui pro certò dicebantur apud Montes Hannoniæ iuraſſe, ſe contra Regem Hiſpaniarum non ſumpturos arma. Præda autem omni ex vrbe exportata, ipſa inflammata eſt.

FERVNTVR ea Nardenſium cæde, admodum exacerbati aliorum Batauorum animi, eoq; pertinacius in rebellione perduraſſe. Vnde quidam De Harlemenſibus ſcribens. Ciues (inquit) calamitoſo Nardenſium exemplo moniti, gloriosè potius ac ſanctè ſe pro patria mortem oppetituros, quàm truci ſicariorum inanitate perituros decernunt. Fridericipromiſſis aurem accomodare recuſant. Difficili obſidione præſſi, infractis animis omnem hoſtilem impetum, tot bellicorum tormentorum in ſuos aggeres exploſiones ſuſtinent, ſeipſos ac præſidiarios, quos vrbis tuendæ cauſa intrà mœnia ſuſceperunt (inter quos erat Dominus de Barefourt Scotorum Colonellus) milites viriliter pro aris & focis, atq; adeò tota Hollandia dimicantes obijciunt.

9 II Montes.

AMORSFORTII etiam tàm Ciues quàm præſidiarij Geuſij, accepta hac fama, intempeſta nocte aſperrima hyeme, per brachium Oceani gelu conſtrictum, tanta cum trepidatione diſceſſerunt, vt in itinere, cum ad ſyluulam quandam veniſſent, ventoq, in illam ingruente arida folia ſtrepidum edidiſſent, timore ingemminato, hoſtes adeſſe exiſtimantes in effuſam fugam ſeſe coniecerint. Catholici verò media nocte Vltraiectum proficiſcuntur claues Comiti Boſſuuio adferunt, opemq; eius implorant, qui conuocatis copijs Amorfortiam contendit, atque in illam præſidium deducit. [2]

10 e Harlem.

2 21 Nouēb.

AMBSTERDAMENSES, qui reliquas Hollandiæ vrbes opibus longe antecellunt, in Regis ſui fide tùm conſtanter admodum perſtiterunt, multis modis, non ſine Maximis tũ impenſis, tum periculis & moleſtijs ſuam ergà Regem Catholicum fidem & ſtudium declarantes: Multum ſudatum eſt ab inimicis, vt hanc inſignem vrbem ſibi vendicarent, ſed id fruſtra fuit, tametſi eius, ſuburbia, & in ijs ad duo millia ædium exuſſerunt, monaſteria & collegia vicina miſerandum in modum vaſtarunt, pecus omne, quod abigere non poterant, in aquis præfocarunt.

12 e Amorfort

11 f Vtrecht.

APVD Goudam Hollandiæ oppidum duo venerandi patres Ioannes à Rixtel & Adrianus Lamberti à militibus ceu feræ agitati, gladijs & pugionibus ſtimulati, multis confoſſi vulneribus, per ſpineta raptati, ac demùm ſuſpenſi & exenterati leguntur. [3]

11 e Ambſterdam.

3 15. Nouēb.

CIRCA hæc tempora Delphis in publico foro ſuſpenſus eſt Adrianus Iacobi Harlemenſis ciuitatis Syndicus: Chriſtophorus aũt de Schagen vir nobilis, eiuſdem ciuitatis Scabinus, pòſt multa tormenta, & carceres, mente captus, in vinculis moritur. Paulò ante apud Brielam quoque ſuſpendio iugulatus eſt Theologus quidam & Paſtor in VVarenbuyſen. Sed ne in innoxiorum hominum cædibus immorari videar, vnicum tantum exemplum, Cornelij cuiuſdam Musij adhuc ſubijciam.

10 f Gouda.

MVSIVS

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

LOCA		TEMPORA
	MVSIVS Delphenſis Cornelius nomine. Poeta laureatus, ſacrarum virginum apud S. Agatham Delphenſem præfectus, iam grandeuus, quippe qui duos & ſeptuaginta ætatis haberet annos. Cùm ſibi, ob aduentum inimicorum quos Geuſios vocãt, parum tutum exiſtimaret, Delphis hærere, amicis præſertim vrgentibus, cum paucis Hagam abductus eſt.	1572.
9 f Delfft.	INDE Delphos reuocatus, medio fermè itinere, à quodam nobili Geuſeo intercipitur, & Leydam cum cognato ſuo, adoleſcente viginti plus minus annorum perducitur, ibiq́, mox in eculeum agitur, acerbiſſimè torquetur & excruciatur, cognato iuuene inſpectãte, & ſimilia de ſe expectante, inſandis exagitatur verborum contumelijs, digiti pedum & quod dicere pudor eſt, virilia præciduntur.	
10 f Hagæ comitis.	PAVLO pòſt ſub horam decimam veſpertinam ducitur ad patibulum: ſed cum præ defectu virium ſcalas ſcandere non poſſet, fune ligatur medius, & ita iniecto in collum laqueo præfocatur. Cuius mors ſimul atq́, Delphis nunciata eſt, incredibili ciues pleroſq́, omnes dolore afſecit. Corpus eius Leydæ humatum, vbi iam à Principe Auriaco vniuerſitas erecta eſt, multiſque viris non tam Catholicis quàm doctis frequentata.	
10 e Leyden.	HIC prætor Romanus olim Prouinciam adminiſtrans, in ea ſedem fixit, eique Legio attributa eſt, ab Legione Leyden dici ſuſpicantur quidam. Alij à Ptolomeo Lugdunum Batauorum, ab Antonio Imperatore in itinerario, caput Batauorum vocitatam ſcribunt, qua ex re apparet eam fuiſſe præcipuam. Natus eſt ex hac ciuitate Sartor ille vomine Ioannes, qui ſe poſtea in VVeſtphalia monaſterij Regem fecit, quique tandem in caueam miſſus atque ſuſpenſus in turri miſerè perijt, temeritatis ſuæ pœnas exoluens. Delphis tantùm abeſt tribus miliaribus. Nec procul diſtat ab arce Britannorum, cuius reliquias, maris, à quo abſumpta eſt, receſſus, aliquando detegit ante annos 20. 30. & 62. Ibidem variæ deſcriptiones marmoreæ, rudera, fragmenta & multa numiſmata, reperta ſunt, atque in Hagam comitis (de qua ſuprà) vbi Hollandorum curia eſt translata.	1 30 Nouẽb.
11 e Naerden.	MENSE Nouembri 1 Nardenſis ciuitas quæ ad brachiũ oceani ſita eſt, atq́, à multis annis varijs ſectis, præcipuè verò anabaptiſtarũ furoribus infecta, tandem venit in manus D. Frederici, filij, ac locum tenentis Ducis Albani, poſtea ablata præda, concrematur, vt dixi. Paulò pòſt, Albanus miſit eundem filium ſuum Fridericum, cum non parua manu, ad Harlemum obſidendum, vrbem Hollandiæ haud ignobilem, ſed hactenus parùm firmatam, ab inimicorum autem præſidiario milite, miris modis communitam, vt ægrè tandem fame expugnari potuerit.	

NARBONA

1572. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA — LOCA

1 5 Decemb. — 10 l Bruxella.

POST literas Imperatorias ſcriptas ad Ducem Albanum, Nouembri menſe præterito, miſit [1] ſua Cæſarea Maieſtas mihi Bruxellas etiam aliàs litteras patentes, propria manus ſubſcriptione, atque Imperatorij Sigilli Impreſſione munitas. Quibus cauſas oſtendit, ob quas ex Auſtria in Belgium miſſus, citius indè proficiſci, atque ad Aulam ſuæ Maieſtatis Cæſareæ redire, non potuerim. Requirens ab omnibus Imperij principibus ac potentatibus, cæteris verò atque ſuis ditionibus ſuis ſtrictè mandans ac præcipiens, vt liberum ac minus impeditum, mihi tanquàm Aulæ Cæſareæ ſuæ Maieſtatis familiari, per ſuas ditiones, territoria ciuitates & villas tranſitum concedant.

2 10 Decebr.

REGII milites ſine tormentis vi occuparunt [2] aggerem Harlemicum, cæſis ad centum & quinquaginta Geuſeis, pleriſque alijs tùm ſubmerſis tùm vulneratis: ex Regijs autem triginta deſideratis. Erat tum acerrimum frigus moleſtum quidem militibus, ſed valdè oportunum. Hollandiæ expugnandæ, multis paludibus & aquis impeditæ.

3 11 Decebr.

IPSA vrbs obſeſſa eſt [3] ad ſeptentrionem & Auſtrum multa interim è propugnaculis & muris iactabātur ſcommata & ludibria. Eodem die propè Amſterodamum, natus eſt in villa quadam vitulus biceps, gemino dorſo, & octo pedibus, nec diu ſuperuixit.

10 e Harlem.

IN pago quodam, duodecim Geuſeorum peditum ſigna, & aliquot equites, Harlemum petituri, [4] hærebant ſine vllo metu, itaque Dominus Fridericus miſit eò Hiſpanos quoſdā. & Germanos Sclopettarios, à quibus de improuiſo cæſi ſunt ſeptingenti. Septem peditum, vnum equitum ſignum ereptum, reliqui in fugam acti, pagus direptus. Ex Regijs viginti quinque periere.

4 13 Decebr.

INIMICI non longè ab Amſterodamo conati ſunt aggerem perfodere [5] ſed ſequente die [6] Amſtelredamenſes, non ſine multa illorum cæde, eos profligarunt, triginta tribus è ſuis amiſſis.

5 18 Decebr.

HISPANO militi, propter frigoris acerbitatem permoleſta erat ea obſidio, itaque facto ponte, non adiunctis ſibi germanis & Burgundis, vi in oppidum penetrare conantur [7] Sed repulſi ab obſeſſis, & ſracto ponte, partim ſubuerſi: partim Sclopettorum & lapidum ictibus extincti ſunt, ita vt ad ducentos ex ijs deſiderati ſint.

11 e Amſterdam.

AVDIEBANTVR verò ex vrbe puerorum & aliorum voces PAPAV. PAPAV, Papenknecht, ideſt cleri vel ſacerdotum adminiſtri, ſic enim irridendo vocant eos, qui operam ſuam nauant Catholicis.

6 19 Decebr.

PERuaſerunt [8] clàm in vrbem ſeptingenti Geuſei pedites, plerique omnes Galli Sclopettarij, qui in Auriaci exercitu præcipui fuiſſe ferūtur.

7 20 Decēb.

IN Anglia circà hæc tempora Thomas Norfolciæ Dux ſuſpenſus, in 4 partes diſſectus eſt, eò quod in necem Elizabethæ Reginæ cōſpiraſſet, adductus amore (vt ferebatur, ſcribit G. Natalis Comes) Mariæ Reginæ Scotiæ, quam ſe ducere nō poſſe videbat, niſi illa prius ſublata. Sententia, quam de eo protulit Stuartus, erat hæc. THOMAS Dux Norfolcij accuſatus proditionis, & inſidiarum, in caput Reginæ ſtructarum, atque in patriæ libertatem. Londini in turrim reducatur. Vnde ſuper crate per vrbem ad Tiburnum Supplicíorum locum trahatur, ibi pendeat, donec ſit ſeminortuus, tunc membrum virile illi abſcindatur, eoque vidente comburatur. Cædatur vtraque manus, & corpus in quatuor partes diuidatur, atque iaceat, donec Regina ſtatuat, quid ſit de eo faciendum.

8 29 Decēb.

1 k Lódinum

DESCRIBITVR

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1573.

LOCA

TEMPORA

DESCRIBITVR ad initium huius anni [1] horrendum Louanij diluuium, cum prodigioſa clade, quam maiori parti ciuitatis inuexit. Praterea Harlemi adeò perfracti ſunt [2] vrbis muri, tormentorum pilis, vt inſtaurari non poſſent, ſed eorum loco, altas foſſas & craſſos aggeres efferunt, multa in vrbe à Geuſeis inſolenter & petulanter fiebant ſaltando, clamitãdo, aras extruendo locis editioribus, ſtatuas illis imponẽdo, proceſſiones inſtituendo, cũ cymbalis & tintinnabulis alta voce cantando. DOMINVS VOBISCVM, atq; hæc omnia in contemptum Catholicorum.

1 8 Ianuarij

11 e Louen.

MAGNA per hoc tempus [3] erat in caſtris regijs annonæ caritas, propterea, licet in vrbem Harlemenſem, multa quotidie trahæ, cum ruſticis interceptæ ſunt, & nauis vna ſic ſatis magna, omnigeno commeatu & mercibus onuſta.

2 11 Ianuarij

OBIIT circa hoc tempus [4] Traiecti fideliſſimus Hiſpaniarum Regis ſeruitor, Philippus Dominus de S. Aldegonda, & de Norcarmes, qui dum viueret, pro ſymbolo, his verbis vtebatur, NEC INFERIORA SECVTVS. fuit is Hãnoniæ præfectus, cui alterius quidem religionis & familiæ, ſed eiuſdem nominis, ſucceſſit Philippus de S. Aldegonda, verum Principis Auriaci fidiſſimus aſſecla.

3 2. 3. 4 Februarij.

10 e Harlem.

PENETRARVNT tertia die pòſt [5] in oppidum Harlemenſe, clara luce, centum & octuaginta trahæ, ſeu vehicula hominibus & commeatu inſtructa; ad eiuſmodi res multa vtebantur arte Geuſei, per glaciem ſibi vias muniendo. Dũ hæc in Belgio geruntur, Cæſaris Maximiliani filius Poſonij (vulgo Presburg) magnificentiſſima cum pompa excipitur, & Hũgariæ Rex creatur, cuius ſoror Elizabetha 27 Octobris Regi Galliæ Carolo, Regina filiam gignit, quæ poſtea baptizata, atq; Maria Elizabetha, eſt appellata, paulo pòſtquã fieret Pax [6] in Scotia inter Iacobum VI. Regem puerum, & familiam Hamiltonorum.

4 6 Februar.

11 f Traiect. infer.

DVX ALBANVS IMPERATORI.

5 8 Februar.

RESPONDEBAT [8] Dux Albanus Imperatori Maximiliano in hunc modum literis ad eum Germanicè ſcriptis. Alderdurchleuchtigſter etc. Ewer Kay. M ſchreyben/ mir von wegen derſelben gefangenen Hoffdienner zu Bruſſel Michel Eyzingers erledigung/ vnder dem datum Wien am 21. tag Januarij negſthin genedigſt gethan/ daß hab ich mit gebuerender Ehrerbiettung/ erſt neulicher tag empfangen/ vnd daſſelb/ vermittelſt getrewer Relation/ ſeines verrern inhalts vnderthenigſt verſtanden. Vnnd iſt nit an/ das ich vor gueter zeit/ vaſteben gleichmeſſiges ſchreiben/ von Ewer K. M. empfangen. Dieweil aber gleich damals/ wie dan noch heutigs tags/ ich mit verwolg des beſchwarlichen Kriegßweſen beladen/ vnnd die Khũniglichen Rathe/ ſo itziger zeit die lant vnd Juſtitia ſachen verwalten/ von mir abweſendt/ vñ zu Bruſſel reſiderundt ſeindt/ hab ich denſelben das vorig Ewer K. M. ſchreiben/ alßbaldt zueſchickhen/ vnd jnen darbey aufferlegen laſſen/ die gebuer darin furzunemmen/ Ob/ oder was ſie aber hierauff verhandelt/ daſſelbig iſt mir vnwiſſundt/ derhalben ich dan entſchloſſen/ jnen auch angeruertes E. K. M. jungſtes ſchreiben vberzuſchickhen/ mit dem auſtrucklichen beuelich/ mich jrer anßrichtung/ oder wie ſonſt die ſach beſchaffen/ vnuerzüglich zuuerſtendigen Ewer K. M. volgends deſſelbigen verner haben zuberichten/ Dann Ewer K. M. ſollẽ deſſen ſicher vnd vergewiſt ſein/ das ich/ noch obgedachte Khõnigliche Rathe/ oder andere dienſt verwante/ in dem etwas anders werden fürneñen/ oder zuthuen geſtatten/ weder das die billickheit eruordert. Wie dã für mein perſon/ Ewer K. M. in dem vnder thenigſte/ dienſtliche wilfarung zuerzeigen/ erkhenne ich mich ſchuldig vnd thue mich hiemit Ewer K. M. zu Gnaden beuelhen. Datum Nieumwegen am 27. Februarij/ Anno Chriſti 1573. Ewer K. M. Vnderthenigſter. Ferdinand etc.

6 15 Februar.

13 g Nouioma gum.

7 22 Februa.

10 1 Bruxella.

8 27 Februa.

1572. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA

LOCA

POSTRIDIE eius diei, quinque Hispanorum signa in castra regis veniunt, sed paulò pòst regij infœliciter pugnant cum Flissingensibus, ad Teruensem Ducem Albanus, vt quod per literas promiserat se facturum, Imperatori scriptas, eidem satisfaceret, Bruxlas Gallicè scribit ad priuatum Regis consilium his verbis.

DON Ferdinando Aluarez de Toledo Duc Dalua etc. Lieutenant, Gouuerneur, & Capitaine General. Treschers & bien amez. Nous vous enuoyons auec ceste, Copie d'vne aultre letre, que l'empereur nous à faict epscripture, endroict la cause du prisonnier MICHIEL d'EYTZINGEN, à la fin que donnez ordre, à la briefue vvydange de ladicte cause, selon qu'en auons encoires escript precedentement, Et nous aduisez ioinctement ce que pourrions respondre, à se M. pour apres selon ce nous y reigler, 2 Atant Treschiers & bien amez, nostre Seigneur vous ait en sa saincte garde. De Nyemegen le 4. Iour de Mars 1572 F A. Duc Dalua.

7 k Vlissingē.

1 Martij.

PORRO Geusij, quos Aqualicos vocabant, quod mare infestum haberent (vulgò VVaſſergeusen) rusticos conati sunt haud procul Amsterdamo aggerem perrumpere, & Harlemensibus fere supperias. Sed Bossuius Comes, præfectus Hollandiæ, & Amsterodamenses cum ad eorum classem peruenissent, quasdam eorum naues depresserunt, duas eis triremes abstulerunt. 2 At verò sequenti die omnes in VVaterlandia & circùm Amsterdamum profligarunt, cæsis vltra mille vices, multis captis, nauibus tribus & viginti eis ereptis.

11 e Amsterdam.

Præterea 200. equites atrati, cum aliquot germanis Sclopettarijs, e castris Regijs in aggerem Geusiorum, quem apud Leyden sibi fecerunt, irrumpunt, eosque in fugam compellunt, aliquot equos, vaccas, vitulos, oues, & pleraque alia cum multis captiui rusticis in castra adducentes. 3

CAROLVS Rex Galliæ Bironium, & Philippum Strozzam, cum exercitu mittit ad Rupellam (Santonum portum, vulgò Rossel appellatum) obsidendum. Promouetur autem Rupella situ suo longius in Oceanum, vt illo penè circum valletur. Paludosis verò locis, salis cõfectionis accommodatis (salantes vocant) ferè ambiatur: ea tamen pars, quæ ad pictauinam regionem tendit, planè est cõtinens. Ad eam porta est, & templum Cognæum: necessarijs verò munitionibus, vtrinq; consepitur, altaq; fossa & opportuno aggere munitur. Templum ita est dirutum vt turris spectandi causa, cætera templi moles in propugnaculi vsum sit relicta. Ad solitas paludes exporrigitur Morillia turris, quæ tractum illum altis procerisque munitionibus tuetur, longo prospectu. Hanc sequitur turris Sanmicolæa, & loci paludosi ingenio & solerti opera præmunita, ad eam enim Oceani fluctus dextra illiduntur: æstusq; maris fossam illius replet: quo demum fluctus potest peruenire: ex illo enim loco vsq; ad Cognæam portam ficcæ ferè sunt vrbis fossæ. A Sanmicolæa porta vsque ad Molinæam, mare continuo æquore exporrigitur: tutandæq; illi aduersus nauale irruptionem regioni, propugnaculum extat firmo opere ædificatum: tum & aliud portui proximum, mirabili mole extructum (garontiū vocant) inter duas turres intercedit mirè capax, vt ad illius vrbis regionem sit quasi armamentarium.

2 4 Martij.

10 e Leyden.

INDE in portum itur, capaci latitudine exporrectum, quem lapideus ager vndiquaque ambit: commodis ædificijs ornatus ad commerciorum opportunitatem: portusq; aditus turri, ad quam ferrea catena vndiquaq; illigata est, circumcluditur, indèq; procerus murus firmo lapidum nexu compactus ad Pharum vsque extenditur, quàm turrim Lanternæ vocant: in qua nimirum Fax accenditur, vt noctu in illo nauigantibus præluceat. Exinde, littore relicto, in Molinæam portam murus protenditur, & ad propugnaculum aliud, quod dominiarum (quia ad illud nobiles mulieres superiorum bellorum tempore aggerendæ operam nauarant) continuatur: tum ad aliud propugnaculum, quod Euangelij vocatur, latum & firmissimo opere munitum pertinet: donec propugnaculo intercedente alio, ad Cognæam portam & propugnaculum deueniatur. Atque hæc fere est Rupellæ, Rupellensiumque mœnium Topographia & ambitus, de qua videatur charta Francisci Hogenbergij XI, libro vrbium Secundò ad viuum expressa.

3 17.18. Martij.

Gallia.

HANC

ALBANO DVCE LEONEM

N.	LAUDES REGIAE RECEPTAE	Cum
Lat.		Graec.
1 Figura.	ΔΟΥΚΑΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΡΩΜΑΙΩΝ. Imago Ducis ante Christum stantis, qui dextra vexillum cum cruce, sinistra globum cruciferum tenet. Ad latera, ΜΗΡ ΘΥ. IC XC.	1 Figura.
2 Figura.	ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ ΔΟΥΚΑΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΡΩΜΑΙΩΝ. Imago Constantini Ducis, qui dextra vexillum cum cruce, sinistra globum cruciferum tenet. Ad latera, ΜΗΡ ΘΥ. IC XC.	2 Figura.
3 Figura.	ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ ΔΟΥΚΑΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΡΩΜΑΙΩΝ. Imago Constantini Ducis, qui dextra vexillum cum cruce, sinistra globum cruciferum tenet. Ad latera, ΜΗΡ ΘΥ. IC XC.	3 Figura.
4 Figura.	ΕΥΔΟΚΙΑ ΑΥΓΟΥΣΤΗ. Imago Eudociae Augustae, quae dextra vexillum cum cruce, sinistra globum cruciferum tenet. Ad latera, ΜΗΡ ΘΥ. IC XC.	4 Figura.
5 Figura.	ΜΙΧΑΗΛ ΔΟΥΚΑΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΡΩΜΑΙΩΝ. Imago Michaelis Ducis, qui dextra vexillum cum cruce, sinistra globum cruciferum tenet. Ad latera, ΜΗΡ ΘΥ. IC XC.	5 Figura.
6 Figura.	ΜΑΡΙΑ ΑΥΓΟΥΣΤΗ. Imago Mariae Augustae, quae dextra vexillum cum cruce, sinistra globum cruciferum tenet. Ad latera, ΜΗΡ ΘΥ. IC XC.	6 Figura.
7 Figura.	ΝΙΚΗΦΟΡΟΣ ΔΟΥΚΑΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΡΩΜΑΙΩΝ. Imago Nicephori Ducis, qui dextra vexillum cum cruce, sinistra globum cruciferum tenet. Ad latera, ΜΗΡ ΘΥ. IC XC.	7 Figura.
8 Figura.	ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ ΔΟΥΚΑΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΡΩΜΑΙΩΝ. Imago Constantini Ducis, qui dextra vexillum cum cruce, sinistra globum cruciferum tenet. Ad latera, ΜΗΡ ΘΥ. IC XC.	8 Figura.
9 Figura.	ΕΥΔΟΚΙΑ ΑΥΓΟΥΣΤΗ. Imago Eudociae Augustae, quae dextra vexillum cum cruce, sinistra globum cruciferum tenet. Ad latera, ΜΗΡ ΘΥ. IC XC.	9 Figura.
10 Figura.	ΡΩΜΑΝΟΣ ΔΙΟΓΕΝΗΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΡΩΜΑΙΩΝ. Imago Romani Diogenis, qui dextra vexillum cum cruce, sinistra globum cruciferum tenet. Ad latera, ΜΗΡ ΘΥ. IC XC.	10 Figura.
11 Figura.	ΕΥΔΟΚΙΑ ΑΥΓΟΥΣΤΗ. Imago Eudociae Augustae, quae dextra vexillum cum cruce, sinistra globum cruciferum tenet. Ad latera, ΜΗΡ ΘΥ. IC XC.	11 Figura.
12 Figura.	ΜΙΧΑΗΛ ΔΟΥΚΑΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΡΩΜΑΙΩΝ. Imago Michaelis Ducis, qui dextra vexillum cum cruce, sinistra globum cruciferum tenet. Ad latera, ΜΗΡ ΘΥ. IC XC.	12 Figura.
13 Figura.	ΜΑΡΙΑ ΑΥΓΟΥΣΤΗ. Imago Mariae Augustae, quae dextra vexillum cum cruce, sinistra globum cruciferum tenet. Ad latera, ΜΗΡ ΘΥ. IC XC.	13 Figura.
14 Figura.	ΝΙΚΗΦΟΡΟΣ ΔΟΥΚΑΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΡΩΜΑΙΩΝ. Imago Nicephori Ducis, qui dextra vexillum cum cruce, sinistra globum cruciferum tenet. Ad latera, ΜΗΡ ΘΥ. IC XC.	14 Figura.

TEMPORA

LOCA

PERVENIVNT & ad obsidionem Rupellensem obfirmandam ab Heluetijs etiam quatuor millia + ad castra regia. Postea varijs hinc atque illinc iacturis datis & acceptis, tandem pax post repetita colloquia concluditur, mittitque Andius Dux ad fratrem Regem Carolum 9. conuentum cum Rupellensibus initum, vt illud sua authoritate confirmaret: & in Edicti formam reuocandum mandaret, interea ad 6. dies inducia impetrantur.

8 21 Aprilis.

OPPIDANI Regia castra inuisiunt: vinum Regijs afferunt, ab illis carnes & cateros cibos accipiunt: colloquijs & salutationibus alij alios, pro more inducierum frequentant. Oppidi tamen custodia inuigilatur, & ijs excitandis, qui liberiori pacis fiducia, iam sibi indulgebant, tumultus consultò concietur à Normanio Tribuno, quasi adesset hostis. Tandem subruuntur Regia munitiones, tormenta adducuntur: oppidani, crates quoque suas cumburunt. Ignem festinitatis causa varijs in oppidi locis accendunt: primarij aliquot viri è Regijs castris in vrbem liberè ingrediuntur. Postea 10. Iunij Bironius quatuor praconibus & legato armorum (sic Galli vocant) Heraulti d'armes (quasi fecialem, belli siue pacis nuntium atque interpretem) commeatus, in vrbem quoque ingrediens, per omnia oppidi compita. EDICTVM pacificatorum, Regis nomine promulgat. Quo ipso die in portum inuehuntur naues frumento cateroque comeatu onusta, cuius angustijs iam incipiebant vrgeri Rupellenses, vt & Harlenses tandem, de quibus consequenter etiam suo loco dicemus.

10 k Antuerpia.

2 2 Aprilis.

EODEM tempore, mortuo Sigismundo Rege Polonie, noni Regis, extra vistulam, orientem versus, apud varsouiam, in tentorio magno, cepta est [4] celebrari electio, postque multas consultationes, tandem Henricum Andium, regem 13. Maij denunciant.

10 e Harlem.

ALBANVS, cuius iam omnis cura in perdomandis Flissinganis intenta erat, instructam contra eos mittit [1] classem, duce Sancho Daula arcis Antuerpiana prefecto, qui maritimo conflictu, cum Flissingensibus congrediens, infœliciter pugnat, magnaque classis pars nautica quadam calliditate, à Flissinganis illecta capitur [2] quam ouantes (vt ex precedenti figura patet) in ciuitatem deducunt. [3]

3 23 Aprilis.

HORRENDVM fuit & intempestiuum frigus, vt etiam vndæ ad pollicis crassitudinem, vna nocte concrescerent. Qua res cognita à Regijs copijs effecit, vt nauigia non multa difficultate sint expugnata, & cum munitio Sparendam, quam Geusei erexerunt, in littore maris Oceani, in finibus Batauorum, non procul ab Harlemo, omni spe subsidiorum priuata esset.

ITVM est, post subiugata & directa nauigia, ad expugnationem munitionis, consilio comitis predicti, & Friderici Zapata, vbi tanta alacritate hinc à Regijs copijs pugnatum est, indè tanta trepidatione, ob iacturam amissorum subsidiorum, vt munitio quoque non multo labore in potestatem victorum venerit. Zapata leuam manum amisit in illa expugnatione, per ictum campestris tormenti. Cæsis igitur, trucidatis, direptis omnibus, qui erant in munitione, etiam Nouensis Regulus, summus dux illarum copiarum, venit in potestatem hostium, cui cæsa sunt tres cohortes, quæ erant in munitione, & multa bellica tormenta capta.

4 5 Maij.

Anglia

INTEREA temporis quo hæc agebantur, ingressi sunt tandem Harlemum classe aduecti 800 lectissimi pedites: qua subsidia non mediocriter confirmarunt animos presidiorum, ad superiores regiorum victorias non parum consternatos,

NON

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1573.

LOCA

TEMPORA

NON longè ab Amſterdamo 600 milites Auriaci è nauibus egreſſi, vi conantur occupare aggerem, appellatum Diemerdyck, vt comeatum à Regijs excludant, mittūt verò contra eos è ſuis ſelectis ciuibus Amſterdamenſes ſigna duo, conſligunt illi cum Auriacis, & interim vident in illo aggere Auriaci, mille circiter foſſores ad Albani caſtra tendentes, putant eſſe milites, & præ metu, animis in pedes decidentibus, fugæ ſe mandāt, & per foſſas ad naues properant.

1 10 Maij

10 e Amſterdam.

REGIA claſſis in mari Harlemenſi Geuſiorum naues amplius centum in fugam vertit, [2] magna & militi & nauibus damna dedit, naues enim viginti duas cum milite & rebus alijs capit.

2 28 Maij

10 e Harlem.

IN terra quoque à Regijs aliquot eorum propugnacula vi expugnata ſunt, in quorū vno tria peditum ſigna ſe dediderūt; Tùm verò Harlemenſibus omnis ſubſidij aditus præcluſus eſt.

CVM militum minuta eſſet [3] copia Regis, & morbis & prælijs; ab Italia magna Hiſpanorum & Italorum ſubſidia venere: Cōſcripta ſunt etiam Burgundionum & Germanorum aliquot ſigna, ſed quòd hi omnes tardè in caſtra Harlemica advenirent, Albanus, è Belgij ciuitatibus reuocatos milites, Harlemum miſit.

3 1 Iunij.

10 g Leyden.

COLLIGIT [4] tùm Auriacus Princeps apud Leydam (aliàs Lugdunum Batauorū appellatam ciuitatem quinque hominum millia Harlemenſibus annonam illaturus denuò: ſed quod incunctantius quibuſdam ciuitatibus eius, protectioni ac tutelæ ſe ſubmittentibus, procedere videretur, malè in eum animata erant.

4 9 Iunij.

11 f Vltraiectum.

ALIBI autem Auriaci haud procul ab Amſterdamo aggerem (vt dictum eſt) occupantes, præfregerunt; & illic propugnacula condiderunt, in quibus primò quatuor præſidiariorum militum ſigna collocarunt, aliquot etiam triremes, & naues eò adduxerunt, impediturі, ne ab Vltraiecto in caſtra Regis comeatus aduheretur.

5 17 Iunij

10 e Diemerdyck.

POSTEA Princeps Auriacus, ex eo quem in Hollandia collegit exercitu, quatuordecim ſigna reliquit in aggere, quem diximus, annonæ auertendæ cauſa, verùm ex Regijs militibus ſeptem Burgundionum ſigna [5] altero die [6] trecenti Hiſpani Sclopetarij eò miſſi ſunt, quòd vbi ſenſere Geuſei, qui habebant ad viginti tria ſigna in ſuo exercitu, relicto aggere in pedes ſe coniecerunt, Ab Amſterdamenſibus verò ducenti ex eis trucidantur, octo eorum naues omnis generis commeatu inſtructæ auferuntur.

6 18 Iunij.

PERSE
MARE
PERSICO

TEMPORA

VENERVNT [1] *ex Aula Imperatoris Maximiliani Bruxellas in Belgium literæ, quarum ſuprascriptio talis.*

Dem Hochgebornen Ferdinanden/ Hertzogen zu Alua/ Marggrauen zu Coria vnd Saluaterra/ etc. Vnſers freundtlichen lieben Vetters/ Schwagers/ vñ Bruders/ des Khönigs zu Hiſpanien ꝛc. Oberſten Hoffmaiſter/ Gubernatorn/ vnd Capitain Generalen in den Niderlanden/ vnſerm lieben Ohaymb. 10 I Bruxella.

QVIBVS quidem literis replicat idem Imperator, Albani ſcripto reſpondens, in hunc modum.

IMPERATOR DVCI ALBANO.

Maximilian etc. Dein Lieb wiſſen ſich zuerindern was wir derſelben zu etlich malen wegen entledigung vnſers Hoffdienners vnnd Getrewen lieben Michaelen Eyzingers zugeſchrieben.

Wiewol nun dem lieb darauff notwendige verordnung gethon/ ſo befinden wir doch/ das er bißher mit allerlay eingewenden mitteln in der Gefenckhnuß auffgehalten etc. Welches wir dan ſeinen widerſachern all hie an vnſerm Khayſerlichen Hoff verwiſen vnnd dieſelben dahin angehalten/ das ſy vns inligunde ſchreiben zuegeſtelt/ damit vnſerer vorigen verordnüg gemeß der Eyzinger/ alſbalde ledig getzelt/ auff freyen fůß geſtelt/ vnd Krafft ſeines von vns habenden Peßbrieffs/ allhie an vnſern Khayſerlichen Hoff paſſiert werden ſolle etc. Vnd verſehen vns gantzlich es werde nunmer weyters nichts bedurffen etc. 1 19 Iunij

Hierauff an den Lieb gnedelickhlich begerůd. Wo gedachtes Eyzingers widerſacher/ oder jemandts anderer zu ſeiner noch lengern gefenckhnuß ſich etwas vnderſtehen vnnd anmaſſen wurde/ dein Lieb wollen demſelben nit ſtat geben/ ſonder Beuelich geben laſſen/ daß er ohne verner auff halten ledig gelaſſen/ vnd an vnſerm Hoff zurayſen verſtattet werde etc. Dann er nit auß ſeiner ſelbſt/ ſonder ſeiner widerſacher verurſachen in ſollichen laſt gerathen etc.

An dem vns dein Lieb angenembes gefallen/ vnd des gefangnen halben ein guet werckh thun etc. Welches wir dan inſonderhayt gegen deiner Lieb in Khayſerlichen genaden vnd guetem/ damit wir deiner lieb gewegen erkhennen wollen. Geben zu Wien den 19. May. im 73 iſten.

ATQVE haec quidem Germanica cum præcedentibus [2] *inſerere hîc volui, ne quis Albani Ducis tempore, captiuos omnes, ſua ipſius culpâ, carceri mancipatos, atq; detentos fuiſſe exiſtimet. Sed ad Harlemicam obſidionem reuertamur.* 10 c Harlem.

FRIDERICVS

LOCA

TEMPORA

FREDERICVS Toletanus antequam caſtra ad vrbem poneret, caduceatorem mittit, qui Harlemenſes ciues ad deditionem hortaretur. Sed ciues ad Naerdenſe exemplũ, ſuſpectam habentes fidem Friderici, vt dictum eſt glorioſius pro patriâ defenſione mori decernunt, quàm ſuſpecta hoſtis fidei, vitam & pudicitiam vxorum ac filiarum committere, quare neq; aures quidem prabere adhortationibus voluerũt. Decernunt ſumma contentione vrbem defendere omniáq; pericula, per fortitudinem militarem propulſare.

1 Iulij.

10 e Harlem.

INITIO menſis Iulij [1] Hiſpani & Itali Nouiomagum, indè Harlemum egregiè ſanè inſtructi venerunt. Germanorum quoq; nouus copiæ aduentabant. Hiſpana igitur copia poſt expugnationem munitionis, ſuperioribus etiã victoriis elata, magna alacritate Toletani iuſſu totis viribus contendunt ad obſidendam vrbem Harlemum, non procul ab vrbe poſitis caſtris, erecti ſunt corbes terra pleni, ducti aggeres, excauata foſſa militares, tormenta inter corbes locata, & in vrbem directa.

VRBS recognita ad concutiendum, omnia quæ pertinuerant ad obſidionem expugnationemq; vrbis, ab Hiſpanis diligenter procurata ſunt, & coordinata; ſed non minor erat induſtria præſidiorum, qui erant validiſſimi, cum ineſſent quinque millia exercitatorum militum, ciuium 800. cum multis ex Holandiæ locis, acciti: qui irrita facerent omnia Hiſpanorum conſilia.

2 4 Iulij.

NAM quamuis vrbs neque natura neque arte valdè eſſet munita: tamen inexpugnabilem faciebat virtus præſidiorum, cum tantundem vel etiam plus longarum noctium beneficio & frequentiâ hominum reficeretur, quantum vis tormentorum diurnorum deuaſtaret, cum etiam foſſa altiſſima & validiſſima reparationis interitus, excitarentur.

OBSIDENTES Frederici Toletani milites, quia viderent tantum per noctem refici, quantum per diem tormenta initiò deuaſtarent, decernunt tandem eſſe deueniendum ad vim ligonum, quæ quamuis ſit longior, tamen ſecurior apparebat. Sic igitur per vim foſſarum propinquandum eſſe vrbi D. Frederico, ſummo eius expeditionis patris Albani ducis loco, Imperatori viſum eſt.

13 g Nouioma gum.

NEC ſe admodum comouerunt Harlemenſes obſeſſi, ſed pergebant [2] etiam ſacras imagines, ſtatuas, cruces, ornamenta eccleſiaſtica, & è ſtramine & ſæno factas effigies ſacerdotum, monachorum, monacharum, Hiſpanorum habitu indutas proponere, confodere, lapidare, coram eis choreas ducere, iubilum canere, eos habere ludibrio, indè amputare capita, & per murum in Hiſpanos iactare.

3 5 Iulij.

CAEPTA reſeſt [3] agi. & non multò poſt longum certamen ſine tormentis, in prælio ceciderunt è defenſoribus, plures 150. ex oppugnãtibus etiam non pauci, ſic igitur mœnibus appropinquatum eſt, quemadmoduminter cætera id conſpicientibus, figura quæ ſequitur exhibet.

1573. TEMPORA

TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

LOCA

NEC ita multò pòſt Hiſpanicæ copiæ locum alium munitiorem occupant, qui erat ad ſtaturã duplicem hominis, quæ dum feliciter ſuccedere obſeſſoris obſeſſi agreferrent. Prædiarij, milites decernunt illam fœlicitatem inſigni aliqua clade rependere.

1 7 Iulij. INSTRVCTI itaq; ad 1500. pedites, & pauci equites, magna diligentia ac virtute egreſſi in Germanos impetum faciunt, pugnatur ab egreſſis multa alacritate, nonnullæ cohortes germanorum in morem pecudum trucidantur, capta ſunt 6 vexilla, & totidem bellica tormenta, His vbi opem ferret cohors Vallonum, & ipſi mirabiliter caſi ſunt. [1] 10 e Harlem

SED enim cum totis caſtris conclamatum eſſet ad arma, omneſq; copiæ conceſſo ſpatio inſtruendi conuenirent, ſubſidio multis Vallonibus & Hiſpanis accedentibus, accurrentibusq;, ad clamorem è caſtris, magna fit impreſſio in egreſſos, qui tantum numerum pugnatorum iam ſuſtinere non poterant, multis itaq; amiſſis è ſuis reiecti ſunt [2] ad portas ciuitatis.

2 8 Iulij. DVM frequentibus minutis prælijs & omni oppugnationum ac deferſionum certatur ad vrbem eandem Batauorum Harlemum: Comes de Boſſu ſit obuius hoſtili claſſi (quèadmodum id exhibet figura præcedens) quæ quidem claſſis conſtabat è quinquaginta nauigijs varij generis. Habebat Comes Boſſuius tanquam ſummus Imperator Hiſpanicæ claſſis, quadraginta quinq; naues oneratias, in mari Britannico, egregiè ad pugnam inſtructas, & quatuor actuarias: Verumtamen cum vellet hoſtem cogere ad pugnam, illud obtinere non potuit, qui cum ſecundus ventus aſpiraret, deuitata pugna, prius in tutum ſe recepit, quàm illam Boſſuenſis poſſet comprehendere.

3 9 Iulij. INTEREA moleſtiſſimè ferebant vniuerſa Hollandia & Zelandiæ vrbes, nouam religionem cõplexæ, Harlemenſes in extremæ vitæ periculo poſitos, nullis auxilijs ab Auriaco Principe ſubleuari, præſertim cum ipſæ pecuniam & alia neceſſaria, pluraque contuliſſent. Idcirco Auriacus Princeps inſtructis nonnullis nauigijs & terreſtribus copijs ad ad 500. carros adducens [3] cum armis, commeatum, apparatu bellico & tormentis primùm irrumpit (Duce Barone de Battemburg de quo ſuprà diximus) in caſtra germanorum, quæ in uamus vrbi propinquum conſtiterunt, eorum excubias obtruncat. 9 d Mare.

ID

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

LOCA		TEMPORA
	ID vero ſentientes Regij milites, ex omni parte currunt ad arma, & cum hoſte confligunt, & vtrimq; quidem certatum eſt acriter ſed Germanis & Sequanis ſtrenuè ſe gerentibus Auriaci fugiunt, eorum copiæ diſſipantur, cadit Batemburgius, mille ſexcenti ex ijs in ipſo conflictu cæduntur, quatuordecim ſigna militaria, decem tormenta & trecenti currus auferuntur.	1 10 Iulij.
	QVARE omni ſpe ſubſidiorum Harlemenſes ſunt deſtituti, [1] per quod tempus obſeſſi vrbem ſubleuandam eſſe rati, imbellibus illis, qui tamen annonam abſummerent, neque poſſent ſuſtinere munia, vel difficultates militares, pueros & fœminas & ſenes multos ex vrbe emittunt. Illam vrbis obſeſſæ ſubleuationem non æquo animo ferentes obſeſſores Hiſpani cum magnis eiulatibus, lachrymiſque multis, in vrbem repellunt.	
	HEV quæ facies ibidem miſerorum ciuium? viri, mulieres, ſenes, iuuenes, omneſque adeò demiſſum gerebant vultum: corpora macie confecta, luridus in ore pallor, vacillantia crura, denique nihil non horrendum in illis cernebatur. Nam canes & feles in ciuitate tandem deliciæ fuerunt ieiuno ſtomacho, maxima pars tergoribus boum ſale conditis, aqua calce immiſſa maceratis, duabus vel tribus ſeptimanis proximis vitam ſuſtentarunt ſola aqua plus quàm menſem ſitim reſtinxerunt.	2 11 Iunij.
10 e Harlem.	INDE factum eſt, vt præſidia, poſt multas verberationes vrbis Hiſpanorumque conatus, cum ſe fortiter defendiſſent, nec tamen vltrà reſiſtere poſſent, iam diuturnitate defenſionis defeſſi, cumque multi in frequentibus prælijs cecidiſſent, atque eadem multorum munia paucis incumberent ſeptimo obſidionis menſe finito ſtatuunt [2] ſe fidei, clementiæ, humanitati, & miſericordiæ Hiſpanorum copiarum ſummi imperatoris D. Friderici Toletani dedere. Nulla alia conditione accepta, quàm quòd direptionem mobilium ciues redimere poſſent ducentis & quadraginta millibus florenorum, è quibus centum millia intrà duodecimum diem numerarentur, ad reliquam pactæ pecuniæ exoluendum longiori ſpatio conceſſo.	3 12 Iulij.
	CAETERVM vitæ neciſque poteſtas in omnes milites iuxta ac ciues, victoris arbitrio relicta eſt [3] Deditionis huiuſmodi leges ſubſcriptæ ſunt Idiographis Præfectorum & Ducũ, tam præſidiariorum, quàm ciuium, vt nihil in poſterum vel quærelis, (ſi durius cum illis agatur) vel calumnijs ſit loci relictum: ita, vt ex vnà parte tandem excederent præſidia, ex altera ingreſſus ſit, qui illic conuenerat, Boſſuenſis Comes, cum 10. cohortibus peditum.	
	GERMANI qui in vrbe erant præſidiarij milites quidam, vita donati ſunt, [4] ex illis autem ij, itemque Gaſcones, & Angli, qui apud montes Hannoniæ, vt ſuprà dictum eſt [4] iu rauerant ſe non militaturos contra Regem Hiſpanidrum Philippum, & cum ijs aliquot ſeditioſi ciues, gladio, laqueo, & alijs modis necati, perierunt partim fame, partim ſuffocati in aquis, partimque cæſi ab Hiſpanis, duo millia hominum.	4 13 Iulij.

HAERLEM.

TEMPORA

LOCA

GASCONES ex præſidiarijs militibus omnes qui laqueo, gladio, & ſuſpendio perierunt [1] fermè fuerunt ſexcenti, Gubernator vrbis ab Auriaco conſtitutus, cui nomen Bippar da, Friſius natione, vnà cum alio centurione Flandro, capite multatus eſt. [2]

1
15 Iulij. PSEVDOecclesiaſtes Martiniſta & gregarius quidam miles, eodem tempore laqueo & ferro ad furcam ſuſpenſi, omnibus ſpectaculo per integrum diem fuerunt.

PRAETER quos, alij quàmplurimi milites ad trecentos, omnibus veſtibus, vſque ad Camiſiam exuti, & extrà ciuitatem rapti in aquas (vt expracedente figura conſpici licet) præcipitati ſunt, paucis eorum vita donata, confeſſoribus illorum apud Hiſpanos intercedentibus.

LANCELOTTVS Bredorodius è lateribus extractus, cuſtodiæ traditus eſt eodem die. Fuerunt in vrbe quatuor millia præſidiariorum militum, qui redacti fuerunt, cùm deditio fieret ad numerum mille ſexcentorum militum, reliquis ferro abſumptis: adeò, vt tian [3] præter illos, de quibus ſupplicium ſumptum eſt, vix ſeptingenti ſupereſſent.

CIVIBVS parcebatur, exceptis ijs, de quibus paulò antè diximus, Porta ciuitatis tam arcta cuſtodia ſeruabatur, vt nemini ſine conſenſu Gubernatoris pateret exitus.

2
16 Iulij. 10 e Harlem.

OBIECERANT obſidionis tempore præſidiarij milites Auriaci, Duplicem vallum, interecta profunda foſſa intra ciuitatem, qua parte quatiebatur murus exterior munitionis, quam Hiſpanus erexerat, adeò firmum, vt facilè appareret, illic quidem ciuitatem vi fuiſſe expugnabilem. Verùm à tota Boreali parte, vetus murus, erat vtrinque debilis, nullo aggere firmatus: ita vt ex hoc facili colligi potuerit vanitas illius iconis Harlemenſis oppidi, quæ obſidionis tempore emittebatur.

EX Harlemi ciuibus, gregarijſque militibus, mirum eſt quanta conſtantia obſidionem tulerim, & pluſquam ſaguntinam famem perpeſi ſint, cum nullum animal viuum in vrbe pòſt deditionem inuentum ſit, nulla radix herbarum in terra, vel folium in arboribus, vna ſalis copia illis ſemper fuit, cæterarum rerum maxima penuria, donec pòſt victoriam annona de nouo importaretur, atque miſeri illi, quos metus mortis, omnes angebat nihilominus, pane & vino recrearentur.

3
17 Iulij. ATQVE hæc de memorabili illa obſidione Harlemenſi. Deque victoria quidem hactenus: nunc ordine reliqua perſequamur.

CVM

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1573

LOCA

TEMPOR.

CVM autem Harlemo hæreret miles regius, nec niſi perſolutis ſtipendijs progredi vellet. magna eſt amiſſa occaſio rei benè gerendæ, omnibus iam metu conſternatis, qui interim ſe collegerunt. Alcmariani quidam venerunt ad Holandiæ præfectum, indicaruntq; ei, exulem, Ruichauerum eſſe cum tribus ſignis militum, ſed ciues eum in vrbem admittere non velle. Confeſtim ergò è Regijs copijs præmiſſa eò ſunt tria ſigna peditum, cum duabus tum mis equitum.

10 e Harlem

1 16 Iulij.

EOS ſubſecutus eſt quidam nobilis [1] cum tribus legionibus, & tribus maioribus tormentis ad tutandos oppidanos, & Auriacos fugandos: Eius oppidi partem occidentalem obtinebant Catholici, eam verò quæ Eurum ſpectat Auriaci, per quam Geuſeorum præſidium intromiſſum eſt, duas horas antequam regius miles porta occidentali appropinquaſſet. Tantam verò eius vrbis obtinendæ opportunitatem Regij amiſiſſe feruntur, dum diripiendis ruſticorum in Heyloe, & Egmonda fortunis, diutius immorantur. [2]

10 d Alcmar.

2 19 Iulij

EX alia parte, Batauorum Principes quidam factionis nouæ Religionis, quoniam putarent ſe poſſe per repentinum conatum Middelburgo potiri, nihil tale opinantibus Middelburgenſibus præſidijs, quod illa vrbs apparebat remota eſſe procul ab omni bellica ſuſpicione, ad quinque millia peditum, & nonnullos equites clàm repenteq; colligunt, illis cohortibus properè ad exequendum ſuſceptum conſilium properantibus, clàm per noctem repentè admotis ſcalis vrbem adoriuntur.

10 d Egmonda

8 h Middelburg.

3 26 Iulij.

AT verò reiectis illis copijs, quæ Middelburgum inuaſerant, cognitum eſt illam vrbem non fuiſſe tentatam ſine aliquâ ſpe proditionis: nam ſtatutum fuerat, vti comiſſo leui prælio, ſi ita contigiſſet, cum primis copijs alia parte à coniunctis conſpirantibuſque ciuibus occuparetur, vndè effectum eſt, vt copiæ, quæ conuenerant è Fliſſinga, totum negotium in magnam trepidationem coniecerint.

8 h Vliſsinga.

HOSTIBVS ita per virtutem præſidiorum, vigilantiamque reiectis, cùm ciues importunè ac nimis immature, vel ante tempus tumultuari apparuiſſent rem patefecerunt, quorum circiter triginta capti ſunt, & in vincula coniecti, fecerunt, vt diligentius inquiretur.

4 1 Auguſti

CVM in demortui Sigiſmundi Regis Poloniæ, rex creatus eſſet Henricus, Regis Galliæ Caroli noni Frater, ordinumque Poloniæ ſuffragijs legati miſſi fuiſſent Epiſcopus Poſnaniæ, Palatinus Siradiæ, Caſtellanus Gneſnenſis, comes Gorque, Caſtellanus Sauriæ, Dux Olicæ, Mariſchalcus Curiæ magni Ducis Lithuaniæ, pluresque alij magnates Poloniæ, inter quos nnmerabantur duo filij palatini craconiæ etc. illi ad Auguſti initium Metis appulerunt [4] vbi ab Epiſcopo Langrienſi Carolo magnificè accepti, tandem in Franciam ingreſſi ſunt.

13 f Metz.

8 h Rameken

5 5 Auguſti

FLISSINGENSES, licet ſpe ciuitatis Middelburgenſis obtinendæ fruſtrati ſint: munitiſſimam tamen Walachriæ inſulæ maritimæ arcem Rameken, non optima Capitanei fide capiunt, [5] atque in poteſtatem Principis Auriaci redigunt.

RAMMEKENS

1573. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA | LOCA

PAVLO pòst quam [1] Vliſſingenſes Ramechinam arcem occupaſſent, ijdem in Albanicam claſſem, quæ Antuerpia ſoluerat Middelburgum, comeatus importandi cauſa, infeſti irruunt, & illarem maiorem partem nauigatione arcent: pars tamen Middelburgum peruenit.

1 13 Auguſti — 8 h Vliſſinga.

EODEM ferè tempore vel paulò antè, Locum tenens Auriaci Principis Dominus Poyetus callido quodam conſilio ac ſtratagemate Montem Sanctæ Gertrudis, in Auriaci eiuſdem Principis poteſtatem redigit.

10 k Antuerpia.

CIRCA hoc tempus Declaratio facta eſt, per Regem Galliæ Carolum IX. ac publicatio Maioritatis ſuæ, vt vocant: mirum enim in modum à morte fratris ſui Franciſci ſecundi Regis quoque Galliæ, de hac, & rationibus & armis vtrinque diſceptatum eſt, atque ita prophetia impleta, de qua in Leonis Belgici charta ſuo loco [2] dictum eſt. Væ & iterum væ, quando puer ſedebit in ſede lilij etc.

2 Sub angulo comuni 6. ſ. 16 Auguſt. — 8 h Middelburg.

RELICTA ciuitate Metenſi, veniunt in regia Caſtra ad Henricum Regis Fratrem Legati Polonici, vbi feſtinitas, latis acclamationibus per eadem caſtra, & in ipſa claſſe crebrò tormentorum maiorum ſonitu, magnaque eorundem fragore celebratur: adeo vt mœnium viginti ceciderint cubiti, ad illam tempeſtatem Rupella. Hinc Rex Poloniæ, ac Poloniæ legati magna cum pompa Pariſijs ingrediuntur. [3]

11 g S: Gertrudenbergē.

3 14 Septēbr.

SVB illud vero tempus, quo legati Poloniæ erant Lutetiæ, patratur facinus audaciæ plenum. Eſt locuples ciuis paraſinus, pontificiæ Religionis, Nantoilletus nomine, idemque præfecturæ pariſinæ, magno magiſtratu in illa vrbe inſignis. Nouus Rex Poloniæ illum inuiſit, & ab illo humaniter excipitur, nihil tale cogitantem Nantoilletum acrioribus primùm verbis compellat: tùm ipſius famuli, cōpoſito, illius ſuppellectilem pretioſiorem diripiunt: & capſis effractis, argentea vaſa ſignataque pecunia magnam vim aſportant: Pugnatur interea [4] proſpere ab Auriacis ad oram Ambſtelodamenſem.

13 ſ Metz

4 20 Septēb. — 4 ſ Paris.

NOVVS Poloniæ Rex idem, quantumuis iter feſtinantibus Polonicis legatis, nouas profectionis moras indies nectebat, ſeu patriæ dilicijs, ſeu luculentioris regni, cuius certam poſſeſſionem ei deſtinabat mater vi linquendam, ægritudine. Amabat eum præ cæteris duobus, cui de illa profectione ſollicito, dixiſſe ferebat conſtans fama, Bono eſſet animo, tantum proficiſceretur, non longum tempus in Polonia ipſum remanſurum, Vnde pactis cum fratre Carolo conuentis, quæ ad ipſum res pertinerent, tandem Lutetia diſcedit [5] in Poloniam.

11 e Ambſterdam.

5 28 Septēb

CAROLVS

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1573.

LOCA

TEMPOR.

CAROLVS Rex Gallia constituebat, se Fratrem Henricum nouum Poloniæ regem velle deducere Metas vsque ad regni fines. Vitrici tamen, oppido Campaniæ, graui febri correptus, non vlterius progreditur, fratre dimisso: qui iter per Germaniam instituit, & à principibus Germanis, per quorum ditiones illius iter carpendum erat, humaniter excipitur.

13 f Metz

POST Harlemum captum, Auriacus occupat Alcmariam, Holandiæ vrbem, diuisis ciuium studijs & partibus, cùm iam à regijs porta vna esset occupata, equitum peditumq; turmæ ab Albano immissæ, ad vrbem appropinquarent; exturbatis tamen regijs vrbe potitur Auriacus.

1 3 Octob.

ET postquàm magno suo cum incommodo prædictam tandem obtinuissent Hispani victoriam; Harlemo cum militibus, vlterius progredi decreuit Fridericus Toletanus, Ducis Albani filius, occasionem tempusque tùm maximè opportunum animaduertens. Verùm huic, ex sententia res nequaquam succesßit; propterea, quòd Hispani, superioribus calamitatibus ac miserijs bellicis afflicti, tandem tumultuari incipiunt, stipendiorum illis debitorum solutionem vnà cùm eo prætendentes, quod Harlemenses deuicti obtulerant.

AT verò, quia parata tùm non erat pecunia, in promptu numerata, retardabatur Domini Friderici propositum, in secundum vsq; mensem; quo elapso [2] profecti Alcmariam, quinque milliaribus ab Harlemo distans, oppidum aggressuri: quantumuis interim id videbatur frustrà quodamodo susceptum, non tàm propter instantem hyemem, quàm etiam ob ingentem aquarum abundantiam, quæ pluuij potißimum tempore, terram limosam redderet adeò, vt seriè impoßibile foret per terram quicquam attentare, nihilominus tamen, relinquentes Harlemum, altero die pòst discessum, Hispani attingunt oppidum Alcmar, vbi primùm omniù munitionem quandam occupant fortem, quam Auriaci milites pro se fecerant antè ciuitatem.

10 e Harlem

VERVM Alcmariani videntes inimicorum suorum tormenta bellica necdum aduenisse, erumpunt, vt minutis prælijs hostem lacesserent; medium præterea quoddam excogitantes conficiendi nauiculas, quibus duobus tormentis bellicis impositis atque oneratis, adducentes per locum quendam ex oppido tendentem ad fortem ab Hispanis occupatam munitionem properabant, verùm per hoc nihil effecerunt aliud Alcmariani, quàm vt viros se strenuos ac milites ostenderent.

PAVLO pòst, aduenêre tormenta bellica D. Friderici, quibus inceperant latus vnum muri ciuitatis, ad duas turres, continua glandium eiaculatione concutere, maxime, vbi minus fortem murum esse ac debilem animaduerterent. Erat aut fossa ciuitatis adeo magna, vt necesse fuerit, pontes duos satis largos extruere, ad aggrediendam ciuitatem eamque inuadendam, Atq; vnum quidem collocare pontem, super paruas naues quatuor: alterum verò super vasa aliquot adhoc conuenientia extruere.

10 d Alcmar.

2 4 Octob.

1573. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

EMPORA

LOCA

NEC tamen vtilitatis, huiusmodi pontes ita extructi, multum Hispanis attulerant: quemadmodum nec alia ad ciuitatem occupandam comparata media quicquam profuerãt: pontem enim nauiculis, ita vt dictum est, impositum, vniusque noctis spacio extructum (cùm non satis cogitantes Alcmarianorum solertiam, hac in parte, atque vigilantiam Hispani relinquerent sine custodia) inimici è ciuitate egrodientes, pontem cum nauiculis vnà, simul ad fundum demergunt.

1 Octobr.

PONS alter fundatus super vasa, forti brachiorum manu maximaq, cum molestia perata quadam aquis scatentia, perq, paludes attractus, causa fuit, multorum ex attrahentibus occisorum, adque propter continuas globorum per bombardas è ciuitate eiectiones in eos perierant: Hic quidem pons eleuatus erectus usque fuit, sed ita tamen, quòd necdum per hunc in ciuitatem ingredi quisquam posset ex militibus.

10 d Alcmar.

VNDE ea militum corona, quibus iniunctum erat, ciuitatem tùm primùm assultu inuadere, cùm ex altera militum parte pro signo viderent ignem, adhoc ex proposito accendendum, quo certiores fierent, pontem hunc mœnibus ritè applicatũ, adhoc vt inimici ciuitatem defendentes, duplici inuasione sic inquietati, sufficere vtrinque non possent. Porrò ea, de qua dixi, militum corona, sine ordine, & absque mandato, ciuitatem inuadens, causa fuit, vt omnes oppidani, nullum periculũ ex altera parte pontis, necdum, ritè applicati, metuentes, magna cum furia ad illos, qui ciuitatem a tè tempus & iniussu adoriebantur, accurrerent eosq, magna cum clade & occisione multorum, viuaciter repellerent, nullum vel minimum ipsi ab oppugnantibus dãnum accipientes.

DON Fridericus Toletanus, qui propter rebellionem, Alcmarianos ad vnum omnes cedi destinauerat, videns non ex voto animi sui, sed malè omninò succedere negotium, nec spem affulgere aliquam, posthac vlteriorem ciuitatis obtinendæ, imò frigus [1] instare iam, propter quod milites degere sub dio non possent amplius, terram præterea aquis vndique obductam cernens, magno cum labore, tormenta illa bellica, ad obsidionem vrbis allata, ad duci præcepit, Seque cum Albano Duce, parente Ambsterdamum conferens, atque inde Bruxellas rediens.

11 c Ambsterdam.

2 6 Octobr.

PRIVSQVAM tamen discederet, Francisco de Valdes, Campi, quem vocant magistro militum, qui adhuc restabant, præfecturam committit. Prodigiosa tum temporis [2] geminorum se complectentium species nata est, faminei sexus, quatuor brachijs, pedibus quatuor, & ore vno.

ALBANVS

LOCA

TEMPORA

ALBANVS interèà dum eſſet Ambſterdami, inſignem Regis Philippi nomine nauium apparatum adornat, Boßuuium præficit Ducem ſiue Admiralium maris, atque in Enchuſianos mittit. Verùm infœlicius is cum Aquaticis pugnat, quàm alibi Clariſſimis Princeps Io: Auſtriacus, qui anni huius menſe Octobri [1] cum claſſe Catholici Hiſpaniarum Regis Philippi ſoluens Iauagnana, ſub meridiem alterius diei Goletam appulit, [2] vbi ex Gubernatore, atque ipſo etiàm Tunetano rege, certius cognouit, de ſtatu, vrbis & regni Tunetani, atque adeò Mauros & Turcas, qui Tuneti erant, terrore quodam correptos fugam meditari.

11 e Ambſterdam.

1 7 Octobr.

POSTRIDIE [3] circumſpecta loci oportunitate, militem in terra exponendum curat, quarto à Tuneto lapide, mittitq; bis mille quingentos pedites Tunetum, qui reipſa compererunt, oppidanos omnes ex vrbe profugiſſe, partim Carauanam, partim Biſertam, atque ita nullo reſiſtente in oppidum ingreßi, ad arcem contendunt, ducentos illic Mauros inueniũt, qui ſe dicerent Regis Amidæ nomine arcem cuſtodire, nec tamen difficulter admitterent in arcem. Indicatur hoc Principi Auſtriaco, ſed quòd iam nox eſſet, nihil ſe tùm mouit ille.

12 e Enchuyſé

2 8 Octobr.

SVMMO manè alterius diei [4] cum Paulo Gordiano, Antonio Auria, totoq; exercitu, Tunetum proficiſcitur, & in arcem veniens, nihil ferè præter magnam olei, lanæ, & butyri copiam reperit. Appulit & Dux de Seßia, vbi etiam Marcellus Auria expectabatur, Tuneti rex (ita iubente Auſtriaco Principe) interim in Goleta manſit, ibidem apud claſſem manente Io: Cardona.

12 d Zuyderſee.

SED vt ad Boſſuuium ab Albano claſſi regiæ præfectum reuertar. Hic cùm ſemel in mari appellato Zuyderſee, obuiam claſſem haberet [5] Auriacam, coactus fuit cum ea manus cõſligere, ex mandato potius ſuperioris ſui, quam voluntate propria, vtpote, cui probè cognitæ perſpectaque fuerant inimicorum vires, quique ſe aduerſario ſuo nequaquam eſſe parem haud obſcurè intelligeret; ne tamen (qualis in vita ſua nunquam habitus fuit) puſillanimis vel meticuloſus eſſe exiſtimaretur, intrepidè planèq; heroico animo aggreſſus eſt, cũ nouem duntaxat nauibus, claſſem Auriaci conſtantem pluribus quàm triginta; quæ quidem claſſis Auriaca, regia longè ſuperior, poſt longam dimicationem, magnam regijs cladem intulit, & Boſſuuium expeditionis illis primarium Ducem cum claſſe capit, & Dominum de Croningen, alioſque multos nobiles, & Hiſpanos capitaneos.

11 d Hoorn.

3 9 Octobr.

4 10 Octob

MALVIT quidem Comes Boſſuuius, mortem potius oppetere, quàm ſe inimicorum manibus ac voluntati tradere: quia tamen Hiſpani quidam nobiles, Carquera atq; alij, illi à latere aßiſtentes, cum viderent ſolam comitis nauem ex omnibus reſtare, & quòd impoßibile foret, ſeſe vel defendere, vel ſubducere; conſuluerunt, imò quaſi compulerunt ad deditionem comitem.

7 Pagina 121.

CAPTVS igitur [6] atque non procul indè abductus fuit Boſſuuius, in oppidum quoddam Hoorn nuncupatum, vbi ab Holandis (quibus adhuc mente repoſtũ latebat id, quod præteritis antè temporibus Roterodami fecerat illis [7]) idem Boſſuuius ſatis indignè tractatus fuit. Qui licet ipſe, niſi vſque dum pax illa generalis concluderetur, relaxatus non fuiſſet: omnes tamẽ Hiſpanos ſecum captos, partim argento, partim precibus, redimi ac liberari curauit. Peculiari etenim præter cæteros Belgas affectione quadam Hiſpanos proſequi dicebatur.

10 f Holãdia.

5 11 Octobr.

EREXERVNT ad hanc victoriam criſtas Auriaci milites, nouaſq; res vndique moliri incipiunt. Princeps quoque Auriacus rem præterea ſuam procurat, non ſolum in Holandia, ad ipſius ibidem voluntatem compoſitas ciuitates, & populos ſibi addictos poßidens; verùm etiã in Zelandia, inſtructam claſſem occupans, plus quàm ducentarum magnarum nauium. Acceſſerat enim nauigiorum quoque pars maior, quæ cum Metymna cæli Duce in Belgium appulerant.

8 g Zelandia.

6 12 Octob.

TOTIUS MATHESEOS PARS PRIMA. FOLIO I

TOTIUS MATHESEOS PARS PRIMA.

LOCA

TEMPORA

ALBANVS interèa dum eſſet Ambſterdami, inſignem Regis Philippi nomine nauium apparatum adornat, Boſſuuium præficit Ducem ſiue Admiralium maris, atque in Enchuſianos mittit. Verùm infœlicius is cum Aquaticis pugnat, quàm alibi Clariſſimis Princeps Io: Auſtriacus, qui anni huius menſe Octobri [1] cum claſſe Catholici Hiſpaniarum Regis Philippi ſoluens Iauagnana, ſub meridiem alterius diei Goletam appulit, [2] vbi ex Gubernatore, atque ipſo etiam Tunetano rege, certius cognouit, de ſtatu, vrbis & regni Tunetani, atque adeò Mauros & Turcas, qui Tuneti erant, terrore quodam correptos fugam meditari.

11 e Ambſterdam.

1 7 Octobr.

POSTRIDIE [3] circumſpecta loci oportunitate, militem in terra exponendum curat, quarto à Tuneto lapide, mittitq, bis mille quingentos pedites Tunetum, qui reipſa compererunt, oppidanos omnes ex vrbe profugiſſe, partim Carauanam, partim Biſertam, atque ita nullo reſiſtente in oppidum ingreſſi, ad arcem contendunt, ducentos illic Mauros inueniũt, qui ſe dicerent Regis Amidæ nomine arcem cuſtodire, nec tamen difficulter admitterent in arcem. Indicatur hoc Principi Auſtriaco, ſed quòd iam nox eſſet, nihil ſe tùm mouit ille.

12 e Enchuyſe

2 8 Octobr.

SVMMO manè alterius diei [4] cum Paulo Gordiano, Antonio Auria, totoq, exercitu, Tunetum proficiſcitur, & in arcem veniens, nihil ferè præter magnam olei, lanæ, & butyri copiam reperit. Appulit & Dux de Seßia, vbi etiam Marcellus Auria expectabatur, Tuneti rex (ita iubente Auſtriaco Principe) interim in Goleta manſit, ibidem apud claſſem manente Io: Cardona.

SED vt ad Boſſuuium ab Albano claſſi regiæ præfectum reuertar. Hic cùm ſemel in mari appellato Zurderſee, obuiam claſſem haberet [5] Auriacam, coactus fuit cum ea manus cõ ſligere, ex mandato potius ſuperioris ſui, quam voluntate propria, vtpote, cui probè cognitæ perſpectæque fuerant inimicorum vires, quique ſe aduerſario ſuo nequaquam eſſe parem baud obſcurè intelligeret; ne tamen (qualis in vita ſua nunquam habitus fuit) puſillanimis vel meticuloſus eſſe exiſtimaretur, intrepidè planèq, heroico animo aggreſſus eſt, cũ nouem duntaxat nauibus, claſſem Auriaci conſtantem pluribus quàm triginta; quæ quidem claßis Auriaca, regia longè ſuperior, poſt longam dimicationem, magnam regijs cladem intulit, & Boſſuuium expeditionis illis primarium Ducem cum claſſe capit, & Dominum de Croningen, alioſque multos nobiles, & Hiſpanos capitaneos.

12 d Zuyderſee.

3 9 Octobr

11 d Hoorn.

4 10 Octob

MALVIT quidem Comes Boſſuuius, mortem potius oppetere, quàm ſe inimicorum manibus ac voluntati tradere: quia tamen Hiſpani quidam nobiles, Carquera atq, alij, illi à latere aßiſtentes, cum viderent ſolam comitis nauem ex omnibus reſtare, & quòd impoßibile foret, ſeſe vel defendere, vel ſubducere; conſuluerunt, imò quaſi compulerunt ad deditionem comitem.

7 Pagina 121.

CAPTVS igitur [6] atque non procul indè abductus fuit Boſſuuius, in oppidum quoddam Hoorn nuncupatum, vbi ab Holandis (quibus adhuc mente repoſtũ latebat id, quod præteritis antè temporibus Roterodami fecerat illis [7]) idem Boſſuuius ſatis indignè tractatus fuit. Qui licet ipſe, niſi vſque dum pax illa generalis concluderetur, relaxatus non fuiſſet: omnes tamè Hiſpanos ſecum captos, partim argento, partim precibus, redimi ac liberari curauit. Peculiari etenim præter cæteros Belgas affectione quadam Hiſpanos proſequi dicebatur.

10 f Holãdia.

5 11 Octobr

EREXERVNT ad hanc victoriam criſtas Auriaci milites, nouaſq, res vndique moliri incipiunt. Princeps quoque Auriacus rem præterea ſuam procurat, non ſolum in Holandia, ad ipſius ibidem voluntatem compoſitas ciuitates, & populos ſibi addictos poßidens; verùm etiã in Zelandia, inſtructam claſſem occupans, plus quàm ducentarum magnarum nauium. Acceſſerat enim nauigiorum quoque pars maior, quæ cum Metymna cæli Duce in Belgium appulerant.

8 g Zelandia.

6 12 Octob

Ἐκ τοῦ ἐπιστολίου Διοκλητιανοῦ τοῦ γενομένου, καὶ τῶν ἐξῆς ἐπιστολίων τῶν ἐκδοθέντων ὑπὸ τῶν ἐπὶ τοῦ Διοκλητιανοῦ καὶ τῶν ἐξῆς βασιλέων, ἐν οἷς ἐπιστολίοις ἐκδοθεῖσιν

LOCA

TEMPORA

ALBANVS interèa dum eſſet Amſterdami, inſignem Regis Philippi nomine nauium apparatum adornat, Boſſuium præficit Ducem ſiue Admiralium maris, atque in Enchuſianos mittit. Verùm infœlicius is cum Aquaticis pugnat, quàm alibi Clariſſimis Princeps Io: Auſtriacus, qui anni huius menſe Octobri [1] cum claſſe Catholici Hiſpaniarum Regis Philippi ſoluens Iauagnana, ſub meridiem alterius diei Goletam appulit, [2] vbi ex Gubernatore, atque ipſo etiàm Tunetano rege, certius cognouit, de ſtatu, vrbis & regni Tunetani, atque adeò Mauros & Turcas, qui Tuneti erant, terrore quodam correptos fugam meditari.

11 e Amſterdam.

1 7 Octobr.

POSTRIDIE [3] circumſpecta loci oportunitate, militem in terra exponendum curat, quarto à Tuneto lapide, mittitq; bis mille quingentos pedites Tunetum, qui reipſa compererunt, oppidanos omnes ex vrbe profugiſſe, partim Carauanam, partim Biſertam, atque ita nullo reſiſtente in oppidum ingreſſi, ad arcem contendunt, ducentos illic Mauros inueniũt, qui ſe dicerent Regis Amidæ nomine arcem cuſtodire, nec tamen difficulter admitterent in arcem. Indicatur hoc Principi Auſtriaco, ſed quòd iam nox eſſet, nihil ſe tùm mouit ille.

12 e Enchuyſé

2 8 Octobr.

SVMMO manè alterius diei [4] cum Paulo Gordano, Antonio Auria, totoq; exercitu, Tunetum proficiſcitur, & in arcem veniens, nihil ferè præter magnam olei, lanæ, & butyri copiam reperit. Appulit & Dux de Seßia, vbi etiam Marcellus Auria expectabatur, Tuneti rex (ita iubente Auſtriaco Principe) interim in Goleta manſit, ibidem apud claſſem manente Io: Cardona.

SED vt ad Boſſuium ab Albano claſſi regiæ præfectum reuertar. Hic cùm ſemel in mari appellato Zurderſee, obuiam claſſem haberet [5] Auriacam, coactus fuit cum ea manus cõ ſligere, ex mandato potius ſuperioris ſui, quam voluntate propria, vtpote, cui probè cognitæ perſpectæque fuerant inimicorum vires, quique ſe aduerſario ſuo nequaquam eſſe parem haud obſcurè intelligeret; ne tamen (qualis in vita ſua nunquam habitus fuit) puſillanimis vel meticuloſus eſſe exiſtimaretur, intrepidè planèq; heroico animo aggreſſus eſt, cũ nouem duntaxat nauibus, claſſem Auriaci conſtantem pluribus quàm triginta; quæ quidem claßis Auriaca, regia longè ſuperior, poſt longam dimicationem, magnam regijs cladem intulit, & Boſſuium expeditionis illis primarium Ducem cum claſſe capit, & Dominum de Croningen, alioſque multos nobiles, & Hiſpanos capitaneos.

12 d Zuyderſee.

3 9 Octobr.

11 d Hoorn.

4 10 Octob

MALVIT quidem Comes Boſſuius, mortem potius oppetere, quàm ſe inimicorum manibus ac voluntati tradere: quia tamen Hiſpani quidam nobiles, Carquera atq; alij, illi à latere aßiſtentes, cum viderent ſolam comitis nauem ex omnibus reſtare, & quòd impoßibile foret, ſeſe vel defendere, vel ſubducere; conſuluerunt, imò quaſi compulerunt ad deditionem comitem.

7 Pagina 121.

CAPTVS igitur [6] atque non procul indè abductus fuit Boſſuius, in oppidum quoddam Hoorn uuncupatum, vbi ab Holandis (quibus adhuc mente repoſtũ latebat id, quod præteritis antè temporibus Roterodami fecerat illis [7]) idem Boſſuius ſatis indignè tractatus fuit. Qui licet ipſe, niſi vſque dum pax illa generalis concluderetur, relaxatus non fuiſſet: omnes tamẽ Hiſpanos ſecum captos, partim argento, partim precibus, redimi ac liberari curauit. Peculiari etenim præter cæteros Belgas affectione quadam Hiſpanos proſequi dicebatur.

10 f Holãdia.

5 11 Octobr.

EREXERVNT ad hanc victoriam criſtas Auriaci milites, nouaſq; res vndique moliri incipiunt. Princeps quoque Auriacus rem præterea ſuam procurat, non ſolum in Holandia, ad ipſius ibidem voluntatem compoſitas ciuitates, & populos ſibi addictos poßidens; verùm etiã in Zelandia, inſtructam claſſem occupans, plus quàm ducentarum magnarum nauium. Acceſſerat enim nauigiorum quoque pars maior, quæ cum Metymnæ cæli Duce in Belgium appulerant.

8 g Zelandia.

6 12 Octob.

Cortejo

1 Ex 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43.

LOCA

1574

TEMPORA

DE REQVESSENIO LVDOVICO TERTIAS POST DISCESSVM PHILIPPI REGIS VICES GERENTE

13 13 19 21 0 13 14

10 k Antuerpia.

POST QVAM *Dux Albanus reliquiſſet Belgium, & Henricus Andius Regis Caroli Frater Galliã, vterq; Religionis & fidei Catholicæ ſtremui, acerrimiq; propugnatores. Principes illi duo in vnum conuenientes contrariæ Religionis, res ſuas vtriq; promouere conantur. Princeps quidem Auriacus contrà Hiſpanos in inferiori Germania; & Princeps Condæus contrà Guiſios alioſque in Gallia, cauſas ſuas vtriq; prætextentes. De Auriaco dictum eſt antea, ſuoque loco dicetur poſtea, Nunc Condæi Principis rationes audiamus.*

HIC *ſuo, & ſociorum reformatæ, quam vocant, Religionis nomine, publicè ſignificat ſuam de regni libertate reſtituenda voluntatem, quæ vera cauſa ſibi extiterit belli ſuſcipiendi, &, Quum, inquit, hoc infelici tempore nihil ſit adeò æquum & honeſtum, quod non in contrariam partem accipiatur, præſtigiatorum hominum calumnijs, qui miſeram patriam in has ciuiles calamitates coniecerũt: ego & complures mecum, qui hac de cauſſa Gallia exceſſimus, ij quoque, qui ipſi patria ad eius defenſionem arma ferunt, hæc perſpicuè teſtamur coram Deo & ſanctis Angelis, coram Regibus, Principibus, magiſtratibus omnibus, eoſque oramus atque obteſtamur, vt innocentiam cauſæ noſtræ aduerſus iniquas hoſtium noſtrorum violentias, quæ florentiſſimum olim regnum, in miſerrimam vaſtitatem præcipitarunt, æquis animis complectantur.* 1 5 Ianuarij.

PRIMVM *omnium nemo neſcit, ab Henrici II. obitu Guiſios Franciſci II. ætate primùm in hoc vnum omnibus vnibus incumbuiſſe, vt occupato regno ſtirpem regiam radicitus euellerent, quod quum Vnus Deus impediſſet, non ſanè quiſquam alius, & Carolus IX. regnum adijſſet, regnique adminiſtratio Regi Nauarræo patruo meo & Reginæ Regis matri delata eſſet, ipſi tamen Guiſij omnibus modis conati ſunt ad illam authoritatem ſibi vendicandam: & vt crudeliſſimo quopiã facinore bellorum ciuilium furoribus viam ſibi ſternerent, crudelem ſtragem Vaſſiaci ediderunt: Deinde Regem, Reginam, Regios fratres occuparunt, & Nauarræi patrui mei ſimplicitate abuſi, eum vaniſſimis promiſſionibus illectum, à bona cauſa alienarunt, & in ſuum exitium dederunt præcipitem.*

QVORVM *facinorum iuſta indignatione commotus pater meus, felicis memoriæ, meliore Gallicæ nobilitatis parte comitatus, opponit ſe tam deſperatæ violentiæ, earum calamitatum cauſã, quantas nulla vnquam vidit ætas, neque ſatis commodè à quoquam deſcribi poſſunt.*

10 l Bruxella.

VERVM *antequam Condæi Principis cauſas enumerando breuibus proſequar id notandum eſt, quòd poſt Albani diſceſſum è Belgicis prouincijs (quem ſequens pictura repreſentat) Ludouicus Requeſenius, Magiſter Generalis ordinis ſancti Iacobi ex familia Ducum de Cæſa à Rege Belgij Gubernator præfectus, vt audiumus, quoſdam comprehendi iuſſit Antuerpiæ, cuius nouum ibidem caſtrum (de quo diximus alibi) munitiſſimum, parùm abfuiſſe à proditionis periculo dicebatur Bruxellæ, ita in omnem occaſionẽ ſuas res à proditionis periculo dicebatur Bruxellæ, ita in omnem occaſionem ſuas res promouendi, inuigilabatur ab addictis Auriaco Principi.*

LEYDEN

RAVENNA

Alvidæ laus, & descriptio. Cap. I.

Alvidæ laus, & descriptio. Cap. I.

Alvidæ laus, & descriptio. Cap. I.

LOCA

TEMPO

1574

IAM, conati quippe ſunt (pergit Condæus) Guiſij, Alenconium per Sicarium hominem, obtenta contentionis ſpecie, interficere. Quum Audius in Poloniam proficiſceretur, Alenconiũ legitimum proregis munere, quod ad eum diſceſſu fratris haud dubiè redibat, defraudauit: idemque Lothareno Duci curauit deferendum: qui, dum id noluit ſuſcipere, prudenti & modeſto exemplo oſtendit, quàm grauiter ab illis peccaretur.

1 24 Ianu

HIS de cauſis Alenconius, ne tantam indignitatem pati cogeretur, conſtituit regno diſcedere, & antiquos Galliæ amicos pacatè adire, quorum authoritate & gratiâ efficeret, vt Rex tantis malis remedium adhiberet: at conſilio Alenconij de diſceſſu pacefacto, tantùm abeſt, vt remedia huic iuſto dolori ſint comportata, vt potius arrepta ſit occaſio noua calumniæ, quaſi Alenconius in Caroli fratris caput, & dignitatem, quippiam moliretur: & in eam audaciam res prorupit, vt Alenconium & Nauarræum cuſtodiæ mandarint, ad eoſque damnandos, nullum calumniarum genus prætermiſerint.

10 k Antuerpia.

EGO verò, cui duriora etiam parabantur, qui mei capiendi gratia iam aderant, manus non ſine magna Dei prouidentia, & profligatorum hominũ dolore, incolumis euaſi, & in Germaniam veni. Teſtor tamen coram Deo, Angelis ſuis, & Regibus, atq; Magiſtratibus, & omnibus hominibus, me vindictæ aduerſus quempiam ſingulatim gratiâ, Gallia nequaquàm diſceſſiſſe: nec verò, vt Regnũ tot ciuilibus bellis iampridem iactatum, nouis turbis inuoluam, neque me vel à patriæ charitate, vel à Regis obſequio, tantillùm eximam: ſed quòd in eas Angustias hoſtium meorum iniquitas me compulerit, vt vitæ meæ neceſſariò mihi fuerit prouidendum.

QVO conſilio me contuli ad antiquos Gallicæ coronæ amicos & ſocios & verè Germanos fratres, in eum profectò finem, vt otium tranquillitatemque miſeræ patriæ, omnibus legitimis rationibus procuraremus. Credo autem, reformatas Eccleſias, quæ ad iuſtam ſui defenſionem varijs in locis arma gerunt, & Catholicæ etiam Religionis nobiles viros, qui eandem nobiſcum regni libertatem amant, aſſenſuros mihi in his poſtulationibus, quas hoc pullico ſcripto volui ſignificare.

PRIMVM vti libera ſit Reformatæ Religionis per vniuerſum regnum adminiſtratio: neque cuiquam ſit Religio fraudi, donec animis compoſitis, Religionis controuerſiæ libero vel Generali, vel Nationali Concilio dijudicari poſſint. Deinde, vti eorum honori, qui SanBartholomæanis feſtis interfecti fuerunt, commodè prouideatur: & de illorum conſilio Edictum ſanciatur, cuius ſempiterna ſit vbique regni autoritas.

ORANS atque obteſtans omnes Reges atque Magiſtratus vtramuis Religionem amplectentes, vt in hoc ſancto conſilio ſibi opem auxiliumque ferant, & gratiâ & authoritate ſua, Regem ſuo ſuorumq; nomine interpellent, in hoc liberandæ patriæ & Regiæ authoritatis, ſertæ tectæque tuendæ inſtituto & conſilio, ſe & auxilio, hoſtes verò ſibi contrarios odio, proſequantur.

2 25 Ianuari

10 k Middelburg.

Hæc de Principe Condæo huc adferre volui, vt Leoni Belgico vicinarum etiam regionum res geſtæ cum Principis Auriaci rebus geſtis, quodammodo collatæ, ſimilem quendam conatum oſtenderem. Qui quidem Auriacus, arctiſſimè Middelburgum obſidens, Requeſenio Gubernatori occaſionem præbuit, neceſſariò Antuerpiam proficiſcendi, [1] vnde claſſem 30. nauium, omni rerum munitione benè inſtructarum, Duce Sancho Dauila, vt Middelburgenſibus ſubueniret, ſoluere mandat. [2] Verùm bonus Gubernator ille, in primo præfecturæ ſuæ ingreſſu, non ita felicibus pugnabat auibus.

TEMPORA

LOCA

NAVES Requeſenni dum progrediuntur, ferreum tormentum diſsiliit, cuius fragmentis circiter triginta homines perempti caſique ſunt. Deinde nauis impegit, & colliſa vndoque demerſa eſt, ijs tamen, qui inerant ſeruatis. Alia quoque nauis propè Romerſvvaal vndis, vnà cum omnibus rebus & hominibus perijt.

REX Hiſpaniarum interea, ad Pacem magis quàm ad bellum inclinans, reuocato iam Albano (etiam priuſquam in Hiſpanias è Belgio redijſſet idem Albanus) per Requeſenium Belgis requiem & tranquillitatem procuraturus, ſcripto quodam publico mentem declarans ſuam, rem ab ouo repetit ſuis verbis, quæ vel propterea hic ſuo quodam loco ſubijcere volui, quòd omnium ferè ſub Margaretha Auſtriaca, & Albano Duce, rerum geſtarum memoriam, breui quaſi compendio aliquo reuocare, Lectoremque præteritorum, hactenus à nobis enumeratorum, admonere videatur.

QVARE, Nemo ignorat (inquit Rex Hiſpaniæ) per vniuerſum orbem terrarum, qui motus, turbæ, mutationes, quàmque indè horribilia ſcelera, & maleficia ſimul exorta & perpetrata ſint anno ab hinc ſexageſimo ſexto, per noſtram inferiorem Germaniam, quorum omnium cauſa, autores & capita extiterunt quidã noſtri, in ijſdem locis atque ordinibus Vaſalli ac ſubditi, qui contempto omni timore Dei, deſertaq; vera Catholica fide & Religione, facta etiam defectione ab obedientia & ſinu ſanctæ matris Romanæ Eccleſiæ, contempto idem iureiurando fide, obedientia, promiſſionibus ſubiectionibus, quibus naturali Domino ac Principi ſuo obſtringebantur, præcipiti ſuperbia, execrabilique audacia in nos conſpiratunt, nihil prætermittentes, neque operæ, neque laboris, quò poſſint ſuis conatibus ſatisfacere. Quod quò etiam facilius effectum redderent, contracto, in ſocietatem fœdus turbarum ſeditionem, populo, eouſque abuſi, correptis armis, rapinarum, cædium, violentiæ, ſacrilegiorum (vt ne grauiora dicantur) nullum fecerint modum.

1 26 Ianuar.

9 k Romerſvval.

ETSI verò nos, priuſquam res in hunc ſtatum deducerentur, ad reprimendam eorum audaciam, atque arrogantiam, qui populo noſtro (ſi res ad arma deueniſſet) extremas miſerias & calamitates erant allaturi, neque mandando, neque ſatagendo apud noſtros, noſtro officio defuimus: Quod tamen nihilominus in præcipitium irent, ita, vt diſſimulandum amplius non eſſet, tàm, vt turbata collapſaq; pro noſtro officio in priſtinum reſtaurentur ſtatum, quàm, vt de aſſertione diuinæ gloriæ ſanctæque Catholicæ Romanæ Eccleſiæ (cui nos veri fideliſque filij nomine profitemur) reddere poſſemus rationem, ſimul vt & noſtram autoritatem vindicaremus, tueremurque, neceſſitati ceſſimus, correptiſque armis ac comparato exercitu hoc egimus, vt fortunante conatus noſtros Deo Opt. Max. ſubditos noſtros, noſtraque omnia pacata ad priſtinam reduceremus obedientiam, tranquillaque redderemus, quod & fecimus.

QVO loco cum res eſſent, in animo quidem erat, pro noſtra, innata clementia, qua præditi ſumus, ab omnibus durioribus exemplis, pœniſque quæ legitimis iudicijs debentur temperare; tamen quòd id non ferret, tàm noſtræ adminiſtrationis officium, quam obſeruãtia noſtra in gloriam Dei, quòd etiam noſtram autoritatem iã recuperatam ſtabiliri oporteret, deniq; quòd actiones piaculorum omninò aliquam exempli ſeueritatem exigeret.

HIS

LOCA

TEMPORA

HIS omnibus modis coacti primario Gubernatori ac præfecto noſtro qui tùm prouincias haſce noſtras adminiſtrabat, mandatum dedimus, vt in quoſdam præcipuos rebellionis authores grauiter animaduerteret, ſic tamen, vt pro inaudita patratorum facinorum atrocitate, proq; perſonarum ac hominũ omnis generis qui rei tenebãtur multitudine, legum rigorem, qui ſine iuniria, in multò plures exerceri poterat, attemperaret ac moderaretur.

8 k Middelburg.

SED quantum in eo licuerit hinc videndum venit. Nimirùm cum iam pacatis ordinibus, ditionibus noſtris, nec non abſoluto in eos, qui ſic promeruerant, quantumq; regiam Maieſtatem decebat exemplorum penſo, in componenda republica toti eſſemus. Ecce quidam in ſeditioſorum numero, qui patria ſe ſubduxerant nihil de concepta pernicatia remittentes, cõtractis copijs, factaque in ditiones noſtras impreßione, nouam nobis belli repetendi neceßitatem impoſuerunt, quo feliciter geſto illis iterum fugatis pacem optatam ſubditis noſtris reddidimus.

PORRO cùm iam tempus eſſe exiſtimeremus, vt ſubditis noſtris tàm præſentibus quàm abſentibus omnem eximeremus metum, ijs ſcilicet, qui vel conſcientia vel facinorum, ſeuerita te vel pœnarum terrore, quas pro noſtro iure exigere poteramus, in anguſtijs & trepidatione verſabantur, ne quid ad faciendam fidem qua ad priſtinum redirent officium deeſſet, ſimul vt maiore cum ſecuritate viuerent, iterum ad clementiam noſtram conuerſi, ad quam natura propenſi ſumus anno 1570. clementiam ac condonationem publicam propoſuimus, idque nemine excepto, præter eos qui peculiarium quorundam criminum, rei, ea indulgentia non videbãtur digni, quod & ad calcem ipſius venia diſertè adiecimus. Hactenus Rex.

1 27 Ianuar.

☞ CVM Montium ſiue Bergas opzoom, vt vulgò dicunt, appellerent, 30. naues, de quibus ſuprà diximus, & in ſpeciem triumphi & honorem Gubernatoris è portu proſpicientis, ſingulæ naues, ſingula tormenta diſploderent, fortè indè puluis vnius nauis malè cuſtoditus ignem concipiens, horrendum ſanè præbuit ſpectaculum: naue omnibuſq; qui in ea erant, in aera magno repentinoque impetu raptis.

10 k Bergen op zom.

AVCTA ibi claſſis cùm circiter octuaginta nauibus conſtaret, verſus Middelburgum contendens, obuiam habuit hoſtium claſſem. Stremè igitur pugnatum eſt aliquamdiu vtrinque. At cùm hoſtes quinque naues debellaſſent, & in his ſupremi legati, Ammiralij & Vicarij; reliquæ ſe in fugam conferentes, vela montium verſus conuertunt, quas hoſtes inſequentes, adhuc quatuor aſſecuti, in ſuam poteſtatem redegerunt.

MAGNVM detrimentum Rex Hiſpaniæ hac expeditione accepit. Amiſſa enim ſunt naues militares. Occiſus Ammiralis cum compluribus militibus præſertim Hiſpanis veteranis. Captus vicarius Amiralij Glymes cum multis alijs. Qui ſummæ rerum, loco Domini Beauuoiſij id temporis ægroti, præfectus erat. Iulianus Romero ſiue Romanus, naue ſua omnibuſque quos ſecum & milites & nautas habeat perditis, vix ſcapha ſolus euaſit.

TEMPORA

LOCA

EADEM hebdomade ab ordinibus & Statibus Brabantiæ, curia regis nomine iterum petijt duos illos milliarios auri, quos antè Albanus, vnà cum collatione ducentorum & quadraginta millium florenorum, & tributo centißimi nummi. Circa finem Ianuarij Christophorus Palatinus, Ludouicus & Henricus Nassouij fratres Auriaci, milite inermi subitò collecto, delectum Carpeni egerunt Auriaco auxilium laturi, moliti sunt hi ex insidijs & per proditionem occupare Traiectum superius ad Mosam, quòd Mastrichtum antea quoque vocauimus, Antuerpiam, Valencenas, Gandauum, sed machinationes hæ patefactæ, successum non habuerunt.

1 28 Ianuarij

15 l Kerpen.

SVB initium Februarij in Agro pictauino Galliæ, nouorum hominum nouæ incipiunt turmæ qui se politicos & Malecontentos appellarunt, horum nomen postea assumpserunt etiam in Belgio reconciliati Regi, de quibus suo loco dicemus. [4] Secreta consilia agitabant illi, quorum finis erat, vt liberi ordinum conuentus haberentur, & Regni res in meliorem statum restituerentur.

2 31 Ianuarij.

13 m Mastricht.

TANDEM & Henricus Valesius Andius, in Poloniam peruenit, magnificè exceptus, frequenti Optimatum, & numerosi populi comeatu ab Archiepiscopo Gnesnensi. Cracouiæ, primariâ Regni vrbe, nouus Rex inauguratur. [8] Sed quomodo polonis valedixerit (qui postea Maximilianum Imperatorem: item Stephanum Batori elegerint vtrumq; iam defunctum, atq; etiam nunc de filio quodam Maximiliani in Regem eligendo. occupantur) inferius suo loco ac tempore dicetur.

3 1 Februar.

IAM pergit Rex Hispaniarum, Sed quid (inquit) profecimus? an quisquam ignorat quid nostris ditionibus anno 1572. acciderit? Scilicet ijdem seditiosi semel concepta insolentia ac furore, confisi, validas iterum copias in nostros fines intulerunt, [3] nec paucas vrbes suæ potestatis fecerunt, quarum nonnullas expugnarunt, alias vocati receperunt, [6] vt scilicet de ditionibus placarentur, vimq; cædes, damna, maleficia, quæ ministerio externorum militum (quos ducebant) inferebant, auerterent ac cohiberent.

5 Pagina 123.

10 k Antuerpia.

QVIBVS malis vt occurreremus, hostequè finibus nostris ejecto, Ciuitates vel vi occupatas, vel deditione receptas, nostra impetrata facere cogeremus, necessitatem effugere non potuimus etiam tunc conducendi, quantas maximas equitum peditumq; copias, quarum virtute (sed sic tamen vt Deo Opt. Max primas ac præcipuas profiteamur gratias) formidabiles sedicioſorum mine nostris ditionibus excesserunt, possessa, eaque præcipuæ Ciuitates, in nostram potestatem redierunt, [7] quarum exemplum aliæ atque aliæ indies imitatæ spem nobis faciunt, fore, vt adiuute diuina manu, extremas tandem hostium hærentium reliquias ejciamus fugaque dissipemus.

6 Pagina 127.

4 Pagina

QVIBVS iniurijs, etsi nos ita ad extremum esse exacerbatos æquum sit (quippe cùm seditiosi tandem nihil habeant quod delictis addant) vt Iudicaria seueritati quæ exquisitißimæ executioni est consentanea, nihil esset remittendum, habita tamen non sine ingenti dolore & comiseratione nostra, miseriarum & calamitatum quibus Belgicæ nostræ ditiones affliguntur ratione, Hoc est, animaduerso, quòd pulcherrima florentißimaque quondam loca rapinarum, cædium, vestationum, iniuriarum, solitudinis, quæ ex fuga eorum orta est vel pœna delictorum, vel alia quæuis pericula (quæ nihil vsquam tutum relinquunt) finem nullum vident.

7 Pagina 129.

7 n Valécenæ.

8 Februa.

8 l Gandauũ.

QVOD

LOCA

TEMPORA

10 k Antuerpia.

QVOD etiam commertia omniſque quæſtus ita defecerint, vt propter terrorem malorum quo cuncti mortales paſſim elangueſcunt deſint neceſſaria viuendi, denique quòd omnis proſperitas, vigor, opes, commoda, tranquillitas, pax, quietudo, quibus noſtra inferior Germania florere & beata eſſe ſolet, ad inopiam, egeſtatem, calamitates, ærumnas, afflictiones, turbas reciderint.

1 15 Februa.

10 h Bergen op zom.

QVOD etiam non pauci ſubditorum ac Vaſallorū noſtrorum in priſtina fide qua nobis naturali domino ac Principi ſuo deuincti ſunt, non ſolum perſtiterunt & perſiſtunt, verumetiam in ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Religione perſeuerant (qua de cauſa grauiſſimis damnis à rebellibus qui à recta via aberrauere & affecti ſunt & afficiūtur adhuc, ita quidem grauiter vt nihil omnium incommodorum quæ noſtris ſubditis illata ſunt effugiant) impulſi igitur hinc dolore & cōmiſeratione quam diximus, illinc amore terrarum, quæ prima vetuſti patrimonij dignitate nobis cenſendæ veniunt.

QVO cuncta redire poſſunt ad fœlicitatem & priſtinum ſtatum in quo ſubditi noſtri fuerunt, quò etiam alacrius amplectantur noſtram gratiam amoremque quo eos ſemper vt decuit proſecuti ſumus, denique quò ſe in perpetuum ea fide & animorum integritate nobis addictos Vaſallos declarent qua maioribus noſtris antehac ſemper morem geſſerunt & preſtò fuerunt.

9 k Vliſinga.

QVO etiam memores nos fuiſſe declaremus eius ineffabilis miſericordiæ qua miſericordiſſimus dominus Deus omnes peccatores, qui ab erroribus ad pœnitentiam confugiunt, erigit. Imò qua fide faciamus eius miſericordiæ cuius ipſe præceptum edidit vt omnibus, ita præcipuè Regibus & principibus, eius inquàm cuius noſtra miſericordia qua præditi ſumus, vera & genuina imago eſt, denique quò ſubueniatur ijs præcipuè qui non deſtinata malitia hiſce motibus ſeſe dedederunt atq; ab officio receſſerunt (quorum ingens numerus eſt, ſed vel falſa perſuaſione decepti vel violentia vel metu coacti, vel ignorantia, aliaue quauis humana imbecillitate labefactati. Hactenus Rex, cætera ſuo loco continuantur. 3

8 k Mittelburg.

SANCHO Dauila, infortunio non obſtante, de quo dictum eſt, aſſignato ſibi à Gubernatore die, vento licet contrario diſcedens, Vliſſingam peruenit. 1 Iulianum Romerum ibidem expectans, alijs cum nauibus 10. Hiſpanorum cohortibus omiſſis. Porrò inimicus ſuos tam diligentes habebat, etiam inter Requeſenij milites, exploratores, vt priuſquam claſſis Hiſpanica diſcederet, ab oppido Bergis op Zoom, de omni Hiſpanorum conatu & ſtudio, iam certior factus eſſet, nauis maximè (quibus neceſſariò Requeſenius vti cogebatur) eiuſdem cum Auriacis & ſectæ & opinionis exiſtentibus.

ACCELERABAT 1 Gubernator negotium ac diſceſſum militum adeò, vt locum tenens Amiralij Dominus Glymes, non diſpoſitis adhuc, vt oportebat, rebus omnibus, indignabundus vela ventis committens dixerit, nihilominus ſe promptum eſſe, & tanquam ſtrenuum militem ad imminentem mortem vſque pugnaturum, atque ita inuitis etiam nautis, ventoq; contrario, ad inimicum contendens properat, & cùm Middelburgum acceſſiſſet 14 ueſtigiò naues amittit. 2 quarum inimicus, nouem ſaluas obtinuit, reliquæ non ſaluatæ ſtrenuis Hiſpanorum militibus onuſtæ, ad fundum vſque demerguntur.

2 19 Februa.

9 k Tergoes.

DAVILA propè Vliſſingam ſubſiſtens certior factus de infortunio ſuorum, vindicaturus eſſe, cum hoſte conſligere cupidus, non potuit, cùm is in Zelandiam ſeſe recepiſſet, ideo Vliſſingam relinquens, poſtridiè Tergoes venit Auila, poſtea Antuerpiam redijt.

XIII

DECEMBRE

TEMPORA

LOCA

MONDRAGONIVS de miserabili hoc infortunio Iuliani Romani, deque discessu Avilæ certior factus, nihil spei sibi reliquum esse subueniendi animaduertens, maximè cũ nihil iam amplius restaret, quo se posset cum suis diutius sustentare, verùm indies multi fame atque penuria enecarentur in ciuitate. Tandem consentit, se talem omninò compositionem acceptaturum, qualem sibi Princeps Auriacus voluerit offerre. Atque ita etiam consentiente (vt quidam scribit Hispanus) Requesenio Gubernatore, Middelburgum Metropolis Zelandiæ, deditione cap tum est, [1] Militibus, Sacrificis, & Monachis parcitum, ita tamen, vt, simplici vestitu amicti, (vduti, alijsque omnibus rebus in vrbe relictis, quàm primùm ea excedant.

8 k Vlissinga.

1 22 Februa.

TRIBVNI militum & Centuriones Flißingam captiui deducti. Summus eorum præfectus Mondragonius, Hispanis data fide, ad Gubernatorem Requesenium Antuerpiam missus est, vt de permutatione captiuorum cum eo ageret. Oppidanis summa centum millium aureorum imperata, Reliquorum bona Auriacus occupauit: qui, cum trecentis ciuibus vicinorũ oppidorum vrbem est ingressus [2] Dominium obtinuit trium ditißimarum potentißimarumque insularum, & vigintiquinque fortißimarum, populisque frequentßimarum ciuitatum, Holandiæ, Zelandiæ & Brabantiæ.

2 24 Februa.

NEQVE hiscontentus, Auriacus nouas indies conatur, moliturque facere præparationes, etiam per fratrem ipsius Comitem Ludouicum, qui sciens iam Albanum Ducem & Andream Auriam Genua solusse, [4] in Hispaniam nauigaturos; reuertitur ex Germania (vbi eousque pacificè se continuerat) cum octo millibus hominũ, tendens Traiectum superius, vt aditum sibi faceret in Brabantiam. Erat hoc negotium tantò maioris momenti, consequentiæ, ac periculi, quantò cum potentiore veniret exercitu, maximè cùm etiam res regia, tum in admodum sobrio statu, posita videretur.

8 k Middelburg.

3 4 Martij.

MANDAT itaque Requesenius Sancho Daulæ, vt obuiam procedens Ludouico Comiti, eum impediret atque auerteret, quòminùs posset in Belgium penetrare. Accingit se statim itineri Daula cum copijs non ita magnis, Traiectum properans; quò cũ venisset [3] euestigio misit, qui inimicum recognoscerent, se tùm continebat ex altera parte Traiecti ciuitatis. Cumque Daula videret, momentis singulis augeri copias Ludouici, cum eo gestit manus conligere; verùm quòd probè sibi perspectum esset, quàm paruas apud se teneret copias, itavt quod cuperet vix attentare esset ausus: Nihilominus tamen cum ducentis militibus noctu ex suis ciuitatis eruptione facta in castra inimici, aggressus est Ludouici milites, eorum amplius 600 inopinantes, cum exculijs interfecit, atque ita de die in diem velitando, cum Ludouici copijs, eas ecvque detinuit, donec Christophorus Mondragonius, cum reliquo suo exercitu quoq; accederet.

4 5 Martij

RECIPITVR interim Vranium illud, Orange gallicè dictum oppidum, à quo Auriacus (cuius hactenus crebra facta est mentio sui Principatus Titulum gerit quod antèà ab Hugonotis erat occupatum, [5] sub Glandagio quodam, quo absente Bochonus quidam, Orengianorum ciuium nonnullorum opera & industria, & arcem & vrbem recuperat.

13 m Maistricht.

5 5 Martij.

PAVLO

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1574

LOCA

TEMPORA

PAVLO poſt Hiſpaniarum Rex alteram [1] populo ſuo inferioris germaniæ condonationem in Hiſpania concedens, his verbis narrationem ſuam anteà incæptam, ita proſequitur.

RE (inquit) communicata cum Senatu ordinum, Deinde & cum chariſſimo cognato noſtro Ludouico Requiſenio, magno Commendatore, per Regnum Caſtellæ, ordinis Sancti Iacobi ſeruatore, ordinum legato, ac præfecto primario, Gubernatore noſtra inferioris Germaniæ, nec non eius ſecreto ſenatu eiuſdem, Decreuimus & definimus gratiam & veniam, decernimus & definimus in genere (ne vel ſingula commemorare neceſſe ſit, vel quiſquam priuatim poſtulare cauſam ſuam cogatur) omnibus ordinibus, ciuitatibus, pagis, ſocietatibus, ſodalitatibus, fraternitatibus, tribubus, quæ inter Ciues ſunt, per vniuerſam noſtram inferiorem Germaniam, tàm publicè quàm priuatim omnium eorum quæ motu, turba, tumultu, ſeditione, commotione, defectione, rebellione, rapina, furto, vi, violentia, vlloue alio delicti genere, quod ad hæc crimina, facinora, maleficia referri poßit, deſignarunt anno 1566. ad eum vſque diem, quo hæc noſtra venia promulgatur [6] ſiue in Religionem, ſiue in communem pacem deliquerunt, ſiue opera ſiue conſilio. Hactenus Rex: Nunc ad Ludouicum Naſſouium reuertamur.

1 8 Martij.

2 18 Martij.

6. Pagina. 164.

QVI audiens Auilam & Mondragonium iunxiſſe vires ſuas, conatur ſe Traiecto ſubducere Valkenburgum, vbi Sancho Dauila, dextro quodam vtens ſtratagemate vltra quingentos Ludouici milites occidit [2] quare in oppidum ſe hoſtis recepit forte admodum atque munitum, ibiq; copias ſuas recolligit, quæ tametſi longè ſuperabant regis copias: minus tamen erant in rebus militaribus experti in inſidijs collocandis ac ſtruendis, exercendiſque dies noctesque militaribus ſtratagematis, quæ illis proditiones potius quam honeſtæ militiæ artes dicuntur.

3 21 Martij.

14 m Valckenburg.

VIDENS tandem Comes Ludouicus, quam faciebant impreßionem, & ingrediendi in Belgium, Moſamq; fluuium traijciendi impoßibilitatem, ex illa parte qua hærebat, fecit perindè, ac ſi pararet reditum in germaniam, atq; ob id caſtra mouet. Verùm Sancho Dauila qui, ne Moſam paulò inferius traijceret inimicus, de quo iam diu nihil audiuiſſet, dubitabat comitatus Mondragonij Vallonibus, copias ducit Nouiomagum verſus, vbi ſecretam quandam ciues cum hoſte habuiſſe conſpirationem dicebantur, quò etiam illi confluxerant [3] regij milites, qui Leydam obſederunt. [4]

4 23 Martij.

13 g Nieumege

INDE duobus miliaribus à Nouiomago, Regis iunctus exercitus copias Ludouici Naſſouij, & Chriſtophori palatini in campis Maucenſibus, amplo quodam ericeto adoritur [5] cuius impetum licet pars peditum diu ſuſtinuiſſet, equiteſque acerrimè pugnaſſent: tamen, quia ijs qui in caſtris erant, non ſatis ſpacij, ad inſtruendam aciem datum eſſet, & plerique inermes, & hoc ſubito regiorum aduentu perturbati, hoſtibus omnibus copijs imminentibus, eoſque circumſiſtentibus, & de fuga potius (clamantes Geldt Geldt) quam de prælio cogitarent, nec ijs, qui manus cum hoſte conſligerent dimicando feßis, recentes ſuccederent, multis cæſis, reliquis copijs fuſis, diſſipatis profligatiſque, regij caſtris, victoriaq; potiti ſunt. Deſideratis tribus illis Ludouico & Henrico Naſſonijs Auriaci fratribus, & Chriſtophoro Palatino, præcipuis ducibus exercitus, nec inter viuos nec inter mortuos repertis.

14 h Mockerheyd.

5 14 Aprilis.

TEMPORA

LOCA

1
19 Aprilis.

MILITES Regij hac victoria elati, rectà tendunt Antuerpiam, vbi quarta die Martij præteriti mensis, quatuor instar proditorum ad supplicium rapiebantur, ex quibus duo Hispani, qui castrum Antuerpiense feruntur Auriaco Principi, & fratri eius Ludouico, prodere voluisse. Mittit Gubernator Antuerpiensis oppidi, quendam ex suis, Hispanis à cede reuertentibus, obuiam, qui rediens noua illi de illorum aduentu attulit. [1] *Paulò post reuertitur Sancho Dauila, in arcem, cuius erat præfectus, Antuerpiensem.* [2] *Postridiè Requesenius generalis Belgij Gubernator, nouam omnium admissorum veniam Generalem antea Bruxellæ conuocatis ordinibus quinta de huius mensis conceptam, postea verò Antuerpiæ solemniter publicatam promulgat,* [3] *Regiarum literarum, octaua die mensis eiusdem Martij elapso, Madriti in Hispanijs datarum, sequens tenorem, vbi his verbis.*

10 k Antuerpia.

REMITTIMVS (inquit Rex) omnem pœnam corporalem, criminalem, ciuilem, pecuniariam, confiscationem, denique omne commissum, inter hæc commemorata delicta vel expressam vel vllam præferens, quacunque id legum, placitorum, edictorum, decretorum, literarum, promissionum forma perstringatur, quicquid demum sit vnde reatus ortus videri possit.

ABSOLVIMVS, nec minus pro absolutis habemus, liberos & impunes esse volumus ab omnibus delictis, quæcunq; hoc nomine perpetrata sunt in perpetuum, ita quidem, ne quis accuset, neue in iudicium vocet, siue priuato nomine hæc quis conetur, siue Magistratu fungens, sui muneris esse prætextat, ne fiscus quidem noster, aut procurator criminalis, cui si quid moueat, perpetuum indicimus silentium, edicentes istarum nostrarum terrarum Gubernatori, quicunque demum, quocunque tempore, cum nostra potestate erit. Senatui etiam nostro, reliquisque omnibus Magistratibus, tàm prouincialibus quàm municipalibus, denique omnibus, qui in iudicijs cum officio erunt, ne quis ex commemoratis delictorum capitibus, vllam actionem concipiat, quæ vel in personam, vel in rem cuiusque persequatur, nec persequendum permittat.

4 Pagina 156.

2
2 Aprilis.

QVOD si quis ausit, iterum atque iterum indicimus, ne quis mentionem faciat, neue ad cognitionem reuocet, neue istiusmodi prætextu quæstionem moueat aut molestiam creet, siue apertè siue occultè.

10 l Bruxella.

QVOD postremum est, quotquot commemoratorum maleficiorum nomine in gratiam recipimus, eos omnes & in integrum restituimus, vt tàm ipsi, quàm liberi & nepotes eorum, in perpetuum sint honesti nominis, famæ, existimationis, remouentes ab ijs omnem infamiam, ac notam, quam istius criminis culpa incurrerint, non secus, ac si semper extra omnem noxam fuissent, neminem ab hac venia nostra vel excipientes vel excludentes, nisi quos ob magnitudinem eximij sceleris, singulatim designandos decreuimus.

QVORVM nomina, quocunque die ac loco hac promulganda edicemus, diserte excipiemus, excludemus, proscribemus, reliquorum omnium commissa interim absoluentes, oblite rantes, remittentes.

5 Pagina 103.

3
Aprilis.

NEQVE obstare quibusdam volumus, quò minùs hic comprehendantur, quorum ipsorũ nomina priori venia seorsum notata fuerunt, vel aliàs priuatim perscripta.

NE

LOCA

TEMPORA

NE quis autem in hiſce omnibus non intelligat qua noſtra ſit ſententia, Quicunque aberraſſe videbuntur à vera fide ac Religione, hoc eſt quicunque vllo modo receſſiſſe videbũtur, à Catholica recta ac vera Religione, quam obſeruat ſancta mater Romana Eccleſia, quoſq; ab eius obedientia ſeparatos fuiſſe conſtabit: hoſce oportebit verà pœnitentia, ſyncero corde, conſtanti ac firmo propoſito, delicta atq; errores reijcere ac deponere in ſinum atq; obedientiam ſanctæ matris Catholicæ Romanæ Eccleſiæ, impetrantũ abſolutionem peccatorum & cenſuratarum in quas inciderãt, idq; à miniſtris & Commiſſarijs qui à prædicta ſancta eccleſia authoritatem habebunt, obſeruantes, ſequentes, & continuantes Catholicam eamque veram Religionem, quam prædicta ſancta Catholica Eccleſia obſeruat & confitetur. 1 23 Aprilis.

10 k Antuerpia.

NON enim decernimus, vt beneficium iſtius noſtræ ineſtimabilis venia ad eos pertineat, qui id facere poſthac recuſent, aut recuſare deprehendantur. Quod etiam ad Ciuitates, arces aliaq; mutata loca, item quod ad perſonas attinet, quæ, quo tempore hæc noſtra promulgabuntur contra nos in rebellione perſeuerare, bellumq; gerere videbuntur. De ijs ita decernimus. Si à tempore promulgationis, intra duos menſes ad officium redierint, noſtræque voluntati ſeſe permiſerint, ideoq; gratiam & veniam noſtram implorantes, æquabuntur cæteris omnibus, ad quos venia fructus pertinebit. Sin interim detrectent, extra omnem miſericordiam in poſterum hoſtes ſunto, in quos de requiſito rigore agendum decernimus, vt pœnas delictis rebellionis & contumaciæ minores non fuiſſe ſentiant.

VOLVMVS igitur, vt omnes quicunq; iſtiuſmodi delictis, maleficijs, & criminibus quæ ab anno 66. vſque ad diem [1] promulgationis iſtius venia perpetrarint cooperti tenebuntur, etiamſi inquiſitionibus, iudiciorum ſententijs damnati fuerint, hac noſtra clementia atq; indulgentia fruãtur. Sed ſic tamen vt excipiãtur ea res quæ in fiſci poteſtatem redacta atque expenſa, in regios vſus & poſſeßionem tranſierunt.

QVAE tamen ijſdem etiamſi delati, accuſati, conuicti, damnati, mulctati atque in coniuratorum numero deprehenſi fuerint, ea conditione conſtituentur, ſi probatis teſtimonijs demonſtrent, ſeſe catholicè vixiſſe. Quo in numero, quod ad ordines Prouinciarum, ciuicas ſocietates, ſodalitates, collegia, fraternitates, communitates, tribus, attinet, ijs omnibus quocunque crimine & culpa grauatis ita delictorum gratiam facimus, vt conſtitutiones adminiſtratorum, & leges ab ijs accipiant, qui noſtro nomine poteſtatem ac mandatum habebunt.

QVAE leges ad ius vnicuique ſine iniuria dicendum ita ex æquitate & neceßitate ducentur, vt ex noſtra ergà ſubiectos charitate, definitaque voluntate proficiſcantur. Quæ omnia ad ſalutem noſtrorum ſubditorum vt quam optima fide collocentur, Mandauimus Gubernatori noſtro, cæteriſque Prouinciarum præfectis, prætoribus, Iudicibus, magiſtratibus, vt nulla interpoſita mora vbique promulgari curentur. Quia ſic nobis placet. Madriti. Anno 1574. Martij die 8. ſtilo communi.

10 l Bruxella.

HANC publicæ ac communis veniæ formulam ſic à rege in Hiſpania editam, ad ſalutem omnium eorum, ad quos reatus, motuum, tumultuum, coniurationum, rebellionum, ſeditionum tam præſentium quam præteritorum pertinuerit, Requeſenius Gubernator Generalis, quanta maxima cum ſolennitate, promulgandam curauit, ſuam, hac in parte, ſententiam, regis nomine interponens, [2] qua quiſque ſibi vtendum, fruendumque ſciat, & accipiat. 2 24 Aprilis.

1574. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA

LOCA

ANTVERPIENSIVM non minima pars cùm delictorum huiusmodi veniam parumpendere vel saltem non ita multum curare viderentur, Hispani vrbe benè ad Nouiomagum contra Auriaci fratres & Palatinum gesta, insolentia elati, sub specie non solutorum stipendiorum, seditione facta a signis discesserunt, & quum circiter quater mille conspnassent, primo clàm, mox vi Antuerpiam irrumpentes, instructa acie in forum progressi, & magna vociferatione pecuniam poscentes, magnum omnibus metum & terrorem incusserunt. Inde excubys praesidysque dissipatis, & in quam cuique libuerat domum dimittentes, nonnulli etiam aedibus & in hu Gubernatoris Antuerpiensis expilatis, ipsoque Gubernatore, eiusq; milite praesidiario vrbe pulso, totam ciuitatem dominatu tenuerunt, nequicquam Gubernatorem Belgij veriti, qui in mercatorum Saxonum domum secesserat.

1 26 Aprilis.

10 k Antuerpia.

CAVSAM huius tumultus praetendebant, quòd multorum mensium, imò circiter trium annorum stipendia sibi deberentur, quorum solutionem flagitabant. Itaq; ciues, vt ab ea infinita vi & dominatione se liberarent, & eius satisfacerent) summo studio, summoq; cura incubuerunt. Itaque cùm quàm poterant maximam pecuniae vim ad quadraginta florenorum myriades seu quod in idem recidit ad quadraginta millia collegissent, nec illa ad ad solutionem sufficerent, partim aliares in aestimationem illis data, partim reliqui quod postulabant praestatio ad certum diem promissa est. Summus etiam Pontifex Gregorius XIII. ad Hispanarum Regis instantiam, certis quibusdam conditionibus, per Archiepiscopum Camerensem omnes in Belgio & singulos vtriusque sexus tam laicos quam clericos absoluit. [2]

2 30 Aprilis.

SCRIBIT paulò pòst [3] Auriacus Princeps Dordrati. Ioannis Nassouio fratri suo inter cetera in hac verba ex gallico translata. Sanè, ad me (inquit) quod attinet multùm honori meo vel ex eo detrahi sentio, quod quidem inquirentes de me, diffidentia cuiusdam praesumptione existimant veritatem me illis celare, atque dum in hac diffidentia occupantur quilibet loquitur pro libitu suo quod sibi videtur, reinque totam eo loco habet, ac si desperata omninò esset ac prorsus deplorata etc.

10 p Dordracú

CAETERVM quantùm negotiorum patriae huius statum concernit, scias quòd iudè ab vltima clade populus apud nos, in magna versatur perplexitate, atque hoc quidem ob id tantò plus, quantò magis vi et elatos immicorum animos, atque inflatos, adeò vt omnibus suis viribus nos aggredi deliberent, existimantes facilimè totam hanc patriam eos posse inuadere, sibique subycere. In quo, vt verùm dicam, non ita multùm à scopo mihi videntur aberrare. Neque enim sub sole populum esse existimo qui citius exultet rebus prosperis aduersis verò citius deprimatur quàm noster. Videres eum nunc adeò perplexum delectumq., vt quid vel facere, vel quo loco rem incipere debeant prorsus ignorent, statum omnem desperatam habeni, vt nullum salutis amplius remedium restare sibi planè persuadeant.

3 7 May.

BRVXELLA incendio correpta est [4] cũ ingenti fragore, mola pulueris tormentarij, turrisque ei vicina, in qua repositi erant 50. vascula puluere illo repleta, cuius vi turris illa & coadunctae moenia ad 20. cubitus ex fundamentis deiecta, subtractis in aêra Saxis & lapidibus, & procul ab vrbe dec identibus diuersis locis, vir & equus oppressi: In vrbe & extra vrbem, maximo illo impetu plurimorum aedificorum tecta, vnà cum fumi receptaculis, quae suprà adium culmina attollumtur quassa & diuulsa, fenestra vno quasi momento disiecta, homines quindecim interierunt.

10 l Bruxella.

4 24 Maij.

DVM

REQVESSENIO LVDOVICO LEONEM

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

LOCA		1574. TEMPORA
	DVM metu ſeditioſorum militum illorum Antuerpiæ, ne eas inuaderent, Amiralius naues bellicas, omni apparatu militari adornatas, ex portu Antuerpienſi ad aliquot ab vrbe miliaria educit, Auriacus miles, ea re cognita, eodem die quo milites in vrbe triumphabant, aliquas ex his cæperunt, aliquas etiam tormentis afflictis in aquas merſerunt.	1 26 Maij.
10 k Antuerpia.	CVM ſupremus Gubernator Requeſenius veniæ huic Hiſpanorum inſolentiæ datæ, impunitatiſque fidem ijs, ſancta religione in præcipuo templo, feciſſet, iterum ſe ad obediendum iureiurando obligarunt. Qui tandem Antuerpiâ Holandiam verſus profecti [1] ſunt Leydam: Holandi autem cum Zelandis, vt miſeriarum bellorumq; ciuilium quibus præmebantur Rex finem imponeret, Supplicem libellum conficiunt, in quo duo potiſſimum requirunt, ſcilicet, vt Rex militem Hiſpanum euocet è Belgio, & vt illis Generalem conuentum omnium Statuum cogere liceat. Porrigitur Supplex libellus Domino de Champagny, Gubernatori Antuerpienſi, in eum finem, vt eundem in conſilio regio Bruxellæ exhibeat, miſcent ſe huic Pacificationis negotio præter Campanium, [3] etiam Ludouicus [4] & Carolus Boiſoti [5] fratres, Aldegõdus, & Iunius, diuerſis hinc indè ſcriptis hoc nomine literis, quæ, quia Germanicè typis ſunt excuſæ (cùm ad rem nõ ita multùm faciant) hic à nobis prætermittuntur, maximè cum Campanius illi Iunio Supplicem libellum, tamquam minus ad rem ipſe erit, [8] cauſas allegans, propter quas eundem in conſilio non exhibendum cenſuerit.	2 30 Maij
10 l Bruxella.		3 14 Iunij.
		4 17 Iunij.
		5 21 Iunij.
8 k Mittelburg.		6 24 Iunij.
		7 29 Iunij.
11 g Montfort.	TRACTATVR [10] & per Comitem Schvvartzenburgium Guntherũ, apud Ioannem & Albertum, Naſſouios, de pace Belgij, defertur tandem & ad Imperatorem Maximilianum, parentem moderni huius Imperatoris noſtri, Rudolphi laudatiſſimæ memoriæ, negotiũ, qui quantũ in ſe fuit idipſum promouit, per ſuos, & apud Regem in Hiſpania, & in Germania, etiam per eundem Schartzemburgium, literas [12] eidem liberi paſſus mittens [13] ad hoc, vt in Belgium Pacificationis ergò Pacificiſcitur.	8 13 Auguſt.
		9 6 Septẽbr.
8 h Vere.	MORITVR [2] intereà Carolus Rex Galliæ eodem die, quo & Henricus Rex Poloniæ in demortui locum Rex Franciæ declaratur. qui cum ſplendidè in cœna tractaſſet [4] Poloniæ proceres, noctu cum quibuſdam ſuis miniſtris, tacitè ac clàm Cracouiâ abijt, & magnis itineribus, quàm longiſſimè potuit procedens, Viennam ad Imperatorem venit [6] à quo, cũ humaniter ac per honorificè admodum exceptus eſſet, Venetias appulit 17. Iulij, vbi nihil prætermiſſum eſt, quod ad regium planè apparatum ac ſplendorem magnificentiamque pertineret. Poſt decem dies diſcedens illinc, venit in Sabaudiam [9] vndè ab Emanuele Philiberto Duce comitatus. Lugdunum in Franciam, vbi edicti formulæ paternæ condonationis, ſemel 10 atque iterum 14 editur.	10 8 Septẽbr.
		11 10 Septẽb.
11 g Ghorcum		12 24 Septẽb.
		13 24 Septẽb.
		14 3 Octobr.
12 g Bommel.	LVGDVNVM Batauorum, ab Hiſpanis Antuerpiâ redeuntibes, diuturna demùd obſidione grauiter afflictũ, & molibus ac propugnaculis validis vndique cinctum, Auriaci milites, Duce Carolo Boiſoto, maris æſtu iuuante, cum 60 Galeis annona recreant, rebus aliàs propemodum deſperatis. Hinc eſt, quod Hiſpani Gorcomium & Bomelium aggreſſuri, indè obſidionem ſoluunt. Moritur pòſt Carolum Regem, pactis in Francia inducijs, 16 Carolus quoque Cardinalis Lotharingia. 17	15 19 Octob.
10 f Leyden.		16 22 Nouẽb.
		17 23 Decẽbr.

MEER.
HAGHE.
DELFT

1575. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA

LOCA.

1
20 Ianuar.

MISSVS ab Imperatore Maximiliano Comes Guntherus Shvvartzenburgius ad Pacificationem Bredanam, Dordracum appulit. [1] *paulò post* [2] *etiam Princeps Auriacus cò venit, ex Zelandia coram quo quidem Principe, ac Deputatis Hollādiæ & Zelandiæ, Comes idem suæ Legationis causas verbo explicat* [3] *respōsumque per Principem ac deputatos postridiè accipit, deinde scriptum exhibet* [4] *idem ferè complectens, quod verbo declarauit, de quo infra suo dicetur.*

10 h Dordrecht.

2
31 Ianuarij

3
3 Februarij

CONSTITVTI [5] *sunt ex parte Regis Catholici Mandatarius, Dominus de Rassengien, & Comissarij, Comes de la Roche, Arnoldus Sasbout, Carolus Suys. Elbertus Leoninus etc. Ex parte verò Statuum Holandiæ & Zelandiæ, mandatum producunt* [6] *suum, Iacobus Vander Does, Philippus Marnix, Carolus Boisot, Arnoldus Dorpius, Iunius de Ionge etc. vt sic actioni Pacificationis initium facerent. Et quia Schvvartzenburgius, inscio vel inuito Requesenio, inciuile putabat, se negotio immiscere, misit literas, quibus Requesenius respondet,* [7] *se posse pati, vt Pacificationi interfit, eamque promoueri adiuuet, proficiscens* [8] *itaque Bredā, & indè montes S Gertrudis, literas ad deputatos Holandiæ & Zelandiæ, scribit.*

4 Pagina 170.

4
6 Februar.

5
9 Februar.

11 h Gertrudēberg.

MITTVNT [9] *Comissarij regij, Doctorem Leoninum eò, quò demùm literas scribit* [10] *Schvvartzenburgius, audiès priores fuisse interceptas in itinere, Et postquàm ex parte Regis missi fuissent obsides, Iulianus Romerus, Christophorus Mondragonius, Dominus Daussy etc. conuentum est* [11] *ex vtraque parte Bredæ, vbi per Dominum Rasengienium Propositio fit* [12] *ex parte Regis, cum mandati eiusdem, exhibetur & per Consiliariū Comitis Schvvartzenburgij, Bornerum domini sui nomine scriptum.*

6
12 Februar.

7
13 Februar.

13 Pagina 171.

8
24 Februa.

STATVS Holandiæ & Zelandiæ incitantur [13] *adhoc, vt, non expectata Regis respōsione super petitione sua per supplicem libellum Regi transmissa, simul omnia & vnà proferāt in medium, id quod feciſſe videntur. Quibus supplicantibus per Comissarium Sasbout scripto respondetur Regis nomine, de quo infrà commodiori loco dicetur, simul & de eo, quod Status replicarunt* [14] *postea Dordraci, per resolutionem suam regijs exhibitam.*

9
26 Februarij.

10 k Antuerpia.

10
28 Februa.

POSTHAC proficiscitur [15] *Comes Schvvartzenburgius ipsemet ad Gubernatorem Requesenium Antuerpiam, tanquā intermedia quadam persona, nomine Imperatoris Maximiliani, cum illo negotium consultandi causa: sicut postea fecit alius quidā Comes Schvvartzenburgius, qui tempore Rudolphi huius Imperatoris, non ad D. Ioannem Austriacum solum, verùm etiam ad Alexandrum Farnesium, pacis in Belgio conficiendæ gratiā, vt infra dictum profectus est) vt vterque sanè Imperatorum, & pater & filius, officio suo hac in parte minimè defuisse censeri debeāt, quò nobilem illam ac florentem Belgij patriam, in pristinum felicitatis suæ statum reducerent.*

14 Pagina 173.

11
2 Martij.

12
3 Martij.

16 Pagina 179.

13
14 Martij

INITIO [16] *mensis Aprilis, hoc est postridiè quàm Comes Guntherus Schvvartzenburgius à Gubernatore generali Requesenio Antuerpiā reuersus esset, in oppidum Bredanum. Exhibent Deputati Regis nomine Commissarij, Holandiæ Zelandiæq; Statibus, suam quoque Resolutionem; quàm infrà loco commodissimo inuenies. Neque enim locus hic permittit, vt, quæ in consequentibus, conuenientissimo quodam ordine decreuimus enarrare, ea simul & semel omnia, in vnum congeramus, sicque topographica atque historica descriptionis nostræ, seriem turbemus. Pari namque passu, hinc ab Antuerpia prima per Hispanos facta inuasione, vsque ad secundam irruptionem eorundem, progressuri, pacis & belli talem consequenter adhibebimus rationem, vt, vbi Pacificationis Bredanæ negotiū tractantes finitur, ibidem Pacificatio Gandensis rectè incipiat.* [17]

14
22 Martij.

10 h Breda.

15
25 Martij.

16
1 Aprilis.

17 Pagina 196.

COMES

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

LOCA		1575. TEMPOR.
	COMES Schvvartzenburgius, deputatis ad Pacificationem, cauſſas in memoriam denuò reuocans, ſcilicet ob quas ab Imperatore Maximiliano ad eos eſſet ablegatus, libenter vidiſſet res Belgicas in priſtinum potuiſſe ſtatum reſtitui; Verùm, cùm dubitaret de Pacificationis negotio fœliciter concludendo, receſſum tandem cò reditumque vnde venerat parare [1] viſus eſt.	1
10 f Hollandia		4 Aprili
	AVRIACVS quoq; Princeps & ordines Holandiæ & Zelandiæ, Ciuitatumq; Bomeliæ & Buræ, vnà cum ſuis fœderatis. Primùm petunt [2] à Regijs, ne grauentur Legatis ſemel exponere, an quid præter hoc à Rege in mandato habeant illis proponendũ, an verò, quod hactenus ab illis dictum ſcriptumque eſt, forma ſit abſoluta mandati. Deinde menſis vnius & amplius ſpacium requirunt, quo ad ciuitates, eorum omnium fiat relatio. Tandem obſides reddere offerunt, rem totam ad Imperatorem potius deferri cupientes, ideò quòd conditiones à Regijs propoſitæ, illis non admodum arriderent. Vltimò, ſcripto quodam Pacificationis, totum penitus negotium abrumpunt, ſicq; infecta re diſcedit̃ur.	2
'8 h Zelandia.		5 Aprilis
		3
		6 Aprilis
	REQVESENIVS Gubernator Generalis, Antuerpiæ tum exiſtens, per literas comitis Schvvartzenburgij fit [3] certior, de fructu admodum exiguo, quem ex hoc Pacificationis ſtudio pro tempore ſperaret; & quem admodum Auriaco adhærentes, rem ad tertium vſque Maij, ne dicam ad ſex menſes, differri petijſſent diem, quo tandem redintegranda foret actio. Scribit tamen nihilominus paulò pòſt [4] Idem comes, dum Bredæ adhuc hæreret, Duci Arſcotano & Barlemontio comiti, vt apud Requeſenium acceleraret negotium. Cui tandem valedicens, ab eo dimittitur, Imperatori Maximiliano in Germania, vtpote à quo ablegatus eſſet, de omnibus facturus relationem.	4
11 g Bommel.		8 Aprilis
12 f Buren.		
		5
		10 Aprilis
	SVB idem fere tempus legati Principis Condæi, qui tum Baſileæ agebat, Lutetiam venium̃t. [5] Vbi pòſtquam magnifice fuiſſent excepti, poſtridie [6] facta eſt ipſis Regem adeũ di poteſtas, qui in præſentia Reginæ vtriuſque, item Alenzonij. Nauarræi, Borbonij Cardinalis, Mompenſerij, atq; aliorum Regij concilij Senatorum, ſcriptis & verbo tantum effecerunt, vt poſt multorum dierum ſubſequentium, diſputationes atque altercationes, Rex Hugonotis permitteret Vt vbicunq; in Regno cuperent habitare, fas ipſis ſit ibi ſecure, & ſine metu periculi, cauſa religionis habitare, religionemq; exercere, omnibus in locis, quæ in ipſorum eſſent poteſtate, exceptis Mompeſſulo, Caſtris Aquiſmortuis, & Bellocayro & multa alia, modo ex edictorum præſcripto modeſtè viuant. Sed ea Regis in ſubditos indulgentia ipſis non ſufficiebat, idcirco, cum omnia pro ſuo voto poſtularent, à Rege ſubirato diſcedentes infecta re, ad ſuos reuertuntur. Regi verò Henrico, dies [7] dicitur preciſus in Poloniam vt rediret, niſi excludi velit, atq; regno priuari: exauguratur eſt itaq; non veniens Rex à Polonia.	6
10 k Antuerpia.		11 Aprilis
11 h Breda.		7
		12 Maij
	DVCIT interea, Princeps pòſt diuortium Mauritij Saxonis filiæ Auriacus tertiam vxorem. Prima fuit filia Comitis Burani, in Belgio, Altera Mauritij Electoris Saxoniæ Ducis, in Germania, Et hæc tertia, filia Ducis Mompenſieri, in Gallijs, cum qua Chriſto prius deſponſata, nuptias celebrat [8] in Zelandiæ oppido Briel. Hic in Hollandiæ Gaudamum, ea intentione poſthac proficiſcitur, vt aggeres ibi rumpendo, campumq; inundando, Hiſpanos ab obſidione, qua Veteres aquæ præmebantur, auerteret. Verùm de hoc Principis conatu, facti certiores Hiſpani, tanta tormentorum reboantium furia, oppidum aggrediuntur, vt muris ex parte deiectis, pòſt duos vehementiſſimos amiſſos aſſultus, tertio tandem ingreſſi, omnes fere & milites & ciues interficiunt, [10] pulcherrimis ibidem ædibus, incendio conflagratis & abſumptis.	8
8 g Briel		11 Iunij.
		9
		15 Iunij
10 f Oudevvater.		10
		8 Auguſti

1575. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA | LOCA

1 10 Augusti

VIDENS Auriacus à Regiorum militum in Hollandia præfecto, Francisco Baldesio Lugdunum Batauorum vulgò (Leyden) obsidione grauiter affligi, & molibus ac propugnaculis vndique cingi, cõmunicata cum ordinibus Hollãdiæ &c. ordinibus, aduocatisq, ex Zelandia Vlißingensi ac Zirickxensi Amiralibus siue in mari præfectis, Leydensibus opem esse ferendam proposuit. [1]

10 g Leyden.

INTEREA expugnatis, vt dictum est, Aquis veteribus, ab Hispanis, præfecto Barlemontij filio Domino de Hierges Generali exercitus Duce, incolisque vniuersis nullo delectu habito internecione deletis. Postea Schonhouiam per Hispanos obsessam, [2] tormentisq, bellicis muro nudatam, atque ad assultum iam præparatam, facta per Capitaneum de la Garde ab Auriaco antea eo missum, deditione suam Hispani quoque in potestatem accipiunt. [3]

2 12 Augusti

Item Buram oppidum cum Castello, per traditionem Gubernatoris eiusdem Castelli, quem Holandiæ ordines ob id morti destinarant, nisi hunc Auriacus Princeps subduxisset, inque Gaudanum oppidum ablegasset.

11 f Oudvvater

LEYDENSES à Baldesio, literis etiam solicitati, quibus gratiam illis offert Regis nomine, diraque minatur si eandem acceptare recusent, prouocati, Principis Auriaci atque ordinum subsidia petunt [4] obsessi, rerumque suarum statum tantum non desperatum pluribus ostendunt, atq; inter cætera cupiunt, eo casu quo illi succurrere vel non vellent vel nõ possent, à confœderationis, iuramentique vinculo absolui. Tãtum effecit tum Baldesij, suorumque diligentia. [5]

3 13 Augusti

10 g Schonhouen.

SED destinati sunt duo illi quos dixi, maris præfecti classibus egregiè instructi, [5] qui Roterodamum & Goudam ac propius deinde Leydensibus accedentes, tantam ergà hostem immanitatem ne dicam crudelitatem exercere videbantur, vt Hispano cuidam ex ijs qui Lugdunum obsidebant, ab illis capto, cor viuo excisum dentibus laceraſſe his versibus commemoretur.

4 21 Augusti

12 h Buren

Lugdunum cingit Batauorum miles Iberus.
A Batauo contrà cingitur ille mari.
Non opus est gladijs, ferroque rigentibus armis,
Solo pro Batauo belligerentur aquæ.
Iacturam pecoris Batauus, quam fecit & agri,
Humano decies sanguine Iberi lues.
Mercator sapiens tamen haud mercabitur vnæ
Hispani generis corpora mille boui.
Macra caro est, nuper cum cor gustasset Iberi,
Respuit, & canibus nauta vocare dedit.

5 31 Augusti

10 f Roterdam

6 3 Septẽbris

BALDENSIS interea dum obsidio durat, Leydenses in suas partes modis quibus potest omnibus [6] pertrahere, atq, ad deditionem per se atq, per alios, velut. [7] Ferdinandum Lanoyensem: Comitem Rochensem, Hollandiæ, Zelandiæ, Frisiæ, atque inferioris Traiecti Regis nomine Præfectũ. Item per Mateneſium VVibisma, alioſq; Leydensibus quoque modo coniunctos, qui tamen nihil efficiunt.

16 f Goude.

7 6 Septẽbris

PRINCEPS

LOCA

TEMPORA

PRINCEPS etenim Auriacus ille, cum ordinibus Regi contrarijs, tum ex altera parte, omnem literis quoque atque mancijs, etiam volantibus, nempe columbis annexis chartis diligentiã adhibent, vt Leydenſes ſibi confœderatos in concepta reluctandi ſua intentione fixos retinerent, ac ne Baldeſij aliorum literis, quibus in Hiſpanorum naſſam pertraherentur vllã prorſus fidem adhiberent, vtpote qui perpetua eos ſeruituti ſubijcere perſuaſionibus hoc pacto niterentur dolo, quod vi præſtare non poſſent, &c.

5 f Paris.

1 16 Septẽbr.

HIS commoti Leydenſes extrema quaque patiuntur, adeò vt etiam equorum feliumque carnes pro cibo in delicijs potius haberent, quàm ſeſe Hiſpanis concrederent. Donec matris tandem æſtu iuuante, milites Auriaci ac Statuum, miſeros ac propè deſperatos. Leydenſes, cum ſexaginta Galeis amona, aliiſque neceſſarijs rebus onuſtis, recrearent. Nihilominus Baldeſius obſidionem continuat, quantumque poteſt, eos in anguſtias redactos vi in ſuam poteſtatem Regis nomine redigere pergit.

9 h Duyue. land.

ALENCONIVS interim per occaſionem offenſionis & ſimultatis cum Rege excedit aula Lutetia, [1] Druydum ſuæ ditionis oppidum magna celeritate venit, & à ſuis recipitur. Poſtridiè ſcriptum edit, quo diſceſſus ſui cauſas & omne conſilium ſuum luculenter exponit. Rex ſumma celeritate omnes prouinciarum præfectos, de illo fratris diſceſſu facit certiores, [2] (inquiens) profligatam quorundam hominum nefario conſilio factum eſſe vt à ſe diſceſſerit, comprehenderent eum ſi fieri poſſet. Simile quiddam ex ſequentibus [4] in Belgio, cum Auſtria Archiduce Matthia factum lector intelliget.

2 17 Septẽbr.

REX interim orat omnes regni proceres Franciæ, vt vbi Frater Alenzonius ſit explorent, operamque dent omnem, quò captiuus ad aulã mittatur, magnus erat nobilium quotidie ad Alenzonium concurſus: inter quos erat & Ventadorus qui à Rege defecit, ob cauſas, quas ſcripto pretendere iuſtas exiſtimauit. Sub id & Condæus Princeps in Germania cum Friderico Palatino, & Caſimiro filio de ducendo in Galliam exercitu, tranſigit: qui numeroſum vndequaque, & equitatum & peditatum, comparant, ditionibus ſuis in hoc oppignoratis, Caſimirus namq; legionem etiam heluticã in Bernatum iuriſdictione conſcripſerat.

4 Pagina 228

GERMANI, etiam cum Clareuantio, & Haſtineo ducibus Rhenum traijcientes, inque Lotharingiam venientes, in Galliam inſtructi properant. Sed Guiſius, magnis itineribus Caſtrorberrium peruenit, cui Thoraus ille, qui eundem in germania exercitum collegerat, obuiam proceſſit, vbi poſt atrocem pugnam. Grauiſius lætam victoriã reportauit, caſis vnà cũ Haſtineo & legato, etiam Germanis penè omnibus, Clareuantius capitur, Thoraus elapſus, incolumis ad Alenzonium peruenit.

8 h Bõmenee.

3 28 Septẽbr

CHRISTOPHORVS Mondragonius exercitus Regij ductor, alterius inſtar Moyſis, per S. Annæ ac Philippi Inſulas in Duuelandiam, ſingulari omnium cum admiratione, traducto per vada exercitu, Bommeneam arcem, fortißimo aſſultu aggrediens, expugnat. [3]

BOMMENIE

1575. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA | LOCA

POSTRIDIE hora 2 matutina nauigarunt [1] Sancho daula, & Mondragonius, cum mille quingentis militibus Ziricseam. Die sequente moritur Carolus Boisot, Principis Auriaci Amiralis sine maris præfectus, & Gubernator Middelburgensis. [2] Deserunt paulò pòst Auriaci, Vianam Hispanis aduentantibus. [3] Moritur & ex altera parte, Requesenij nimirum, Gabriel de Peralto, frater Marchionis de Falascas. [4]

1 29 Septēb. REGINA mater vt Alenconij animum pacaret fratrique Regi reconciliaret, Marignacum venit, vbi multis binc inde habitis colloquijs, cum eo 6 mensiū inducias pepigit, quas Rex, Catholicorum querelis tùm neglectis, tandem confirmauit. [5] In Zelandia Regij obsidionem continuant, militesque ex oppido Ziricseensi egredientes strenuos experiuntur. [6] — 8 k VVal kerē

ET cum pacis negociatio Bredana, infecta quodamodo nec absoluta, caussa sit malorum subsequentium, & paulò præcedentium; eam consequenter (præter temporis, rerum aliàs in Belgio gestarum, continuationem) ordine enumerabimus, partes Maximiliani Imperatoris initiò proponentes.

2 30 Septēb. MAXIMILIANI IMPERATORIS NOMINE.

PER Comitem Schvvartzenburgium, primùm hæc, in Pacificationis negotio, proponuntur, nempè. QVAE HACTENVS INTER Serenissimum Regem Hispaniarum, & Principem Auriacum, aliquot ex nobilitate, hisq; coniunctas ciuitates belgicas, nata sunt simultates atque offensiones, Imperatori Romanorum Maximiliano, eò maiorem molestiam & dolorem attulerunt, quòd, quæ secutæ sunt perturbationes & calamitates, non solum Belgis: sed etiam Germanis & Romano Imperiò subiectis ordinibus, exitium minari videntur, maioresq; occasiones malorum, nisi incendium hoc maturè restringuatur, extimescenda sunt.

3 Octobr. QVARE Cæsarea Maiestas, in hunc finem omnes cogitationes & consilia dirigere statuit, quomodo optatum ocium, toti Prouinciæ Belgicæ, & his maritimis locis, recuperari possit. Eamque ab causam nuper, quendam præcipuæ authoritatis virū (intellige VVolfgangum Rumpfium) Regis Hungariæ filij Cæsaris supremum Cubiculiarium, in Hispaniam ablegauit, qui proculdubiò, nunc Legatione sua apud Philippum Regem perfunctus, egregiam operam hoc in negotio nauauit. Quamobrem etiam Cesarea Maiestas Illustri & Generoso Comiti Gunthero, ex ordine quatuor comitum, Romani Imperij, comiti in Schvvartzenburg etc. Consiliario suo iniunxit, vt is, quibus conditionibus pax iterū coalescere possit, prouideat. — 8 h Brouershauen.

4 Octob. CVM igitur Comes, in his vt in alijs, Cæsarea Maiestati sese deinctum, & obsequentem profiteatur, moremque ei gerere paratus sit. Et præterea Illustrissimo Principi Auriaco, aliisque nobilibus, & coniunctis ordinibus optimè velit, tùm ob affinitatem & amicitiam, quæ ipsi cum Principe Guilielmo, & quibusdam ex nobilitate intercedit, tùm, quòd Prouinciæ Belgicæ beneuolentiam ergà se, multis abbinc annis, non semel expertus est, hanc profectionem cò libentius suscepit, nec asperrima hyemis, longæq; itineris molestias, huic tàm necessario proposito, vllum impedimentum adferre passus est.

5 Nouēb. IDEO QVE Principem Auriacum, Nobiles, & reliquos Ordines, vehementer orat, vt Cæsaris præclaram voluntatem diligenter expendant, ad pacem & concordiam respiciant, seque in rebus honestis & licitis morigeros & obedientes præbeant. Quod si inter ipsos de Conditionibus tractandæ pacis conuenerit; Instat prædictus Comes, vt duò vel plures, ex omni numero deligantur, qui acceptis sufficientibus mandatis, secùm ad Cæsarem contendant, — 8 h Zirickxsee.

6 Decēbr. & condiciones pacis tolerabiles, & æquitati cōsentaneas proponant. Hisque delectis, Comes Gunterus Saluum ductum & reductum ex Imperiali rescripto spondet ac pollicetur. Neque vllum laborem studiumque ad hanc causam faliciter perficiendam, est intermissurus. Atque hæc in specie hic, de quibus suprà diximus in genere. [3]

REGIS

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO 1576.

LOCA

TEMPORA

REGIS HISPANIARVM NOMINE.

DOMINVS Saubotus, in conſeſſu Legatorum, præſente Schwartzenburgio, legatis Principis Auriaci (ad Supplicationem ab Holandiæ Zelandiæque Statibus, Regi exhibitam, de qua ſupra, ita reſpondet. Intelligere ſe Principem, ac ſuos flagitare congruum appoſitumque ad ſuas preces reſponſum: Id ſi faciat Rex, nihil eſſe præter hoc quod poſtulant, Sin minus: expectare ipſos dum Regia Maieſtas in commune conſulat, propoſitis rationibus, quæ ad reparandam Belgij priſtinam tranquillitatem, proſperitatemque faciant, de quibus, quod fidos ſubditos decet, ſuam ipſi ſententiam interponere quoque velint.

5 f Paris. — 1 9 Ianuatij.

DECLARARE igitur Regis nomine, quàmuis qua Princeps & fœderati poſtulent cõmodè effici non poſſint, priuſquam Hollãdia, Zelandia, & fœderatæ ciuitates, cum ceteris Regis Prouincijs coniunctæ ſint & coadunatæ: ſe tamen, vt negotium, maturarent non velle cõtrouerſiam facere de ordine & modo tranſigendi, Sed, vt in omnibus prouideatur, paternuſq; Regis affectus atque animus reipſa repræſentetur, ad Reip. vtilitatem, communem quietem, ac pacem durabiliorem, ſe pro mandati ſui vigore, articulos proponere qui ſequuntur.

10 g Schõhouia — 2 11 Ianuarij.

ARTICVLI.

PRIMVM, regio nomine conſtat, durum atq; abſurdum videri, Hiſpanos à Principe ac ſuis, in exterorum appellationem includi, quoniam æquè natura Regi ſuo ſubiecti ſunt, atque Hollandi & Zelandi, qui & Regi ipſi, & maioribus eius, fidem & obſequium compluries præſtiterint. Imò Gallos, Vaſcones, Anglos, & Germanos, qui Principi ac ſuis militant, verè eſſe exteros: Nihilominus compoſita pace, non eſſe Regem eius animi, vt diutius in iſtis regionibus Hiſpanos velit retinere, ni aliud neceſsitas exigat, qua in re, Regem non eſſe vlterius coarctãdam, alioqui ſublimitati eius detractum aliquid iri, quam honore & reuerentia ſe velle proqui, Principis Legati ingenuè profeſsi ſunt.

5 Pagina 170 — 3 3 Februarij

SECVNDVM membrum quod attinet, nolunt latere legatos Principis, Regem facta prius pace, non refragari, quin conſilium ſibi ſubminiſtretur, ab ordinibus ſuis optimis prudentiſsimiſque ſubditorum omnium, quorum fuit ſemper repreſentare Generales ordines, quoties Maieſtati Regiæ viſum fuit eos conuocare, in cauſis videlicet, quarum ad ipſos cognitio pertinet, & in quibus vſitatum ac ſolemne fuit, cõmunicare cum ipſis conſilia, rogare ſententias eorum, atq; aſſenſionem recipere, ita tamen, vt ne ad illorum arbitrium, & iudicium referantur, ea quæ à ſuprema poteſtate placitis ac decreto Maieſtatis eius dependent, priuati conſilij viris, quorum hoc munus eſt, adhibitis ea lege, vt Rex, vel Belgij totius præfectus, conſilium petere poterit, tàm à Senatu Prouinciali, Magiſtratibus vrbanis, quàm ab ordinibus, in eo namque quod æquum bonumque eſſe videbitur.

GENERALIA comitia, quumiam longum temporis inuallum exigunt, nec poſſunt etiam ſine magna difficultate obtineri, adhæc cum incerta ſint, nec poſſint in effectum produci, niſi armis prius poſitis. Hollandia, Zelandia ac reliquæ ciuitates fœderatæ Regi ſe in obedientiam ſubijciant, coniunctæ cum ceteris Prouincijs ſecundum quòd tertio Supplicationis membro, requiritur: Ideo vt ad pacem via ſternatur Regis nomine ſubſequentes articuli proponuntur. [5]

10 g Crimpen. — 4 21 Februa.

INTEREA dum Alenconius ad Senatum Pariſienſem dat [1] *literas, excuſans ſe non eſſe contra fratrem, nec contra matrem: Condæus Princeps reliqua Lotharingiæ parte peragrata, exercitum in Galliam inducit.* [2] *Nauarræus ex aula diſcedens Lutetia egreditur* [3] *per ſpeciem eundi venatum, veniens in Condæi caſtra omnium animos mirifico gaudio effecit. Paulò poſt,* [3] *Princeps Auriacus Crimponiam, fortem munitionem ſuis rebus multùm, pro defenſione conuenientem, non procul à Schonhouia occupat.* [4]

CRTAMI

1576. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA

LOCA

DVRANTE adhuc Zirixeana obſidione moritur Requeſenius Belgiæ Gubernator ardentiſſima febri Bruxellæ [1] *vbi dum, exiſtens, Belgici Leonis adminiſtrationem vidi, ad delectos Concilij Status proceres in forma prouiſionis, fuiſſe delatam, donec D. Ioannes Auſtriacus mitteretur. Sed ad ARTICVLOS regiæ non ſemel factæ* [2] *oblationis accedamus.*

10 l Bruxella.

I. *EQVITIBVS, Nobilibus Hollandiæ, Zelandiæ & fœderatis ciuitatibus in quibus ſunt Bomelia & Bura, Priuilegia ſua omnia, conſuetudines, leges, atque iura, integra illibataq; ſeruabuntur, ad eum modum quo habebantur antè iſtos motus populares, & ſi quid ex ijs mutatum nouatumq; fuerit, dummodo quale iſtuc ſit demonſtretur reponetur in ſtatum priſtinum.*

ij. *QVICQVID per occaſionem huius tumultus in Belgio acciderit, obliuione in totum obliterabitur, habeturq; perindè ac ſi factum non eſſet, ita vt nemini quicunq; tandem is ſit, imputari quicquam ex ijs poterit, aut eo nomine accuſari.*

iij. *OMNES interlocutiones, Eremodicia & Sententiæ, quibus eadem publicatio bonorũ, aut aliud quid eiuſmodi irrogatur: reſcindentur reuocabunturq; in irritum.*

iiij. *BONA quæ vna vel altera pars occuparit, reddentur proprietarijs vel ſucceſſoribus eorum, eo ſtatu quo nunc ſunt, dolus aberit.*

v. *QVOD captum receptumq; ſit vtrinque remittetur ac condonabitur, excepto eo, quod in rerum natura non eſt neque extat.*

vj. *CAPTIVI omnes hinc indè liberi dimittentur abſque pretio redemptionis, tam Comes Boſſuius, quam reliqui omnes, quicunq; etiam ſint, verum debita iam exoluta non repetentur.*

1 5 Martij obijt Requeſenius. ✱

12 g Bommel.

vij. *QVAECVNQVE deinceps ex iſtis articulis particulariter vltrò citrò habitis ſermonibus controuertentur atque incident: ad concordiam pacemque redigentur, quoad eius fieri poterit, eo modo, quem communem placitum & conſenſus ſtatuet.*

viij. *EA tamen lege vt Princeps, Equites, Nobiles, ac ſociæ ciuitates reſtituant Regi, atque tradant terras, oppida, Caſtella, munitiones, claſſes nauium, tormenta bellica, atque alia omnia qualiacunque etiam ſint, quæ Regi ademerunt, atque etiam retinent. Conſimili ratione quæcunque belli huius tempore inuaſerunt, ædes, bona, ac reditus eccleſiaſticorum vel aliorum hominum, eaque adhuc occupant, vt in plenam eorum poſſeſſionem quietamque vſurpationem reponant, cum omni libertatte ac ſecuritate, dumodò ea res in rerum natura, ipſorũque ſint poteſtate, citrà dolum, fraudem & machinationem.*

ix. *QVIN & diſertè hoc exprimit Rex, Catholicam Romanam Religionem generaliter in ſuis Prouincijs obſeruatum iri, liberè ac tranquilliter abſque tumultu & impedimento ad eum nempè modũ, quo Rex, quùm pòſt ſolennem inauguration em in Belgij poſſeſſionem dominatumque introduceretur, ſanctè iſtud pollicitus eſt, ac repromiſit. Quin & tùm temporis ordines, quemadmodum & nuper, admodum diſertè profeſſi ſunt, in illa ipſa Religione velle ſe viuere ac mori.*

12 f Buren.

x. *ITA tamen, vt qui in poſterum Catholice viuere nolint, illis Rex permittet, hac ſolùm vice, vt relictis his regionibus aliò migrent, ac quæ habent, bona ſua diſtrahant, intra certi temporis ſpacium, quod ſtatuetur, ea lege tamen, ne interea temporis, ſuam religionem exerant, aut prebeant offendiculum.*

xj. *ETSI*

LOCA

TEMPOR

XJ ETSI autem Regia fides vnà cum literis ratificationis, quas eò pertinentes Rex tranſmittet, Principi ac ſuis ad ſecuritatem ſatis eſſe debeat: ſi tamen in ijs non acquieſcant, quòd Regij non ſperent, poſſe ipſos proponere, quid præterea ad tutelam atque incolumitatem ſuorum querant, vt eo audito cognitoq;, ſemel ſtatuatur, quod bonum eſſe videbitur atque æquũ. Hæc Regis Philippi nomine oblata.

1 4 Aprili

8 h Brouershauen.

VIGESIMO ſecundo Martij, vt ſupra dictum eſt ex parte Principis Auriaci & Ordinum, Holandiæ atq; Zelandiæ &c. reſpondetur. Se longè aliud ad ſupplicationem ſuã reſpõſum expectaſſe, mox ſubiungendo. Nolle ipſos rationem inire compellendi Regis, vt exteros ableget, atque inducet Comitia, ſed ſatis habere commonefactum à ſe Regem, quas iſta tergiuerſatione toti Belgicæ turbas ſit daturus. Deinde exhibetur ab ijs ſcriptum, de quo infrà dicetur. Nunc pari paſſu bellica proſequamur.

2 11 Aprili

ADVENIVNT [1] Brauershauenſes Zirixeam. Appulit [2] eodem etiã die Vice Amiralius Sanchonis Dauilæ, cũ duabus Galeis. Poſtridiè reuerſus eſt [3] Comes de Holach. Egrediuntur [4] ex oppido Zirixeenſi 300. milites. Superueniunt [5] 80. naues cuſtoditæ in loco quodam, vulgò Scharendyck.

3 12 Aprili

9 h Schardick

4 13 Aprili

CASIMIRVS, quem paulò antè 13. ſcilicet Martij, Alenconius in Franciam profectum, magnificè excepit, proteſtatus eſt, [6] ſe in hac expeditione, non priuatæ vtilitatis rationem habuiſſe, ſed ſibi vnum finem fuiſſe propoſitum vt Eccleſiæ, & Regno Galliæ auxilio ſuo ſubueniret, ac proinde, vt ea calumniæ quæ aduerſus ſe fuiſſent iactatæ diluerentur: ſe ab ijs omnibus conditionibus, quæ ad ſuam propriam vtilitatem pertinerent, vltrò diſceſſurũ. Impetratum eſt etiam vt nouum iter capeſſeret exercitus, neq; Lutetiam verſus proficiſceretur. Relicto itaq; Belloſiano, exercitus in Burgundiam ingreditur [7] ſui paſſim veſtigia relinquens. Huic (poſtquàm Rex Franciæ Edictum Pacificatorium quintum promulgaſſet, [8] atque vtrinque exercitus fuiſſet dimiſſus) tandem ex vndecim decies centenis Francorum millibus Caſimiro ſoluuntur [10] bis decies centena millia. Cæterũ quomodo in Belgio Idem poſtea quoque exceptus fuerit, quid proteſtatus ſit, & eidem quid ſolutũ; ſuo loco dicetur.

5 Iunij

10 l Bruxella.

5 f Paris.

Hic intermittere nolens, Stephanum Battori per ſuperiorem Myſiam profectum in Poloniam, incolumem peruenisſe, vbi honorificentiſſimè exceptus, vnctus & coronatus eſt ſicut & Anna Iagelloni, quæ illi deſponſata fuerat antea ipſis Calendis Maij inauguratur.

8 14 Maij.

INTERIM Bruxellæ moritur [9] Michael de Gruyeres, vltimus ſui nominis ac proſapiæ Comes, Principatus dignitate decoratus: Qui Maximiliani Imperatoris ſacratiſſimæ memoriæ fil. ũ Venceslaum, abſolutè, in omnia ſua bona teſtamento hæredem inſtituit, ſuum q; teſtamentum apud me repoſuit. Moritur [11] & D. Franciſcus Sonnius primus Boſcoducenſium ac poſtea Antuerpienſium Epiſcopus, nouorum in Belgium introducendorũ Epiſcoporum primus, idemque diligentiſſimus Romæ promotor atq; ſollicitator.

9 24 Maij.

10 k Antuerpia

10 11 Iunij

POSTRIDIE nunciatur Bruxellenſibus [12] Zirixeam iam à multò tempore à regijs Ductore Chriſtophoro Mondragonio obſeſſam, captam eſſe, vnde maximi tandem motus & maiores etiam in Brabantia oriuntur, ortique reſuſcitantur. Hiſpani namq;, cum tota hyeme in littoribus ipſis, & lacunis, inter fluctus marinos, profundiſſimo in cœno, frigore ac pluuijs penè cõtabefacti, parta tam inſigni victoria, ab ordinibus petentes ſtipendium non conſequuntur, nam ordines, qui iam pridem felices Hiſpanorũ diſceſſus oderunt, rationesque atque opportunitates captarunt eos ex Belgio eijciendi, & germanis quidem annumerant, Hiſpanis verò pollicitationibus ſatisfacturos arbitrabantur, id quod indignè tulerunt Hiſpani.

11 30 Iunij

8 h Zirixeſe.

12 1. 2. Iunij.

ZIERICZEE

1576 TEMPORA

TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

LOCA

PRINCIPIS, EIQVE CONFOEDERATORVM NOMINE.

SCSIPTO replicatur in hoc modum Princeps Auriacus, Nobiles, Ciuitates Hollandiæ ac Zelandiæ, Bommela, & Bura, cum fœderatis suis, Viso scripto, quod à vobis, viri nobilissimi præstantissimique 14. Martij Bredæ est exhibitum, asserentibus suis Legatis, non possunt non ingenuè profiteri, se non dubitasse, quin aliud ad suas preces responsum daretur, quàm à vobis Regis nomine illo ipso scripto est comprehensum, præsertim cum LIBELLO suo SVPPLICE nihil aliud postuletur, quàm quò omnes censent præstantissimum expeditissimumq. esse remedium, ad pacandas Maiestatis eius Prouincias, incolas iustis legibus ac ciuili ordine redigendos in concordiam animorumq, consensionem, ac denique ad restituendam illis tranquillitatem, prosperitatemq,.

4 15 Iulij.

8 1 Gandauũ

QVO spectat imprimis illud de exteris ablegandis, quorum appellatione Princeps, Ordines, Ciuitatesque intelligunt Hispanos & externum militem à Duce Albano primùm in Belgio introductum, & qui inibi etiamnum publicas functiones sustinet, aut stipendio auctoratus est, eadem omninò significatione, quam Legati ipsorum vobis rogantibus edisseruerunt. Quòd certè abijs dictum Princeps, ordines, ac fœderati hic approbant: siquidem exteri illi, dum crudelitate, proteruia atque insolentia sua, totius Belgij subditos multipliciter vexant atque opprimunt, malis istis omnibus occasionem dedere. Non aliud ergò morbo huic paratius medicamentum adhibetur, quàm ipsorum è Belgio ablegatione, remotioneque.

1 Ab Annò 1567. vsq; ad Anno. 1575.

ET si verò in eodem illo scripto, absurdum hoc & durum esse dicatur, viri ornatissimi, tùm quòd origine & natura satu æquè Regi suo subiecti sunt Hispani atque Hollandi & Zelandi, nec vno officiorum genere Regiæ Maiestati, eiusque maioribus famulati sint ad Belgij tutelam ac defensionem, tum etiam, quod Galli, Guascones, Angli, Scoti, atq, Germani quorum auxilijs in Bello Hollandi Zelandiq, vtuntur, verè peregrini atq, exteri sint: non est tam absonum, acutis ac grauibus malis, aspera quoq, ac fortiora remedia applicare.

IAM verò durum non est, Hispanos (qui totum octennium [1] in Belgio omni deliciarum genere, impotenti dominatu ac ferocia, tanquam ebrij insolescũt, quod olim præstiterint, si modo officium istud dici queat, verùm etiam quod in posterum possent facere, merces abunde soluta est in patriam, quo omnes natura trahit, semel remittere. Et eò minus absurdum videri hoc debet, cum Rex ipse omnibus Gandaui generatim coactis [2] Anno 59. Hispanos Belgio excedere iusserit, ad postulatum Ordinum, quibus non æquè magna causa suberat, nempè vt vrbes duntaxat limitaneæ ac castella præsidio obtinerentur, ab ijs ipsis, qui in Belgio geniti sunt, ac proinde exteris istis Hispanis præferri debeant, vt ad eum modum incolarum in regiam Maiestatem, dominam ac Principem suum, animus excitaretur, augesceret caritas, atq, obsequium.

2 8 Augusti 1559.

NOTA. *ECCE hic, vnde ordinum Hispanorum maximè in Belgas, ac Belgarum vicissim in Hispanos, prius conceptum, alta deinde mente repostum, post obitum Requesenij atque obtentam Zirickseam, tandem [3] erumpens, latiùs serpserit. Nunc Principis Auriaci, suorum q, verba continuemus.*

PERGIT

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

LOCA | TEMPORA | 1576.

PERGIT PRINCEPS.

14 e Deuenter.

NEGARI certè non poteſt (inquit Auriacus cum ſuis) origine Hiſpanos Regi ſubeſſe: non ideo tamen habendi ſum pro incolis ditionis Belgicæ, aduerſus quos ipſi proteruè ſe atque immaniter geſſerunt, in ipſo mox Belgij introitu, hæreticos & rebelles eos paſſim vocitando, neque condicionis, ſtatus, aut ordinis ratione vlla habita, exceptis paucis quibuſdam, quorum fortaſſis nomina ipſis prodita erant, ſecundùm quòd libellus Hiſpanico idiomate ac metris, nõ ſine gratia & priuilegio in publicum emiſſus, luculentius explicat, vnà cum munimentis ac literis, quas tùm Requeſenius Commendator, quàm Ioannes de Zonſa, ad Regem dederunt.

11 f Vtrecht.

1 1429. Anno Chriſti

10 g Rotterdã.

ITA vt propalàm ac paſſim diſſeminent poſſeßiones atque bona Belgarum, ſibi à Rege donata eſſe, eaque ratione, non vno iniuſtitiæ atque violentiæ genere, eos oppreſſerint, quorum vt multiplex ac varium eſt ſcelus, ita ſupprimi ſatius erit, quàm publicari. Quà de re locupletiſſimum teſtimonium reddent, Dauentria, Traiectum, Roterodamum cæteraq; Hollandiæ, aliarumq; Prouinciarum oppida, puta Gandauum, Tornacum, Antuerpia, Mechlinia, Lyra, ac Buſcoducum, vbi in præſidijs Hiſpani collocati fuerunt: vſq; adeò, vt nunc vulgò iactatur, non vanum fuiſſe maiorum noſtrorum ANGVRIVM, qui dicerent, futurum quandoque, vt quererentur, ac dolerent Belgæ, ſe vnquam cum Hiſpanis affinitatem iunxiſſe. [1]

8 l Gandauũ.

QVIN idem Belgarum in omnes Hiſpanos affectus atque animus eſt, vt Ciuitates in vniuerſum ac pagi, quibus poteſtas aut efficiendi ratio ſuppetit, Hiſpanos excludant vel aperta vi, vel pecunia collata. Quemadmodum & Amſterdamenſes, qui magna ſe apud Hiſpanos gratia valere arbitrabantur, ante annos tamen aliquot, coacti ſunt, quietem ab illis redimere.

2 25 Iulij.

7 m Tornacũ.

ILLOS igitur velle in Belgio detinere, quid hoc aliud eſt quæſo, quam viam munire? vt ſubditorum à ſuo Rege animus paſſim abalienetur, ſine quo tamen Regi, in ſuos Imperium nõ eſt, niſi ad tempus aliquod cum animi angore & ſollicitudine magna, non aliter atque Tyrãnus, qui cùm paternum in ſuos affectum ac beneuolentiam non præſtant, non aliud vicißim ab ipſis quàm periculum atque damnum expectant?

10 k Antuerpia.

SED abſit hoc à Regia Maieſtate, Domino noſtro clementiſſimo, quod, vt inſita eius bonitati reclamat: ita & authoritati atque exiſtimationi haud parùm obeſt. At profectò ſi officia, quæ Regi eiuſque progenitoribus, Hiſpani exhibuerunt, in tuenda iſta ditione, componantur cum diſpendio ac damno, quæ & autoritatem eius eleuent & Belgium in vniuerſum peſſundent, inuenieter Iberum illud obſequium, plus detrimenti quàm fructus attuliſſe, neceſſe erit conferre cum officio ac fide, quàm huius gentis claritas, & Incola, ad autoritatem Maieſtatis eius, atque exiſtimationem retinendam præſtiterit.

10 l Mechlinia

3 1556. Anno Chriſti.

AT priuſquàm Belgarum merita recenſeamus, videndum eſt, qua celeritate, Hiſpani poſt captam Zirixeam, Aloſtum occupant, atque ſatis immaniter exagitant inhabitantes, [2] *ciuitatem, quæ habet 270. ſub ſe pagos, fluuium decurrentem Teneram, non ita multò ſpacio diſtat à Tenremonda, à Bruxellis, & Mechlinia. Amaniſſimam hanc vrbem, multotiès tranſiui, cùm in Camera Flandriæ Comitis Gandaui Brugis quoque coram Epiſcopatus Tornacenſis Officiali, Parentis mihi charißimi nomine, cauſa fuiſſet agenda.* [3]

9 l Aloſtum.

TEMPORA

LOCA

QVID enim, ait Princeps cum ſuis) An non Belgicæ Prouinciæ Gallici belli immenſos illos ac diuturnos ſumptus ſuſtinuerunt, vt Hiſpani præſidio ſuo Mediolanum, Neapolim, aliaque oppida retinerent? Nonne Nobiles ac Belgici germani, ſuo quiſque loco atque ordine, vitam & facultates profuderunt, dum ſpecioſam illi Regi victoriam parant ad Sanctũ Quintinũ, Graueling am, & alijs in locis? An non & Maieſtatis eius parenti fœlicis memoriæ Carolo V. Cæſari Auguſto ſuppetiàs ſemper tulerunt, dum vel in Africam ad Argieram vel in Italiam, aliòue expeditionem ſuſcepit? nec tamen Anno 1520. paſsi ſunt Hiſpani, ex noſtra nobilitate quemquam apud ſe Magiſtratum adminiſtrare, tametſi modeſtè admodũ atque humaniter noſtri ſe gererent, aliter certè atque his terris Hiſpani.

1 27 Iulij.

7 P S. Quintin.

PLANE, Hollandi & Zelandi, ac ſocij eorum, in ſubſidijs habuerunt exteros: Gallos puta, Vaſcones, Anglos, Scotos, atq; Germanos ad ſui defenſionem ac tutelam: Non tamen ipſi vſurparunt aut Magiſtratum, aut Politicam aliquam adminiſtrationem. Verùm cum Hiſpanis tanquam Belgij profeſsis hoſtibus decertarunt, ex Principis atq; ordinum mandato. At certè in omnem euentum ſi nationes diſcernas, quod Hollandiam Zelandiamque attinet, non debent Germani cenſeri pro peregrinis vel exteris, quod Comitatus iſte ſacri Imperij pars fuiſſe putetur. Nec tamen repugnat Princeps atque ordines, quò minus extranei iſti amandentur, vbi illorum amplius vſus non erit.

4 m Graelinga.

CAETERVM cùm eius, vt fertur, animi Rex ſit, vt Hiſpanos (niſi aliò neceſsitas eum adigat) nolit longius in his regionibus detinere, nec fas ſit Regiam Maieſtatem arctiùs hic conſtringi: par eſt certè, eos Belgio excedere, non quòd Hollandi modò, ac Zelandi ſubmiſsè id flagitent: verùm ordines etiam aliarum Prouinciarum, vt anteuertant interitum, exitium, & ruinam totius Belgij, efficiantque, nequid deterius cum iactura regiæ dignitatis authoritatiſque, Prouincijs iſtis quandoque accidat. Cõſtat enim vſui hoc principibus, quemadmodum & in æquabili imperio, ſtudio iuſtitiæ, caritate ac beneuolentia ad protegendos conſeruandoſque ſubditos, non in violentia iſta, non in præfracta dominatione, quam vt facilè attenuari imminuique videmus, ita multis caſibus, rerumq; conuerſionibus obnoxiam eſſe, multa exempla loquuntur.

9 l Aloſtum

NEC tamen in animo Princeps habet, neque ordines Hollandiæ & Zelandiæ cum fœderatis ſuis, compellere Regem vt id faciat, ſed rationibus in medium propoſitis, Conantur duntaxat ipſum eò inuitare, & flectere, & precibus adhibitis, hoc ab eo quodamodo elliqui. Quod ipſum & faciunt, vbi agitur de Belgij ordinibus in vniuerſum conuocandis, vt collatis inter ſe ſententijs ac ſuffragijs, liberis quidem illis & non coactis, De diſciplina & politico ordine ſemel quid ſtatuatur.

2 30 Iulij.

TVMVLTVANTVR, capto ab Hiſpanis Aloſto, Bruxellenſes qui per furiam, domeſticum quendam Iheronimi Rodæ occidunt, qui & ipſe, nempè Rodas, miſſus in Palatium, cum Iuliano Romero, aliiſque Regi addictioribus, aſſeruatur. Interim appulit Carolus Philippus de Croy Marchio Haureus, ex Hiſpanijs, quò paulò antea, vt Campanius in Angliam, ablegatus à Statibus erat.

10 l Bruxella.

PERGIT

LOCA

TEMPORA

PERGIT DENVO PRINCEPS.

QVOD vt Regia Maiestas (pergit Princeps cum suis) tantisper differre videtur, quòad terra à bello quiescat, pace iam facta: ita vt ordines describit, eosque in angustos limites vult includere. Nec profectò existimant Princeps, Batauiæ ac Zelandiæ ordines cum socijs, armatis etiamnum Hispanis, ac sedentibus ad gubernacula rerum publicarum, reliquos ordines generatim velle coire, eo modo ac lege, quem vestrum illud scriptum præstituit.

NAM & Comitiorum ibi indictio certis legibus alligatur, & ordinum munus atque potestas, in arctißimos terminos redigitur; quam tamen tam latè patere oporteat, atque Belgij communes causæ, ac populi salus ferporrigunt. Illi enim qui vitia ipsi persentiscunt, causas ac progressus scelerum norunt, & quæ indè pericula ac mala consecutura sunt, multò antè prauident, atq; vndiq; obseruant. Necesse est, omninò Regi ista exponere, atq; aperire, vt pro Regia sua Maiestate, amplitudine atq; authoritate, ipse remedia dispiciat, accommodetque vulneribus atque vlceribus sanationem.

QVOD ab antiquis retrò temporibus tàm generalibus comitijs quàm particularibus factum est, cum magno incremento stabilimentoque regiæ potestatis, atque eminentiæ. Ac proximè Anno 59. multa ordines retulerunt ad Regem, atque sententiam ipsi rogati sunt, tã de continuando bello gallico, eiusque sumptibus subleuandis, quàm de reliqui Belgij defensione ac tutela, adeò, vt absque illis emendata ista non sint, nec in meliorem statum reposita.

ADHAEC referentibus ordinibus, ac dicentibus sententiam, constat multas sæpè deliberationes, cõstitutiones, & placita Regis imminuta, esse in pendenti habita, prorsusque abrogata. Nec potest rectè Rex tutius ac securius, quàm in fiduciam atque Consilium ordinum suorum incumbere, quos pro optimis habet præcipuis ac prudentißimis suis subditis, secundũ quòd scriptum istud continet, quorum fidem & constantiam Rex ipse, ac progenitores eius, multis in se experimentis, compertam habeat atque exploratam, in tantùm, vt de eorum potestate nulla vnquam controuersia, aut quæstio mota sit.

10 1 Bruxella.

1 4 Septẽbr.

ITAQVE scriptum illud, Princeps, ordines, ac fœderati (quoniam multas restrictiones ac limitationes habet additas) non aliter accipiunt, quàm quòd rectè ac clauculum opera detur vt indulta Principum ac priuilegia rescindantur, ordinum existimatio atque auctoritas, quibus vti volunt, sit nisi ad eliciendam assensionem, vbi de nouis vectigalibus ac tributis imperandis agitur, qua in re ei deuincti ipsi atque obstricti teneantur. At si quàm excusationem adferant, aut refragantur: eò vt armata manu compellantur, atque subiugantur, vt in absolutam simplicemque Regiæ voluntatis, atque edicti obedientiam prorsum se subijciant, iuxta consilium Domini De Alaua, de quo infrà dicetur.

☞ NVNC, vt Status se ab his explicarent, semelque liberarent, qui Hispanis fauere videbantur, per Hesium, ac Dominum de Glymes, non sine magna insolentia, ne dicam temeritate, foribus in aula Regia malleis effractis, Petrum Ernestum Comitem Mansfeldium. Barleimõtium, Viglium Zvvichemium, Assonuilium, Fonkium, alioſque Regis Consiliarios, nec non & Secretarios Berty, cum Vrbano Scharbergero, ex ipso sanctioris Concilij loco captiuos arripiunt, inque eam domum (à panibus vulgo Brothuyß appellatam) Bruxellæ in foro, è regione domus Ciuicæ sitam, in qua etiam Egmundanus & Hornius captiui antea detinebantur, vt dixi, magno cum populi applausu, abducunt.

PERGIT ITERVM CVM SVIS PRINCEPS.

CONSILIVM Domini Francisci de Alaua, literis ipsius in primrrdio ciuilium horum motuum (fuisse inquiunt Princeps & sui) relatum, tàm de optimatibus Belgij capitibus trun candis, quàm in reliqua plebe, nouis superindictis, expilationibusque exhaurienda.

1
8 Septébr. QVOD vt nuper Albanus orsus est, ita alij in eo pergere videntur, illis, vt suspicari licet suggerentibus, qui in authoritate & Magistratu positi valde metuunt, vt redditis quandoq; rationibus repetundarum accersantur, coactisque ad eum modum ordinibus, improba gubernatio, ambitio ipsorum atque auaritia in lucem proferatur. Quibus flagitijs suis veluti tertium quoddam obtendunt, eminentiam, authoritatem, & quam volunt Regis reputationem, à quibus & populi salus atq; incolumitas dependet, & subditorum in Principem ac dominum suum affectus, atque animorum exprompta beneuolentia.

PORRO QVOD AD ARTICVLOS ATTINET, à vobis, viri amplißimi, PROPOSITOS, vt ad Pacificationem quoquo modo deueniatur: inuenerunt nostri inter alia, quosdam eò pertinere ac necessarios esse veluti illud, de Priuilegijs Hollandiæ Zelandiæ ac sociorum sartis tectis conseruandis, reparandisque ijs quæ deperdita sunt ex ijs, atque mutata, de amnystia atque obliuione anteactorum omnium, quæ per occasionem ciuilis discordiæ acciderunt, de rescindendis interlocutionibus ac Sententijs quæ tam exilia, proscriptiones ac publicationem bonorum complectuntur, quàm pleraque id genus alia, de restitutione ablatorum mutua, de captinis vtrinque reddendis, ac denique de reliquis, quæ paciscendo transigendoque inuicem erunt conuenta.

2
14 Septébr.

VERVM respicientibus ad restrictionem ac conditiones subiectas, puta de cedendis oppidis, Castellis, ac munitionibus Hollandiæ & Zelandiæ, de tradenda nauium classe, instrumento Belgico, ac cæteris omnibus: satis apparet, non aliud agi, quàm vt ipsi circùmscribantur, eum omninò in modum, quo simpliciores ac improuidæ oues, quibus cum lupis bellum erat, decepta sunt, traditis molossis, qui à suis antè partibus steterant.

10 1 Bruxella.

PROMISI paulò antè, Candide Lector, me pari passu, & Pacificationis negotium Bredanum breuiter, & motus bellicos enumeraturum, atque ita ad secundam Hispanorum inuasionem factam Antuerpiæ, & ad Pacificationem Gandensem vsque continuaturum, vt omnia sibi ordine cohærerent connecterenturque. Postcaquā igitur vt dictum est, Bruxellæ Comes Mansfeldius & Barlemontius, alij Proceres, regijque Consiliarij capti sunt die 4. Septembris, hora decima ante meridiem (benè memini, quia tum ipse eodem in oppido fui) A principe etiam Auriaco, cum Hollandiæ & Zelandiæ ordinibus procuratoribus expeditis, cōmissarijsque constitutis, consilijs atq; auxilijs ad expellendos hispanos initis, factum est, vt ibidem eòvsque strictißimè detenti fuerint Regij, donec literis per Status (quos vocabant) ad omnes fere prouincias missis, multi vndique deputati confluerent, militem ex omni parte conscriberent, Hispanos tanquam rebelles & patriæ hostes edicto publico declararent: tandemque debellandos decernerent. Tibi lector iudicandum relinquo, qui nam censeri tum poterant molossi illi, de quibus in præcedentibus paulò ante facta est mentio.

3
22 Septébr.

DEINDE

LOCA

TEMPORA

DEINDE (inquiunt) & Principem Illuſtriſſimum atque ordines cenſeri pro Reis perduellionis, ac manifeſtis Regiæ Maieſtatis hoſtibus, tametſi nunquam palàm fiet, dignitati eius ipſos aut derogaſſe aut ademiſſe quicquam, quin potius in vſum atq; vtilitatem Regis illas Prouincias atque ciuitates, prædia & ædes, vitam atque fortunas, liberos atque vxores propugnaſſe, ac præſtitiſſe tutos, ab Albani & ſuorum tyrannide, qui ruinam atque exitiũ totius Belgij moliebantur, nec vllis ſumptibus, impendijs atque laboribus peperciſſe, vt aduerſarios ſuos iſtis Prouincijs exigerent.

1 Pagina 84.

SED & editis in vulgus libellis, Princeps atque ordines conteſtati ſunt, ſe neque in Regem arma ſumſiſſe, neque animis aut voluntate ab ipſo alienatos eſſe. Verùm iuſto Regis obſequio atque obſeruantia cum reliquis eius Prouincijs copulatos, nunquam cogitaſſe de bonis Eccleſiaſticorum, aliorumque quorumcunque diripiendis ac retinendis, qui cum hoſte videlicet ſuo ſocietatem non coluerunt, tametſi contrà inuuant aduerſariorum articuli.

EA propter nihil boni inde Princeps atque ordines ſibi addiuinant, maxime, quod ſequentibus articulis Catholica Romana Religio edicatur. Vt aut Catholice (quod vocant) viuendum ſit, aut excedendum Belgio. Cui conſequens eſt Religionem quæ hodie, ibi in vſu eſt, pro hæreſi damnari, ac proinde obſeruatores eius tanquam hæreticos haberi, quamuis non alia apud illos Religio exerceatur, quàm Catholicà atque Apoſtolica, quæ cum ſacroſancto Euangelio ac verbo dei conſentiat, in qua & aquieſcunt omnes, & conſolationem habent, reiectis duntaxat manifeſtis corruptelis atque abuſibus, ipſi etiam Deo execrandis, vt ità quod Dei ſit, Deo, quod vero Regis, Regi tribuatur.

10 m Louaniũ.

ITAQVE Princeps, atque ordines, cum ſocijs, vt venia cum libere & ingenue loquantur, exiſtimant non eſſe conſultum, quod proponitur ijs legibus atque conditionibus recipere, præſertim vbi in oculis ipſis incurrerint horrenda illa exempla Comitis Egmondani, Hornenſis, Montignij, atque aliorum tam procerum, quam qui aliqua poteſtate atque authoritate cenſebantur, adhæc varia multipliciaque documenta eorum, quibus neque publicæ ſecuritatis teſſera profuit ad ſalutem: neque ſtipulatio ſolennis, neque fides data.

1 30 Septẽb.

QVINIMÒ nec obtineri poteſt, vt tanta hominum multitudo, locupletes paſſim atque pauperes, adoleſcentes pariter ac ſenes, qui non ſine lumine atque inſtinctu ſpiritus ſancti, non abſque Dei gratia, reformatam Euangelio Religionem ſunt amplexi, aliò migrent, ac dulcem illam patriam relinquant. Ac profectò magis hoc abſonum atque durum foret, eijcere in exteras, ac cogi ad nouas peregrè ſedes querendas, tàm multos fideles Regis ſubditos, cum magna ſuarum rerum iactura ac damno, quas non niſi vili prætio ſint abiecturi, vt maximè tot tantorumque bonorum emptores reperiant, quod non facile quis crediderit, quam tria aut quatuor ad ſummum Hiſpanorum millia, qui ſatis iam opibus creuerunt, in ſuam ipſorum patriam, vel ad ſolitas præſidiorũ ſtationes remittere, vbi regi maiori cum fructu inſeruiant.

11 l Thenæ.

CAETERVM Hiſpani, huiuſmodi ratiocinationum non ignari, ductore Alonzo de Vargas, in vico quodam Viſenac, inter Louanium & Thenas Statuum militem (cui præerat D. Glimes) fundunt & profligant, circa finem Septembris, die quodam dominico. [2]

TEMPORA

LOCA

CVM parua (vt inquit Cicero) ſint arma foris, niſi ſit conſilium domi: Princeps Auriacus, vt cœptam in oppido ſuo Bredæ Pacificationem cum Rege, etiam ad alias Prouincias extenderet, ſuaſq; per vnionem huiuſcemodi copias contra Hiſpanos redderet auctiores, Comiſſionem pro Deputatis quibuſdam (quales fuerunt Philippus Marnix, Arnoldus Dorpius, Guilhelmus Zuylanus, Adrianus Mulius, Carolus Regis, Paulus Buſius, Petrus Riccius, Antonius Zickelius, & Andreas Iunius) nomine, Holandiæ & Zelandiæ, Delphis expediuit,

1 14 Septēb. [1] in debita forma, poſtea Middelburgi ſubſcribendam.

10 g Dieſt.

ATQVE vt rem, licet ſine Rege: tamen cum Imperatoris Authoritate tractare cenſerentur, mittunt per nobilem quendam Vander Gracht literas [2] iuſtificationum ſuarum plenas, ad Imperatorem Maximilianum, qui eodem quo nobilis appuliſſet die, [4] Ratisbonæ obierat, Cæſar immortali profectò memoria digniſſimus, Dominus meus clementiſſimus. Auriacus interim etiam Comiſſionem ſub nouo quodam Brabantiæ ſigillo, per Secretarium Cornelium Bellemans, Bruxellæ confici curat. [3] Nominantur ex parte Statuum Generalium

2 2 Octobr. Abbates, S. Gertrudis Louanij, S. Petri Gandaui, S. Gislenij Attrebati, alijq;: quales fuerūt, Ioannes Mol, Franciſcus Halewyn Dominus de Sueuegbem, Carolus Freſinius D. Elbertos Leonimus, Petrus Beurius, Iodocus Huyſman, Quintinus de prato, Bucho Aita Archidiaconus Iprenſis. vt Gandauum ſeſe conferentes, Bredanam Pacificationem (hactenus ab illis neglectam, eamque ab Hiſpanis varijs belli cunatibus, quod regiam oblationem ſpernerent, vindicatam) reſumerent ac peculiarem ad hoc Secretarium Penants nomine ſeligerent, quòd & fecerunt. [5] Caterum nunc, quouſque in Pacificatione Bredana peruentum ſit, ordine inſtituto tractemus, remque indè ad Pacificationem Gandenſem continuemus.

8 k Middelburg.

AT verò (pergit Princeps cum ſuis) cùm inquilinorum ex Hollandia Zelandiaq; diſceſſus ac migratio, vt infrequentem populis eam Belgij partem redderet, ita & negociationis, commerciorum, actuum mechanicorum, nauigationis compendio, atq; obuentibus, vndè totius Belgij fœlicitas atq; opulentia dependet, prorſus exuat, adeò vt mercatu, atque diſciplinis operum iſtorum aliò translatis, irreparabile Rex damnum atque diſpendium ſit paſſurus, in reditibus ſuis, ac re militari, conſultò ſuorum præſidio deſtitutus.

3 10 Octob.

QVOD equidem conſtat proximis annis aliquot factum eſſe, dum nimis ſeuera illa regis placita, horrendam in executionem producuntur, atque ad Religionem conuellendam Hiſpanicæ inquiſitionis initium ſit. Quæ ſane Tyrannis, non dubium eſt, quin rurſus prodiret in medium, pace legibus iſtis ac conditionibus ſancita, & vel ex eo diuidicari facile poterit, quod in iſtis articulis bonorum venditio verbis hiſce reſtringitur (Ad ſummum, & iſta duntaxat vice.) Et vere, cum omnes paſſim abhorreant à placitis illis atque inquiſitione, conſentaneum erit, à reſidua plebe, nouas rurſus turbas ac motus concitatos, & tandem e regio diademate bonam partem auulſam iri. Quod certe, vt nomine Regis ſua conſtet exiſtimatio, quibuſcunque modis præuertendum erit.

10 l Bruxella.

4 12 Octobr.

QVAPROPTER Illuſtriſſimus Princeps, ordines, ciuitates, ac qua vno eodemque fœdere cum illis continentur, rogant obnixe, vt ipſorum hoc conſilium, æquis animis accipiatur: nempe ex candido, ſynceroque in Regiam Maieſtatem, comunemque Belgij cauſam ac fœlicitatem, affectu depromptum. Orantque omnipotentem Deum, vt cor Regis, eiuſque legatorum, quos iſta Pacificatio occupatos detinet [5] flectere velit ad ſæniorem mentem, ac magis ſalubria conſilia: Hactenus Princeps eiuſque confœderati, ſequitur nunc Regiorum reſponſio, de qua ſuprà propoſitum eſt.

8 l Gandauū

5 13 Octobr.

REGIORVM

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1576

LOCA

TEMPORA

REGIORVM RESPONSIO.

NOBILISSIMI, Prudentißimiq; viri. Postquam scriptum illud, quod Principis Auriaci, Ordinum, Ciuitatum Hollandiæ ac Zelandiæ, Bomelensium, Buranorum, reliquorumq; fœderatorum nomine 22. Martij nobis tradidistis, propiùs inspeximus: Non possumus nõ regio nomine vobis significare, longè nos iustioribus de causis quàm scripto illo [3] proponitur, expectasse congruũ magis atque humanius responsum; nimirùm vt, quæ benignè ac largiter in proximo nostro scripto bona fide regio nomine vobis offeruntur, gratè ac libenter amplecte remini, quo firma constantique pace, sua Belgio vetus concordia, tranquillitas atque is tenor redderetur, qui antè istos ciuiles motus extitit, præsertim cùm candidè agamus, nihil antè oculos habentes, quàm Dei gloriam, salutem ac prosperitatem Belgicæ, ac denique vt cuique satisfiat, cautum, securum, atque prospectum sit, quemadmodum quòd à nobis offertur, si modò dextrè exauditur, satis declarat, præsertim respicientibus ad fidem publicam, & quæ offertur securam firmamque præstationem eorum omnium, quæ pacta erunt & conuenta, cum non repugnaret Rex si quid amplius Princeps Auriacus & ordines cum suis desiderarent, ad tutelæ suæ fiduciam, quin depromere ac petere posßint, quod rationi consentaneum sit. Eoque & maioris æstimari oportuit quæ offerebantur.

3 Pagina 167.

1 19 Octob.

AC profectò nihil minus expostulamus, quàm vt posterius nostrum scriptum vnà cum suis condicionibus perfidiæ ac fraudis insimularetur, cùm & nos & Rex ipse cum alijs qui Pacificationem istam adiutant, procul absit a dolo, agentes synceriter & absque fuco, secũdum quod ab initio erat conuentum. Nec tamen obseruari hæc à nobis ex posteriore vestro responso [3] satis animaduertimus, tametsi maximè Vasallos, ac domino Principique suo natura subiectos decet, ciuiliter cum eo atque modestè agere.

RVDOLPHVS Imperator apertis, post obitum Maximiliani parentis, literis à Statibus scriptis respondet: [1] Se Principes Imperij, alioque summæ viros authoritatis breui missurum, Commissarios ad prospiciendum Belgio Petens, vt interea dum veniant, noui nihil attentent aut moliantur. Quod an præstiterint, ex ijs Lector colligat, quæ sequuntur. Vocauit Magistratus Traiectensis Montesdocquam ad se, præfectum Hispanorum, sub prætextu tractandi cum illo, de rebus magni cuiusdam momenti, ad quos cum veniret, captiuus detinetur. Cuius locumtenens Martinus de Ayala, sclopetarijs quibusdam stipatus, liberare eum tentauit; sed à ciuibus, qui Germanos ad suas partes tum traxerant, ad suburbia cum suis Hispanis extrusus, repellitur. Quare, Alonso de Vargas, & D. Ferdinando, hic peditum, ille vero equitum vterque præfectus Hispanorum; appropinquantes, ab Hispanis quibusdam, clam antea in Turri quadam, ad portam Bruxellensem a Montesdoca prouidentia quadam militari collocatis, intromittuntur, [2] vbi Germanis tùm nihil resistentibus, Ciues miserè tractantur ab Hispanis, non solùm iniuriam Præfecto Montesdoca illatam vindicantibus, verùmetiam oppidum, pro Regis seruitio, contra Status, retinentibus. SED pergunt Regij in Pacificationis negotio.

13 m Mastricht.

2 20 Octob.

TEMPORA | LOCA

CVM parua (vt inquit Cicero) ſint arma foris, niſi ſit conſilium domi: Princeps Auriacus, vt cæptam in oppido ſuo Bredæ Pacificationem cum Rege, etiam ad alias Prouincias extenderet, ſuaſq; per vnionem huiuſcemodi copias contra Hiſpanos redderet auctiores, Comiſſionem pro Deputatis quibuſdam (quales fuerunt Philippus Marnix, Arnoldus Dorpius, Guilhelmus Zuylanus, Adrianus Mulius, Carolus Regis, Paulus Buſius, Petrus Riccius,
1 Antonius Zickelius, & Andreas Iunius) nomine, Holandiæ & Zelandiæ, Delphis expediuit,
14 Septēb. 1 in debita forma, poſtea Middelburgi ſubſcribendam. 10 g Dielt.

ATQVE vt rem, licet ſine Rege: tamen cum Imperatoris Authoritate tractare cenſerentur, mittunt per nobilem quendam Vander Gracht literas 2 iuſtificationum ſuarum plenas, ad Imperatorem Maximilianum, qui eodem quo nobilis appuliſſet die, 4 Ratisbonæ obierat, Cæſar immortali profectò memoria digniſſimus, Dominus meus clementiſſimus. Auriacus interim etiam Comiſſionem ſub nouo quodam Brabantiæ ſigillo, per Secretarium Cornelium Bellemans, Bruxellæ confici curat. 3 Nominantur ex parte Statuum Generalium
2 Abbates, S. Gertrudis Louanij, S. Petri Gandaui, S. Gislenij Attrebati, alijq;: quales fuerūt,
2 Octobr. Ioannes Mol, Franciſcus Halewyn Dominus de Sueuegbem, Carolus Freſinius D. Elbertos Leoninus, Petrus Betcius, Iodocus Huyſman, Quintinus de prato, Bucho Aita Archidiaconus Iprenſis. vt Gandauum ſeſe conferentes, Bredanam Pacificationem (hactenus ab illis neglectam, eamque ab Hiſpanis variis belli cunatibus, quod regiam oblationem ſpernerent, vindicatam) reſumerent ac peculiarem ad hoc Secretarium Penants nomine ſeligerent, quòd & fecerunt. 5 Cæterum nunc, quouſque in Pacificatione Bredana peruentum ſit, ordine inſtituto tractemus, remque indè ad Pacificationem Gandenſem continuemus. 8 k Middelburg.

AT verò (pergit Princeps cum ſuis) ciùm inquilinorum ex Hollandia Zelandiaq; diſceſſus ac migratio, vt infrequentem populis eam Belgij partem redderet, ita & negociationis,
3 commerciorum, actuum mechanicorum, nauigationis compendio, atq; obuentibus, vndè totius
10 Octob. Belgij fælicitas atq; opulentia dependet, prorſus exuat, adeò vt mercatu, atque diſciplinis operum iſtorum aliò translatis, irreparabile Rex damnum atque diſpendium ſit paſſurus, in reditibus ſuis, ac re militari, conſultò ſuorum præſidio deſtitutus.

QVOD equidem conſtat proximis annis aliquot factum eſſe, dum nimis ſeuera illa regis placita, horrendam in executionem producuntur, atque ad Religionem conuellendam 10 l
4 Hiſpanicæ inquiſitionis initium ſit. Quæ ſane Tyrannis, non dubium eſt, quin rurſus prodiret Bruxella.
12 Octobr. in medium, pace legibus iſtis ac conditionibus ſancita, & vel ex eo diuidicari facile poterit, quod in iſtis articulis bonorum venditio verbis hiſce reſtringitur (Ad ſummum, & iſta duntaxat vice.) Et vere, cum omnes paſſim abhorreant à placitis illis atque inquiſitione, conſentaneum erit, à reſidua plebe, nouas rurſus turbas ac motus concitatos, & tandem e regio diademate bonam partem auulſam iri. Quod certe, vt nomine Regis ſua conſtet exiſtimatio, quibuſcunque modis præuertendum erit.

QVAPROPTER Illuſtriſſimus Princeps, ordines, ciuitates, ac quæ vno eodemque fœdere cum illis continentur, rogant obnixe, vt ipſorum hoc conſilium, æquis animis accipiatur: nempe ex candido, ſynceroque in Regiam Maieſtatem, communemque Belgij cauſam ac fælicitatem, affectu depromptum. Orantque omnipotentem Deum, vt cor Regis, eiuſque legato
5 rum, quos iſta Pacificatio occupatos detinet 5 flectere velit ad ſaniorem mentem, ac magis
13 Octobr. ſalubria conſilia: Hactenus Princeps eiuſque confœderati, ſequitur nunc Regiorum reſponſio, de qua ſuprà propoſitum eſt. 8 l Gandauū

REGIORVM

LOCA

TEMPORA

REGIORVM RESPONSIO.

NOBILISSIMI, Prudentiſſimiq, viri. Poſtquam ſcriptum illud, quod Principis Auriaci, Ordinum, Ciuitatum Hollandiæ ac Zelandiæ, Bomelenſium, Buranorum, reliquorumq, fœderatorum nomine 22. Martij nobis tradidiſtis, propiùs inſpeximus: Non poſſumus nō regio nomine vobis ſignificare, longè nos iuſtioribus de cauſis quàm ſcripto illo [3] proponitur, expectaſſe congruū magis atque humanius reſponſum; nimirùm vt, quæ benignè ac largiter in proximo noſtro ſcripto bona fide regio nomine vobis offeruntur, gratè ac libenter amplectemini, quo firma conſtantique pace, ſua Belgio vetus concordia, tranquillitas atque is tenor redderetur, qui antè iſtos ciuiles motus extitit, præſertim cùm candidè agamus, nihil antè oculos habentes, quàm Dei gloriam, ſalutem ac proſperitatem Belgicæ, ac denique vt cuique ſatisfiat, cautum, ſecurum, atque proſpectum ſit, quemadmodum quòd à nobis offertur, ſi modò dextrè exauditur, ſatis declarat, præſertim reſpicientibus ad fidem publicam, & quæ offertur ſecuram firmamque præſtationem eorum omnium, quæ pacta erunt & conuenta, cum non repugnaret Rex ſi quid amplius Princeps Auriacus & ordines cum ſuis deſiderarent, ad tutelæ ſuæ fiduciam, quin depromere ac petere poſſint, quod rationi conſentaneum ſit. Eoque & maioris æſtimari oportuit quæ offerebantur. 3 Pagina 167. 1 19 Octob.

AC profectò nihil minus expoſtulamus, quàm vt poſterius noſtrum ſcriptum vnà cum ſuis conditionibus perfidiæ ac fraudis inſimularetur, cùm ego nos & Rex ipſe cum alijs qui Pacificationem iſtam adiutant, procul abſit à dolo, agentes ſynceriter & alſque fuco, ſecūdum quod ab initio erat conuentum. Nec tamen obſeruari hæc à nobis ex poſteriore veſtro reſponſo [3] ſatis animaduertimus, tametſi maximè Vaſallos, ac domino Principique ſuo naturā ſubiectos decet, ciuiliter cum eo atque modeſtè agere.

RVDOLPHVS Imperator apertis, poſt obitum Maximiliani parentis, literis à Statibus ſcriptis reſpondet: [1] Se Principes Imperij, alioſque ſummæ viros authoritatis breui miſſurum, Commiſſarios ad proſpiciendum Belgio Petens, vt interea dum veniant, noui nihil attentent aut moliantur. Quod an præſtiterint, ex ijs Lector colligat, quæ ſequuntur. Vocauit Magiſtratus Traiectenſis Monteſdocquam ad ſe, præfectum Hiſpanorum, ſub prætextu tractandi cum illo, de rebus magni cuiuſdam momenti, ad quos cum veniret, captiuus detinetur. Cuius locumtenens Martinus de Ayala, ſclopetarijs quibuſdam ſtipatus, liberare eum tentauit; ſed à ciuibus, qui Germanos ad ſuas partes tum traxerant, ad ſubturbia cum ſuis Hiſpanis extruſus, repellitur. Quare, Alonſo de Vargas, & D. Ferdinando, hic peditum, ille vero equitum vterque præfectus Hiſpanorum, appropinquantes, ab Hiſpanis quibuſdam, clam antea in Turri quadam, ad portam Bruxellenſem a Monteſdoca, prouidentia quadam militari collocatis, intromittuntur, [2] vbi Germanis tùm nihil reſiſtentibus, Ciues miſerè tractantur ab Hiſpanis, non ſolum iniuriam Præfecto Monteſdoca illatam vindicantibus, verùmetiam oppidum, pro Regis ſeruitio, contra Status, retinentibus. SED pergunt Regij in Pacificationis negotio. 13 m Maſtricht. 2 20 Octob.

TEMPORA

LOCA

NIHILOMINVS dum ſtudio nobis eſt inquiunt obuiam ire obſcuræ ac ſiniſtræ interpretationi, quæ ſcriptum illud noſtrum inſcite in alienum ſenſum detorqueri poſſit, & vt omni conatu in pacem & tranquillitatem Belgij incumbamus, ſemotis priuatis quibuſcunque cauſis (quæ ad ſeruandam componendamque rempublicam magnam plerumq; impedimentum obijciunt) vt ad ſcriptum illud veſtrum reſponderemus, omnino declarandos ſupra ſcriptos articulos quoſdam eo ſcripto comprehenſos, cum dilucida eius expoſitione, id quod poſt relationem

1 29 Octob. *vt oportuit factam, propius & ad vltimum pro maturanda iſta Pacificatione tandem impetremus.*

PRIMO, cum poſteriori illo ſcripto, vt & Martij 12. poſt verba (Bomelia atq; Bura) ſubdatur præterea (vna cum ſocijs ſuis) poſtulandum duximus, vt ediſſeratis, qui nam iſto ſermone comprehendantur, vt proindè intelligatur quibus cum regia Maieſtati negotium ſit, ac qui tandem continerentur eo quod à rege promittitur concedetur q;.

14 r Luxemburg.

QVIBVS ſic conſtitutis, vt ad ſcripti iſtius primum caput porrò accedamus vbi de exteris Hiſpaniſque ablegandis tractatur. Miraudum omninò tàm prolixè ibi commemorari, quòd ſuperfluum prorſus atq; impertinens eſt, nec quicquam certe aliud quàm turbas, ac maiorem popularium ſeditionem commouet, quædam quaſi radix odij inter eos, quibus cum tranquille ac concorditer viuere oporteat, eò magis, quòd collocutio iſta inſtituta non ſit, vt cum probo ac contumelia quid in quemquam diceretur, vt maximè improbe quidem ac indecenter hac ex parte facta inciderunt, quæ tum grauiſſimis de cauſis ſupprimi oporteat, dum in ſuæ quiſque conſcientia latebras deſcendit, ſecumq; reputat, quæ apud alios iniqua & inconceſſa euenerint.

QVA de re in ipſo Pacificationis negotio mentio non habetur. Cum Regia Maieſtas profiteatur velle ſe vt antegreſſa omnia, ſempiterna oblitione ſepeliantur, habeanturque pro non factis, Ac præter hæc paratus ſit Rex, rogante Principe, ciuitatibus Hollandiæ ac Zelandiæ atque fœderatis, externum militem e Belgia aliò dimittere pro vſu atque vtilitate ſua ſimulatque inter nos conuenerit, & Prouinciæ pacatæ fuerint, quemadmodum ſuperiore noſtro ſcripto abunde ſatis explicatum eſt, [3] quod & repetitum hîc Regis nomine voluimus, quoniam neque rationi conſentaneum, neque vſitatum etiam ſit imminui Regiæ Maieſtatis exercitum, priuſquàm bellum pace commutatum fuerit. Ea lege tamen, vt Holandi viciſſim, Zelãdi ac ſocij eorũ, exteros in vniuerſum quoque milites, quibus vtuntur, à ſe remoueant, prout ratio exigit. Qua certe re Maieſtas Regia Catbegorice atque abſolute præſtat & implet præcipuum illud ac ſummum libelli ſupplicantium caput.

2 3 Nouẽbr. *INTERIM D. Ioannes Auſtriacus mercenarijs veredariorum equis per Gallias vectus, habitum mutans, perſonam diſſimulans, & duobus, & duobus tantùm comitibus contentus, iter ſuum in Belgium accelerat, vt ita ſua præſentia, ciuilis diſſenſionis longe latèque vagantis incendium reſtingueret: quo ſic omnia deflagrabant, vt ex miſerrimo ſtatu, & miſeranda illius tempeſtatis facie, certiſſimum & præſentiſſimum exitum diuinare licuerit. Deuenit [2] Auſtriacus Luxemburgum pridie quam Hiſpani Antuerpiam ſecundò inuaderent, certum paulò antea [1] contractum cum Comite Oberſteinio ineuntes, qui præfectus erat 16. vexillorum militum germanorum. Subſignarunt hunc contractum Nicolaus Baro de Polvvyler, Garzia de Toledo, Carolus Fugger, Alexander Gonzaga, Sancho Dauila, Iſunza, Franciſcus Verdugo, & ipſe Comes Oberſteinius.*

3 Pagina 171.

PERGVNT

LOCA

TEMPORA

PERGVNT REGII.

NEC minùs tamen in Regiam ſublimitatem peccatum eſt, vbi ſcripto illo refertur Hollandiam atque Zelandiam antiquitùs ſemper pro comitatu ſacri Imperij fuiſſe habitum. Cũ Maieſtas Regia, eiuſque maiores, tanquàm ſupremi domini ſuprà memoriam hominum contrà, ſemper in tranquilla poſſeßione, atque vſu habuerint, quod neque Auriacus Princeps, neque alij in Hollandia ac Zelandia ignorare poſſunt. Adhac non creditur Ludouicum Requeſenium Belgica præfectum hoc ſcripſiſſe quod veſtrum illud ſcriptum commemorat.

CAETERVM vt maturetur conuentus iſte, propiuſque oſtendatur clementia atque amor, quo ſubditos ſuos Rex proſequitur, Addimus præterea non abnuere Regiam Maieſtatem, quod ad ſecundum principale ſupplicationis membrum pertinet. De conuocandis generaliter ordinibus, coadunatis vt antè Prouincijs ipſum accire ad eum omninò modum quo comitia habita ſunt, cum Cæſar Auguſtus Philippo filio, poſſeßione atque Imperio Belgij cederet, ſecundum quod poſtremò à vobis etiam petitur, nimirùm, vt ſingulatim atque in vniuerſum cum ijs conſilium conferat, eorumq́, ſententias exquirat, qua potißimùm ratione Remp. atque in cauſis populi licitum aliquem ac iuſtum ordinem conſtituat, ad proſperitatem, concordiam, pacem, atque tranquillitatem Prouinciarum Belgicarum, vt & in reliquis quæ indè dependent.

10 k Antuerpia.

AC ſi quid præter hac tum habent ordines ſuprà dicti, quod querantur atque deſiderant apud Regem, tanquam ad fœlicitatem atque communem Belgij fortunam pertinens: facilem illis aurem Rex accomodabit, efficietque quod iuſtum ſit: tantùm abeſt vt quicquam ordinibus iſtis, veluti obiecto impedimento ſubdenegaturus ſit, in ijs quorum ratio ſatis conſtat. Quo palam quoque fit, vt ad plenum indulgeat, concedatque alterum illud ſupplicationis punctum, De conuocandis gencratim ordinibus.

1555. Anno me Bruxellæ tùm exiſtente.

ADHAEC vt ſupra, qua de libello iſto Supplice queruntur, ac multò plenius ſatisfecerimus proximo noſtro ſcripto ſigillatim à nobis regis nomine rationes magnæ propoſitæ erant quibuſcunque quæ cuperent, abundè diſtribueretur, vt minùm omninò ſit, in expendendis ijs quæ vltro offerebantur. non maiorem vos curam ſuſcepiſſe, de quorum tamen prompta voluntate atque obedientia, & preces ſupradictæ & alia ſcripta leguntur.

NIHILOMINVS cum velit Rex Vaſallis ac ſubditis ſuis plenam indulgentiæ ſuæ manum explicare, etiam paratus eſt vniuerſum iſthuc illis largiri ne quid ad plenam reſtitutionem illis deſit, vt, & ipſi apud Deum & omnes mortales excuſationis ratio conſtet, nec non documentum aliquod, ſe nihil prius & antiquius habere quàm ſubditorum ſuorum proſperitatem.

VIDEBANTVR quidem ex parte Regis multa ſatis oblata; Verùm Princeps Auriacus cum Hollandiæ ac Zelandiæ Statibus aliò reſpexerunt, nimirùm, vt quacunque ratione poſſent, etiam alias Prouincias (quas ſecreto ſibi fauere nõ ignorabãt) ad ſe attraherent vt maioribus coniunctis viribus, aperto tandem marte aggredientes, Hiſpanum Belgio ejicerent.

TEMPORA

LOCA

HINC non minimam ſibi oblatam exiſtimantes occaſionem, ex eo, quod Hiſpani, vt apparebat, inter ſe diuiſi, longèque à ſe inuicem diſsiti atque remoti, diſperſiq; quidam Aloſti, Traiectum ad Moſam alij, alij Lira, non ſic facilè conuenire poſſent. Status itaque præſidia clàm vndiq;, Bruxella, Louanio, Mechlinia connocant, PHILIPPO Egmondano Comimiti, ordinarios Patriæ equites, cum Regimento, quod vocant, peditum committunt, MARCHIONEM Haurium nouiter à Statibus conſcriptis magno numero militibus præficiunt; Comitem OBERSTEINIVM contra fidem, paulò antea Hiſpanis regio nomine datam, ad ſuas partes cum omnibus præſidiarijs Antuerpiæ ſuis militibus adduxerunt, atque ita ſibi non parùm quoq; de Friderico PERENOTTO Antuerpienſi Gubernatore pollicentes, recta tendunt Antuerpiam cum peditum 23. vexillis & quatuordecim equitum, vt vocant, Cornetis, ea intentione, bonaq; ſpe freti, vt arce ibidem capta, quod moliebantur, Hiſpanos ſi interficere non non poſſent, eijcerent ſaltem, atque ita, vt Gandaui & Valenchænis (quemadmodum infrà patebit) Hiſpanorum iugum tandem à ſe proijcerent.

9 l Aloſtum.

1 2 Nouẽbr.

CAETERVM (dolendùm) res aliter accidit. Hiſpani etenim vno veluti momento, præter omnem ſpem ordinum ſiue Statuum, vndique ex iam dictis locis ſubitò ad arcem Antuerpienſem vnicam quaſi ac ſolam ſuæ defenſionis anchoram conuolant. [2] Indè Ieronimus Roda præſidens, Sancho Daula arcis præfectus, D. Alonzo de Vargas 1000. equitum Dux, aliiq;, rerum bellicarum peritiſſimi, primùm Orticium cum 100. Hiſpanis ad Ciuitatem mittunt, ſequuntur paulò poſt inſigni cum militum ſuorum numero peditum & equitum Hiſpani, Germaniq; qui à Statibus electi ad Poluuilerum pro Rege acceſſerant, tantaque cum furia Antuerpiam, à qua erant laceſsiti aggrediuntur, vt fugatis Haureo Marchione, & Perenoto apud Auriacum ſalutem quærentibus, captis Egmondano Comite, Capreo, & Goignio, cæteriſque regulis compluribus, & Oberſteinio Comite, in nauim, quæ ob hominum multitudinem in fundum aquarum peteret, abacto, tandem oppido potirentur, [3] toti mundo notiſſimo.

13 m Maſtricht

11 k Lier.

2 3 Nouẽbr.

2.3: Pagina 197.

QVID ibi perpetratum ſit, ſequentes figuræ conſpicientibus exhibent. Ego lectori etiam hac in parte, liberum relinquo iudicium, An non, conſultius fuiſſet, antequam res eouſque perueniret, Regis acceptare oblationes, quàm miſerandam huiuſmodi fortunam experiri. Sed Pacificationis negotium inter bella, proſequamur, ad quam eandem Status ipſemet, tandem reuerſi ſunt.

10 l Bruxella.

Sed pergunt regij;

PLANE quod attinet ad reſtituendas Ciuitates, Caſtella, munitiones claſſem marinam, Inſtrumentum belli, & alia noſtro ſcripto relata, quæ iſti detinent, recuſantque etiam reddere, prætextu addito, ac ſi opera detur in exarmandis ipſis atque ita decipiendis: Non poſſumus cogitatione aſſequi cur ad eum ſermonem delapſi ſitis, adiecta fabula de lupis & agnis, cùm vnicuiq;, qui communi ſenſu nõ careat, dolum abeſſe vel ex eo appareat, quòd non ſimpliciter atq; abſoluè reſtitutio iſta poſtuletur, ſed tum demum, vbi ſupplicantibus, de fide publica atque idonea ſecuritate proſpectum erit, quæ in ſupradicto ſcripto abundè oblata eſt. Qua tamen de re poſterus relationis veſtræ literarũ documentum non meminit, quòd mirùm certè videtur, quoniam iſtis rationibus pericula omnia auerti commodè poterant cum plena cuiuſque ſecuritate. At cum diſſimulando præteritis quæ fideliter offerantur, manifeſtum profectò facites, non tàm candidè vos ac ſyncerìter agere, atque ab initio conuenerat.

10 m Louaniũ.

3 4 Nouẽbr.

11 k Mechlinia

10 k Antuerpia.

VERVM

VERVM vt in posterum disceptandi causa præscindatur, nec habeat quisquam quod merito diffidat, Regis nomine iterum dilucidè ac districtis verbis enunciamus. Si Princeps Auriacus atque alij Supplices, in Regis verba atque fide oblata, quam satis esse oportuit, non acquieſcunt, permittit ipsis vt petant cautionem dari pro omni suo desiderio, quo scilicet cumulatè atque vt par est, ipsis satisfiat. Sed & in omnem casum spondemus Regia authoritate sub scriptione eius, ac magno quod vocant sigillo obsirmatum, atque adeò, si necesse sit, ratum habitum iri, quod hic agitur, solenni eorum omnium instrumento vobis exhibito traditoque.

10 k Antuerpia.

PRAETER hæc totius Belgij ordines iussu Regis approbabunt, confirmabuntque, quod Rex promiserit habueritque ratum, vt recte id faciant authoritate & potestate ea mandabit tanquam membra socios eiusdem cum Holandis & Zelandis natalis soli consortes pro quibus promissa Regis ipsi intercedent repromittentq; quicquid Holandi Zelandiq; pacti erunt, a Rege perpetuò custoditum hoc iri. Deinceps verò vt publicæ fidei pactique conuenti visitatum Instrumentum supremi ac prouincialis actus inseratur, publicetur que maiorem ad fidem, solennitatem firmitatemque eorum: quæ pacta transactaque erunt.

DENIQVE si opus erit, dabit operam Regia Maiestas, vt ea omnia sua fide & promissione interposita Cæsar Augustus ipse confirmet, pariter & Domini ac Principes Maiestatis eius consentient sacro Imperio subiecti.

QVOD verò Catholicam Romanam Religionem attinet: repetendum hic absolutè Rex censet, se in ea adhuc sententia esse, vt ne minimum quidem concedere velit, quod cùm ea pugnet, imò ne in vno (quod vocant) Iota, ab ea discedere, sed ita retinere quemadmodum Maiestas eius, atque Belgium à progenitoribus suis veluti per manus eam acceperunt & propalàm semper professi sunt & obseruarunt. Quæ & Regia Maiestati suisque maioribus Belgica domus ac principibus inaugurationis lex dicta est, cùm prouincias istas imperio suo regendas susciperent, in quibus sunt Hollandia & Zelandia, quæ & ipse Maiestati suæ iurarunt, repromiseruntque Religionis eius sacris custoditis, se ei fideliter velle obsequi, qua in re neq; quæstio vnquam fuit, neque difficultas. 1 4 Nouēbr

IN quo acquiescere certè debebunt, vt quibus satisfiat. Illis enim qui eam Religionis conditionem accipere nolunt, liberum relinquitur, mobilibus immobilibusque bonis detractis aliò migrare, atque vbi visum erit, suarum rerum sedem figere. 2 Nam & à iure, ratione, & a Iustitia abhorret, ad commutandam Religionem compelli Principem a suis subditis, qui alios eò adigere non possunt, multò minus suum ipsorum Principem, cui obsequium debent atque obedientiam.

ET vt abundantius adhuc admensuretur eis, qui migrationem Belgio parabunt, non refragatur Regia Maiestas, a publicato iam ac promulgato Pacificationis edicto, semestre deinceps ipsis indulget quo hic maneant, ita tamen, vt interea temporis ab vsu & exercitio suæ Religionis abstineant, viuant modestè, & citrà offendiculum.

2 Pagina 414

BONA verò sua vt commodè & ad suam maxime vtilitatem diuendere possint, octenium ipsis aut decennium Rex largitur, quo iustum inde & quam possunt maximum pretium conficiant. Quin & permittetur eis facultates suas retinere, fructus eorum atque reditus percipere, administratione modò Catholicis personis demandata. Quæ ipsa tamen bona, quandocunque ad Catholicam Romanam Religionem, seque ab alijs probis subditis conformare voluerint, recuperabunt, recipient, atque administrabunt ipse pro arbitrio.

1576. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA — LOCA

HINC non minimam ſibi oblatam exiſtimantes occaſionem, ex eo, quod Hiſpani, vt apparebat, inter ſe diuiſi, longèque à ſe inuicem diſsiti atque remoti, diſperſiq; quidam Aloſti, Traiectum ad Moſam alij, alij Lira, non ſic facilè conuenire poſſent. Status itaque præſidia clàm vndiq;, Bruxella, Louanio, Mechlinia connocant, PHILIPPO Egmondano Comiti, ordinarios Patriæ equites, cum Regimento, quod vocant, peditum committunt, MARCHIONEM Haurium nouiter à Statibus conſcriptis magno numero militibus præficiunt; Comitem OBERSTEINIVM contra fidem, paulò antea Hiſpanis regio nomine datam, ad ſuas partes cum omnibus præſidiarijs Antuerpiæ ſuis militibus adductunt, atque ita ſibi non parùm quoq; de Friderico PERENOTTO Antuerpienſi Gubernatore pollicentes, recta tendunt Antuerpiam cum peditum 23. vexillis & quatuordecim equitum, vt vocant, Cornetis, ea intentione, bonaq; ſpe freti, vt arce ibidem capta, quod moliebantur, Hiſpanos ſi interficere non non poſſent, eijcerent ſaltem, atque ita, vt Gandaui & Valenchænis (quemadmodum infrà patebit) Hiſpanorum iugum tandem à ſe proijcerent.

1 — 9 l Aloſtum.

2 Nouebr. — 13 m Maſtricht

CAETERVM (dolendùm) res aliter accidit. Hiſpani etenim vno veluti momento, præter omnem ſpem ordinum ſiue Statuum, vndique ex iam dictis locis ſubitò ad arcem Antuerpienſem vnicam quaſi ac ſolam ſuæ defenſionis anchoram conuolant. [2] Indè Ieronimus Roda præſidens, Sancho Dauila arcis præfectus, D. Alonzo de Vargas 1000. equitum Dux, aliiq;, rerum bellicarum pertiſsimi, primùm Orticium cum 100. Hiſpanis ad Ciuitatem mittunt, ſequuntur paulò poſt inſigni cum militum ſuorum numero peditum & equitum Hiſpani, Germaniq; qui à Statibus electi ad Poluuilerum pro Rege acceſſerant, tantaque cum furia Antuerpiam, à qua erant laceſsiti aggrediuntur, vt fugatis Haureo Marchione, & Perenoto apud Auriacum ſalutem querentibus, captis Egmondano Comite, Capreo, & Goignio, cæteriſque regulis compluribus, & Oberſteinio Comite, in nauim, quæ ob hominum multitudinem in fundum aquarum peteret, abacto, tandem oppido potirentur, [3] toti mundo notiſſimo.

11 k Lier.

2 — 2. 3: Pagina 197.

3 Nouebr.

QVID ibi perpetratum ſit, ſequentes figuræ conſpicientibus exhibent. Ego lectori etiam hac in parte, liberum relinquo iudicium, An non, conſultius fuiſſet, antequam res eouſque peruenirent, Regis acceptare oblationes, quàm miſerandam huiuſmodi fortunam experiri. Sed Pacificationis negotium inter bella, proſequamur, ad quam eandem Status ipſemet, tandem reuerſi ſunt.

10 l Bruxella.

Sed pergunt regij;

PLANE quod attinet ad reſtituendas Ciuitates, Caſtella, munitiones claſſem marinam, Inſtrumentum belli, & alia noſtro ſcripto relata, quæ iſti detinent, recuſantque etiam reddere, prætextu addito, ac ſi opera detur in exarmandis ipſis atque ita decipiendis: Non poſſumus cogitatione aſſequi cur ad eum ſermonem delapſi ſitis, adiecta fabula de lupis & agnis, cùm vnicuiq;, qui communi ſenſu nõ careat, dolum abeſſe vel ex eo appareat, quòd non ſimpliciter atq; abſolutè reſtitutio iſta poſtuletur, ſed tum demum, vbi ſupplicantibus, de fide publica atque idonea ſecuritate proſpectum erit, quæ in ſupradicto ſcripto abundè oblata eſt. Qua tamen de re poſterus relationis veſtræ literarũ documentum non meminit, quòd minùm certè videtur, quoniam iſtis rationibus pericula omnia auerti commodè poterant cum plena cuiuſque ſecuritate. At cum diſsimulando præteritis quæ fideliter offeruntur, manifeſtum profectò facites, non tàm candidè vos ac ſyncerè agere, atque ab initio conuenerat.

3 — 10 m Louaniũ.

4 Nouebr. — 11 k Mechlinia

10 k Antuerpia.

VERVM

REGIO CONCILIO LEONEM

LOCA

TEMPOR

VERVM vt in poſterum diſceptandi cauſa præſcindatur, nec habeat quiſquam quod merito diffidat, Regis nomine iterum dilucidè ac diſtrictis verbis enunciamus. Si Princeps Auriacus atque alij Supplices, in Regis verba atque fide oblata, quam ſatis eſſe oportuit, non acquieſcunt, permitti ipſis vt petant cautionem dari pro omni ſuo deſiderio, quo ſcilicet cumulatè atque vt par eſt, ipſis ſatisfiat. Sed & in omnem caſum ſpondemus Regia authoritate ſubſcriptione eius, ac magno quod vocant ſigillo obſirmatum, atque adeò, ſi neceſſum hoc ſit, ratum habitum iri, quod hîc agitur, ſolenni eorum omnium inſtrumento vobis exhibito traditoque.

10 k Antuerpia.

PRAETER hæc totius Belgij ordines iuſſu Regis approbabunt, confirmabuntque, quod Rex promiſerit habueritque ratum, vt recte id faciant authoritate & poteſtate ea mandabit tanquam membra ſocios eiuſdem cum Holandis & Zelandis natalis ſoli conſortes pro quibus promiſſa Regis ipſi intercedent repromittentq; quicquid Holandi Zelandiq; pacti erum, a Rege perpetuò cuſtoditum hoc iri. Deinceps verò vt publicæ fidei pactique conuenti vſitatum Inſtrumentum ſupremi ac prouincialis actus inferatur, publiceturque maiorem ad fidem, ſolennitatem firmitatemque eorum: qua pacta tranſactaque erunt.

DENIQVE ſi opus erit, dabit operam Regia Maieſtas, vt ea omnia ſua fide & promiſſione interpoſita Cæſar Auguſtus ipſe confirmet, pariter & Domini ac Principes Maieſtatis eius conſentient ſacro Imperio ſubiecti.

QVOD verò Catholicam Romanam Religionem attinet: repetendum hic abſolutè Rex cenſet, ſe in ea adhuc ſententia eſſe, vt ne minimum quidem concedere velit, quod cùm ea pugnet, imò ne in vno (quod vocant) Iota, ab ea diſcedere, ſed ita retinere quemadmodum Maieſtas eius, atque Belgium à progenitoribus ſuis veluti per manus eam acceperunt & propalàm ſemper profeſſi ſunt & obſeruarunt. Quæ & Regiæ Maieſtati ſuiſque maioribus Belgicæ domus ac principibus inaugurationis lex dicta eſt, cùm prouincias iſtas imperio ſuo regendas ſuſciperent, in quibus ſunt Hollandia & Zelandia, quæ & ipſe Maieſtati ſuæ iurarunt, repromiſerunt que Religionis eius ſacris cuſtoditis, ſe ei fideliter velle obſequi, qua in re neq; queſtio vnquam fuit, neque difficultas. 1 4 Nouēbr.

IN quo acquieſcere certè debebunt, vt quibus ſatisfiat. Illis enim qui eam Religionis conditionem accipere nolunt, liberum relinquitur, mobilibus immobilibuſque bonis detractis aliò migrare, atque vbi viſum erit, ſuarum rerum ſedem figere. [2] Nam & à iure, ratione, & a Iuſtitia abhorret, ad commutandam Religionem compelli Principem a ſuis ſubditis, qui alios eò adigere non poſſunt, multò minus ſuum ipſorum Principem, cui obſequium debent atque obedientiam.

ET vt abundantius adhuc admenſuretur eis, qui migrationem Belgio parabunt, non refragatur Regia Maieſtas, a publicato iam ac promulgato Pacificationis edicto, ſemeſtre deinceps ipſis indulget quo hic maneant, ita tamen, vt interea temporis ab vſu & exercitio ſuæ Religionis abſtineant, viuant modeſtè, & citrà offendiculum.

2 Pagina 414

BONA verò ſua vt commodè & ad ſuam maxime vtilitatem diuendere poſſint, octenium ipſis aut decennium Rex largitur, quo iuſtum inde & quam poſſunt maximum pretium conficiant. Quin & permittetur eis facultates ſuas retinere, fructus eorum atque reditus percipere, adminiſtratione modò Catholicis perſonis demandata. Quæ ipſa tamen bona, quandocunque ad Catholicam Romanam Religionem, ſeque ab alijs probis ſubditis conformare voluerint, recuperabunt, recipient, atque adminiſtrabunt ipſe pro arbitrio.

TEMPORA

LOCA

AC profectò ſi rectà ſecùm via expendant, nihil erit admodum, ſi velint modo, vt in eam ſe neceſſitatem includant, patriam vt ſuam atque ades, quæ tantoperè expetunt, debeant deſerere, maximè cum Rex paterno quodam affectu, quem ergà naturales ſuos induit, optet potius in Belgia ipſos remanere: ſin autem hoc reſpuant, nolintq; ad aliorum mores ſe componere, habent quod ſibi imputent, quoniam Regia Maieſtas nihil hic noui ſtatuit aut introducit.

10 k Antuerpia.

QVIN & copia eis ſit, ſemel & hac ſolumodò vice, cum ſuis rebus diſcedere, nemine impediente, quòd ratio non ferat toties mutari Religionem, inter ciues offenſionem ſeditionemq; fieri, perturbari commune tranquillitatem atque quietem. Qua in re Iuris & Iuſtitiæ illuſio conſequeretur.

QVIBVS & illud addamus, nihil addubitare Regiam Maieſtatem, ſi modo exteri iſti miniſtri Conſiſtoriales atque alij nonnulli (qui cum querelis ſuis prætexunt Belgij Priuilegia atque libertatem, conuenientem rebus iſtis nouandis authores atq; Principes extitêre) ad mentem redeant, aut abeant è Belgia quò reſidua multitudo probè in omnibus inſtituta ad voluntatem ſui Belgis obſequiosè atque fideliter, & qua indè pendent commercias creſcãt ac rerũ abundantia. Qua in re Maieſtas Regia defendet ipſos ac tuebitur, euertetque omninò iniuriam, & onera quibus præmuntur, præcipuè verò quam loquuntur inquiſitionem Hiſpanicam, quam vt in Belgicã germaniam inueheret, nunquam in animo habuit, atque etiamnum diſſeriè hoc ſignificat, ſe non eſſe in ea ſententia, vt eam Belgis velit obtrudere. Denique certa quoque ac recta priuilegia quæ cuique competunt ſeruabit, eaque paſſim manſuetudine vtetur, quæ naturalem Principem ac dominum decet.

1 4 Nouẽbr.

QVARE Regis quidem nomine poſtulamus, noſtro autem præcamur, Poſteaquam conuenimus ad pacem componendam (quæ tantopere ab omnibus expetitur ad conſolationem tot tantorumque innocuorum hominum, qui propter iſtas turbas in egeſtate rerum atque miſerijs vitam trahunt) ne grauemini reſpicere ad communem quietem ſalutemque Reip: quin potius maturando, id quod petitur eum animi candorem affectum & voluntatem declaretis, quem [illegible] viribus ab hac parte præſtitimus, obmiſiſq; ambagibus abſolute ſemel atq; articulatim reddatis, quenam Principis Auriaci, Ordinum, Ciuitatum Hollandiæ Zelandiæ, & fœderatorum mens ſit atque voluntas. An quæ Regio nomine liberaliter, indulgenterq; ipſis oblata ſunt, accipere velint nec ne, aut diſſimulent, aut parui pendant, occaſione quæ ſe nunc præbet ſic prætermiſſa, cùm fas ſit omnino, ea omnia propius expendi. Atq; hæc quidem Bredæ in conſeſſu Legatorum, à Regijs propoſita ſunt.

10 k Breda.

AVRIACORVM

LOCA

TEMPORA

AVRIACORVM RESPONSIO DILATORIA.

AMPLISSIMI Nobilißimiq; Viri; Princeps Auriacus, Ordines, Ciuitates Hollandiæ & Zelandiæ, Bomelia, vnà cũ ſuis fœderatis, nolunt clàm vobis eſſe, Vidiſſe ſe veſtrum ſcriptum, ipſis Calendis Aprilis Legatis ſuis Bredæ traditum, tanquã Reſponſum ad id quod 22. Martij nobis dederant, atq; audiuiſſe, quæ in iſto Pacificationis colloquio, atq; tractatu hactenus facta ſunt. Etſi verò Illuſtrißimus Princeps, Nobiles, atq; à Ciuitatibus ad vſitata ſolemnia Comitia miſſi, idoneo atque ſpeciali mãdato ſatis inſtructi ſint, poßintque veſtro illo ſcripto peremptoriè reſpondere (quemadmodum hucvſque à principio tàm in exhibenda ſupplicatione ſua quàm ſequentibus deinde ſcriptis, nihil prorſus ab ipſis factum eſt, abſque mandato & ratihabitione corporum atq; collegiorum ſuæ cuiuſque ciuitatis) tamen cum intelligant, viſo à vobis lecto q; poſteriore ſuo ſcripto, quod 22. Martij die exhibuerunt, probe ſubſcriptum, cenſere vos atque affirmare, ea omnia, à quibus dum duntaxat in ſuo genere proficiſci (quod ipſum & poſteriore veſtro ſcripto unui videtur, atque apertè etiam ſignificari) & collegia cuiuſque oppidi, ordines decurionum atque reliquorum multitudinem. Si quæ à vobis propoſita ac regis nomine oblata erant, propriùs intuerentur atque expenderent, aliter fortaßis dicturos iudicaturoſq;, quàm ſubſcriptum illud à vobis loquitur. Imò in illis ipſis, qui ſubſignarunt, quoſdã eſſe profugos vel exteros, neque in Hollandia oriundos neq; Zelandia, & quib° proindè pax ac paruipendatur ſalus Reip. Vt tamen ſcopulus vobis omnis eximatur, præcidaturq; dubitationis iſtius occaſio, & vt liquidò pateat, Principẽ atque ordines ex fide, verè, ſyceriter atq; apertè agere collato prius conſilio, ſententiaque communi, non veluti per tranſennam leui, quod vocant, brachio, fictè ac diſſimulanter ſecundum quod poſteriore à vobis ſcripto dicitur, quoque ac petitur. Decreuit Princeps Illuſtrißimus, ordines, vel cum mandato à ciuitatibus miſſi, referendum ab vno quoq; ad ſuos, oſtendendumque, quid in toto Pacificationis iſto negotio atque colloquio, in hunc vſque diem actum ſit, exhibendumque, maximè poſterius illud veſtrum ſcriptum Cal. Aprilis editum, tametſi quidam ex ſuis iam antè, per ſuos, vel coràm, de rebus iſtis ad ſua collegia ſcripſerint, retulerintque,

10 k Antuerpia.

2 4 Nouẽbr.

PETIT verò Illuſtrißimus Princeps, ordines, atque Ciuitates ſupradictæ ne grauentur Legatis ſuis ſemel exponere, an quid præter hoc à Rege in mandato habeatis, nobis proponendum, vt eadem opera, ac plenius, hoc quoque, relatione iſta comprehendatur: an verò, quod hactenus à vobis dictum ſcriptũque eſt ſumma ſit atque abſoluta regij veſtri mandati forma, quo maturè, celeremque exitum collocutio iſta ſortiatur. Quandoquidem verò, vt ad Ciuitates ea omnia referantur, tẽporis aliquo interuallo opus erit, menſe preſente vel paulò amplius conſentiunt in eo Princeps & ordines, reddi obſides, dùm & noſtri ad ſuos reuertentur.

ADHAEC cum Dominus Guntherus Illuſtris Comes Schvvartzenburgius, componendæ pacis iſtius cauſa, à Cæſare Auguſto huc miſſus ſit cum legatione: Princeps atque ordines Celſitudini eius, in comiatum quoſdam interea è ſuo numero addent, erit in ſpem, vt cum fructu apud Maieſtatem ſuam aliquid efficiant, ad promouendam pacem, ſalutemq; Belgij atque incolumitatem. Dilatoria hac Reſponſio Gertrudibergæ 5. Aprilis, & poſtea peremptoria, quæ ſequitur, in cauſa vel maxime fuerunt miſeriarum Antuerpienſium quoque, quas [2] folio verſo figura demonſtrat.

AVRIACORVM RESPONSIO PEREMPTORIA.

NOS Gulielmus Dei Gratia Auriacus, Comes à Naſſau etc. Nobiles & Equites Comitatus Hollandiæ, Conſules, Senatores, Conſiliarij, Tribuni, ordines & Decemuiri plebis Ciuitatum, Dordraci, Delphorum, Leydæ, Goudæ, Roterodam, Gorcham, Schedam, Brielij, Schonhouij, VVordæ, Oudevvater, Gertrudisbergæ, Bomelij & Buræ, diu maturèq; omnia perſpeximus, quæ ad hunc vſq; diem Bredæ frequenti colloquio, de ſedandis preſentium bellorum tumultibus, inter Regiæ Maieſtatis, nec non noſtris ordinum Hollandiæ & Zelandiæ, Ciuitatum Bomelij & Buræ, confœderatorumque delegatos tractata, tùm præſertim ea, quæ ſcripto vtrinque ad primum, & ad quintum huius menſis exhibita fuerunt.

QVAE quidam eò vel maximè ſpectabant, vt patefacta voluntate tum noſtra, tum ordinum, ab ciuitatum confœderatarum præfatarum, intelligi cognoſciquè poſſit, an ea, quæ Regio nomine oblata ſum, hac tam præſenti oportunitate, non amplectenda potius, quàm leuiter ac diſſimulantur reijcienda exiſtimemus, præſertim cùm huiuſmodi ſint, vt non immeritò penitus expendenda videantur. Et quidem ob id, quòd tàm ad ea quæ initio ab ordinibus propoſita, quam quæ ab ijſdem adhæc ipſa, quæ nunc offeruntur, reſponſa erant, haud obſcurè mentis Regiæ ſignificationem contineant. Atque vt ad vltima ſcripta (etſi peculiarius nihil videantur adferre) punctim abſolutiuſque, quàm quæ per præcedentia, in quibus fortaſſe vel non animaduerſum, vel non luculenter ſatis explicatum cerni poteſt, reſpondeatur.

PRIMO quidem referimus nos ad ea, quæ principalis ordinum Supplex libellus complectitur, tum ad cætera omnia, quæ deinceps ſuprà commemorato colloquio ipſorum nomine, in mediũ adducta ſunt, atque in alijs omninò perſiſtimus, vt pote, quæ oppidò ac ſatis exactè, per eas potißimum rationes, quas pro ſua defenſione ſcripto ad 22. Martij præteriti attulerunt, non modò declarent, quid ipſi ex intimo animi conſilio, & putent, & petant, at etiam quanto deſiderij æſtu, tàm prouehendis Regiæ Maieſtatis rationibus, quàm procurando communis patriæ beneficio moueantur. Quod ita ſit, omnium qui cauſæ huius non affectati iudices futuri ſint, indicio conſtabit, nuſquam videlicet nos, vel inſolenti vel ingrata oratione, ea quæ Regio nomine proponebantur excepiſſe, aut eadem vllo modo ſpreuiſſe, contumelijsue potius quam decenti reuerentia ergà eandem Maieſtatem vſos fuiſſe, verùm ad hunc omninò ſcopum referri, vt refutatis aliquod argumentis, quibus oblata illa Regia inuoluta videbantur, non tam eadem reijciendi animo, quam vt nuda verborum ſimplicitate, omnem ſallaciam auteuerteremus, mentemque noſtram, & ordinum aperiremus.

1 Nouẽbr. — 10 k Antuerpia.

NAM quòd ad primùm attinet, præclarus deſiderati otij, pacis, neceßitudiniſque aditus ſternitur, ſi mox extraneum militem, tam Hiſpanicæ quàm alterius gentis Regia Maieſtas, in quo rationibus adducta noſtris, ordinumque conuenire videtur, dimiſerit. Etenim neminem ignorare volumus, nos cum finitimus ciuitatibus ac Prouincijs ita a controuerſijs eſſe vacuas, vt hac minime cauſa, arma mouerimus, aut etiam, nunc gerimus, nec vlla in poſterùm arripere meditemur. Sed horum quæ geßimus gerimuſque, extraneorum, & quiſe his adiunxerunt faſtus, intolerandæque dominantiæ cupiditas cauſam præbuerunt.

ADEO

LOCA

TEMPORA

ADEO quidem & horum diſceſſione, abſentiaq; (quod Regio Edicto fieri debet) facilè totius Regionis huius, adiacentiumque commodo, pax, ocium, commercia, cæteraque omnia paſſim Regis authoritate & Maieſtate illæſa coalescent. Et hinc quidem manifeſtiſſimè colligi poteſt, quamdiu cum extraneis militibus Hiſpani ditionibus Belgicis non exceſſerint, ad primum ſupplicis libelli noſtri caput minimè fieri ſatis, ſiquidem ijs præſentibus nunquam ſecuritas inuebi, aut pax vlla procurari poteſt.

QVOD ad alterum caput attinet, in quo de generali ordinum omnium cætu conuocando oratio inſtituitur, crebrè iam antea à nobis, qua ratione ac via ea commodè fieri poſſint, declaratum eſt, & per legatos noſtros abundè etiam iſthic renuntiatum; nimirùm nos nulla alia ratione ab ijs vnquam diuulſos alienoſue videri, quàm Hiſpanorum præſentia, qui cuncta violenter diſcordijs commiſcere non deſinunt. Quamobrem generali ordinum conuentu (abſentibus Hiſpanis) ad eam quam diximus formam prædicto, facilè conueniet inter eos, quibus rationibus pax firma, priuilegia, conſuetudines, E.A. vita, iura, quaſi poſtliminio reſtitui, exacta deniq; politia inſtitui poterit.

NAM quod ad nos ſpectat, offerimus coram ordinibus, cõtentionis huius noſtræ cauſam, paulò altius repetere, ac cum ipſis non vt ignaris, ſed omnium ſtatus noſtri gnaris cenſoribus, æquis & illis quidem conditionibus agere, quas Maieſtas ſua nobis proponendas non abnuit, adeò, vt omnia in meliorem redigi poſſe ordinem ſperandum ſit non ineptis rationibus, non modo Hiſpanica inquiſitioni, ſed etiam crudelibus, inhumanis, impijſque edictis, quæ circà Religionem hiſce in regionibus, antè aliquot annos emanata, ac poſt modum etiam renouata fuerũt reſtiterimus. Nequaquam tamen hoc animo, quaſi nunc vel vnquam anteà, Maieſtatem Regiam alioſue quoſcunq; Romanæ Eccleſiæ deditos, à ſua Religione, vi auertere voluerimus; præſertim cùm fides aliud non ſit, quàm donum Dei ſpiritus ſancti virtute, ac diuini verbi præconio, mentibus noſtris inſtillatum.

10 k Antuerpia.

1 4 Nouẽbr.

HISCE nec diſſimulanter addimus, nobis haud conſentaneum videri (poſtquàm nunc reformatum Euangelij, veruma, Catholicæ & Apoſtolicæ Religionis dogma ſuſcepimus in eoq; profecerimus) ſolitas ſedes & patria arua vertere: cùm ne hoc quidem contingere poſſit citrà ſummam totius Belgij perniciem. Nec modicam Maieſtatis authoritatis, dominiorumque Regiorum diminutionem, ac ſeruitutum, quas à ſubditis præſtari par eſt iacturam.

QVOD verò ad rationes ſpectat, quibus nobis ad cautelam eorum quæ offeruntur, tam hic vltimò, quàm ſuperioribus ſcriptis proponitur. Regem, præterea Maieſtatem Cæſaream, alioſque Regiæ proſapiæ Principes: gratam, ratam ordinum conuocationem habituros, innuitur quidem, nobis putari hinc fieri ſatis. Et tamen cum nunc iubemur, alias proponere ac petere conditiones, nunc iteratiue nobis proponitur obſirmatum Regis animum, nolle ſe aliam præter Religionem Romanam in ſuis Prouincijs Belgicis ferre. velle autem patrio ſolo excedere eos, qui Religioni alteri ſunt adicti, pugnare hæc inuicem videntur, adeòque nihil reſponderi.

☞ VIDE lector optimè ex ſequentibus etiam, quem effectum produxerint tandem ſubditorum contra Regem ſuum huiuſmodi diſputationes ac ratiocinationes.

1576. TEMPORA

TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

LOCA

AVRIACORVM RESPONSIO PEREMPTORIA.

NOS Gulielmus Dei Gratia Auriacus, Comes à Naſſau etc. Nobiles & Equites Comitatus Hollandiæ, Conſules, Senatores, Conſiliarij, Tribuni, ordines & Decemuiri plebis Ciuitatum, Dordraci, Delphorum, Leydæ, Goudæ, Roterodam, Gorcham, Schedam, Brielij, Schonhouij, VVordæ, Oudevvater, Gertrudisbergæ, Bomelij & Buræ, diu maturèq, omnia perſpeximus, quæ ad hunc vſq, diem Bredæ frequenti colloquio, de ſedandis preſentium bellorum tumultibus, inter Regiæ Maieſtatis, nec non noſtris ordinum Hollandiæ & Zelandiæ, Ciuitatum Bomelij & Buræ, confœderatorumque delegatos tractata, tùm præſertim ea, quæ ſcripto vtrinque ad primum, & ad quintum huius menſis exhibita fuerunt.

QVAE quidam eò vel maximè ſpectabant, vt patefacta voluntate tum noſtra, tum ordinum, ab ciuitatum confœderatarum præfatarum, intelligi cogno ſcique poſſit, an ea, quæ Regio nomine oblata ſum, hac tam præſenti oportunitate, non amplectenda potius, quàm leuiter ac diſſimulantur reijcienda exiſtimemus, præſertim cùm huiuſmodi ſint, vt non immeritò penitus expendenda videantur. Et quidem ob id, quòd tàm ad ea quæ initio ab ordinibus propoſita, quam quæ ab ijſdem adhæc ipſa, quæ nunc offeruntur, reſponſa erant, haud obſcurã mentis Regiæ ſignificationem contineant. Atque vt ad vltima ſcripta (etſi peculiarius nihil videantur adferre) punctim abſolutiuſque, quàm quæ per præcedentia, in quibus fortaſſe vel non animaduerſum, vel non luculenter ſatis explicatum cerni poteſt, reſpondeatur.

1 4 Nouẽbr.

PRIMO quidem referimus nos ad ea, quæ principalis ordinum Supplex libellus complectitur, tum ad cætera omnia, quæ deinceps ſuprà commemorato colloquio ipſorum nomine, in mediũ adducta ſunt, atque in alijs omninò perſiſtimus, vt pote, quæ oppidò ac ſatis exactè, per eas potiſſimum rationes, quas pro ſua defenſione ſcripto ad 22. Martij præteriti attulerunt, non modò declarent, quid ipſi ex intimo animi conſilio, & putent, & petant, at etiam quanto deſiderij æſtu, tàm prouehendis Regiæ Maieſtatis rationibus, quàm procurando communis patriæ beneficio moueantur. Quod ita ſit, omnium qui cauſæ huius non affectati iudices futuri ſint, indicio conſtabit, muſquam videlicet nos, vel inſolenti vel ingrata oratione, ea quæ Regio nomine proponebantur excepiſſe, aut eadem vllo modo ſpreuiſſe, contumelijſue potius quàm decenti reuerentia ergà eandem Maieſtatem vſos fuiſſe, verùm ad hunc omnino ſcopum referri, vt refutatis aliquod argumentis, quibus oblata illa Regia inuoluta videbantur, non tam eadem reijciendi animo, quam vt nuda verborum ſimplicitate, omnem ſallaciam auerteremus, mentemque noſtram, & ordinum aperiremus.

10 k Antuerpia.

NAM quòd ad primùm attinet, præclarus deſiderati otij, pacis, neceſſitudiniſque aditus ſternitur, ſi mox extraneum militem, tam Hiſpanicæ quàm alterius gentis Regia Maieſtas, in quo rationibus adducta noſtris, ordinumque conuenire videtur, dimiſerit. Etenim neminem ignorare volumus, nos cum finitimus ciuitatibus ac Prouincijs ita a controuerſijs eſſe vacuas, vt hac minime cauſa, arma mouerimus, aut etiam, nunc gerimus, nec vlla in poſterùm arripere meditemur. Sed horum quæ geſſimus germuſque, extraneorum, & qui ſe his adiunxerunt faſtus, intolerandæque dominantiæ cupiditas cauſam præbuerunt.

ADEO

LOCA

TEMPORA

ADEO quidem & horum diſceſſione, abſentiaq; (quod Regio Edicto fieri debet) facilè totius Regionis huius, adiacentiumque commodo, pax, ocium, commercia, cæteraque omnia paſſim Regis authoritate & Maieſtate illæſa coaleſcent. Et hinc quidem manifeſtiſſimè colligi poteſt, quamdiu cum extraneis militibus Hiſpani ditionibus Belgicis non exceſſerint, ad primum ſupplicis libelli noſtri caput minimè fieri ſatis, ſiquidem ijs præſentibus nunquam ſecuritas inuehi, aut pax vlla procurari poteſt.

QVOD ad alterum caput attinet, in quo de generali ordinum omnium cœtu conuocando oratio inſtituitur, crebrè iam antea à nobis, qua ratione ac via ea commodè fieri poſſint, declaratum eſt, & per legatos noſtros abundè etiam iſthic renuntiatum; nimirùm nos nulla alia ratione ab ijs vnquam diuulſos alienoſue videri, quàm Hiſpanorum præſentia, qui cuncta violenter diſcordijs commiſcere non deſinunt. Quamobrem generali ordinum conuentu (abſentibus Hiſpanis) ad eam quam diximus formam prædicto, facilè conueniet inter eos, quibus rationibus pax firma, priuilegia, conſuetudines, E.A. vita, iura, quaſi poſtliminio reſtitui, exacta deniq; politia inſtitui poterit.

NAM quod ad nos ſpectat, offerimus coram ordinibus, cõtentionis huius noſtræ cauſam, paulò altius repetere, ac cum ipſis non vt ignaris, ſed omnium ſtatus noſtri gnaris cenſoribus, aquis & illis quidem conditionibus agere, quas Maieſtas ſua nobis proponendas non abnuit, adeò, vt omnia in meliorem redigi poſſe ordinem ſperandum ſit non ineptis rationibus, non modo Hiſpanica inquiſitioni, ſed etiam crudelibus, inhumanis, impijſque edictis, quæ circà Religionem hiſce in regionibus, antè aliquot annos emanata, ac poſtmodum etiam renouata fuerũt reſtiterimus. Nequaquam tamen hoc animo, quaſi nunc vel vnquam anteà, Maieſtatem Regiam alioſue quoſcunq; Romanæ Eccleſiæ deditos, à ſua Religione, vi auertere voluerimus; præſertim cùm fides aliud non ſit, quàm donum Dei ſpiritus ſancti virtute, ac diuini verbi præconio, mentibus noſtris inſtillatum.

10 k Antuerpia.

1 4 Nouẽbr

HISCE nec diſſimulanter addimus, nobis haud conſentaneum videri (poſtquàm nunc reformatum Euangelij, verumq; Catholicæ & Apoſtolicæ Religionis dogma ſuſcepimus in eoq; profecerimus) ſolitas ſedes & patria aua vertere: cùm ne hoc quidem contingere poſſit citrà ſummam totius Belgij perniciem. Nec modicam Maieſtatis authoritatis, dominiorumque Regiorum diminutionem, ac ſeruitutum, quas à ſubditis præſtari par eſt iacturam.

QVOD verò ad rationes ſpectat, quibus nobis ad cautelam eorum quæ offeruntur, tam hic vltimò, quàm ſuperioribus ſcriptis proponitur Regem, præterea Maieſtatem Cæſaream, alioſque Regiæ proſapiæ Principes: grauatam, vtam ordinum conuocationem habituros, innuitur quidem, nobis putari hinc fieri ſatis. Et tamen cum nunc iubemur, alias proponere ac petere conditiones, nunc iteratiue nobis proponitur obſirmatum Regis animum, nolle ſe aliam præter Religionem Romanam in ſuis Prouincijs Belgicis ferre. velle autem patrio ſolo excedere eos, qui Religioni alteri ſunt adicti, pugnare hæc inuicem videntur, adeòque nihil reſponderi.

☞ VIDE lector optimè ex ſequentibus etiam, quem effectum produxerint tandem ſubditorum contra Regem ſuum huiuſmodi diſputationes ac ratiocinationes.

TEMPORA

LOCA

PERGIT nihilominus Auriacus cum ſuis Nam (inquit) ſi natalitio ſolo exigendi ſumus, & ſpem & fiduciam in bonitate Regis, qui hoc pacto Prouinciarum ſubditorumq; ſuorum ocio & commodo ſtudet, collocare cogimur, ſanè nullus promiſſionum fructus expectandus eſſet abſentibus. Quod verò attinet ad ordinũ conuocationem, quamuis multa Cæſareæ Maieſtati, cæteriſque primoribus ac ordinibus deferri velint, tamen hoc quoque non eſſe ſuſpectum, quod Regij Commiſſarij 14. Martij non obſcurè auctoritatem ordinum ſub cenſura eorum, qui Regi à conſilijs ſunt, videntur velle collocare.

TVM etiam quod Maieſtatis Cæſareæ, multorumq; aliorum ſuffragia claros illos heroes. Egmondanum, Hornanum, ac pleroſque alios, tantoperè ſemper domi foriſque, non mediocri priuatarum fortunarum iactura, de Maieſtatis ſuæ laudatiſſimis progenitoribus meritos ab enormi cæde nunquam vindicari potuerunt.

ACCIDIT eiuſdem Maieſtatis Cæſareæ contemptus, paruumq; authoritatis ſuæ momentum, quod non pridem ſcripto ad 4. Aprilis exhibito ſatis appareat, nimirum cuius preces, ne tantum quidem promeruerunt, vt per illas, aliquot nobilibus, quos hinc ad ſe proficiſci cupiebat, per regias ditiones tranſitum impetrarit, potiſſimum etiam quod Rex ipſe excipiendis ſubditorum querimonijs coràm non adſit, ſed ſiquid huiuſmodi eſt, id omne ex eorum ore hauriat, qui ad maieſtatis ſuæ honorem exiſtimationemque, tum regionum harum vtilitatem præſtare haud parùm candidè apparent. Quod vel in hac ſedandorum tumultum actione luce clarius apparet, vtpote in qua perindè nobiſcum, atque cum manifeſtis Maieſtatis ſuæ hoſtibus inſtituta communicatio videtur, imò ac ſi res cum inſtitutoribus ageretur. Cum tamen Regium ſit, ea quæ ex populi ſui vtilitate, commodo, ac ſalute eſſe iudicabit, promptè, liberaliterq;, vltrò conferre, vel ſi quod demùm remotius à rationis ſcripto poſitum videbitur, idipſum poſſe denegare.

10 k Antuerpia.

1 Nouẽbr.

QVIBVS per ea, quæ in præcedentibus reſcriptis noſtro nomine deducta ſunt, Maieſtatis Regiæ Comiſſarijs ſatis de noſtra mente factum eſſe debet, Idcirco latior circa hoc argumentum euagatio fieri nõ debet, quemadmodũ nec ad ea quæ à Maieſtate ſua oblata ſunt, copioſius reſponderi, niſi quantum ad id attinet, quod ſcire de confœderatis noſtris deſideratur, & quos ſub illis comprehenderimus, adbucq; cõprehendimus. Adhæc autem dicimus hos nobis fuiſſe & eſſe fœdere iunctos, qui, quorumcunque parentes per quacunque ſuæ Maieſtatis loca, horum tumultuum cauſa, vel capite plexi, vel exilio damnati fuerunt, quorum quidem nos fama, bonorumque reſtitutionem, & præterea eorum omnium, qui nobis hoc bello ſuam operam impartiti ſunt, hac in pacis actione comprehenſos volumus.

NOSTRVM autem hoc reſponſum, ac animi deliberationem, in meliorem partem accipi deſideramus, & vt hinc cuiquam mortalium non ſubeat cogitare, nos non vt par eſt Regiæ Maieſtati, patriæque communis commodo affectos eſſe. Ac proinde ſi quid horum cauſa in nos armis conuerſis geritur, ac ſecus quàm ex re eorum ſit, acciderit, Proteſtamur idipſum nobis neutiquam imputari oportere. Sed illis, qui iuſtis legitimiſque noſtris petitionibus remoram injciunt.

PAREKBASIS

LOCA

1576 TEMPORA

PAREKBASIS AD LECTOREM.

SIMILEM hìc, reiq; noſtræ conuenientem Hiſtoriam ſubijciendam exiſtimaui DE EIECTIONE, *ſcilicet,* ET REDVCTIONE *Comitis Ciliæ, quam ex Æneæ Syluij Hiſtoria Bohemica, tres illi Hiſtoriographi, Philippus Bergomates in ſexta mundi ætate, ſub titulo Auſtriæ: Ioannes Nauclerus in quadrageſima nona ſua Generatione poſt Chriſtum: & Sebaſtianus Monſterus Coſmographiæ libro 4 cap. 23 ſub Hungariæ titulo repetunt. Vt inde mihi verſanti iam ferè in operis vmbilico, non ſolùm facilius benignus Lector ignoſcat; ſi non ſine huiuſmodi authorum exemplo, & ego ex alijs, quædam ad perficiendam Topographicam atq; Hiſtoricam Deſcriptionem noſtram congeſſero: verùm vt ex ſimilitudine ſubiectæ Hiſtoriæ lector intelligat, quòd, ſicut apud Belgas nunc, ita apud Auſtriacos olim, etiam tentatum ſit aliquando, de eijciendis ijs, qui ſupremo Magiſtratui non diſplicuerant. Sed quanto cum periculo, verba Æneæ Syluij, De* GEORGII *abaui mei filio* VLRICO, *ſubiecta teſtantur quæ poſteris in exemplum adſcripta repetam.*

DE ZELO EYZINGERI PRO SALVTE AVSTRIAE.

10 k Antuerpia.

AVSTRALES interea ſuaſore Vlrico Eizingero, ſumptis armis præſides Prouinciæ à Friderico inſtitutos vi pellunt, Gubernatores ex ſeipſis duodecim eligunt, ſummam rerum Eyzingero committunt. Hæc Æneas capite 60. Sequenti verò capite Idem Æneas Syluius VLRICVM *eundem ita locutum refert.*

1 4 Nouebr.

DE EIECTIONE COMITIS CILIAE.

QVID agimus viri Auſtrales ſemper, ne Cilienſis mancipa erimus, Imperatoris iugum excuſſimus, vt Comiti ſeruiremus? Moderatius certè illius regnum fuit, tolerabilior dominatio: Ille in Auſtria natus noſtrorum principum ſanguis erat: Et ſi verum fateri libet, noſtri domini dominus: quia tamen ex re ſua magis, quàm Principis noſtri Prouinciam rexerit, arma ſumpſimus, præfectos eius eijecimus, regem noſtrum vindicauimus. Hic ille alienigena, noſtra demum ætate principatus honore donatus, nos omnes pro ſeruis habet, cui noſtrum de Republica conſilium creditur: Iniuſſu noſtro Rex in Hungariam ductus eſt. Superis gratia qui remiſerunt incolumem. Nunc neſcientibus nobis promiſſus Bohemis, Hungarica, Bohemicaq; negotia ſolus comes pro libidine ſua ducit.

NEQVE contentus duorum Regnorum Gubernatores vectigales ſibi feciſſe, Auſtriam ſolus exhaurit. Nam quota portio eſt, quam regius ſumptus accipit? Quicquid reliqui eſt, comiti cadit, Maior ei, quàm Regi familia ſeruit. Taceo concubinam inſtar Reginæ cultam, cuius virum conciuem veſtrum o Viennenſes interfecit. Plena prædonibus & meretricibus domus eius. Inter hos regias opes effundit. Magiſtratus, præfecturas, Sacerdotia vendit, vbi non ſufficiunt publica furta, ad priuatas facultates manus admouet. Quicquid olim peccauêre opulenti hodie plectitur: nulla vetuſtas impunitatem criminis habet, neq; tuta innocentia eſt, inconcuſſa puniuntur ſcelera, & offendiſſe Maieſtatem conuincitur quiſquis diues habetur.

TEMPORA

LOCA

NEMO *suæ substantiæ certus dominus, equi, serui, liberi, coniuges vestræ, pro libidine comitis auferuntur. omnia ei licent, neque pauciora vult quàm potest. Nunc sumptus regij petuntur. quibus in Bohemiam pergat; fateor, non iniqua postulatio est, si fraus absit, cautiorem me comitis artes ac versutiæ reddunt. sibi hæc pecunia, non Regi quæritur: nouum aliquod bellum, nouum argentum parit, nostris alitur malis, sua quies, pax eius, nostrum bellum est, Insecurum facit nostra securitas. Pudet me patientiæ nostræ, qui si viri essemus, facilè opprobrium hoc è nostris oculis ejceremus.*

CONSILIVM EICINGERI.

SED *fuit hactenus prohibita conuentio: nunc simul congregatis Reip: licet consulere. Resummite alacres spiritus, amicos quisque vestros commonitos reddite, ad Imperium præsto cum armis adsint, Accingimini mecum, aut vobis libertatem, aut mihi mortem parabo. Illud inprimis mihi ex vsu videtur, multitudo ne Regi postulata denegет, paucos ex primoribus eligat, qui Regem adeuntes, semotis arbitris Prouinciæ necessitates exponant, non dubium, quin vobis, mihiq;, id muneris demandetur. Ego si Regis alloquendi facultas detur, excluſurum me comitem nequaquam ambigo.*

PLACET *Eizingeri consilium, dant inuicem dextras, iureiurando se astringunt, alterum alteri non defuturum, donec comes ejciatur: In conuentu Prouincialium quæ volunt ex sententia ordinant, nec morati, Regem adeuntes, daturos argentum Prouinciales offerũt: esse tamen, quæ soli sibi mandata perferant, Remp: Austriæ concernentia. Iussis exire cæteris, soli apud Regem manent.*

10 k Antuerpia.

ORATIO EICINGERI.

1 4 Nouẽbr.

IBI *Eyzingerus Regem Australi Sanguine natum dicit, nullos sibi fideliores australibus esse, Imperium eius illis naturale, cæteris violentum. Consilium ab his recipi oportere qui amant, molestè ferre australes, Principis sui negotia non bene administrari, expilari Prouinciam, vexari subditos, vicinorum odia prouocari, comitem ditare suos, Regem ad inopiam redigere. Ladislaum Regem vocari, comitem regnare, bellum ab eo cum Imperatore nutriri, Gubernatorem autem Hungariæ, annua quatuor & viginti millia nummum Regi pendere, comiti duodecim millia: Idipsum reliquos Prouinciarum præsides facere, omnes comiti vectigales esse. Nihil dubium quin ea mens hominis ad Regnum quoq; aspiret: amouendum eum priusquàm meditata perficiat. In atrocibus delictis etiam cogitationes plectendas esse, posse haud difficilè comitem ejci, verùm taciturnitate opus.*

EIECTIO COMITIS.

APERTO *consilio, postquàm Regi cuncta placent, intromisso comite deliberatio conuentus exponitur, promissa pecunia dicitur, Viennam tamen primùm esse petendam, ordinandam ciuitatem, ne quid in absentia Regis turbarum exoriatur, falsa pro veris plerique referunt, commendat deliberata comes.*

EIZINGERVS

ETZINGERVS Viennam præcurrit. Senatum de mente Regis edocet: cuius reditus ciuitati iucundissimus fuit. Nihil prima die actū, postera summo mane Eyzingerus Regiam adit, collocatu in proximo Diui Augustini templo mille armatis qui præstò ad signum erumpant, alios tectis armis intrare palatium iubet, conueniunt frequentes Consiliarij, Regem in cubiculo salutant, proceres exiturum in aulam expectant, ex familia Comitis nemo intromittitur, vltimus omnium adest ipse comes, qui apud concubinam dormierat: nec tam citò venisset, nisi vocatus ab amicis, nouas res in palatio parari accepisset. Pulsanti fores non patuere, donec furens calcibus insultauit. Vbi ad Regem ventum est, silentium aliquamdiu seruatum.

Deinde Eyzingerum innuente Rege ita locutum accepimus: Ab hac hora Comes regiam tibi curiam interdictam scito, abi quolibet gentium, neq; posthac Gubernatoris nomen neque Consiliarii, neq; Regni familiaris vsurpes, hæc me tibi dicere Rex iussit. Ad ea Comes, nihil mutato vultu, forti & constanti animo, indignum se cui talia dicerentur, respondit, æmulorum suorum ea esse, non Regis: solere Principes qui de se bene meriti essent his meliora referre, se patri Alberto, se matri Elizabeth, se ipsi Ladulao summa fide seruisse, pro eo prius fudisse sanguinem quàm nasceretur, bella eius causa difficillima confecisse, fuisse in carceribus, patrimoniū profudisse, Imperatoris odium incidisse, vt regnum ei conseruaret, scire se benignum Regem habere, & accepti beneficii memorem: Quæ dicta essent verba, moribus suis non conuenire. Eyzingerum ea excogitasse, qui iam pridem sibi fuisset infensus, quoniam pro sua libidine expilare Regis bona non potuisset: Orare, ne plus inimicorum odia, quàm sua merita valerent: ne bonitatem regiam aduersariorum malignitas vinceret.

10 k Antuerpia.

2 4 Nouēbr.

Fit silentium locuto comite: non satis certo senatu, an Rex in sententia persisteret, & mutatum eius animum ratione comitis verebantur, inclinaturi quo ille se verteret, ex cuius nutu pendere victoriam norant. Eyzingerus de statu suo solicitus nihil cunctandum ratus, priusquàm Rex comiti responderet: Ita inquit: Ego mandante Rege verba feci, nihil de meo locutus sum: ipse me iudicet, dabo merito pœnas si meam tibi comes, non Regis voluntatem exposui. Effare tandem Rex optime, nec nos vltra suspensos teneto.

Tum Rex placidè, vt consuetus: Ex mea inquit intentione ac voluntate locutus est Eyzingerus: atq; his dictis subticuit. Vidisses erectas Australium mentes, & iàm comiti tanquam victo electoq; insultantes. Ille ad proceres exiens, quos in aula congregatos diximus, electionis suæ contumeliam exposuit, consilium atq; auxilium expetens. Quibus in voluntate Regis omnia sita respondentibus, ad sororem regiam se contulit, ab ea prater lachrymas, & muliebrem eiulatum nihil extorquet. Et iam vndiq; per palatium ire armatos animaduertit, cedendum itaq; potenti inuidiæ censuit, neq; parùm putauit ex inimica ciuitate saluum corpus educere.

1576. TEMPORA

TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

LOCA

NEMO *suæ substantiæ certus dominus, equi, serui, liberi, coniuges vestræ, pro libidine comitis auferuntur, omnia ei licent, neque pauciora vult quàm potest. Nunc sumptus regij petuntur, quibus in Bohemiam pergat: fateor, non iniqua postulatio est, si fraus absit, cautiorem me comitis artes ac versutiæ reddunt. sibi hæc pecunia, non Regi quæritur: nouum aliquod bellum, nouum argentum pariet, nostris alitur malis, sua quies, pax eius, nostrum bellum est, Insecurum facit nostra securitas. Pudet me pacientiæ nostræ, qui si viri essemus facilè opprobrium hoc è nostris oculis ejceremus.*

CONSILIVM EICINGERI.

SED *fuit hactenus prohibita conuentio: nunc simul congregatis Reip: licet consulere. Resumite alacres spiritus, amicos quisque vestros commonitos reddite, ad Imperium præsto cum armis adsint, Accingimini mecum, aut vobis libertatem, aut mihi mortem parabo. Illud inprimis mihi ex vsu videtur, multitudo ne Regi postulata denegет paucos ex primoribus eligat, qui Regem adeuntes, semotis arbitris Prouinciæ necessitates exponant, non dubium, quin vobis, mihiq, id muneris demandetur. Ego si Regis alloquendi facultas detur, exclusurum me comitem nequaquam ambigo.*

PLACET *Eizingeri consilium, dant inuicem dextras, iureiurando se astringunt, alterum alteri non defuturum, donec comes ejiciatur: In conuentu Prouincialium, quæ volunt ex sententia ordinant, nec morati, Regem adeuntes, daturos argentum Prouinciales offerũt: esse tamen, quæ soli sibi mandata perferant, Remp: Austriæ concernentia. Iußis exire cæteris, soli apud Regem manent.*

10 k Antuerpiæ.

1 Nouebr.

ORATIO EICINGERI.

IBI *Eyzingerus Regem Australi Sanguine natum dicit, nullos sibi fideliores australibus esse, Imperium eius illis naturale, cæteris violentum. Consilium ab his recipi oportere qui amant, molestè ferre australes, Principis sui negotia non bene administrari, expilari Prouinciam, vexari subditos, vicinorum odia prouocari, comitem ditare suos, Regem ad inopiam redigere, Ladislaum Regem vocari, comitem regnare, bellum ab eo cum Imperatore nutriri, Gubernatorem autem Hungariæ, annua quatuor & vigiti millia nummum Regi pendere, comiti duodecim millia: Idipsum reliquos Prouinciarum præsides facere, omnes comiti vectigales esse Nihil dubium quin ea mens hominis ad Regnum quoq, aspiret: amouendum eum priusquàm meditata perficiat. In atrocibus delictis etiam cogitationes plectandas esse, posse haud difficilè comitem ejici, verùm taciturnitate opus.*

EIECTIO COMITIS.

APERTO *consilio, postquàm Regi cuncta placent, intromisso comite deliberatio conuentus exponitur, promissa pecunia dicitur, Viennam tamen primùm esse petendam, ordinandam ciuitatem, ne quid in absentia Regis turbarum exoriatur, falsa pro veris plerique referunt, commendat deliberata comes.*

EIZINGERVS

LOCA

TEMPOR.

ETZINGERVS Viennam præcurrit. Senatum de mente Regis edocet: cuius reditus ciuitati iucundissimus fuit. Nihil prima die actũ, postera summo mane Eyzingerus Regiam adit, collocatu in proximo Diui Augustini templo mille armatis qui præstò ad signum erumpant, alios tectis armis intrare palatium iubet, conueniunt frequentes Consiliarij, Regem in cubiculo salutant, proceres exiturum in aulam expectant, ex familia Comitis nemo intromittitur, vltimus omnium adest ipse comes, qui apud concubinam dormierat: nec tam citò venisset, nisi vocatus ab amicis, nouas res in palatio parari accepisset. Pulsanti fores non patuere, donec furens calcibus insultauit. Vbi ad Regem ventum est, silentium aliquamdiu seruatum.

Deinde Eyzingerum innuente Rege ita locutum accepimus: Ab hac hora Comes regiam tibi cutiam interdictam scito, abi quolibet gentium, neq; posthac Gubernatoris nomen neque Consiliarii, neq; Regii familiaris vsurpes, *hæc me tibi dicere Rex iussit. Ad ea Comes, nihil mutato vultu, forti & constanti animo, indignum se cui talia dicerentur, respondit, amulorum suorum ea esse, non Regis: solere Principes qui de se bene meriti essent his meliora referre, se patri Alberto, se matri Elizabeth, se ipsi Ladulao summa fide seruisse, pro eo prius fudisse sanguinem quàm nasceretur, bella eius causa difficillima confecisse, fuisse in carceribus, patrimoniũ profudisse, Imperatoris odium incidisse, vt regnum ei conseruaret, scire se benignum Regem habere, & accepti beneficii memorem: Quæ dicta essent verba, moribus suis non conuenire. Eyzingerum ea excogitasse, qui iam pridem sibi fuisset infensus, quoniam pro sua libidine expilare Regis bona non potuisset: Orare, ne plus inimicorum odia, quàm sua merita valerent: ne bonitatem regiam aduersariorum malignitas vinceret.*

10 k Antuerpia.

2 4 Nouẽbr.

Fit silentium locuto comite: non satis certo senatu, an Rex in sententia persisteret, & mutatum eius animum ratione comitis verebantur, inclinaturi quo ille se verteret, ex cuius nutu pendere victoriam norant. Eyzingerus de statu suo solicitus nihil cunctandum ratus, priusquàm Rex comiti responderet: Ita inquit: Ego mandante Rege verba feci, nihil de meo locutus sum: ipse me iudicet, dabo merito pœnas si meam tibi comes, non Regis voluntatem exposui. Effare tandem Rex optime, nec nos vltra suspensos teneto.

Tum Rex placidè, vt consueuit: Ex mea inquit intentione ac voluntate locutus est Eyzingerus: *atq; his dictis subticuit. Vidisses erectas Australium mentes, & iàm comiti tanquam victo iectoq; insultantes. Ille ad proceres exiens, quos in aula congregatos diximus, iectionis suæ contumeliam exposuit, consilium atq; auxilium expetens. Quibus in voluntate Regis omnia sita respondentibus, ad sororem regiam se contulit, ab ea præter lachrymas, & muliebrem eiulatum nihil extorquet. Et iam vndiq; per palatium ire armatos animaduertit, cedendum itaq; potenti inuidiæ censuit, neq; parùm putauit ex inimica ciuitate saluum corpus educere.*

CLIENTES eius audita rei nouitate sibi quisq; fuga consuluerat. Tacitus igitur, & confuso simili, cum quatuor tantum comitibus ex aula discedens in patriam suam concessit. Albertus Marchio Brandenburgensis, ne populares saxa in eum iacerent, ad portam vsque tutum iter fugienti præbuit. Verùm queis prohibita manus fuêre, linguæ libertate vsi, probrosa in abeuntem maledicta omnis generis congessere. Inconstantis fortunæ singulare documentum. Nam qui paulò ante tutor Regis & secundum in Austria caput erat, in quem omnium oculi respiciebant, qui belli pacisque munia solus agebat, vnico Regis verbo potestate priuatus, inops consilii, & animo confusus abijt.

REDVCTIO COMITIS.

Comes Cilia ijs gestis (inquit Syluius capite 63.) per amicos clàm Regi reconciliatur, reuersusq; Viennam, magno & splendido apparatu, mille ducens equites expeditos armis, adit. Venienti Rex obuiam extrà vrbem profectus est. Proceres, Nobiles, populares omnes secuti, salutare, amplecti, laudare comitẽ, certare inuicem, contumeliosius eiecerint, an magnificentius reuocauerint. Mira rerũ mutatio. Qui paulò antè mœstus in exilium ierat, in triumphantis modum reuertitur. Eyzingerus, qui culmen potentiæ consecutus eum deiecerat, quod in alium statuit, in seipsum pati cogitur: Intrante enim vrbem comite ipse cum amicis egreditur, spontaneum exilium eligens. Lubricus apud reges primus est locus: nec solida potestas, vnius voluntate subnixa. Ferunt comitem Eyzingeri cognito recessu, laudasse hominem, qui fortunæ ludibrio se subtraxerit.

RECONCILIATIO EYZINGERI.

10 k Antuerpia.

1 4 Nouebr.

Mira præterea rerum mutatio, & ludentis fortunæ iocus. Eyzingerus extrà gratiam Regis factus, in castella sua recedens, Imperatori, quem grauiter offenderat reconciliatus est. Nec diu post adeò superbierant qui Ladislai Regis partes sequebantur, vt nouæ ciuitatis suburbia, in qua Cæsare absente, iacebat puerpera Imperatrix, intrare præsumpserint, & vrbem expugnare contenderint: quod vbi non successit, exustis quæ obtinuerant locis abierunt. Fuit sæpè inter eos Imperatoremq; & Regem incassum tractata concordia, neque enim Comes Cilia dum vixit, ex re sua existimauit, vnanimes esse Austriæ Principes.

At eo mortuo, cum Eyzingerus ex Bohemia missus ad Cæsarem, leges pacis vtriq; gratas fixisset, & iam quietura propediem Austria videretur, interitus Regis subitò nunciatus, non solum concordiam perturbauit, sed magnarum rerum, & Reip. Christianæ salutarem exorientem spem prorsus abripuit.

Confer huc, amice lector, quæ suprà de Hispanorum aliorumq; illis adherentium eiectione è Belgio dicta sunt; Degq; iam triplici eorum reditu in Belgium: & me, vel propter rationes paulò ante allatas, non inconuenienter omninò Historiam hanc Austriacam, toties ab Historicis, de quibus dixi repetitam, hic quoq; inseruisse inuenies. Iam ad propositum reuerentes, præcedentium quendam Epilogum inferamus, in q; narratione nostra tandem progrediamur.

HACTENVS

EPILOGVS PRAECEDENTIVM.

HACTENVS viſum eſt, quemadmodum pòſt VENIAM Regis nomine per Ludouicum Requeſenium publicatam; atque pòſt OBLATIONEM in Pacificatione Bredana factam (nec tamen qua ſperabatur ea reuerentia & gratitudine acceptatam milites Hiſpani tumultuabantur: primùm in Brabantia Antuerpiæ, Deinde Leydæ, Oudewater, Bomeneæ, Zirickſee, Hollandiæ & Zelandiæ ciuitatibus; tandem Aloſti, Thenis, Traiecti ad Moſam, & Antuerpiæ in Brabantia denùo: Nunc videndum, quibus ſeſe Status, contra Hiſpanos Gandaui in vnum cohuenientes, [1] *perq; Pacificationem ibidem inter ſe ad expellendos Hiſpanos etc. conſpirantes geſſerint.* 1 8 Nouebr.

TRANSITIO.

REDDEBANT rationes, cur ita conueniſſent, ſcilicet, quòd cùm Belgicæ regiones in multas miſerias inciderint, per bella inteſtina, excitata ob ſuperbiam rigidamque dominationem Hiſpanorum, multaq; latrocinia, prædationes, inſolentiam multiplicem, Decretum eſſe ab illis, vt ſanguinolenti tumultus ac miſeriæ regionis ſedarentur, per firmã Pacificationem, idcirco etiamſi conueniſſent Bredæ regij Commiſſarij, & Auriacus, ac Statuum Hollandiæ & Zelandiæ, & coniunctorum legati, multæque ad Pacificationem conditiones fuiſſent propoſitæ: nihil tamen boni, vt ſperabatur, obtinebatur, ſed res longè diuerſæ cùm Hiſpani magis indies conarentur opprimere, deuaſtare, in perpetuam ſeruitutem impellere, miſeros ſubditos, cùm varijs modis, ſeditiones militares excitarent, minarenturque principibus, ac Ciuitatibus, ſe hoſtiliter inuaſuros, prædaturos, direpturos, concrematuros omnia. 81 Gandaui.

ILLI verò fuiſſent hoſtes à præfectis regiorum declarati, & aduerſarij publicæ quietis, ac tranquillitatis, coacti itaq; eſſent, Status per Conſenſum præfectorum arma capere, ne ruina vlteriùs progrederetur, pacemq; perpetuam componere, vt incolæ miſerarum regionum concordes cum tuta inter ſe Pacificatione ejicerent Hiſpanos cum aſſeclis deuaſtatores regionũ, vtereſq; ciues ad ſua bona in patriam poſtliminio reuocarent, & ad iura, Priuilegia, conſuetudines, immunitates, libertatem, quo repetebantur negocia, quæ ſequitur proſperitas rerum omnium. 2 9 Nouebr.

INDE effectum eſt, vt per interuentum præfectorum regionum poſt Pacificationem Bredæ inceptam decretus ſit hic tractatus de Pace, ad honorem Dei, & obſeruantiam ſuæ Maieſtatis, inter Antiſtites, vrbes, membra, Brabantiæ, Flandriæ, Artheſiæ, Hannoniæ, etc. & Status atq; vrbes Zelandiæ & Hollandiæ cum adiunctis delecti Comiſſarij ſunt deputati ex altera parte, qui curent, vt firma & perpetua pax, & coniunctio & Vnio conſeruaretur cum conditionibus, pactis, & conuentionibus quæ ſequuntur verſa pagina, interim.

MISSA ſunt ad inſtantiam Auriaci, Gandenſium, ab oppidanis Neuporto, tormenta bellica, quibus arcem Gandaui, à Carolo V. in eum quem ſupra diximus [12] *finem extructam expugnarent, obſidetur* [2] *hæc à decem millibus Gandenſium ciuibus, fiunt tres aſſultus vehementiſſimi, inq; eas tandem præſidiarij milites Hiſpani redigũtur angustias, vt interueniente Comite de Reux, & Mondragonio militum præfecto, cum vxore capta, certis ſeſe dederent conditionibus, cæteris Hiſpanis dimiſſis.* [3] 3 10 Nouēb.

PACIFICATIONIS GANDENSIS ARTICVLI.

i. *PRIMVM vt omnes offensiones, iniuriæ, damna, quæ acciderunt per hos tumultus inter incolas Prouinciarum contentarum in præsenti tractatu vbicumque facta, & quouis modo, mandentur sempiternæ obliuioni, obliterenturque prorsus tanquam nunquam accidissent, neque vnquam vlla de his fiat mentio, neque propter has quisquam infestetur.*

1 8 Nouebr. ij. *IDCIRCO Status Brabantiæ, Flandriæ, Artheſiæ, Attrebatum, Valencienarum, Lillæ, Duaci, Namurci, Bagani, Neruiorum, Traiecti, Mechliniæ, cum Principibus ſtatuum Hollandiæ & Zelandiæ & coniunctorum, promittunt ſe ſeruatores in poſterum ſyncerè ac ſine fraude, curaturoſque, vt ſeruetur ab habitãtibus regione, firma & inuiolabilis pax, concordia, & amicitia, qui ſe mutuis auxilijs ſuſtentabunt ſemper, & per omnem occaſionem, conſilijs, & verbo, & re exponent q, omnes facultates & vel vitam ipſam, præcipuè vt Hiſpani milites ejiciantur, & alij exteri, arceantur q, à regionibus, cum præter omnem æquitatem conati ſunt trucidare Principes [1] ac nobiles, [2] & potiri opibus Belgicis, omniaq, ad perpetuam ſeruitutem redigere, ad quarum rerum, & omnium requiſitarum executionem, vt obſiſtatur repugnaturis, omnes fœderati pollicentur ſe paratos promptoſque fore, ad omnia neceſſaria ac probabilia conferenda.*

iij. *DEINDE conuenerunt vt ſtatim atque Hiſpani cum aſſeclis receſſerint, rebus omnibus pacatis, & iam ſtabilitis, atque in tutò poſitis, ambæ factiones procurent, vt cõueniant Status Generales, ea forma qua conuenerũt tempore ſalicis memoriæ Caroli V. Imperatoris, vbi ceſſit principatus Belgarum Philippo Regi, vt de omnibus rebus, conſulatur, ac de propijs tàm Religionis & præſidiorum Hollandiæ & Zelandiæ, ac Bommelis, finitimorumque locorum, quàm reſtitutionis munitionum, tormentorum, nauium, aliarumq, rerum ad Regem pertinentium, quæ per tumultus capta ſunt, per ciues Hollandiæ & Zelãdiæ, vel aliter vt apparebit conuenire regiæ vtilitati, concordiæq, regionum.* 81 Candaui.

iiij. *HOC autem nulla ratione ab alterutris poſſit impediri, differri, vel prorogari, tàm obſeruatis inſtitutis, declarationibus, decretiſque, quæ fient, & offerentur, quàm executionibus vbi fient querelæ, quod ambæ factiones planè obſeruaturum ijs pollicentur.*

VT ſubditi cuiuſuis condicionis, vtrinque poſſint in poſterum eſſe vbique, tranſire, morari, negociari, mercari, vel alia legitima liberè facere: ita tamen, vt nemini Holandiæ & Zelandiæ, vel coniunctorum locorum contra quietem & pacem publicam, & iimprimis contra Religionem Catholicam Romanam, eiuſque ritus, neque hac cauſa irritare aut iniurijs afficere quemquam vel verbo vel re, neque immitando irridere ſub pœna caſtigationis, ad aliorum exemplum tanquam perturbatorum publicæ tranquillitatis.

2 1555. Anno Octob. m:

v. *ATQVE ne quis in accuſationes, vel pericula, vel carcerem facilè incurrat, omnia placita prius facta, & publicata eius formæ, atque inſtituta criminum per Albanum Ducem decreta reſcindantur, & in ſuſpenſo habeantur, donec aliud fuerit à Statibus generalibus decretum: ita tamen ne quod ſcandalum incidat, vt dictum eſt.*

VT

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO 1576.

LOCA		TEMPORA
	vj. *VT Princeps Auriacus maneat Amiralius ſiue rerum maritimarum maneat, fungaturque vicario munere Regis, Hollandiæ, Bōmeli, coniunctorumque locorum, cum authoritate imperandi vbiq;, vt nunc imperat, cum illis ipſis Iudicibus, Miniſtris, Magiſtratibus, nulla facta immutatione, præter eius voluntatem, atq; hoc quod attinet ad vrbes & loca quæ nunc ſpectant ad eius exercitationem, donec aliud fuerit decretum, à Statibus generalibus pòſt digreſſos Hiſpanos.*	
8 g Zelandia.		1 8 Nouēbr.
	vij. *QVOD ad vrbes & loca, in eius Regia commiſſione contenta, quæ nunc illi non obediunt, ea pars erit in ſuſpenſo, donec illæ vrbes & loca hac vnione coniunctæ fuerint & fœdere cum alijs Statibus contenta extiterint, ſua exercitatione per illa, quæ illarum interſint, tam ob exercitionem Religionis, quàm ob aliam rationem, ne prouinciæ diſtrahantur, omniſque diſſenſio, & diſcordia deuitetur.*	
	viij. *INTERIM verò nullæ citationes, vel præcepta, vel actiones aut negotia iuſtitiæ locum habeant in ipſis regionibus Regijs, quæ ab ipſo Principe Gubernātur, præter illas, quæ declarabuntur, & approbabuntur, per ipſum, vel concilium, vel magiſtratus, ſine præiudicio maioris concilij Regis.*	2
12 g Bommel		10 Nouēb.
	DECERNITVR *item* [1] *vt omnes captiui præteritorum tumultuum cauſa, & imprimis comes Boſſuuius dimittantur immunes, ſine precio redemptionis, neque ſumptus carceris ſoluantur, niſi tamen ſoluta ſint redemtiones ante publicationem harum conditionum, vel facta ſint pactiones.*	
	x. *DECRETVM eſt* [1] *rurſus, vt ipſi Principi, & omnibus regulis, equitibus, nobilibus, ac ſubditis cuiuſuis conditionis, & viduis, vel hæredibus vtriuſque factionis reſtituantur priſtina bona, fama, honor, qui poterunt poſſidere omnia bona, principatus, prærogatiuas, iura, credita, quæ non diuendita, aut alienata, vt ipſa bona nūc reperiūtur. Hac ipſa de cauſa, oēs cōdemnationes, ſententiæ, Iudicia, oppignorationes, exequutiones ab initio tumultuum anni milleſimi quingenteſimi & ſexageſimi ſexti, tàm religionis cauſa, quàm armorum, reſcindantur, reuocentur, obliterentur, & extinguantur cum omnibus actis, ſcriptis, notatis, quæ nullius habeantur ponderis, eximanturq; è tabularijs, nullo alio expectato mandato, præter præſentem tractatum, nullis obſtantibus rationibus, iuribus, conſuetudinibus, priuilegijs, præſcriptionibus, tàm legalibus quàm conuentionalibus, vel locorum, vel alia quauis exceptione, quæ repugnaret, quæ in hoc negotio, & in alijs comprehendentibus tumultus, ceſſabunt, neq; locum habebunt, quorū omnium omninò decernitur abrogatio vniuerſa, cum nullam etiam propriam valere velimus.*	3
8 l Candauū.		11 Nouēbr.
	NOTA hic, Candidè Lector, quòd quemadmodum in Flandria Arx Gandauenſis ſtatim poſt conceptos hos qui partim præceſſerunt: partim ſequuntur pacificationis articulos, capta, [2] *& Hiſpana militum cohors dimiſſa* [3] *eſt, ita non multò pòſt in Artheſia quoque Valenchenis factum eſſe, tam quò ad arcem ibidem,* [4] *quàm etiam Hiſpanos pariter ac Germanos indè ſimiliter dimiſſos.*	4
8 n Valécenæ.		12 Nouēb.

1576. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA | LOCA

xj. VT præcipuè comprehendatur, fruaturque præsenti beneficio Comes Palatina vidua, olim vxor Brederodij in omnibus, ad Vianam, & alia loca spectantibus, in quæ illa, vel ab illa ius sumentes, ius habeant.

xij. COMPRAEHENDATVR item comes Buranus, & hoc in ijs quæ spectant ad vrbes, Castella, regiones Buræ, vt dictus Comes se recipiens in hyberna tanquam in sua propria, ipsis perfruatur. — 11 f Viana.

xiij. INFRINGENTVR, prosternentur, comminuentur statuæ, columnæ, trophea, tituli, monumenta omnia, quæ Albanus erexit in contumeliam ac dedecus tàm prædictorum, quàm cæterorum omnium.

xiiij. QVOD ad prouentus bonorum, principatuum, ac priuatorum, dotium, vsusfructus, census, & reditus assignatos, tàm per Regem, quàm per regiones inferiores, & ciuitates, qui ante hanc publicationem ad maturitatem peruenerunt: non tamen sint exacti, aut accepti per Regem aut ministros, his liceat respectiuè frui, & ex his vtilitatem percipere. — 12 f Buren.

xv. ITA tamen vt quodcunque bonorum aut vectigalium fisco addictum sit, à die Diui Ioannis anni milleſimi, quingenteſimi ſeptuageſimi ſexti, ſit ad illorum commoda, qui illud habent iura, non obstante, quòd per occupantes confiscationes, aut alios quicquam acceptum sit, quoniam hæc restituentur.

xvj. SED si aliqui prouentus stabilium bonorum, aut vectigalium, confiscationis nomine oppignerati sunt per Regem, quisque erit per tot prouentus immunis ac liber, eritque immunis à Regijs oneribus, vel pignore super bonis assignatis, erunt vtrinque liberi, ab omnibus vectigalibus assignatis, super bonis aut prædijs, quibus quis non potuit perfrui per tumultus bellicos, atque hoc pro ratione temporis, & impedimenti prædictæ occasionis.

I 23 Noueb.

xvij. QVOD ad suppellectilia, & vasa domestica, aliaque consimilia, quæ direpta sunt vtrinque, aut diuendita, vel alio quouis modo alienata, nihil restituetur, aut rependetur cuipiam. — 10 f Hollãdia.

xxiij. QVOD ad bona stabilia, prædia, domos, vectigalia, quæ confiscationis nomine sunt diuendita, & vel alio quouis modo satisfiat alienata, dicti Status generales instituent Comissarios, vbiq; & in singulis prouincijs, qui informentur de difficultatibus, si quæ orientur, quo & antiquis dominis, & emptoribus ac venditoribus, bonorum & vectigalium, prædictorum pro illorum iuribus, & contractibus bonorum legitimè emptorum.

xix. ISTVD fiet de bonis, vectigalibus, & obligationibus personarum, deq; prætensionibus & querelis, quas illi, quorum de re actum est, per prædictos tumultus volent vtrinq; tentare, aut quouis modo experiri. — 8 g Zelandia.

xx. VT omnes Antistites, & Ecclesiastici homines, Abbatiæque quarum Dioceses, fundatores, residentiæ sunt extra Holandiam & Zelandiam, atque in ipsis regionibus habent bona, denuò recognoscant, fruanturque suis, vt dictum est, seculiaribus.

xxj. QVOD attinet tamen ad sacros & Ecclesiasticos, qui professi sunt in dictis duabus prouincijs, & locis coniunctis, vbi consecrati sunt, atque indè recesserunt, vel ab ijs absistunt, quoniam pleraque bona sunt alienata, assignabuntur probabilia alimenta vnà cum ijs qui remanserunt, vel suis bonis frui permittet pro arbitrio tamen statuum, donec à statibus generalibus prouideatur rebus omnibus oportunius. — 14 b Groninga

PRAETEREA

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

LOCA		TEMPOR 1576
	xxij. PRAETEREA decretum eſt, [1] vt omnes donationes, priuationeſque hereditatum, & alia diſpoſitiones, vel inter viuos, vel cauſa mortis per priuatos facta, vnde veri heredes cauſa prædictorum tumultuum expulſi ſunt, priuatiq; hereditate, & legitima ſucceſſione, virtute præſentium caſſabuntur, nulliuſque erunt authoritatis.	1 8 Noueb
14 c Zutphen.	NOTA præterea lector amice, quòd quemadmodum Chriſtophorus Mondragonius arcis Gandauenſis præfectus, vnà cum vxore ibidem captus eſt, vt ex præcedentibus intellexiſti: [2] ſic etiam Caſpar [3] de Robles Groningenſis caſtelli, & Vaſles [4] arcis Zutphanienſis, vtriquè Regis Hiſpaniarum nomine præfecti, capiuntur, eaque (quam ſequens exhibet figura) dignitate tractantur, idque pòſt initam Gandaui pacificationem, cuius articulos paulò pòſt enarrando proſequentes concludimus.	
	xxiij. ATQVE quoniam Holandiæ & Zelandiæ habitatores, & coloni, quò melius ſuſſiciant ſumptibus bellicis, auxerunt precium monetarum aurearum, & argentearum, quæ non poſſent diſtribui ſine magna iactura: Statuitur, vt deputati Statuum generalium quantò citius fieri poterit, perpendant, firmamque rationem vniuerſis ſtabiliant, quò moneta probabili precio procedant, vt hac vnio, & communia commercia vtrinque retineantur.	2 13 Nouēb
10 l Holandia	xxiiij. DEINDE quòd Decretum fuit à prædictis Statibus Holandiæ & Zelandiæ, vt omnes regiones inferiores vellem ſibi recipere omne æs alienum diſſoluendum, contractum ab ipſo Principe, duarum expeditionum, & ingentium claſſium, cauſa atque vt tàm Holandia & Zelandia, quàm prouincia & vrbes in ſua vltima expeditione ſe obligatum iri promiſerūt: hoc arbitrio & iudicio Statuum prædictorum relinquetur ad quos rebus iam pacatis, & ad tranquillitatem perductis omnia deferentur, plenaque dabitur informatio, quo res planè cognoſcantur.	3 23 Nouēb
8 g Zelandia.	xxv. IN hac communi pacificatione & concordia non comprehendentur, neque perfruentur tali beneficio regiones, principatus, vrbes, quæ aduerſarias partes ſequentur, Donec reipſa, non fuerint coniuncta in hac fœderatione, quod tamen illis licitum ſit quandocunque voluerint.	
8 l Candauū.	HOS tractatus Pacificationis, poſt delationes, vnionem, conſenſus, tàm præfectorum regionum & illorum Statuum, quàm Principis, Statuum Holandiæ & Zelandiæ, & coniunctorum locorum, in omnibus punctis & articulis prædictis, & in omnibus pariter quæ à Statibus decernentur aut concludentur, promiſerunt dicti deputati pro authoritate ſibi conceſſa ſe rata habituros, ac iurarunt, & pollicentur ſe obſeruaturos, & inuiolabiter impleturos, facturoſque vt ratificentur, iurentur, ſignentur, ſigillentur ab antiſtibus, nobilibus, vrbibus, aliiſque membris dictarum regionum, & præſertim ab ipſo Principe tàm in genere quàm priè intra menſem [5] proximè venturum. Ad quarum rerum comprobationem deputati hæc ſubſcripſerunt, In domo Senatorum Gandaui [1] Anno 1576.	4 14 Nouēb
	ATQVE hæc omnia non multo poſt, [3] fuērunt etiam à Iohanne Auſtriaco in Belgium cum authoritate proregia præfecto, tādem comprobata, vt infrà ſuo loco dicetur.	5 8 Deceb

TEMPORA

LOCA

PRINCEPS AVRIACVS.

PER ordines, in Belgio, ſibi adiũctos, quibus occaſionibus, dictos articulos Hiſpaniarum Regi Philippo, conatus ſit obtrudere, ſcripto typis ordinum nomine excuſo, (cuius forma ſequitur) intelligi facile poterit.

1 1566.

CLARVM (inquiunt) & manifeſtum cuiuis, Hiſpanos (pront ſunt, & ſemper fuerunt inopes) perſpectis opibus in ferioris Germaniæ, exoptaſſe, vt nunc etiam exoptare ſuis factis indicant, in ea vitam degere, & habitationem perpetuam habere, præfecturas vrbium, & adminiſtrationis munia tenere. Sed quia illis non datur votis potiri, (quod noſtra priuilegia peregrinos & exteros homines omnes à gubernatione reipub. & omni municipali munere excludunt) Belgicam gentem internecino odio proſequuntur, omniq; arte peſſundare conãtur, & in eo maximè malum animum erga nos denudarunt, quòd anteactis annis [1] *exorti quidã tumultus eſſent, qui prudentia & induſtria Parmenſis Ducis ſæ, tunc ſummum locum in gubernatione tenentis, breui conſopiti ſunt, ita, vt in omnibus Belgij partibus omnia tranquilla & pacata viderentur, & omnia diſſenſionum ſemina prorſus ſublata, pro implacabili odio, quo erga noſtrã gentem ardent: Albanum regulum in has terras miſerunt,* [2] *qui in Machiauelli doctrina abundè inſtructus, plurimos nobiles viros, antiquo ſtemmate & equeſtri dignitate percelebres, neci dedit,* [3] *nouas arces, ad ſubiugandũ populum, erexit, magna & intolerabilia tributa omnibus incolis imponere voluit: nempe decimam & viceſimam partem omnium facultatum à quouis exigens, & ſuæ farinæ hominibus indignis & ineptis, ad aliquod publicum munus obeundum, officia conferens, proditores non paucos ferens ſub ſua tutela omnia noſtra priuilegia, & immunitates antiquas generalibus omnium ordinum conuentibus contradicens, Hiſpanis militibus et alijs, qui in ipſius verba iurarunt, libertatem omnem viuendi, pro arbitrio, occidendi, quem voluerint, et omni violentia, atq; impunitate vtendi in quoslibet, concedens, inſuper couſtuprandi nobiles fœminas et impunè omnia flagitia patrandi, quæ omnia ab illis hucuſque perpetrata fuiſſe, nemo ambigit, & non ſolum à gubernatoribus & copiarum ductoribus, ſed etiam à gregarijs militibus, ita vt videamus huius patriæ opes, quæ olim ingentes fuêre, ad ſummam inopiam redactas eſſe, & antiquum decus in ignominiam mutatum. Neque apparet, his iniurijs modum imponere velle, donec totam terram deſolatam viderint, cùm direptionibus & depopulationibus vbique graſſentur, & nuper tumultum excitarint, dicentes ſibi de ſtipendijs non eſſe ſatisfactum, & adhuc boſtiliter ſemper agentes, minitentur, ſe multas opulentas vrbes, niſi debitum, quod petunt, quàm primùm diſſoluatur, direpturos. Ex Zirizeenſi oppidione in continentem tranſgreſſi, vt odium quo nos proſequuntur, exſaturarent, ſtatuerant apud ſe, Bruxellas ampliſſimam vrbem, vbi Brabantiæ Statuum curia eſt, adoriri, & vi captam depradari: ſed iam ad id facinus audendum parati, & rebus omnibus inſtructi, quod viderent Bruxellenſes arma, pro defendendis mœnibus, alacriter ſumſiſſe, mutato conſilio in Flandriam, traiecto Scaldi flumine, penetrarunt, vbi boſtiliter Aloſtum vrbem adorti occuparunt, Bruxellenſibus nefariè excidium minitates. Hæc cùm Ordines Brabantiæ viderent, & quod maximum detrimentum vniuerſis Belgij regionibus adferre poſſent: non amplius toleranda iudicarunt, totumq; negotium conſiliarijs Statuum propoſuerunt, quibus idem viſum fuit. Illi iudicantes huiuſmodi inſolentias & nequitias cohibendas eſſe, Hiſpanos in numero rebellium habendos eſſe, tanquam Regis & Ordinum Belgij hoſtes declararunt, & pœnis, quæ eiuſmodi hominibus debentur, ſubiecerunt.*

2 1567.

3 1568.

4 1572.

5 1574

6 1576.

Interea ab ipſis Ordinibus decretum, militum delectus habendos, pro dignitate Regia & patriæ quete conſeruanda. Quod verò quidam ex conſiliarijs Statuum clàm ipſis rebellibus, deprehenſi ſunt, ſolicitantes illorum aliquot ad inuadendas Bruxellas, cogendoſque ciues, vt magnam

e g Ziricxſee.

9 l Aloſtum.

10 l Bruxellæ.

magnam pecuniæ ſummam ipſis ſuppeditarent, quiq; impedire volebant, ne Ordinum nomine delectus militum haberentur, in patriæ neceſſariam defenſionem, quam Ordines ſuſcipere decreuêre, flagitiosè impedire quauis ratione adnitentes, Statuum vires infringere, & falla cijs atque mendacijs ipſorum ſalubre conſilium peruertere, omnem fauorem rebellibus demõſtrantes.

IN ſumma illi conſiliarij manifeſtè declararunt, ſe patriæ quietem nihil curare, nec pericula ab illa auertere velle, cùm Hiſpanos, belgici nominis ex profeſſo hoſtes, fouere & tueri velint, donec ex Hiſpania nouæ copiæ in auxilium aduenerint. Ex his facilè eſt cuilibet iudicare, quàm iuſta fuerit occaſio Ordinibus noua conſilia capiendi, præſertim cùm videant, quàm immaniter vniuerſus Belgij populus ab Hiſpanis tractetur, quàm intoleranda ſit ipſorũ arrogantia & rapacitas, atq; implacabile odium, quod iampridem aduerſus nos cõceperunt, & quaſi in prouincia, bello parta & armis ſubiugata, omnia ad arbitrium moderari volunt, duramq; ſeruitutem introducere, & iugum intolerandum omnibus imponere, noſtris immunitatibus & priuilegijs, quæ hucuſque inuiolata nobis mansêre, nos priuantes, & Inquiſitionem Hiſpanicam intrudere volentes; ad præuertendos eiuſmodi conatus, Ordines Brabantiæ conducibile exiſtimarunt, illos conſiliarios, patriæ hoſtibus occultè fauentes, cuſtodiæ tradere, donec Rex pleniſſimè, quo in ſtatu res Belgicæ ſint, cognouerit, quod breui fore ſperamus: quoniam primo quoque tempore illum certiorem de omnibus facere decreuimus, quæ conſilia inimus, & quo animo ergà patriam affecti ſumus, in animo habentes, nihil omnino facere, quod fideli obſequio ſubditorum contrarium ſit.

PRINCEPS CONDAEVS.

5 ſ Paris vbi curia Regis Franciç ſolita.

CVM Caſimiro in Galliam properans, quomodo Francorum Regi ſuos etiam Pacificationis articulos approbandos & confirmandos obtruſerint.

1 Pagina 173.

VENERVNT eodem ferè tempore, quo Pacificatio Gandenſis ſiue Bruxellenſis conditur, ex Germania Princeps Condæus, & Iohannes Caſimirus Dux, inſtructo & copioſo cum exercitu, qui Alenconio, Nauarræoq; ſe iungentes, Galliæ Regem in eam redigunt angustiam, vt pacificationis illi quoq; articulos numero ſexaginta ab eo extorquerent, qui præteriti menſis Maij die 14 pacis Edictò fuerunt publicati; quibus ad Religionem & Religioſos quod attinet ſtatuendo Rex iubet. Scilicet, Vt Eccleſiaſtici omnes, in poſſeſſionem ſuorum ſacerdotiorum reſtituerentur. Vt exercitium reformatæ (quam vocant) religionis eſſet liberum, per vniuerſum Franciæ Regnum, nullo temporum, locorumue diſcrimine, dummodo per proprietarios locorum liceret. Vt Sacramentorum, Scholarum, Concionum, Conſiſtoriorum, Synodorum prouincialium aut generalium, omniumq;, quæ ad iſtius religionis adminiſtrationem pertinent, liber vſus haberetur: modò ijs Synodis, vnus interſit ex præfectis regijs. Vt lutetia & circùmuicina loca à milliaribus quatuor ab iſtius religionis vſu tamen excipiantur: Vt facultas ædificãdi templa concedatur, vt Matrimonia Sacerdotum & monialium rata habeantur, liberi tamen eorum in acquiſititia tantum bona, non autem hereditaria ſuccedant. Vt vtriuſque religionis incolæ æquè ad publica munia in Scholas, collegia, Xenodochia etc. nullo religionis habito diſcrimine, recipiantur, vt Decimæ tàm Hugonotis quàm Catholicis ſoluantur, vt Concionatores vtriuſque partis, à ſedicioſis concionibus abſtineant, vt in publicis actibus, Hugonotarum Religio, non ſimpliciter reformata, ſed cum appendice hac, nempe (reformata (quam vocant) religio) collocetur. Has & complures alias pacis conditiones ſimiles, Rex Condæo, Nauarræo ſuiſque adherentibus, conceſſit, dum hoſtium viribus impar, exercituq; Caſimiri validiſſimo ſtipatis illis, nihil denegare poſſet.

1577. TEMPORA

TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA CONFOEDERATA BELGA. RVM VNIO.

LOCA

ORDINES Belgij ſuis intereà rationibus ſcripto comprehenſis, vt anteà diximus, non ſatis fidentes, arctiori, contrà Hiſpanos, quos in Hiſpania Regi ſuo quiduis perſuadere, atque in Belgio haud parùm contrà illos poſſe ſuſpicabãtur, tali fœdere, ſeſe inuicem aſtrinxerunt. vt ſequitur.

NOS ſubſignati præſules, nobiles, Reguli, magiſtratus vrbium & oppidorum, delegati, & aliæ perſonæ repræſentantes Ordines inferioris Germaniæ, in vrbe Bruxellis congregati, qui viuimus ſub obedientia illuſtriſſimi principis noſtri, Philippi ſecundi, Hiſpaniarum Regis, præſentes & futuros certiores facimus, quod cum videremus, communem noſtram patriam miſerè afflictam, per oppreßionem Hiſpanorum, ſupra modum barbaram & tyrannicam, coacti ſumus, nos conſociare, & ſimul fœdere, atque armis, conſilio ac pecunia nos mutuo iuuare contra ipſos Hiſpanos, eorumq; fautores, qui rebelles erga Regem, & noſtri hoſtes declarati ſunt.

OMNES etiam ſcire volumus, quod hæc noſtra conſociatio confirmata fuit per vltimũ pacificatorium edictum, & per concilium Status, quod à Regia maieſtate ordinatum fuit, ad generalem rerum adminiſtrationem huius patriæ approbata. Sicuti verò exoptatus huius conſociationis ſcopus expoſcit, omnem fidelitatem & conſtantiam auxiliumque mutuum nunquam deſituros, & quod nolumus materiam aut occaſionem dare, de nobis conquerendi aut malè ſuſpicandi, quod parum ſyncera fide & voluntate in hoc negotio proceſſerimus, quin volumus ea, quæ ad ipſam conſociationem pertinent, diligenter procurati, & fideliter executioni mandari, ita, vt nullus ſubiectorum & incolarum Belgij regionum, iuſtam de nobis conquerendi aut dubitandi occaſionem habeat.

1 Pagina 200.

PROPTER has cauſas inſuper, vt nihil fiat perfidè aut dolosè, in detrimentum patriæ communis & iuſtæ defenſionis, aut negligenter diſſimulanterue omittatur, quod ad eam tuendam neceſſarium videbitur, in autoritate mandati, & commißionis noſtræ, pro nobis atq; ſucceſſoribus noſtris promiſimus, & nunc etiam promittimus, in fide Chriſtianorum hominum & patriæ amantium, nos conſtanter & firmiter illam ſociationem & fœdus conſeruare velle ac tueri, ita, vt nullus ab eo ſeparari aut diſcedere poßit per diſſimulationem, ſecretum fœdus aut alio quouis modo, & id pro conſeruanda fide noſtra Catholica Romana, implendis pacificationis articulis, expellendis Hiſpanis, & eorum fautoribus, debita Regi obedientia præſtanda, commodo & quiete noſtræ patriæ, & conſeruatione priuilegiorum noſtrorum, immunitatum, iuriam, ſtatutorum, conſuetudinum, & morum. Ad id autem adimplendum promittimus, quicquid in poteſtate habemus, pecunias, homines, conſilium, facultates, vitam denique ipſam, ſi opes fuerit, inſumere velle.

10 1 Bruxellæ vbi curia Regis Hiſpaniæ ſolita.

PRAETEREA interdictum, ne quis noſtrum ſeorſim cum aliquo familiarem conuerſationem habeat, qui huius fœderis & conſociationis non ſit, & ne vllo pacto reuelet, quod inter nos decidetur. Quod ſi aliqua prouincia, ſtatus, regio, vrbs, caſtellum, aut domus obſideatur, inuadatur aut opprimatur, quocunque modo: item ſi aliqui noſtrûm, qui pro patria iuuanda aliquid conati fuiſſent, aduerſus ipſos Hiſpanos, aut alia negotia his affinia, priuatim aut in communi tractauerint, inquirerentur, in vincula cõijcerentur, bonis multarentur, damnum aliquod acciperent, aut vexarentur, in corpore, facultatibus, honore, ſtatu aut aliter: Promittimus illis opem ferre omnibus prædictis modis: quinetiam captiuorum liberationem procurare, ſiue per vim ſiue alia ratione. Qui aliter in hoc negotio ſe geſſerit, titulo nobilitatis, atq; gentilitijs, inſignibus priuabitur, atque omni honoris gradu: perfidus etiam & hoſtis patriæ reputabitur, coram Deo & hominibus: & notam perpetuam infamiæ atque ignauiæ ſibi inuret. Vt hæc autem ſocietas noſtra firma & valida reddatur, præſentem fœderis formam noſtris manibus ſubſignauimus, & proprijs ſigillis confirmauimus. Bruxellæ 9. die Ianuarij. Anno M. D. LXXVII.

LOCA	LEONIS BELGICI DESCRIPTIO.	1576 TEMPORA
13 l Maſtricht.	*STATVVM milites, qui tranſitum per Leodium obtinuerant, contra Hiſpanos, illis obuiam procedentes ſtrenuè ſeſe Scoti geſſerunt, adeò vt re infecta Hiſpani tandem Traiectum ſuperius, qua poterant celeritate redirent. Princeps Auriacus, qui ob certa quadam negotia præſens ipſe adeſſe non poterat, Gandaui ſubſiſtens, procurationem miſit [1] Statibus Hollandiæ ac Zelandiæ, vt Amſterdamenſes, qui nondum à Regis obedientia diſceſſerant, ad ſatisfactionem, parteſque ſuas allicerent.*	1 2 Ianuarii.
8 l Gandauũ.	*Procurator etiam poſt Pacificationem Gandenſem quæ præceſſit, à Statibus generalibus Bruxellæ congregatis Vnio quædam, [2] cuius originale exemplar præſcriptum per Prælatos, Nobiles, ac Ciuitates Belgii, atq; ab ipſo Statuum Conſilio per Regem ad Gubernationem tantiſper commiſſo, approbatum, ſub cuſtodia Statuum Brabantiæ reſidet.*	
11 e Amſterdam.		
10 l Bruxella.	*Status Belgii generales Valentinum quendam nomine, & Secretarium aliquem regium Ioannem Halleum, ad Iulium Ducem Brunſuicenſem ablegarunt, pro non parua pecuniarum ſumma ad ſumptus bellicos procurando. Cæterum quid Dux idem Statibus, excuſando ſe, reſponderit; ex ijs alibi patet literis, quas menſe Februario [3] vnà cum Salùo conductu, [4] per eundem Secretarium Dux miſerat.*	2 9 Ianuarii.
13 q Luxemburg.	*Increbuerat dùm Iohannes Auſtriacus eſſet Marchiæ, ſuſpicio paſſim & murmur multorum in Belgio, hanc eſſe artem Hiſpano, incautos homines & nimis ſimpliciter fidentes fallere. Nunc ſimulatè pacem & veniam præteritorum delictorum tractari, ſed poſtea in pacata regione, qua Rex pro arbitrio vteretur, nemine iam amplius repugnante, de multis ſupplicium ſumptum iri.*	
12 n Marchen famine.	*Quamobrem clandeſtina conſilia aduerſus Auſtriacum à multis principibus Belgorum imbantur; diferebantur hæc clàm ad Auſtriacũ, quæ quia vana eſſe crederentur, datus eſt præfectus cuſtodiarum corporis Dux Arſcotanus cum 80. Sclopetarijs, ab ipſis Statibus, hoc eſt à ſupremis regionis Magiſtratibus, quibus præſidijs confirmatus, primùm Luxemburgo per Marchiam, Namurcum, deinde Louanium ſe recepit.*	
11 n Namurcũ.	*Ibi commoratus, vt qui ſummus eſſet Imperator cum poteſtate proregia, imperat propetitis conditionibus, vt omnes Hiſpani, Itali, Sequani, qui erant Antuerpiæ in præſidio, aut in arce eius vrbis, aut in alijs Belgarum munitionibus, ad certum diem excedant. Statuitq; arbitrio & fidei indigenarum, ipſas munitiones & vrbes credere, vt à Statibus Belgarum fuerat expetitum.*	3 5 Februar.
10 m Louanũ.	*Vt reſtituantur in eum Statum, in quo erant ſub Carolo Quinto: Vt Antuerpia per decennium ſit immunis ab omni genere tributorum. Vt vna ſit Religio Catholica &c. In quam pacem videbantur omnes Principes Belgarum conſpirare, præter Hollandiam & Zelandiam. Promiſit etiam fore, vt bona, dignitates, tituli, honores, quæ fiſco fuiſſent addicta, dominis reſtituerentur & Auriaco præcipuè, cuius filius libertati in Hiſpania reſtituatur.*	
10 k Antuerpia.		
11 f Vtrecht.	*Dominus de Hierges filius Barlemontij, regias partes relinquens, ſeq; Statibus iungens, vnà cum Comite Boſſuuio, carcere iam liberato, & Vallonibus, qui ſeruiebant Regi in Hollandia, Traiecti inferioris caſtrum pacis, appellatum Vredenbourg, arcta obſidione premunt, præſidiariumque militem Hiſpanum, ſub Franciſco Fernando Daualo merentem ad deditionem ſollicitant, qui quidem miles licet caſtrum forte non fuerit: idipſum tamen eouſque ſtrenuè defenderat, donec 10. Auſtriacus, caſtri deditionem fieri mandaret, eiuſque præfecto, indè cum ſuis recedere iniungeret.*	4 10 Februa.

TEMPORA

LOCA

PORRO cum Belgici Status, parùm fidentes Auſtriaci promiſſis (qui iam in fœdus Gandenſe, & conditiones ab ordinibus propoſitas deſcenderat) in priſtina ſententia perſiſterent, regionis militari virtute tuendæ, curarunt, vt ad eas vires, quæ erant in Belgio, Caſimirus quinque millia equitum conſcriberet, non tamen quicquam rerum nouarum interim moliuntur, ſed tantum ſe ad vnum illud communi conſilio conſpirare fatentur, ne plures vna Religione eſſent in regionibus Belgicis, Catholicæ nimirum.

12 m Marcha.

Sed tamen quia audiretur Auſtriacum clàm facere bellicos apparatus, quaſdam cohortes etiam, & equitatum è Gallia, (quæ iam pacata eſſe videbatur) ſubſidia acciri, quæ fingebantur aduerſus Caſimirum proficiſci, ne irrumperet in Galliam, multaſque alias copias aliundè per tribunos conuocant; quare nonnihil trepidatum eſt à Catholicis.

Angliæ regina, quòd agrè ferret pacem Belgarum, ne quid incommodi in ipſam Angliam ſiue Britanniam pacatis rebus Gallicis & Belgicis redundaret, mittit ſubſidio 6000 peditum Britannorum. Hi cum copijs Statuum coniuncti Germanos & Hiſpanos obſident, qui erant in præſidio Traiecti ſuperioris: quam etiam munitionem fortiter inuaſerunt, cum magna præſidiariorum clade. Præterea eadem regina offert Statibus trecenta millia angelotorum, illud eſt monetæ aureæ genus, ad bellorum ſubſidiũ. Sed petit, vt ſibi Graueling a concedatur, quæ non diſtat à Caſoniaco nauali, vt in ſuſpicione Regem Gallum Caleſium poſſidentem ſiue ipſum naual Caſoniacum teneret.

13 l Maſtricht.

1 27 Februa.

Auſtriacus quoque, vt maiori cum dignitate de conditionibus pacis ageretur, curat vt quinque millia equitum colligantur: Sed quoniam vna in re videbatur difficultas pacis componendæ in Belgio conſiſtere, vt Hiſpani exirent è regione, illud ab Auſtriaco impetratum eſt, vt omnes copiæ, per Vnionem vocatam, pacem Bruxellæ concluſam, dimitterentur vtrinque.

4 m Grauelinga.

Significat igitur Statibus Auſtriacus, vt claſſis paretur, qua Hiſpanos conuehat in Hiſpaniam. Illud cum ſignificatum eſſet per literas Auriaco Principi, quòd erant naues in Hollandia & Zelandia conſcenſuri; reſpondet, ſe nolle iſtud facere, cum in ijs maritimis viribus eſſet ſuperior, niſi noua religio ſibi concederetur, in qua erant ſententia omnes populi illarum regionum, qui, ſicut cæteri Status Catholici non aſſentirent, qui Bruxellis congregati fuerant.

Veruntamen, quia non videbatur commodum omninò vel cæteris Statibus Belgij cedentibus, arma in Belgium aliundè comportare, nullum ſtudium prætermittitur, quò Auſtriacus Princeps quoque aſſentiat conditionibus pacis.

3 m Caleſium.

QVARE

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

LOCA

TEMPORA 1577.

QVARE hæ conditiones, pòſt multas difficultates, Auſtriaci, Auriaci, & Statuum ſubſcriptionibus confirmatæ ſunt, per conſenſum Regis, & non ſolùm Bruxellis [1] vt antea dictum eſt, verùm Antuerpiæ, non multò pòſt Vnionem vocatam, publicè pronunciatæ ſunt [3] quales ſequuntur.

10 l Bruxella.

I

PRIMVM, vt omnes offenſiones, Iniuriæ, damna vbique illata, per haſce diſcordias & tumultus, contentioneſque belgicas, ab incolis inferiorum regionum vbiq; tàm publicè quàm priuatim, & quouis modo ceſſent, obliuioniquè ſempiternæ mandentur, cenſeanturque nunquam accidiſſe, de quibus nulla vnquam fiat mentio in poſterum, nedum inquiſitio.

1 17 Februarij.

II.

10 k Antuerpia.

ET quoniam nos Epiſcopi, Abbates, & alij Antiſtites atque Eccleſiaſtici homines dictarum noſtrarum inferiorum regionum, quique Theologiam & Iurisprudentiam Louanij profitentur, per patentes literas monuerunt, quo in ſtatu res tunc eſſent Belgij, cum tractatus Pacificationis concluſus & confirmatus fuiſſet in noſtra vrbe Gandaui die 8. Nouembris proximè elapſi, inter ipſos Status ex vna, & noſtrum Sobrinum Guilielmum Naſſouium aurei velleris noſtri equitem, Auriacum, ac regiones noſtras Holandiæ cum adiunctis ex altera, & quia nihil tractatus contineret, quod aduerſaretur noſtræ ſanctæ fidei aut Religioni Catholicæ, Apoſtolicæ, Romanæ, ſed contrà, omnia eſſent ad eius fauorem conuerſa, Cum etiam monuiſſent nos conſiliarij noſtri Status, nihil ibidem contineri, quod præiudicium inferret noſtræ vel authoritati vel vel obedientiæ, quæ debetur à regionibus inferioribus. Cùm præterea Oratores Cæſaris & Ducis Iuliacenſis delegati teſtificati ſint his ipſis conſentanea, quæ ab Epiſcopis, Abbatibus, & alijs Antiſtitibus atque Eccleſiaſticis ſcribebantur, quare noſtri Conſiliarij Status libentur aſſenſerunt, probarunt, ratificarunt tractatum. Nos quoque libentur aſſentimus, probamus, ratificamus per præſentes illam Pacificationem, in omnibus ſuis punctis & articulis, Promittentes verbo ac fide regia in omnibus, quæ ad nos ſpectare poſſunt, nos ſemper ſeruaturos, curaturoſque, vt omnes ad quos pertinebit ſeruent: Adhoc ipſum ſtatuimus, vt fiāt, comitia, & vnio ſtatuum generalium noſtrarum regionum inferiorum, nominata in 3. articulo dictæ Pacificationis in omni modo, & forma, & omni pacto, quod plenius in ipſo articulo continetur.

8 l Gandauum.

III.

10 g Hollandia.

EDICIMVS, decernimus, ſtatuimusque præterea, vt omnes noſtri milites. Hiſpani, Germani, Itali. Sequani, alijque exteri tàm equites, quàm pedites, qui nunc ſunt in noſtris inferioribus regionibus liberè excedant è belgicis finibus, ac ſine vlla perturbatione vel impedimento, terreſtri itinere, quo non licitum ſit reuerti, aut reuocari ab alijs, niſi bellum nobis ab exteris inferatur, & niſi nobis neceſſitas reuocādi palàm exorta fuerit, probata à Statibus generalibus inferiorum regionum.

IIII.

2 27 Februarij.

8 h Zelādia.

QVOD ad tempus excedendi ſpectat copijs exituris Statuum. Decernimus & iubemus vt omnes Hiſpani, Itali, Sequani excedant, intra viginti dies, poſtquam à fratre noſtro ijs ſignificatum fuerit, ex omnibus noſtris oppidis, & vrbe Antuerpia, omnibus caſtellis & vrbibus & munitionibus inferiorum regionum, quæ tenent nunc, & vbi ſunt, excedant, & præſertim è noſtro ducatu Lcucorum intra alios 20. dies, vel quantò citiùs fieri poterit. Qua in re frater noſter, omni diligentia vtetur pro viribus atque, intrà prædictos 40. dies nemini licitum ſit, impunè noſtrorum militum prædari, vel damna inferre, vel quouis modo vexare noſtras regiones inferiores, vel finitimas, aut earum habitationes, ſed vbique honeſtè, pacatèque viuatur,

1577. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA — LOCA

V

QVOD ad tempus intra quod debent excedere noſtri milites Germani, illud fiet ſtatim atq; conuenerint cum ſtatibus de ijs, quæ infrà in articulo 15. noſtrarum literarum patentium plenius explicabuntur, atque vt rationes fuerint expletæ, ac pro equitate factum ſatis.

VI

RELINQVENT autem noſtri militer Hiſpani, Germani, Itali, Scquani, vel alij quiuis noſtra ſtipendia merentes, vbi exibunt è noſtris caſtellis, vrbibus, locis omnem annonam tormenta, apparatus bellicos, quæ noſtra caſtella & vrbes, vnà cum annona & tormentis, apparatibus pro conſilij noſtri Status monitis concredentur fidei procerum indigenarum Belgij, qui ſint conditionis pro Priuilegijs inferiorum regionum, è quibus magis in præſenti placuerit ipſis Statibus.

1 17 Februarij. — 101 Bruxellæ.

VII

QVOD attinet ad iniurias, illatas à quouis noſtrorum militum dum fuerunt in his inferioribus regionibus, curabitur, vt reddatur ratio, atque iuſtitia ita procedat, vt pro omni æquitate conueniet, curabiturque, vt quàm citiſſimé exequantur, inſtituantur que informatio tàm de principibus militum, quàm de quouis aliò militari, qui vel in regionibus inferioribus, vel in finitimis peccauerit, aut inique verſatus ſit, curabiturq; vt pro iure ac Iuſtitia noſtrorum locorum inferiorum, vel regnorum Hiſpaniarum, vel vbi magis conueniet, ea res iudicetur.

VIII

DECERNIMVS item ac ſtatuimus, vt omnes captiui prædictorum tumultuum & diſſenſionum cauſa vtrinque liberè & ſine redemtione dimittantur, ita tamen, vt ad dimittendum in noſtras regiones inferiores, noſtrum ſobrium Philippum Gulielmum Naſſouium Comitem Buranum prouideamus & curemus, vt ipſe comes libere remittatur ſtatim atque Princeps quoque ipſe Auriacus executus fuerit, pro viribus quæ decernentur in comitijs Statuũ generaliũ finita vnione, & cõſultentione ipſorũ ſtatuũ.

IX

EDICIMVS rurſus, decernimus, ſtatuimus, vt controuerſia de reſtituendis proceribus quibuſdam in principatus aut præfecturas, aut Magiſtratus, aut de munijs reddendis, quibus priuati ſunt propter diſcordias, vt tumultus prædictos, habeantur in ſuſpenſo, donec comitia Statuum conuenerint, quia tunc illa controuerſia committetur primarijs conſilarijs, aut alijs iudicibus noſtrarum regionum inferiorum, vt cognita pro iure decidatur.

X

PROMITTIMVS præterea pro noſtro Principis verbo, ac fide regia Nos eſſe ſeruaturos & curaturos, vt ſeruentur ab ipſo fratre noſtro & quibuſuis tàm vniuerſorum, quàm propriorum locorũ gubernatoribus, qui à nobis vel ſucceſſoribus noſtris inſtituentur in inferioribus regionibus, omnia antiqua priuilegia, mores, conſuetudines regionum, neque fore, vt alij adhibeantur in conſilium ad Iuſtitiam & adminiſtrationem publicã quàm tranquilini ſiue indigenæ ipſarum noſtrarum regionum inferiorum.

2 27 Februarij. — 10 k Antuerpia.

XI

PROMISERVNT contrà ipſi Status, obteſtatique ſunt Deum, & homines, quòd ſeruabunt integrè & incontaminatè, noſtrã ſanctam fidem Catholicam, Apoſtolicam, Romanam, & authoritatem atque obedientiam nobis debitam, quibus nunquam aduerſabuntur.

PROMISERVNT

LOCA

TEMPORA

XII.

PROMISERVNT item dicti ſtatus, ſe reiecturos & abnunciaturos, omnibus fœderationibus initis, cum exteris, ad tutelam & defenſionem ſecuritatemue patriæ, poſt excitatos tumultus.

XIII.

PROMISERVNT pariter, ipſi ſtatus, dimittere extrà regiones inferiores, omne genus militum conuocatorum, qui impedient ne quis alius, in ipſas regiones ingrediatur.

10 l Bruxella. — 1 17 Februarij.

XVIII.

AD ſignificationem verò ſynceræ ſuæ in nos beneuolentiæ & obſeruantiæ, liberaliter promptèque obtulerunt ſexieſcenta millia librarum quarum ſingulæ libræ contineant quadraginta groſſos, vt vocant monetæ Belgicæ. Huius omnis pecuniæ dimidium aſſignabunt Oratoribus Cæſaris & delegatis ducis Iuliacenſis, qui fratri noſtro aſſignandū aut cui videbitur, pro illo, ipſis oratoribus vt noſtri milites Hiſpani, Itali, Sequani & alij exteri exeantè noſtris Caſtellis & vrbe Antuerpia et ex omni alio Caſtello, vrbe, munitione, præter Germanos, donec habitæ & expletæ fuerint cum illis rationes, vt diceter paulo inferius; Alterum verò dimidium pecuniæ per literas aptas iubeatur numerari Genuæ cui fratris noſtri authoritas illud fieri decreuerit, intrà duos menſes poſtcaquam Hiſpani, Itali, Sequani exceſſerint è noſtris Caſtellis, & vrbe Antuerpia.

VX

HIS de rebus ſtatus ipſi vt dictum eſt, in ſe receperunt ſoluere noſtris militibus Germanis ſua ſtipendia, ita vt abſolutis rationibus præteritorum temporum, decretiſque apparebunt pro æquitate illis deberi, planè ſatisfiat. Quamobrem nos & frater noſter, pro, mittimus adiuuare ipſos ſtatus pro omnibus viribus & authoritate noſtra, tàm cum rationum libros habentibus, vt eos exhibeat, quàm cum ipſis Germanis vt acquieſcant rationi poſtulanti. Cum etiā oratores Cæſarei & delegati Ducis ſponte ſe obtulerint, vſuros bono officio ergà Germanos, ac ſuppliciter petituros à Cæſare, vt ſuam authoritatem, hac ipſa de cauſa conuertat in germanos. At verò dum ſtatis Germanis fiat, poterunt pacatè morari in noſtris regionibus inferioribus, quæ per noſtrum concilium ſetus ad protectionem & ſecuritatem noſtram, ac ſtatuum, illis aſſignabuntur.

10 k Antuerpia.

NOTA iterum amicè Lector, quòd Antuerpienſes, vt vndecimo præcedenti articulo huiut edicti ſatisfacere pro ſua parte viderentur; Concionatores, qui fidei Catholicæ, Apoſtolicæ, Romanæ aduerſabantur, omnes ad ſe vocatus, vrbe tandem excederc iuſſerunt: quo nomine Ioannes quidam Saliger Antuerpienſibus Magiſtratibus in pleno Conſiſtorio congregatis, dira minando vaticinatus eſſe dicitur, ſcilicet, quia verbo dei ſe indignos hoc pacto rederent. — 2 27 Februarij.

1577. TEMPORA

TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

LOCA

XVI.

PROMISERVNT consimiliter Status prædicto modo vbi exierint Hispani, Itali, Sequani ex ipsis nostris regionibus, se accepturos fratrem nostrum, pro literis patentibus nostris procuratorijs, qua ratione cõuenit huic negotio, admissuro queiuramenti cui assisterent, seseque exhibebunt, ac seruabũt cætera solemnia debita, quæ seruantur in rebus similibus, quæ admissa sunt & obseruata, erga Gubernatores nostros, vicarios, proreges nostris in regionibus inferioribus, cui præstare conuenit omne obsequium, debeturque honor obedientia permanente, interim in omni suo robore, & vi, tractatu Pacificationis Gandauensis, vt superius dictum est, cum omnibus ab illa manantibus & annexis.

1 17 Februarij. — Bruxellæ.

XVII.

STATVIMVS item & decernimus, vt nostri successores in ingressu fratris & nostri, & quiuis pro nobis Gubernatores, qui admittentur in regiones ii seniores iàm rebus versatis quàm proprijs præfecti, vel quilibet e nostris præsidibus, consiliarijs, ministris, iudicibus, antequam ineant administrationem ac munia, vel attingant Gubernacula horũ solemniter iurent, se adseruaturos & curaturos pro viribus, vt seruentur Statuta & pacta præsentia.

XVIII.

PROBAMVS denique & confirmamus omnes constitutiones de vectigalibus, personibus, obligationibus, & vadimonia quæ Status concesserunt, aut concedent cuius qui opem tulerit atque adiuuerit pecunia per occasionem dictorum tumultuum, & imprimis ea quæ spectant ad dignissimam potentissimam Principem, nostram Charissimam sororem, reginam Angliæ.

XIX.

VT verò conditiones prædictas, & articulos omnes reipsa seruent, impleant, exequantur, & quantum in nostris literis patentibus continetur ratum stabileque sit quæ omnia inuiolata semper debent persistere. Statuimus vt nostris patentibus nostrum Sigillum adhibeatur, iussimusque ex altera parte fratrum nostrum subscriptione confirmare, ex altera Status iusserunt Sigillum statuum adhiberi ducatus & regionis vestræ Ambianensis tum, ita petentibus iis statibus vti subscriberetur ab omnibus aliis Satibus, & præcipuo illorum mandato consignaretur manu nobis delecti Cornelij Vvellemans scribæ dictorum Statuum Ambianensium, subscripserunt ad præces nostras. & fratris nostri, Cæsarei Oratores & delegati Ducis Iuliacensis. Datum in nostra vrbe Bruxellis die 17. Februarij 1577. Anno, regnorum nostrorum Hispaniæ & Siciliæ etc XXIIII. Neapolis vero etc. XXV.

2 27 Februarij. — 10 k Antuerpiæ.

CÆTERVM cum pacificationibus conditionibus quas diximus fuisset per Cæsaris commissarios propè concluſa, additum est postea, vt Auriacus Hollandiæ & Zelandiæ regionis Gubernator relinqueretur, & Buranus Comes, intrà certum spatium ex Hispania liberaretur.

Tost

LOCA | TEMPORA

POST concluſos, confirmatos, atq; authoritate comprobatos (præcedentes hos articulos) Auſtriacus modis omnibus curauit, militi Hiſpano ſolui ſtipendia curauit, vt pro determinatione ſexti Pacificationis articuli, hoc pacto promptiùs ac citiùs caſtra, atq; alia loca per Hiſpanos occupata in Statuum manus traderentur.

10 k Antuerpia. AVSTRIACVS Idem cum, vt dictum eſt antea, Louanium peruenisſet, à maiori regulorum ac nobilium confœderatorum Bruxella venientium parte, ibidem Louanij excipitur, qui viciſſim eos ita clementer ac benignè tractat ac ſi nihil vnquam mali contrà Regem ac Religionem perpetraſſent: Atque vt illis tantò magis gratificari videretur, quos etiam vel maximè culpabiles præ ceteris non ignorabat, liberaliter beneficijs, officijs ac prouentibus cumulauit, inter quos Heſio Bruxellenſium præfecto, ducatos bis mille annui redditus donauit. Exhibitis præterea comiuijs, ludicris, & feſtiuitatibus, tali cũ diſcretione, affabilitate, ac familiarite, vt æqualis prorſus illis, atque vnus ex ipſis, non autem Gubernator eſſe videretur, malens hac in parte gradui atque authoritati ſuæ prudens derogari quippiam, quàm vel in mimmo etiam occaſionem dari hominibus, cogitandi ſeuerum ipſum, moroſum vel rigoroſam eſſe Gubernatorem. 1 8 Martij.

MVLTVM eidem cupiebat populus Belgicus, vel propter ſingularem gratiam, benignitatem, affabilitatem, & clementiam, qua vtebatur ergà tàm pauperes quàm diuites illum q. magni æſtimabant, vel propter virtutem etiam, & pluſquam humanam diſcretionem, promptumque iudicium tàm proponendi quam reſpondendi, adeò, vt nihil tàm arduum tamque difficile vnquam proponeretur deliberandum, quin paratam eue ſtigiò haberet reſolutionem, non aliter ſanè, ac ſi diu admodum ſuper illa re fuiſſet meditatus.

10 m Louanium. NE etiam à Bruxellenſibus & Antuerpienſibus duntaxat, edicti perpetui publicandi haberetur ratio; Idem Auſtriacus (vt pacis videretur quàm ſtudioſiſſimus) publicis præterea, in locis ac templi valuis Antuerpiæ vndique affixam eſſe Pacificationis publicationem voluit. [1] 2 14 Martij.

REX Hiſpaniarum non multò pòſt de Statu rei Belgicæ haud parùm ſollicitus, literas ſcribit [2] ad Auſtriacum, de omnibus ab eo certior fieri cupiens, quantumuis aduerſa tùm in Hiſpania laborabat valetudine, vt quid nam in Belgio per ipſum cum Statibus actum, cumque militibus tranſactum eſſet, intelligeret.

10 l Bruxella. POSTEAQVAM verò iam terminus aduenisſet, Hiſpanis ordinatus atque ſtatutus, vt arces, loca cum caſtellis redderent ab illis obtenta. Venit Dux Arſcotanus cũ oratoribus Cæſaris Domino Barone de VVinneburg & Conſiliario Imperatorio D. Gayl, ad recipiendam arcem Antuerpienſem, faciendumque fidelitatis homagium, quod vocant, Philippo Regi Hiſpaniarum, in manus Secretarij Iacobi Eſcouedij, qui quidem Dux pariter accerſi iubet militem ſuum Vallonem, qui in Hiſpani locum ſuccederet, arcemque cuſtodiret. Præfectus autem arcis Antuerpianæ Sancho Dauila, ſe tum abſentauit, nec traditioni arcis intereſſe præſens voluit, rem indignam (vt ex illis habeo qui eum hoc loquentem audiuerunt) exiſtimans, non quidem quantum, ſuam ad perſonam attineret, verùm pro ea potius affectione, quàm ſingulariter haberet inſeruiendi ſuo Regi, probè perſpiciens illud, quòd ex huiuſmodi traditione aduenturum eſſet non ſine periculo, inconueniens. 3 20 Martij.

1577. TEMPORA

TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA CONFOEDERATA BELGA. RVM VNIO.

LOCA

ORDINES Belgij ſuis interea rationibus ſcripto comprehenſis, vt anteà diximus, non ſatis fidentes, arctiori, contrà Hiſpanos, quos in Hiſpania Regi ſuo quàuis perſuadere, atque in Belgio haud parùm contrà illos poſſe ſuſpicabātur, tali fœdere, teſe inuicem aſtrinxerunt. vt ſequitur.

NOS ſubſignati præſules, nobiles, Reguli, magiſtratus vrbium & oppidorum, delegati, & aliæ perſonæ repræſentantes Ordines inferioris Germaniæ, in vrbe Bruxellis congregati, qui viuimus ſub obedientia illuſtriſſimi principis noſtri, Philippi ſecundi, Hiſpaniarum Regis, præſentes & futuros certiores facimus, quod cum videremus, communem noſtram patriam miſerè afflictam, per oppreſſionem Hiſpanorum, ſupra modum barbaram & tyrannicam, coacti ſumus, nos conſociare, & ſimul fœdere, atque armis, conſilio ac pecunia nos mutuo iuuare contra ipſos Hiſpanos, eorumq; fautores, qui rebelles erga Regem, & noſtri hoſtes declarati ſunt.

OMNES etiam ſcire volumus, quod hac noſtra conſociatio confirmata fuit per vltimū pacificatorium edictum, & per concilium Status, quod à Regia maieſtate ordinatum fuit, ad generalem rerum adminiſtrationem huius patriæ approbata. Sicuti verò exoptatus huius conſociationis ſcopus expoſcit, omnem fidelitatem & conſtantiam auxiliumque mutuum nunquam deſiturum, & quod nolumus materiam aut occaſionem dare, de nobis conquerendi aut malè ſuſpicandi, quod parum ſyncera fide & voluntate in hoc negotio proceſſerimus, quin volumus ea, quæ ad ipſam conſociationem pertinent, diligenter procurari, & fideliter executioni mandari, ita, vt nullus ſubiectorum & incolarum Belgij regionum, iuſtam de nobis conquerendi aut dubitandi occaſionem habeat.

1 Pagina 200.

PROPTER has cauſas inſuper, vt nihil fiat perfidè aut doloſè, in detrimentum patriæ communis & iuſtæ defenſionis, aut negligenter diſſimulanterue omittatur, quod ad eam tuendam neceſſarium videbitur, in autoritate mandati, & commiſſionis noſtræ, pro nobis atq; ſucceſſoribus noſtris promiſimus, & nunc etiam promittimus, in fide Chriſtianorum hominum & patriæ amantium, nos conſtanter & firmiter illam ſociationem & fœdus conſeruare velle ac tueri, ita, vt nullus abeo ſeparari aut diſcedere poßit per diſſimulationem, ſecretum fœdus aut alio quouis modo, & id pro conſeruanda fide noſtra Catholica Romana, implendis pacificationis articulis, expellendis Hiſpanis, & eorum fautoribus, debita Regi obedientia præſtanda, commodo & quiete noſtræ patriæ, & conſeruatione priuilegiorum noſtrorum, immunitatum, iuriam, ſtatutorum, conſuetudinum, & morum. Ad id autem adimplendum promittimus, quicquid in poteſtate habemus, pecunias, homines, conſilium, facultates, vitam denique ipſam ſi opes fuerit, inſumere velle.

10 1 Bruxellæ vbi curia Regis Hiſpaniç ſolita.

PRAETEREA interdictum, ne quis noſtrum ſeorſim cum aliquo familiarem conuerſationem habeat, qui huius fœderis & conſociationis non ſit, & ne vllo pacto reuelet, quod inter nos decidetur. Quod ſi aliqua prouincia, ſtatus, regio, vrbs, caſtellum, aut domus obſideatur, inuadatur aut opprimatur, quocunque modo: item ſi aliqui noſtrûm, qui pro patria iuuanda aliquid conati fuiſſent, aduerſus ipſos Hiſpanos, aut alia negotia his affinia, priuatim aut in communi tractauerint, inquirerentur, in vincula cōijcerentur, bonis mulctarentur, damnum aliquod acciperent, aut vexarentur, in corpore facultatibus, honore, ſtatu aut aliter: Promittimus illis opem ferre omnibus prædictis modis: quinetiam captiuorum liberationem procurare, ſiue per vim ſiue alia ratione. Qui aliter in hoc negotio ſe geſſerit, titulo nobilitatis, atq; gentilitijs, inſignibus priuabitur, atque omni honoris gradu: perfidus etiam & hoſtis patriæ reputabitur, coram Deo & hominibus: & notam perpetuam infamiæ atque ignauiæ ſibi inuret. Vt hæc autem ſocietas noſtra firma & valida reddatur, præſentem fœderis formam noſtris manibus ſubſignauimus, & proprijs ſigillis confirmauimus. Bruxellæ 9. die Ianuarij. Anno M. D. LXXVII.

LOCA		TEMPORA
13 l Maſtricht.	STATVVM milites, qui tranſitum per Leodium obtinuerant, contra Hiſpanos, illis obuiam procedentes ſtrenuè ſeſe Scoti geſſerunt, adeò vt re infecta Hiſpani tandem Traiectum ſuperius, qua poterant celeritate redirent. Princeps Auriacus, qui ob certa quadam negotia præſens ipſe adeſſe non poterat, Gandaui ſubſiſtens, procurationem miſit [1] Statibus Hollandiæ ac Zelandiæ, vt Ambſterdamenſes, qui necdum à Regis obedientia diſceſſerant, ad ſatisfactionem, parteſque ſuas alliceret.	1 2 Ianuarii.
8 l Gandauũ.	Procurator etiam pòſt Pacificationem Gandenſem quæ præceſſit, à Statibus generalibus Bruxella congregatis Vnio quædam, [2] cuius originale exemplar præſcriptum per Prælatos, Nobiles, ac Ciuitates Belgii, atq; ab ipſo Statuum Conſilio per Regem ad Gubernationem tantiſper commiſſo, approbatum, ſub cuſtodia Statuum Brabantiæ reſidet.	
11 e Ambſterdam.		
10 l Bruxella.	Status Belgii generales Valentinum quendam nomine, & Secretarium aliquem regium Ioannem Halleum, ad Iulium Ducem Brunſuicenſem ablegarunt, pro non parua pecuniarum ſumma ad ſumptus bellicos procurando. Cæterum quid Dux idem Statibus, excuſando ſe, reſponderit; ex ijs alibi patet literis, quas menſe Februario [3] vnà cum Saliũo conductu, [4] per eundem Secretarium Dux miſerat.	2 9 Ianuarii.
13 q Luxemburg.	Increbuerat dùm Iohannes Auſtriacus eſſet Marchiæ, ſuſpicio paſſim & murmur multorum in Belgio, hanc eſſe artem Hiſpano, incautos homines & nimis ſimpliciter fidentes fallere. Nunc ſimulatè pacem & veniam præteritorum delictorum tractari, ſed poſtea in pacata regione, qua Rex pro arbitrio vteretur, nemine iam amplius repugnante, de multis ſupplicium ſumptum iri.	
12 n Marchen famine.	Quamobrem clandeſtina conſilia aduerſus Auſtriacum à multis principibus Belgorum inibantur; deferebantur hæc clàm ad Auſtriacũ, quæ quia vana eſſe crederentur, datus eſt præfectus cuſtodiarum corporis Dux Arſcotanus cum 80. Sclopetariis, ab ipſis Statibus, hoc eſt à ſupremis regionis Magiſtratibus, quibus præſidiis confirmatus, primùm Luxemburgo per Marchiam, Namurcum, deinde Louanium ſe recepit.	
11 n Namurcũ.	Ibi commoratus, vt qui ſummus eſſet Imperator cum poteſtate proregia, imperat propetitu conditionibus, vt omnes Hiſpani, Itali, Sequani, qui erant Antuerpiæ in præſidijs, aut in arce eius vrbis, aut in aliis Belgarum munitionibus, ad certum diem excedant. Statuitq; arbitrio & fidei indigenarum, ipſas munitiones & vrbes credere, vt à Statibus Belgarum fuerat expetitum.	3 5 Februar.
10 m Louaniũ.	Vt reſtituantur in eum Statum, in quo erant ſub Carolo Quinto: Vt Antuerpia per decennium ſit immunis abomni genere tributorum. Vt vna ſit Religio Catholica &c. In quam pacem videbantur omnes Principes Belgarum conſpirare, præter Hollandiam & Zelandiam. Promiſit etiam fore, vt bona, dignitates, tituli, honores, quæ fiſco fuiſſent addicta, dominis reſtituerentur & Auriaco præcipuè, cuius filius libertati in Hiſpania reſtituatur.	
10 k Antuerpia.		
11 f Vtrecht.	Dominus de Hierges filius Barlemontij, regias partes relinquens, ſeq; Statibus iungens, vnà cum Comite Boſſuuio, carcere iam liberato, & Vallonibus, qui ſeruiebant Regi in Hollandia, Traiecti inferioris caſtrum pacis, appellatum Vredenbourg, arcta obſidione premunt, præſidiariumque militem Hiſpanum, ſub Franciſco Fernando Dauila merentem ad deditionem ſollicitant, qui quidem miles licet caſtrum forte non fuerit: idipſum tamen eouſque ſtrenuè defenderat, donec Io: Auſtriacus, caſtri deditionem fieri mandaret, eiuſque præfecto, indè cum ſuis recedere iniungeret.	4 10 Februa.

1576 TEMPORA	TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA	LOCA
	PORRO cum Belgici Status, parùm fidentes Auſtriaci promiſſis (qui iam [1] in fœdus Gandenſe, & conditiones ab ordinibus propoſitas deſciuerat) in priſtina ſententia perſiſterent, regionis militari virtute tuendæ, curarunt, vt ad eas vires, quæ erant in Belgio, Caſimirus quinque millia equitum conſcriberet, non tamen quicquam rerum nouarum interim moliuntur, ſed tantum ſe ad vnum illud commuui conſilio conſpirare fatentur, ne plures vna Religione eſſent in regionibus Belgicis, Catholica nimirum.	12 m Martha.
	Sed tamen quia audiretur Auſtriacum clàm facere bellicos apparatus, quaſdam cohortes etiam, & equitatum è Gallia, (quæ iam pacata eſſe videbatur) ſubſidia acciri, quæ fingebantur aduerſus Caſimirum proficiſci, ne irrumperet in galliam, multaſque alias copias aliundè per tribunos conuocant; quare nonnihil trepidatum eſt à Catholicis.	
	Angliæ regina, quòd ægrè ferret pacem Belgarum, ne quid incommodi in ipſam Angliam ſiue Britanniam pacatis rebus Gallicis & Belgicis redundaret, mittit ſubſidio 6000 peditum Britannorum. Hi cum copijs Statuum coniuncti Germanos & Hiſpanos obſident, qui erant in præſidio Traiecti ſuperioris: quam etiam munitionem fortiter inuaſerunt, cum magna præſidiariorum clade. Præterea eadem regina offert Statibus trecenta millia angelotorum, illud eſt moneta aurea genus, ad bellorum ſubſidiũ. Sed petit, vt ſibi Graueliuga concedatur, quæ non diſtat à Caſoniaco nauali, vt in ſuſpicione Regem Gallum Caleſium poſſidentem ſiue ipſum naual Caſoniacum teneret.	13 l Maſtricht.
1 27 Februa.		
	Auſtriacus quoque, vt maiori cum dignitate de conditionibus pacis ageretur, curat vt quinque millia equitum colligantur: Sed quoniam vna in re videbatur difficultas pacis componendæ in Belgio conſiſtere, vt Hiſpani exirent è regione, illud ab Auſtriaco impetratum eſt, vt omnes copiæ, per Vnionem vocatam, pacem Bruxellis concluſam, dimitterentur vtrinque.	4 m Graueliuga.
	Significat igitur Statibus Auſtriacus, vt claſſis paretur, qua Hiſpanos conuehat in Hiſpaniam. Illud cum ſignificatum eſſet per literas Auriaco Principi, quòd erant naues in Hollandia & Zelandia conſcenſuri; reſpondet, ſe nolle iſtud facere, cum in ijs maritimis viribus eſſet ſuperior, niſi noua religio ſibi concederetur, in qua erant ſententia omnes populi illarum regionum, qui ſicut ceteri Status Catholici non aſſentirent, qui Bruxellis congregati fuerant.	
	Veruntamen, quia non videbatur commodum omninò vel cæteris Statibus Belgij cedentibus, arma in Belgium aliundè comportare, nullum ſtudium prætermittitur, quò Auſtriacus Princeps quoque aſſentiat conditionibus pacis.	3 m Caleſium.
	QVARE	
	IOANNE AVSTRIACO LEONEM	

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

LOCA

TEMPORA 1577.

QVARE hæ conditiones, pòſt multas difficultates, Auſtriaci, Auriaci, & Statuum ſubſcriptionibus confirmatæ ſunt, per conſenſum Regis, & non ſolùm Bruxellis [1] vt antea dictum eſt, verùm Antuerpiæ, non multò pòſt Vnionem vocatam, publicè pronunciatæ ſunt [3] quales ſequuntur.

10 l Bruxella.

I

PRIMVM, vt ommes offenſiones, Iniuriæ, damna vbique illata, per haſce diſcordias & tumultus, contentioneſque belgicas, ab incolis inferiorum regionum vbiq; tàm publicè quàm priuatim, & quouis modo ceſſent, obliuionique ſempiternæ mandentur, cenſeanturque nunquam accidiſſe, de quibus nulla vnquam fiat mentio in poſterum, nedum inquiſitio.

1 17 Februarij.

II.

10 k Antuerpia.

ET quoniam nos Epiſcopi, Abbates, & alij Antiſtites atque Eccleſiaſtici homines dictarum noſtrarum inferiorum regionum, quique Theologiam & Iurisprudentiam Louanij profitentur, per patentes literas monuerunt, quo in ſtatu res tunc eſſent Belgij, cum tractatus Pacificationis concluſus & confirmatus fuiſſet in noſtra vrbe Gandaui die 8. Nouembris proximè elapſi, inter ipſos Status ex vna, & noſtrum Sobrinum Guilielmum Naſſouium aurei velleris noſtri equitem, Auriacum, ac regiones noſtras Holandiæ cum adiunctis ex altera, & quia nihil tractatus contineret, quod aduerſaretur noſtræ ſanctæ fidei aut Religioni Catholicæ, Apoſtolicæ, Romanæ, ſed contrà, omnia eſſent ad eius fauorem conuerſa, Cum etiam monuiſſent nos conſiliarij noſtri Status, nihil ibidem contineri, quod præiudicium inferret noſtræ vel authoritati vel vel obedientiæ, quæ debetur à regionibus inferioribus. Cùm præterea Oratores Cæſaris & Ducis Iuliacenſis delegati teſtificati ſint his ipſis conſentanea, quæ ab Epiſcopis, Abbatibus, & alijs Antiſtitibus atque Eccleſiaſticis ſcribebantur, quare noſtri Conſiliarij Status libentur aſſenſerunt, probarunt, ratificarunt tractatum. Nos quoque libentur aſſentimus, probamus, ratificamus per præſentes illam Pacificationem, in omnibas ſuis punctis & articulis, Promittentes verbo ac fide regia in omnibus, quæ ad nos ſpectare poſſunt, nos ſemper ſeruaturos, curaturoſque, vt omnes ad quos pertinebit ſeruent: Adhoc ipſum ſtatuimus. vt fiãt, comitia, & vnio ſtatuum generalium noſtrarum regionum inferiorum, nominata in 3 articulo dictæ Pacificationis in omni modo, & forma, & omni pacto, quod plenius in ipſo articulo coutinetur.

8 l Gandauum.

III,

10 g Hollandia.

EDICIMVS, decernimus ſtatuimusque præterea, vt omnes noſtri milites. Hiſpani, Germani, Itali. Sequani, alijque exteri tàm equites, quàm pedites, qui nunc ſunt in noſtris inferioribus regionibus liberè excedant è belgicis finibus, ac ſine vlla perturbatione vel impedimento, terreſtri itinere, quo non licitum ſit reuerti, aut reuocari ab alijs, niſi bellum nobis ab exteris inferatur, & niſi nobis neceſsitas reuocãdi palàm exorta fuerit, probata à Statibus generalibus inferiorum regionum.

IIII.

2 27 Februarij.

8 h Zelãdia.

QVOD ad tempus excedendi ſpectat copijs exituris Statuum. Decernimus & iubemus vt omnes Hiſpani, Itali, Sequani excedant, intra viginti dies, poſt quam à fratre noſtro ijs ſignificatum fuerit, ex omnibus noſtris oppidis, & vrbe Antuerpia, omnibus caſtellis & vrbibus & munitionibus inferiorum regionum, quæ tenent nunc, & vbi ſunt, excedant, & præſertim è noſtro ducatu Lucorum intra alios 20. dies, vel quantò citiùs fieri poterit. Qua in re frater noſter, omni diligentia vtetur pro viribus, atque, intrà prædictos 40. dies nemini licitum ſit, impunè noſtrorum militum prædari, vel damna inferre, vel quouis modo vexare noſtras regiones inferiores, vel finitimas, aut earum habitationes, ſed vbique honeſtè, pacatèque viuatur,

1577. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA | LOCA

V

QVOD ad tempus intra quod debent excedere noſtri milites Germani, illud fiet ſtatim atq; conuenerint cum ſtatibus de ijs, quæ infrà in articulo 15. noſtrarum literarum patentium plenius explicabuntur, atque vt rationes fuerint expletæ, ac pro equitate factum ſatis.

VI

1 17 Februarij. — RELINQVENT autem noſtri militer Hiſpani, Germani, Itali. Scquani vel alij quiuis noſta ſtipendia merentes, vbi exibunt è noſtris caſtellis, vrbibus, locis omnem annonam tormenta, apparatus bellicos, quæ noſtra caſtella & vrbes, vrà cum annona & tormentis, apparatibus, pro conſilij noſtri Status monitis concredentur fidei procerum indigenarum Belgij, qui ſint conditionis pro Priuilegijs inferiorum regionum, è quibus magis in preſenti placuerit ipſis Statibus. — 101 Bruxellæ.

VII

QVOD attinet ad iniurias, illatas à quouis noſtrorum militum, dum fuerunt in his inferioribus regionibus, curabitur, vt reddatur ratio, atque iuſtitia ita procedat, vt pro omni æquitate conueniet, curabiturque, vt quàm citiſſimé exequantur, inſtituantur que informatio tàm de principibus militum, quàm de quouis alibi militari, qui vel in regionibus inferioribus, vel in finitimis peccauerit, aut inique verſatus ſit, curabitur q, vt pro iure ac Iuſtitia noſtrorum locorum inferiorum, vel regnorum Hiſpaniarum, vel vbi magis conueniet, ea ret iudicetur.

VIII

DECERNIMVS item ac ſtatuimus, vt omnes captiui prædictorum tumultuum & diſſenſionum cauſa vtrinque liberè & ſine redemtione dimittantur, ita tamen, vt ad dimittendum in noſtras regiones inferiores, noſtrum ſobrium Philippum Gulielmum Naſſouium Comitem Buranam prouideamus & curemus, vt ipſe comes libere remittatur ſtatim atque Princeps quoque ipſe Auriacus executus fuerit, pro viribus quæ decernentur in comitijs Statuũ generaliũ finita vnione, & cõſultentione ipſorũ ſtatuũ.

IX

EDICIMVS rurſus, decernimus, ſtatuimus, vt controuerſia de reſtituendis proceribus quibuſdam in principatus aut preſecturas, aut Magiſtratus, aut de muniis reddendis, quibus priuati ſunt propter diſcordias, vt tumultus prædictos habeantur in ſuſpenſo, donec comitia Statuum conuenerint, quia tunc illa controuerſia committetur primarijs conſiliarijs, aut alijs iudicibus noſtrarum regionum inferiorum, vt cognita pro iure decidatur.

X

2 27 Februarij. — PROMITTIMVS præterea pro noſtro Principis verbo, ac fide regia Nos eſſe ſeruaturos & curaturos, vt ſeruentur ab ipſo fratre noſtro & quibuſuis tàm vniuerſorum, quàm propriorum locorũ gubernatoribus, qui à nobis vel ſucceſſoribus noſtris inſtituentur in inferioribus regionibus, omnia antiqua priuilegia, mores, conſuetudines regionum, neque fore, vt alij adhibeantur in conſilium ad Iuſtitiam & adminiſtrationem publicã quàm inquilini ſiue indigenæ ipſarum noſtrarum regionum inferiorum. — 10 k Antuerpia.

XI

PROMISERVNT contrà ipſi Status, obteſtatique ſint Deum, & homines, quòd ſeruabunt integrè & incontaminatè, noſtrã ſanctam fidem Catholicam, Apoſtolicam, Romanam, & authoritatem atque obedientiam nobis debitam, quibus nunquam aduerſabuntur.

PROMISERVNT

LOCA

TEMPORA

XII.

PROMISERVNT item dicti ſtatus, ſe reiecturos & abnunciaturos, omnibus fœderationibus initis, cum exteris, ad tutelam & defenſionem ſecuritatemue patriæ, poſt excitatos tumultus.

XIII.

PROMISERVNT pariter, ipſi ſtatus, dimittere extrà regiones inferiores, omne genus militum conuocatorum, qui impedient ne quis alius, in ipſas regiones ingrediatur.

10 l Bruxella. 1 17 Februarij.

XVIII.

AD ſignificationem vero ſynceræ ſuæ in nos beneuolentiæ & obſeruantiæ, liberaliter promptè que obtulerunt ſexieſcentena millia librarum quarum ſingulæ libræ contineant quadraginta groſſos, vt vocant monetæ Belgicæ. Huius omnis pecuniæ dimidium aſſignabunt Oratoribus Cæſaris & delegatis ducis Iuliacenſis, qui fratri noſtro aſſignabit ut aut cui videbitur, pro illo, ipſis oratoribus vt noſtri milites Hiſpani, Itali, Sequani & alij exteri excant è noſtris Caſtellis & vrbe Antuerpia et ex omni alio Caſtello, vrbe, munitione: præter Germanos, donec habitæ & expletæ fuerint cum illis rationes, vt diceter paulo inferius; Alterum verò dimidium pecuniæ per literas aptas iubeatur numerari Genuæ cui fratris noſtri auctoritas illud fieri decreuerit, intrà duos menſes poſtcaquam Hiſpani, Itali, Sequani exceſſerint è noſtris Caſtellis, & vrbe Antuerpia.

VX

HIS de rebus ſtatus ipſi vt dictum eſt, in ſe receperunt ſoluere noſtris militibus Germanis ſua ſtipendia, ita vt abſolutis rationibus præteritorum temporum, decretiſque apparebunt pro æquitate illis deberi, planè ſatisfiat. Quamobrem nos & frater noſter, pro, mittimus adiuuare ipſos ſtatus pro omnibus viribus & authoritate noſtra, tàm cum rationum libros habentibus, vt eos exhibeat, quàm cum ipſis Germanis vt acquieſcant rationi poſtulanti. Cum etiã oratores Cæſarei & delegati Ducis ſponte ſe obtulerint, vſuros bono officio ergà Germanos, ac ſuppliciter petituros à Cæſare, vt ſuam authoritatem, hac ipſa de cauſa commutat in germanos. At verò dum ſtatis Germanis fiat, poterunt pacatè morari in noſtris regionibus inferioribus, quæ per noſtrum concilium Setus ad protectionem & ſecuritatem noſtram, ac ſtatuum, illis aſſignabuntur.

10 k Antuerpia.

NOTA iterum amicè Lector, quòd Antuerpienſes, vt vndecimo præcedenti articulo huiut edicti ſatisfacere pro ſua parte viderentur; Concionatores, qui fidei Catholicæ, Apoſtolicæ, Romanæ aduerſabantur, omnes ad ſe vocatus, vrbe tandem excederc iuſſerunt: quo nomine Ioannes quidam Saliger Antuerpienſibus Magiſtratibus in pleno Conſiſtorio congregatis, dira minando vaticinatus eſſe dicitur, ſcilicet, quia verbo dei ſe indignos hoc pacto rederent. 2 27 Februarij.

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1577.

LOCA

TEMPORA

POST conclusos, confirmatos, atq; authoritate comprobatos (præcedentes hos articulos) Austriacus modis omnibus curauit, militi Hispano solui stipendia curauit, vt pro determinatione sexti Pacificationis articuli, hoc pacto promptiùs ac citiùs castra, atq; alia loca per Hispanos occupata in Statuum manus traderentur.

10 k Antuerpia.

AVSTRIACVS Idem cum, vt dictum est antea, Louanium peruenisset, à maiori regulorum ac nobilium confœderatorum Bruxella venientium parte, ibidem Louanij excipitur, qui vicißim eos ita clementur ac benignè tractat ac si nihil vnquam mali contrà Regem ac Religionem perpetrassent: Atque vt illis tantò magis gratificari videretur, quos etiam vel maximè culpabiles præ ceteris non ignorabat, liberaliter beneficijs, officijs ac prouentibus cumulauit, inter quos Hesio Bruxellensium præfecto, ducatos bis mille annui redditus donauit. Exhibitis præterea comiuijs, Iudicris, & festiuitatibus, tali cũ discretione, affabilitate, ac familiarite, vt æqualis prorsus illis, atque vnus ex ipsis, non autem Gubernator esse videretur, malens hac in parte gradui atque authoritati suæ prudens derogari quippiam, quàm vel in minimo etiam occasionem dari hominibus, cogitandi seuerum ipsum, morosum vel rigorosam esse Gubernatorem.

1 8 Martij.

MVLTVM eidem cupiebat populus Belgicus, vel propter singularem gratiam, benignitatem, affabilitatem, & clementiam, qua vtebatur ergà tàm pauperes quàm diuites illum q. magni æstimabant, vel propter virtutem etiam, & plusquam humanam discretionem, promptumque iudicium tàm proponendi quam respondendi, adeò, vt nihil tàm arduum tamque difficile vnquam proponeretur deliberandum, quin paratam eueßligiò haberet resolutionem, non aliter sanè, ac si diu admodum super illa re fuisset meditatus.

10 m Louanium.

NEC etiam à Bruxellensibus & Antuerpiensibus duntaxat, edicti perpetui publicandi haberetur ratio; Idem Austriacus (vt pacis videretur quàm studiosißimus) publicis præterea, in locis ac templi valuis Antuerpiæ vndique affixam esse Pacificationis publicationem voluit. [1]

2 14 Martij.

REX Hispaniarum non multò pòst de Statu rei Belgicæ haud parùm sollicitus, literas scribit [2] ad Austriacum, de omnibus ab eo certior fieri cupiens, quantumuis aduersa tùm in Hispania laborabat valetudine, vt quid nam in Belgio per ipsum cum Statibus actum, cumque militibus transactum esset, intelligeret.

POSTEAQVAM verò iam terminus aduenisset, Hispanis ordinatus atque statutus, vt arces, loca cum castellis redderent ab illis obtenta. Venit Dux Arscotanus cũ oratoribus Cæsaris Domino Barone de VVinneburg & Consiliario Imperatorio D. Gayl, ad recipiendam arcem Antuerpiensem, faciendumque fidelitatis homagium, quod vocant, Philippo Regi Hispaniarum, in manus Secretarij Iacobi Escouedij, qui quidem Dux pariter accersi iubet militem suum Vallonem, qui in Hispani locum succederet, arcemque custodiret. Præfectus autem arcis Antuerpianæ Sancho Daula, se tum absentauit, nec traditioni arcis interesse præsens voluit, rem indignam (vt ex illis habeo qui eum hoc loquentem audiuerunt) existimans, non quidem quantum, suam ad personam attineret, verùm pro ea potius affectione, quàm singulariter haberet inseruiendi suo Regi, probè perspiciens illud, quòd ex huiusmodi traditione aduenturum esset non sine periculo, inconueniens.

10 l Bruxella.

3 20 Martij.

TEMPORA

LOCA

QVARE ſuo Locumtenenti Martino del Hoyo negotium comiſit, [1] qui ad id exequendum conuocans omnes in arce Hiſpanos, iuſſit attolli pontes, claudi portas arcis. Et egreditur tandem cùm clauibus obuiam Duci Arſcotano, aliiſque nobilibus, qui ſimul venerant, vt per falſam arcis portam intrarent. Verùm in introitu, deſcendentes de equis ſuis, ſubſtiterunt in pontis vna parte, vbi prædictus Secretarius Eſcouedius nomine Regis homagium ac fidelitatem ſibi fieri petit ac poſtulat, quemadmodum id à Caſtellorum atque arcium præfectis fieri cõſueuit huiuſcemodi munia in ſe recipientibus. Ibi cunc Arſcotanus Dux ſuam manum manui poſtulantis Secretarij imponens, reuerenter, poſtquam caput aperuiſſet, iurauit, homagiumque fidelitatis hac forma præſtitit quæ ſequitur.

10 k Antuer. pia.

1 10 Martij.

EGO PHILIPPVS DE CROY, DVX ARSCOTI, IVRO PER DEVM, VIRGINEMQVE MARIAM, SVPER SANCTA QVATVOR EVANGELIA, CVSTODIRE AC TENERE HANC ARCEM, PRO SERVITIO SVAE REGIAE MAIESTATIS PHILIPPI DOMINI NOSTRI, NEC TRADERE CVIQVAM ALTERI, PRAETERQVAM SVAE IPSIVS PERSONAE, AVT SVCCESSORIBVS SVIS, SINE EXPRESSO SVO MANDATO. Ad quod Secretarius replicans hæc verba dixiſſe ſcribitur. Si ſic feceris, quod dicis, Deus te adiuuet, Sin minus, Diabolus te auferat, & corpore & anima, tunc quilibet reſpõdit. AMEN.

HIS ita peractis Martinus del Ryo, clauesilli eueſtigiò tradidit, leuarique pontes ſuis mandauit militibus, in arce exiſtentibus, qui ſic fecerunt. Atque ita Dux Arſcotanus tanquã nouus arcis præfectus & Gubernator, introducit præſidiarium militem ſuum Vallonem in arcem, interea dum egrederetur miles Hiſpanus, quòd à multò iam tempore, ſummo cum deſiderio efflagitanerat Belga.

TAMETSI autem Belgarum plurimi ſuas perdiderant per Hiſpanos ſubſtantias, aurũ, argentũ, gemmas pretioſas ſimiles theſauros maximæ æſtimationis, ita, & vt abſceſſus huiuſmodi Hiſpanorum (vt pote qui incraſſati atque onuſti arcem & vrbem Antuerpienſem relinquèrent) multo conſtiterit Belgis: maior tamen nihilominus eorum pars, lætis admodum, paruipendentes damnum acceptum, ingentes Deo egerunt gratias, qui talem Hiſpanorũ gentem, ceruicibus ſuis hactenus incumbentem, clementer è Belgio euocare dignatus ſit.

AT verò ex illis, qui lachrymantes præ triſtitia, futura quodamodo præſagientes his verbis interrogati.

BeLICa gens abIIt CVr ploras BeLgICa? dICaM;
reſpondent
A, qVod In O non eſt, LIttera Verſa qVeror.

Hoc Diſtichon in poſtrema hac editione noſtra, tantò libentius, vt fuit, ſic permanere volui, quòd animaduerterim, idipſum adeò non diſplicuiſſe D. Michaeli ab Iſſelt, Doctoque viro, Richardo Dinotho, vt hic pagina 231. libri ſui, De Bello Ciuili Belgico: ille verò pagina 913. Commentariorum Surio adiectorum, exprioris editionis noſtræ pagina 290. ſuis inſeruerint.

101 Bruxellæ.

2 17 Martij.

DANTVR interea [2] ab Eſcouedo Secretario, Domini Ioannis Auſtriaci, litera ad Regem Philippum, per Franciſcum quendam emini Saniago, in quibus inter cætera Auſtriacum, vtpote cui à ſua Maieſtate adiunctus eſſet, ſcribit, in periculo verſari maximo, perdendæ libertatis ſuæ, idque propter cauſas, & alia multa quæ in Statuum Belgicorum præiudicium ſcripta non parum tendere videbantur. Hinc eſt, quòd literæ tandem illæ, cum alijs interceptæ ſiue veræ fuerint illæ ſiue affictæ, magnam ſubſequentium altercationum, ac diſſenſionum occaſionem præbuiſſe, animaduerſum ſit.

PRÆTER

LOCA

TEMPORA

PRÆTER iam dictas die 27. Martij ſcriptas ab Eſcouedo literas ad Regem Antuerpiæ, dedit alias; quibus ſignificat [1] Status necdum ſatisfeciſſe ſolutioni mille quingentorũ coronatorum, ſeque ab illis ne in minimo quidem adiuuari, quantumuis illorum vel maxime ipſorum intereſſe ſtatibus ijſdem Bruxellæ in conſilio congregatis oſtenderit, Addens inſuper ſe neque ex operibus neque ex verbis illorum poſſe colligere vel minimum, quo ſpes affulgeret aliqua negotij, vt oporteret, componendi, vel eidem ſatisfaciendi quod promiſerant, cùm pereæque omnes in libertatis conſcientiæ ſuæ via propria incedere comperiantur. Has cùm cæteris ſimilibus poſtea ab eodem Eſcouedo ſcriptas literas, [2] in Gaſconia, vt dicebatur, interceptas, Auriacus Princeps Statibus poſtea per Aldegundum & Theronem quendam gallum Bruxellas miſiſſe legitur.

10 k Antuerpia.

1 6 Aprilis.

AVSTRIACVS nihilominus, vt firmior, & certior pax ſtabiliretur, & nulla diffidentiæ aut ſiniſtræ ſuſpicionis feneſtra aperiretur, ea, quæ cum ordinibus (antequam Bruxellas ingrederetur pactus erat) rata haberi & à Rege confirmari impetrauit. Reſpondiſſe etiã dicitur eode die: [2] literis regijs in Hiſpania 14. Martij datis, interque cætera regi ſignificaſſe, ſibi minimum Auſtriaco conſultum fore omninò, ſi in alium quendam locum tutiorẽ ſe reciperet, vbi liber exiſtens rebus pro rege melius vacare poſſet. Boniuetius etiam quidã & Bellingervillius, Galli nobiles, ab Auſtriaco eiuſque complicibus huius rei conſcijs, vt Lalainio, alijsq, quibuſdam ex ordinum numero ſubornati Auſtriaco ſtructas inſidias moliri, & de eius captiuitate conſultare dicebantur, quas quidem inſidias Marchio Hauræus & alter Monducet, ea tempeſtate Bruxellæ Galliarum regis negotia & cauſas agens, contra Auſtriacum inſtitutas detexerunt, & , vt ab eis ſibi caueret, ſeriò præmonuerunt.

10 l Bruxellæ.

IDQVE factum eſt dum ſe adhuc contineret Louanij Auſtriacus, & præter omnem ordinis gradus, & muneris ſui dignitatem (qua ſupremus ab ipſo rege deſignatus Gubernator ad iſtas prouincias regendas deſtinebatur) tanquã priuatus viueret. Vt, quanquã circa immanem criminis atrocitatem, cõiecturæ tam euidentes, & indicia tot & tanta eſſent, vt inſidiarum & conſpirationis authores in vincula conijci, atque in carcere aſſeruari debuerint, donec de veritate coſtitiſſet, & criminis conuicti, vel iudicio abſoluti forent (quemadmodum quidam ex ordinibus non infimi nominis, inter quos erat Abbas S. Gertrudis Louanienſis, dicebant fieri debuiſſe) tamen iuſſos domi manere, ipſi Status nihil in faciunt perpetratum inquirentes, impunè dimiſerunt, hoc nomine factum ſuum prætexentes: quod vicini cuiuſdam (cuius ſe clientes & à quo ſe miſſos dicebant) indignationem ſubire nollent, neque iram eius contrà ſe prouocare decreuiſſent.

2 7 Aprilis.

10 m Louanium.

QVAS quidem iniurias ſibi factas Auſtriacus diſſimilando tranſmiſit, atque interea nihilominus quàm diligentiſſimè ſtuduit & curauit, vt quemadmodum ad diem dictum Hiſpani, Itali & Burgundiones arcem & ciuitatem Antuerpianã [2] reliquerunt, ita & tunc Traiectum ſuperius [3] aliaque oppida & propugnacula omnia, quæ occupabant deſererent, atq, captiui vtrinque (ex parte ſtatuum comes Egmondanus, Dominus de Floyon, Dominus de Capres, & Dominus de Goigny etc. ex parte vero regia Dominus de Robles, vxor Domini Mondragonij, Valdes Gubernator Zutphaniæ, Capitaneus Ioſeph de Taleuare, cum 4. aut 5. alijs) pro octauo edicti Pacificatorij articulo dimitterentur, & ciuitates atque arces in manum & poteſtatem eorum, qui ex iſtis eſſent prouincijs oriundi traderentur, quemadmodum ordines poſtularunt.

3 21 Aprilis.

13 l Maſtricht

ATQVE ita Auſtriacus affirmantibus & paſsim dictitantibus, eum eſſe Reipublicæ ſtatum, vt ſi Belgarum animos pacatos, & periculorum ſecuros vellet : Hiſpanos milites, vnicum impedimentum dimittat: obtemperauit, & id eſſe neceſſarium, ſuadentibus, acquieuit. ' omnibus inuo ijs, & iniquitatibus obliteratis, & oblitione ſepultis. Idque præter omnem ſpem & expectationem, vt videbatur, Auriaci, & contra quorundam aliorum ex ordinibus, qui ſibi perſuadebant, vt poſtea ipſi prodiderunt, non futurum eſſe vt pactis aut conuentis ſtaret: quæ res eos adeò falſos haberet vt non modò conditiones pacis factæ (quantumus per eas in multis maximi momenti capitibus plurimũ de regia authoritate decederet, & contrà, multùm Principi Auriaco eiuſque partibus & fautoribus accederet) non violaucrit, ſed, quod magis eſt, vt Hiſpanorum é Belgio profectionem acceleraret, cum ipſi ſolueudo non eſſe viderentur, & ob ærarij inopiam ſexcenta floreuorũ millia, quæ promiſerant ſtatus cõradere non poſſent, magna pecuniæ ſumma mutuò data, illis ſubuenerit, animumque totum ad res belgicas placidè componendas conuerterit, cum antea ad vtrumque paratus & ad pacem & ad bellum in belgium (ex his qui ſequuntur) veniſſe appareat. 13 r Luxenburg.

1 20 Aprilis

NAM cùm primùm Auſtriacus cum Octauio Gonzaga & ſex Hiſpanis tantum ex Italia, compoſitis iam rebus Genuenſium, in Belgiũ properaret, atque iter non quod uis tutum aut apertum exiſtimaret: propter metum Hugonotorum, tandem ad leucos populos peruenit, atque per Galliam profectus ignotus, vbi etiam Lutetiæ Regem prandentem v diſſet, ad Auguſtam Romanduorum conuolat, vbi citius ad eſſe cognitus eſt (3. Nouembris 1576.) quam omninò iter cæpiſſe.

CÆERVM vbiveniſſet in Belgium, miſit ſignificatum Statuum ordinibus, ſe ægrè ferre caſum ac direptionem Antuerpianã, omnem tamen miſeriarum, & calamitum belgicarum finem aduentaſſe. Si Belgæ ipſi æquitatem & rationem complexi, comunem quietem & tranquilitatem patriæ propijs, parumque honeſtis deſiderijs quorundam anteferre voluerint Sed tamen ſi omni honeſtate reiecta pertinaciam pro cõſtantia, temeritatem pro fortitudine, licentiam pro libertate patriæ, obſtinatè tueri malint ſe non minùs ad bellum quàm ad pacem fuiſſe miſſum. Vtrum malim ſe facere poteſtatem capiendi, gratius tamen fore regi, & ipſi, concordiam & facilitatem belgij videre, quàm populationes, ruinas, incendia quæ omnia mala, ipſi ciues, quorum illa regio eſt patria, omni honeſta ratione deuitare ac propulſare debent. 10 k Antuerpia.

HOC quod feciſſe videbantur, poſtmodum Status Belgici, qui pacẽm eligentes, Auſtriaco, regium militem Hiſpanum dimittendi, ſeque cum Rege naturali ſuo domino conciliandi, occaſionem præbuerunt.

2 1 Maij.

COPIIS itaque dimiſſis ab Auſtriaco Lotharingiam verſus iter capeſſentibus, ipſe Louanio Bruxellas proficiſcitur, quò à principibus & Statibus Belgarum inuitabatur 10 m Louanium.

' Magna cum pompa & vniuerſi populi applauſu vrbem ingreſſus eſt, quem hinc pontificia Legatio, inde Epiſcopus Leodienſis & Cæſarius orator Dominus de VVinnenburg ſtipabant. Sequebantur multi oratores, proceres, & Principes inferiorum regionum, cum ad tria equitum millia accederent egregiè inſtructorum, comitabantur ipſum & præcedebant ferè 6000 armatorum, partim peditum partim equitum.

DE

LOCA

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1577.

TEMPORA

DE

IOANNE AVSTRIACO QVARTAS

POST DISCESSVM PHILIPPI REGIS,

VICES.

GERENTE

11. 5. 23. 8. 13. 8. 16.

10 I Bruxella.

FIEBANT interim multa ludrica, atque inter cætera plaustrum, à duobus equis aureo panno tectis, auratum trahebatur, in quo erat abundatia, multaque arma infracta cum insignibus pictis XVII. Regionum, quibus significabatur arma esse deposita, pacemque ab omnibus flagitari. Erat & triremis cum Turcis cathanatis pro nauali victoria: & columnæ herculis, vltrà quas noui orbis imperiorum à Carolo V. patre comparatum significabatur.

VNDIQVE è fenestris flores, serta, coronæ regiæ, à virginibus deijciebantur, tanta cum voluptate ac frequentia, vt omnem credulitatem superaret, Nam tormentorum strepitum, musicorumque instrumentorum concentum & harmoniã, vt minus vulgaria in omnibus solemnibus, silentio hic prætermittuntur.

I 4 May.

NEQVE ita multò pòst Austriacus permultà Statuum solemnia, ad ministrationem & Imperium suscepit, sed antequam hæc fierent, atq; res Bruxellensis compeneretur, admonitus hoc carmine Chronico fuit Austriacus.

PaCe bona beat aVstRIades te BeLga Sed Ipſe
FaC tIbI CVM ChrISto paX sIt & lCte ſape

13 m Leodium

PETIVERAT has conditiones ab ipsis Statibus; Vt ad seruandum decus & authoritatem maiorum, liceret habere custodias, quæ conuenire viderentur opportunitati, sicut fœminæ ac præsides harum regionum superioribus tẽporibus habuerunt, at non indigenarum tantum; Licitumq, sit quocunque vellet proficisci; Ne selli essent proprij præfecti, aut Gubernatores ciuitatum, nisi vbi prius esse consueuerant; Vt omnes præsides, tribuni, milites præstò sint acciti, pareantque illi tanquam summo Imperatori; Vt tanquam summus Imperator, omnia solita munia, & officia possit conferre, quæ paci, ac priuilegijs regionum non repugnent; Vt nomina illorum, qui putantur digni, qui adsciscantur in comitia quàm citissimè ad ipsum deferantur, vt cognoscat an quis sit suspectæ fidei, vel praui ingenij; Vt si Auriacus aut Batani siue Holandi ac Zelandi, paci atque concordiæ prædictæ nolurint assentiri, reliqui Status nullum cum illis habeant comercium, sed potiùs cunctis viribus pacem ipsam tueantur,

ATQVE ita Auſtriacus affirmantibus & paſſim dictitantibus, eum eſſe Reipublicæ ſtatum, vt ſi Belgarum animos pacatos, & periculorum ſecuros vellet: Hiſpanos milites, vnicum impedimentum dimittat: obtemperauit, & ,id eſſe neceſſarium, ſuadentibus, acquieuit. ' omnibus iniurijs, & iniquitatibus obliteratis, & oblivione ſepultis. Idque præter omnem ſpem & expectationem, vt videbatur, Auriaci, & contra quorundam aliorum ex ordinibus, qui ſibi perſuadebant, vt poſtea ipſi prodiderunt, non futurum eſſe. vt pactis aut conuentis ſtaret: quæ res eos adeò falſos habuit vt non modò conditiones pacis factæ (quantumus per eas in multis maximi momenti capitibus plurimũ de regia authoritate decederet, & contrà, multùm Principi Auriaco eiuſque partibus & fautoribus accederet) non violauerit, ſed, quod magis eſt, vt Hiſpanorum é Belgio profectionem acceleraret, cum ipſi ſolueudo non eſſe viderentur, & ob ærarij inopiam ſexcenta floreuorũ millia, quæ promiſerant ſtatus cõtradere non poſſent, magna pecuniæ ſumma mutuò data, illis ſubuenerit, animumque totum ad res belgicas placidè componendas conuerterit, cum antea ad vtrumque paratus & ad pacem & ad bellum in belgium (ex his qui ſequuntur) veniſſe appareat. — 13 r Luxenburg.

1 20 Aprilis

NAM cùm primùm Auſtriacus cum Octauio Gonzaga & ſex Hiſpanis tantum ex Italia, compoſitis iam rebus Genuenſium, in Belgiũ properaret, atque iter non quod iis tutum aut apertum exiſtimaret: propter metum Hugonotorum, tandem ad leucos populos peruenit, atque per Galliam profectus ignotus, vbi etiam Lutetiæ Regem prandentem viſſet, ad Auguſtam Romanduorum conuolat, vbi citius ad eſſe cognitus eſt (3. Nouembris 1576.) quam omninò iter cæpiſſe.

CÆERVM vbiveniſſet in Belgium, miſit ſignificatum Statuum ordinibus, ſe ægrè ferre caſum ac direptionem Antuerpianã, omnem tamen miſeriarum, & calamitum belgicarum finem aduentaſſe. Si Belgæ ipſi æquitatem & rationem complexi, comunem quietem & tranquilitatem patriæ propijs, parumque honeſtis deſiderijs quorundam anteferre voluerint Sed tamen ſi omni honeſtate reiecta, pertinaciam pro cõſtantia, temeritatem pro fortitudine, licentiam pro libertate patriæ, obſtinatè tueri malint ſe non minùs ad bellum quàm ad pacem fuiſſe miſſum. Vtrum malim ſe facere poteſtatem capiendi, gratius tamen fore regi, & ipſi, concordiam & facilitatem belgij videre, quàm populationes, ruinas, incendia quæ omnia mala, ipſi ciues, quorum illa regio eſt patria, omni honeſtea ratione deuitare ac propulſare debent. — 10 k Antuerpia.

HOC quod feciſſe videbantur, poſtmodum Status Belgici, qui pacẽ eligentes, Auſtriaco, regium militem Hiſpanum dimittendi, ſeque cum Rege naturali ſuo domino conciliandi, occaſionem præbuerunt.

2 1 Maij.

COPIIS itaque dimiſſis ab Auſtriaco Lotharingiam verſus iter capeſſentibus, ipſe Louanio Bruxellas proficiſcitur, quò à principibus & Statibus Belgarum inuitabatur — 10 m Louanium.

' Magna cum pompa & vniuerſi populi applauſu vrbem ingreſſus eſt, quem hinc pontificia Legatio, inde Epiſcopus Leodienſis & Cæſarius orator Dominus de VVinnenburg ſtipabant. Sequebantur multi oratores, proceres, & Principes inferiorum regionum, cum ad tria equitum millia accederent egregiè inſtructorum, comitabantur ipſum & præcedebant ferè 6000 armatorum, partim peditum partim equitum.

DE

LOCA

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1577.
TEMPORA

DE

IOANNE AVSTRIACO QVARTAS

POST DISCESSVM PHILIPPI REGIS, VICES.

GERENTE

11. 5. 23. 8. 13. 8. 16.

10 I
Bruxella.

FIEBANT interim multa ludrica, atque inter cætera plauſtrum, à duobus equis aureo panno tectis, auratum trahebatur, in quo erat abundatia, multaque arma infracta cum inſignibus pictis XVII. Regionum, quibus ſignificabatur arma eſſe depoſita, pacemque ab omnibus flagitari. Erat & triremis cum Turcis cathanatis pro nauali victoria: & columnæ herculis, vltrà quas noui orbis imperiorum à Carolo V. patre comparatum ſignificabatur.

VNDIQVE è feneſtris flores, ſerta, coronæ regiæ, à virginibus deijciebantur, tanta cum voluptate ac frequentia, vt omnem credulitatem ſuperaret, Nam tormentorum ſtrepitum, muſicorumque inſtrumentorum concentum & harmoniã, vt minus vulgaria in omnibus ſolemnibus, ſilentio hic prætermittuntur.

I
4 May.

NEQVE ita multò pòſt Auſtriacus permultâ Statuum ſolemnia, ad miniſtrationem & Imperium ſuſcepit, ſed antequam hæc fierent, atq; res Bruxellenſis compeneretur, admonitus hoc carmine Chronico fuit Auſtriacus.

PaCe bona beat aVstRIades te BeLga Sed Ipſe
FaC tIbI CVM ChrIStO paX sIt & lCte ſape

13 m
Leodium

PETIVERAT has conditiones ab ipſis Statibus; Vt ad ſeruandum decus & authoritatem maiorum, liceret habere cuſtodias, quæ conuenire viderentur opportunitati, ſicut fœminæ ac præſides harum regionum ſuperioribus tẽporibus habuerunt, at non indigenarum tantum; Licitumq; ſit quocunque vellet proficiſci; Ne ſelli eſſent proprij præfecti, aut Gubernatores ciuitatum, niſi vbi prius eſſe conſueuerant; Vt omnes præſides, tribuni, milites præſtò ſint acciti, pareantque illi tanquam ſummo Imperatori; Vt tanquam ſummus Imperator, omnia ſolita munia & officia poſſit conferre, quæ paci, ac priuilegijs regionum non repugnent; Vt nomina illorum, qui putantur digni, qui adſciſcantur in comitia quàm citiſſimè ad ipſum deferantur, vt cognoſcat an quis ſit ſuſpectæ fidei, vel prauæ ingenij; Vt ſi Auriacus aut Bataui ſiue Holandi ac Zelandi, paci atque concordiæ prædictæ noluerint aſſentiri, reliqui Status nullum cum illis habeant comercium, ſed potiùs cunctis viribus pacem ipſam tueantur,

Digitized by Google

...ugks des Durchleuchtigen &c. Don Johan
in Brussell, am 1. Maij. 1577.

1577. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA | LOCA

POSTEA ſolemnia, celebrata ſunt ſacra Bruxellis in ſacello Regij palatij, & ſacra pompa ducta: nam plurimi populi vndiquc ad ſpectaculum conſluxerant, ſperantes diſſidia rerum belgicarum & religionis compoſitum iri,

PAVCOS pòſt dies, ſuſcepta adminiſtratione cæpit Auſtriacus animum conuertere ad res inſtituendas, placandas, & componendes, quo in negotio multa pacientia, moderatione, liberalitate, animis omnibus placandis vtebatur. Actum eſt primùm de cõuocandis comitijs, in quibus ageretur & statueretur que De religione, De cultu diuino; & De Regia obedientia; ac de tributis diſſoluendis; Interea. [1]

10 l Bruxella.

1 8 May.

VIgLIVs oCtaVa FLet trIstIs FrIsIa MaIe
AsCendIt LætI spLendida teCta poLI.

AT Auſtriacus, non modo arma non deponit pro pacis condicionibus, ſed etiam nouas vires colligit, cum ſe portui Santonum, auxilia laturũ eſſe palàm profiteretur. (Nam Humenius regulus Amboiſa, quæ vrbs eſt Turonum, caſtra mouerat, cum multis millibus armatorum ad Santonici portus expugnationem, atque Alenconius in Tectoſates cum copijs properabat, quòd ſperabat eos populos per gratiam Anuillij ad regiam fidem eſſe perducturum) Miſſæ ſunt igitur [2] Statuum ad illum & legationes, & Arſcotenſis Dux, qui hortarentur, vt arma deponeret, & pacis conditiones ſeruaret.

RESPONSVM eſt his, non poſſe hoc obtineri, niſi euerſa arce Antuerpiæ, & munitionibus locorum Belgicorum, quæ ſunt contra leges regionis excitatæ, ac niſi emiſſi ſint Germani, & Buranus ex Hiſpania remiſſus.

10 k Antuer. pia.

PRINCIPES ac proceres Belgarum quia ſuſpicari cæperant fore, vt rationes multorum ab Auſtriaco recognoſcerentur; cæperunt procurare, vt nonnulli remouerentur è conſilio Status, tumultuſque excitare, antè vltimam concluſionem pacis. Hoc fiebat conſilio & impulſu Principis Auriaci, aliorumque nobilium qui monebant proſpiciendum eſſe & conſulendum futuris periculis, ne tardè pœniteret omnes comiſſi erroris; quoniam Auſtriacus per multas artes palam cognoſceretur, animos multorum primariorum ſibi allicere, quorum authoritate ſuffultus, poſſet cæteris belgis pro arbitrio dominari.

ISTVD non difficile fuit perſuaſu, quoniam mentes belgarum iam hoc ipſum complexæ fuerant.

2 23 May:

CVM igitur in arce Antuerpienſi Ducis Arſcotenſis filius Princeps Chimaius vicario munere ſungeretur, clam actum eſt cum ducibus militum & militibus eorum factionis, qui erant in illis præſidijs, vt ſtatuto tempore aduerſariæ factionis milites eximerentur, ſuique ſubſtituerentur, accepta ſunt arma repentè à popularibus, ad ejciendos ex vrbe germanos quibus 40000. quadraginta numûm millia proſtipendijs oblata ſunt.

9 q Chymai.

VICECOMES

LOCA

TEMPORA

VICECOMES Gaudenſis hoc menſe Maio [1] nocte intempeſta Auſtriacum, iam in lecto decumbentem Bruxellæ de ijs, quæ agerentur, conuenit, & certiorem fecit, monens & dictitans, periculum eſſe in mora longius non protrahenda, ſed, ſi ſe ſeruatum cupiat, maturè ſibi ſuisque rebus eſſe proſpiciendum. In hoc enim omne quorundam aduerſariorum conſilium agitatum verſari, quomodo vnà cum vniuerſa ſua familia opportunè poſſit contrucidari. Itaque Bruxellæ diutius agere tutum non eſſe affirmabat, & multas ad fidem verbis faciendam, pregnantes rationes adferebat, quibus id, quod ſe compertum habere dixerat, confirmabat. verũ illa omnia tanquam vana & friuola neglexit, & interea multa & longa animi patientia graues iniurias, & intolerabiles Bruxellentium inſolentias, ſine omni perturbatione, æquo animo tulit: qui eius lenitate & clementia abutentes, eò tandem audaculi proruperunt, vt in foro ante domum ciuicam concitato pernicioſo tumultu ſatellites eius corpori tuendo adhibitos inuaſerint & aggreſſi ſint, eo ipſo die dominico, [2] quo in eam domum vocatus aſcenderat, vt ex ea ſupplicationem, & ſolennes dedicationis pompas ſpectaret.

10 l Bruxella.

1 Maio. menſ.

10 k Mechlinia

2 die dedicationis.

INTERIM cum Status vnà cum Imperij legatis aſſlagitarent vt Germanorum & militum tribunos atq; præfectos (quibus cum calculi ratio ſubducenda erat) ad ſe Mechliniam euocaret: paruit, & Mechliniam tanquàm locum opportunum, & magis idoneum ei rei deſtinauit. quod, ſi Bruxellam conueniſſent, aut ſeditio aut tumultus expectari potuerit.

POSTEA cum iam Auſtriacus Bruxella Mechliniam digrederetur, [3] reſcitum eſt, ad portam: qua egreſſurus fuerat: ex compoſito rem agi, vt ita, concitato tumultu, eius profectionem & inſtitutum ita morarentur: Quare & ad aliam deflectendo portam eorum conatus eluſit, atque fruſtratus eſt, & Mechliniam profectus, Vbi cum ageret, populum illum per ſe ſatis benignum, ſatisque tranquillum expertus eſt: Interea de facta cõiuratione ſuſpicio maiores vires concepit, & præcipuè tum exarſit, quùm Dux Arſcotanus Auſtriaco inter ambulandum diceret, ne Mechliniæ quidem eum cum familia & comitatu ſuo tutum eſſe, aut extra periculum viuere: Siquidem ſibi conſtaret, & quaſi publicum haberetur: à quibuſdam, qui ſe Anti Iohanniſtas nuncuparent, noua quædam facta conſpirationis ſymbola circumferri, & eoſdem ea tentari & moliri, quæ eidem Auſtriaco, eiuſque fautoribus pernicioſa & exitioſa futura ſint.

13 m Spaa.

3 11 Iulij.

DVM hæc aguntur, accidit vt Illuſtriſſima fœmina Princeps de Beirna. Vendomiorum Dux ad aquas fontis Spaa in ditione Leodienſi bibẽdas profectura aduẽtaret, cui vt obuiam progreſſurus Auſtriacus de aduentu gratularetur: neceſſitudinis & affinitatis vinculum poſtulabat, quo Catholicus & Chriſtianiſſimus Reges, dicta Principis fratres colligantur: quare cum dicta Princeps Namurcum pergeret & Auſtriacus, relicta Mechlinia eò contendit, vbi, cum in omnibus benenolentiæ humanitatiſque officijs dictæ Principi exhibendis, occupato conſuluerunt & hortati ſunt quidam, vt ſui curã diligentem habeat, ſtructas enim ei intercipiendo paſſim diſpoſitas latére inſidias, à quibus ne Namurci quidem tutus aut ſecurus viuat. Cui rei admodum veriſimili maior fides adhibita eſt, quòd, inſcio Auſtriaco tanquam Gubernatore, Egmondanus & Heſſius aliiq; nonnulli priuata ſua authoritate freti collectum ex militibus exautoratis vagiſque, & ſparſim in agrum Namurcenſem effuſis, nouum exercitum conſcriberent: & quod per idem tempus litera miſſæ fuiſſent ad Auſtriacum dum exiſſet ad venationem, quibus continebatur non procul abeſſe 400. pedites quorum conſilium eſſet illum captum Fliſſingam adducere; quibus lectis in arcem Namurcenſe ſe impendenti & flagranti periculo eripiens, ſtipatus domeſticis nobilibus & paucis principibus, eum ſecutis poſtridie [4] quàm dicta Princeps diſceſſit, recepit. [5]

12 n Namui.

4 23 Iulij.

8 k Hiſsinga.

5 24 Iulij.


Wie Don Jan D' Auſtria das

zu Namen erwehlt

1577. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA | LOCA

INTEREA comes Lalainius quendam ex ſuis miſit, & datis ad Auſtriacum literis ſignificat, ſe quædam ardua, & maximi momenti habere, quæ maximè ad ſuam Celſitudinem pertinerent, tunc demum exponenda: ſimulatque Bruxellam vel Mechliniam redijſſet. Itaque nihil æquè cupere, ac diem dici, quo ſua celſitudo iter in Brabantiam inſtitutum adornet: vt cum aduentāti obuiam futurus commodè explicare, & ea, quæ dicenda ſunt præſens præſenti coram aperire poſſit: rogare autem atque obſecrare, vt

1 20 Iulij. S. Celſitudo ad literas ſcriptas (quas vulcano dari poſtulat) verbis quàm paucißimis reſponderet. 10 1 Mechlinia

AVSTRIACVS (nihil mali, nihilque ſiniſtri de dicto comite ſuſpicatus, nihil etiam tale ab illo metuens, quale ab eo ſibi fuiſſe intentatum res ipſa poſtea declarauit) vt comitem de ſua erga illum beneuolentia & fide certiorem redderet, ad comitis literas humaniſſimè reſcribebat, & in earum tergo ſuis ipſius digitis paucula exarabat, pro ſingulari eius beneuolentia & fide gratias agens immortales, & officioſis illum verbis Namurcum inuitans, rem facturum quàm gratiſſimam affirmabat, ſi illuc ſui cōueniendi gratia accederet: Siquidem de ſuæ in Brabantiam profectionis tempore nihil adhuc ſibi conſtaret.

11 11 Namurcú

FACILE autem erat tum cuiuris colligere, quid de Auſtriaco futurum erat, ſi Namurco relicto (quod ſperabant) in Brabantiam reduſſet. Nam milites & alij ignoti, qui per agrum Namurcenſem ſparſim vagabantur, quemadmodum etiam & illi, qui in vico Pervveano (tertio à Namurco lapide) diſpoſiti erant, dato tympanis pulſatis ſigno, cateruatim regreſſi ſunt, &, multis id conſpicientibus, ſua quaſi caſtra mouerunt, ſimul ac è quodam centurione dediciſſent, locatas Auſtriaco inſidias iam eſſe detectas, & haberi manifeſtas.

SPARGITVR interim in vulgus Ducem Guiſium & Baronem Billium, Auſtriaci nomine, militem cogere, & exercitum conſcribere; Vnde attonitis ſimiles Status tanquam rumore illo increbreſcente commoti, Oratores ſuos per legatos Namurcum mittunt, qui conquerantur & de ijs quæ vulgo ferrentur cum Auſtriaco expoſtulent. At S. Celſitudo: quemadmodum quarto antè occupatam arcem die, [1] miſſis ad ordines ſiue ſtatus literis ſignificauerat: ita & iam reſpondit, nempe, hoc, quod ſparſum erat in vulgus, ſplendidum & tàm malitioſè, quàm ſtudioſè excogitatum eſſe mendacium. Atq; ita Schetus regij ærarij quæſtor probè ad agendum cum illis inſtructus atque munitus & legati cum mandatis tàm ad ordines, quàm ad Magiſtratum & D. Haſium, qui ciuitatis Bruxellæ Gubernaculum adhuc ſibi vendicabat, ſtatim dimiſſi ſunt. [2]

11 k Brabantia

QVOD autē Auſtriacus ſe in arcem receperat (licet ſuo iure ſupremus in Belgio facere potuiſſe videbatur) veritus tamen ne illud à maledicis alio raperetur animo, ac factum eſſet, è veſtigio, Baroni Raßingemino Regis inter ordines Conſiliario literas Bruxellam perferendas dedit, quibus ſignificat, dictam arcem à ſe non alio conſilio, aut mente occupari, quàm vt periculum euitet, qui à multis & diuerſis hominibus diu multumque & fideliter monitus, tandem certis argumentis & indicijs apertißimis vincatur, & nolens volens ad credendum impellatur, quod mox capiendus fuerit, niſi ſibi ipſe maturè proſpiceret aut inſidiatorum conatus eluderet.

2 24 Iulij. 10 1 Bruxella

NOLLE

IOHANNE AVSTRIACO LEONEM

LOCA

1577.

TEMPORA

NOLLE tamen vllo modo committere vt pactis non ſtet, aut icta fœdera violet: ſed conari & ſtudere, atque omninò velle (quomodo pacti erant) ſingulas & vniuerſas pacis conditiones ſuis numeris [1] abſolutas perfectaſque tueri, & integras conſeruare: ordines autem pari ſtudio hoc conari, vrgere & efficere debere, vt idem apud ſuos fiat, & idem per ſuos facere liceat, & (quòd ſe facturos tàm ſanctè iurarunt) vt imprimis Romana illa Catholica Religio manu teneatur, Regiq; ſua authoritas & debita obedientia, vbiq; & ſemper maneat & præſtetur integra.

11 n Namurcũ

QVOD ſi, tanto oneri ſe impares putarent, aut ea, quæ promiſerant, per ſe præſtari nõ poſſe confiderent: ſe illis ſua authoritate ſedulò adfuturum pollicetur, neque enim aliud moliri aut ſpectare, quàm pacem & tranquillitatem tantoperè ab ijs deſideratam, vt hac in parte Regiæ Maieſtatis voluntate ſatisfaciant, & eius opinionem de illis conceptam confirment.

1 Pagina 205.

ADDIDIT præterea quaſdam conditiones, pro quibus tanquam pro reſponſo, alia ad ſuam Celſitudinem, à ſtatibus miſſa [2] ſunt Namurcum, exprimentes; quibus eum velint vti ſatellitibus, & ſub quibus ducibus, & legatis ſatellites illi militare debeant. Hoc nimirùm moliebantur, & illuc tendebant, vt arcem Namurcenſem deſerendam, ipſisq; relinquendam eum inducerent.

AVSTRIACVS contrà ſignificatum mittit ſe cognouiſſe, non poſſe eſſe Bruxellis ſalua regia & ſua dignitate, neque rediturum eſſe ſine firmis cuſtodijs, & poſitis armis à Statibus, & abdicatis omnibus alijs gubernatoribus; quod niſi ſponte fiat, omninò eſſe faciendum, cum gubernaturus, non autem gubernandus in Belgium miſſus ſit.

HIS allatis, indicta ſunt à ſtatibus comitia ſub pœna perduellionis, omnibus militibus, indigenis, vt in vnum locum ad ſtatutum tempus conuenirent, vt vltimum reſponſum Auſtriaci de pace audiretur, & ferentur ſuffragia. Accitus eſt Namurco Dux Arſcotanus & alij Proceres concilij ſtatus qui Auſtriacum ſequebantur, quales fuerunt Princeps chymaius. Marchio Hauriensis, Comes de Reux filij, Domini Barlemontij Dominus de Herges, & Dominus de Floyon, etc.

2 30 Iulij.

10 l Bruxella.

TANDEM omnia hoſtiliter acta ſunt, ciuitates inuadendo, & in illos manus injiciendo, qui à rege ſtare videbantur. Quinimò, ſpolijs inter ſe diſpertitis, aliquot regis miniſtri & plurimi nobiles, omnibus bonis & fortunis exuti, domibus agriſq; ſuis expulſi ſunt; vtpote, in quos tanta atrocitate deſæuitum eſt, vt etiam coniuges & liberi abducti ſpoliarentur, & tam vrbana quàm eorum domus ruſtica expilarentur, etiamſi ea in territorio Leodienſi, aut in aliqua alia neutrius partis ditione ſita eſſent. Ac licet ſtatuum ordines ab Auſtriaci partibus, ne minima quidem iniuria affecti dicerentur: captum tamen eſt eorum nomine clàm ſollicitare arcis Antuerpienſis præſidia illiſque perſuadere, quòd Auſtriaci ingreſſus eſſet aperti belli ſignificatio, At Auſtriacus, non alia de cauſa caſtrum Namurcenſe à ſe occupari teſtabatur, quàm vt à periculo ſecurus, in tuto poneretur: non enim eo animo ſe illuc recepiſſe, vt vllam inde vim faciat, aut ordinibus moleſtus ſit, aut pacis decreta reſcindat, aut promiſſis non ſtet: ſed ſedulò conari & adniti, vt integra atque incorrupta pacta ſeruet, & vniuerſis initorum fœderum conditionibus ſatisfaciat: Sed ordines ſuſpectam fidem habentes Auſtriaci, Terlonium in arce Antuerpienſi capi iubent [3] eoſque cadi milites qui factum non probarent.

3 1 Auguſti.

10 k Antuerpia.


Wie die walen dass Schlos zu


ntorff verlaſſen muſſen. 1. Aug.

1577. TEMPORA

TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

LOCA

INTER hos tumultus belgicos, cum neque proceres Namurcum, neque Auſtriacus Bruxellas accedere tutum exiſtimarent, quòd alter alteri diffideret, neque poſſent ſimul negotiari, captum eſt literis agi, maximè ab Auſtriaco ad ſingulos ſtatuum ordines, Epiſcopos, Senatus & Ciuitates è caſtro Namurcenſi miſſis. Quibus.

LITERAE AVSTRIACI.

INTELLIGIMVS (inquit D. Auſtriacus) dilectiſſimi, & amici chariſſimi, non ſine magno animi cruciatu, vndiq; falſos rumores quotidie in populum ſpargi, à quibuſdam hominibus peſſimè perditis, & publicæ quietis perturbatoribus, paſſim dictitãtibus, & diuulgantibus, nos bello gerendo operam dare, qui Hiſpanos in Italiã profectos, & alios in maiori numero, iamiam itineri accinctos reuocemus. Non ſatis eis viſum eſt, quòd tam antè, quàm poſt noſtrum in iſtas prouincias aduentum, pernicioſam reipublicæ (quam omnes norunt) operam nauauerunt: eò audaciæ tandem progreſſi, vt etiam nobis capiendis inſidias moliti ſint: niſi & hoc ipſo tempore adhuc laxatis temeritati habenis, cælum terra miſceant, & nihil non faciant, vt nouum ſeditionis, & ciuilis belli incendiũ, quàm vnquam antea, multò flagrantius mouerent, & concitarent.

II n Namurcũ

ET quantum ad nos attinet, licet noſtrum officium facimus, & pro viribus conamur, vt omnia in pace, & tranquillitate conſeruentur, & quanquàm ſcripſimus, & per noſtros legatos Statibus Bruxellæ congregatis nunciari curauimus: nobis nihil æquè odioſum, & deteſtabile videri, ac inimicitias, & bellum: propoſitis iuſtis rationibus, quibus oſtendebamus, nihil aliud nos petere aut poſtulare, quàm vt Catholica illa Romana religio obſeruetur, & debita Regiæ Maieſtati obedientia exhibeatur, & omnibus edicti Paciſcatorij conditionibus ſatisfiat: id quòd omnes, iuriſiurandi religione obligati, ſe facturos, ſanctiſſimè promiſerunt.

INTELLIGIMVS autem, hæc ad vos non eſſe perlatã, imò ipſam rei veritatem à vobis celari cognouimus: quare etiam ignoramus, an literas noſtras acceperitis, & neſcimus, an alias, fidelibus noſtris ſubditis, ad quos eas miſeramus, fuerint redditæ: cùm nuncij: quos in omnes partes ablegabamus, vt de noſtra ſyncera voluntate, & (quemadmodum actiones noſtræ teſtantur) de confirmato aperti noſtri animi propoſito, cunctos certores redderemus: ſint aut impediti, vt ijs, ire vel redire non liceat, aut in itinere ſpoliati, vel detenti, literis partim apertis, partim ſuppreſſis, partim etiam per nouatorũ iſtorum dolos, & malas artes interceptis, adeò, vt ex omni numero Præfectorũ, Senatuum, Magiſtratuum, & bonarum in iſtis prouincijs Ciuitatum, ad quas de omnibus rebus ſcripſeramus, vix vnis literis, cum magno animi noſtri dolore reſponſum ſit.

EXITIALE profectò facinus, & ſcelus, pluſquàm deteſtabile, adeòq; nefarium, vt neque ſubditi Regiæ Maieſtatis mentem poſſint intelligere, aut noſtram (qui eius locum tenentes ſupremi in Belgio vicarij officio fungimur) neque ipſi poſſimus de ſubditorum erga nos voluntate certiores fieri.

1 10 1 Bruxella.

1 4 Auguſti.

ATque hæc in cauſa ſunt (licet nuncij ſpoliãdi, de litteris amittendis, atque eripiendis, denuò periclitatuti ſint) quod has noſtras præſentes literas iterùm mittimus, per quas vobis eſſe ſignificatum volumus, quòd expectemus definitam, & abſolutam ſtatuum Bruxellæ congregatorum ſententiam, ad ea nobis reſcribendam, de quibus antè decem dies proximos ad eos ſcripſimus, & vnà qui cum ijs aggerent miſimus: per quos expoſimus:

NOS

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1577.

LOCA

TEMPORA

NOS eorum bonam, & promptam voluntatem cum magno animi gaudio accepiſſe qua ergà duo illa capita benè affici teſtarentur: vtpote parati obſeruare ROMANAM illam RELIGIONEM Catholicam; & præſtare debitam Regiæ Maieſtati ſuam OBEDIENTIAM: quæ quidem duo omnibus ſtatibus, & iuſtis benè inſtituendæ aut ordinandæ Reip. conſtitutionibus fundamenta iacienda ſunt.

PRAETEREA ſignificauimus, nobis auditu fuiſſe gratiſſimum, quòd polliciti eſſent ſe omnibus modis curaturos, vt dictis capitibus manu tenendis iuſtè conſulatur, & ita porrò ſupremo Gubernatori ſua authoritas conſeruetur, omni tandem ſcrupulo diffidentiæ ſublato, quemadmodum nos de vniuerſis ſtatuum ordinibus ſicuti iam de harum pronunciarum ſubditis, hactenus ſemper benè confiſi ſumus, & in poſterùm perpetuò benè confidemus.

SED cùm manifeſtè deprehendiſſemus, & quaſi digito inſidioſas fraudes tetigiſſimus, quas quidam malenoli, & temerarij homines, contrà perſonam noſtram machinabantur: & cum obſeruaſſemus Auriaci, eiuſque miniſtrorum authoritatem, & fidem, apud pleroſque dictorum ſtatuum magni fieri, cùmque animaduertiſſemus criminationibus, & calumnijs maiorem fidem haberi, quàm noſtris actionibus: negare non volumus, per hæc & alia vobis perſuaſum fuiſſe vt perſonæ noſtræ in tuto ponendæ (cuius obſequij deo, atque Regi præſtandi, & patriæ conſeruatione tantus vſus eſt) conſulere debuerim, donec nobis de omnibus inconuenientibus, quæ accidere potuiſſent, cautum eſſet.

1 2 Auguſti.

10 k Antuerpia.

ATQVI non potuimus induci, vt crederemus ordines indicaturos in hoc peccatum eſſe, imò confidebamus futurum, vt perſpicacem noſtram prudentiam cõmendarent, qui licet eſſemus à nullis præmoniti, non paſſi ſumus, nos capiendos in cautè opprimi, aut etiã preueniri, quemadmodum ipſis nunciari curauimus, ſuisè & ſigillatim cætera omnia oſtẽſuri, ſi quando eos coràm præſentes conueniemus.

INTEREA denuò ijs nunciari mandauimus, nos nihil aliud optare, quàm, vt factis edicti Pacificatorij decretis ſatisfiat, & ipſi promiſſis ſtent: Siquidem Regia Maieſtas, nequaquàm bellum deſiderat, neque petit (ſi vllo modo poſſit fieri) contrà ſuos clientes & ſubditos, vires ſuas experiri, ne illos huc demùm reuerſuros adducere cogatur, quos hinc dudum, pro quiete, & tranquillitate patriæ, ableg auerat: In quo omnes boni, & fideles ſubditi debẽt acquieſcere, & mutua viciſſitudine pijs noſtris conatibus, benè ergà omnes bonos affectis, pro viribus reſpondere, ſed videmus quoſdam nouatores, & vtilitigatores eſſe, quorũ alij, malè volunt Religioni Catholicæ, alij ſibi malè conſ[illegible], diffidentiæ ſtimulò inquietantur, alij quemadmodum vltimo bello fecerunt, militaribus ſubſidijs, & ſtipendijs (quales exiſtimat & à quibus germani Antuerpia electi) *cupiunt diteſcere, qui omnes & ſinguli: cum apud pleroſque ex ſtatibus (vt dictum eſt) magnam authoritatem habeant: omnibus modis, & rationibus conantur, vos in noua bella, eaque inteſtina, & ciuilia conijcere, planè ignorantes iuſtam, & legitimam eorundam cauſſam, ex quibus (vt ſcitis) nullum commodum, aut emolumentum patriæ, ſed exitium expectari poteſt.* (Sed videamus electionem)

Digitized by Google

Teutsche auff Antorff lauffen 2. Aug:
Custom Port

TEMPORA

LOCA

ET demiramur, quòd hominum malè conciliatorum, numero tàm paucorum, authoritas tanta sit, quanta virt, tam magni, & graues, Antistites, Ecclesiastici, optimates, nobiles, sapientes, conspicui, & boni ciues, adhuc Catholici, in eorum sententiam pertrahantur, & eò pessimis rationibus adducuntur, vt contrà suam propriam religionem, contrà principem suum naturalem, contrà suos parentes, amicos, suam patriam, & contrà seipsos, proprium sanguinem, & sua viscera arma capiant.

HOC ipsum bellum, quod illi videntur inchoaturi (nam nos non inchoabimus, tantum nos, si impetamur, defensuri (siquis benè expendat, atque consideret: deprehendet hoc ipsum necessariò geri, aut contrà Religionem, aut contra Regem, supremum nostrum dominum, & principem naturalem, aut contra personam nostram: ex quibus necessariò consequitur, quòd velitis mutare, aut Religionem, aut Principem, aut Gubernatorem simul.

SI est contrà RELIGIONEM, vbi sunt magnifica illa vniuersorum ordinum, toties iterata promissa, quibus, etiam proposito vniuersi mundi precio, se illam mutaturos pernegabant. Atq, ita pugnaretis contrà Deum, & eius Religionem, contrà eius doctrinam, contrà sanctas traditiones nostræ sanctæ matris Ecclesiæ, in qua estis baptizati, instituti & enutriti. Pugnaretis etiam contrà propriam vestram salutem, in gratiam sectatorum, & hereticorum, inimicorum vestrorum, vt qui vestra pernicies, atque exitio perpetuò studuerunt, & adhuc operam dant.

1 14 Augusti.

ET (quod nunquam credimus) si apud vos constituisset veram religionem perdere; pro certo habetote, quòd Regia Maiestas omnibus vtetur adminiculis, a deo illi concessis, quibus hoc impediat, aut demoliatur, vt dictam Religionem assertam conseruet, cui ipse nomen suum debet, cuius ipse verus defensor & propugnator est.

1 Pagina 209.

SI (quod itidem non credimus) contrà REGEM, vestrum supremum Principem, bellum gerere & dominium vestrum naturalem mutare, est animus, profectò antè omnia considerare debetis, an hoc humanum, & diuinum permittat & an causas iustas, & satis idoneas habeatis, per quas id vobis facere liceat, & in quo Regia Maiestas contrà vos, & patriam peccauerit: Quinimò per vos intelligitis, & experimini, quid, pòst vltimum edicti Pacificationis decretum, ex huiusmodi mutatione lucrifeceritis, & si quādò hoc futurum sit, vtique credendum est, quòd Regia Maiestas non patietur. Cogitate autem, hoc ipsum fieri non posse, nisi & rebellionis, & læsæ Maiestatis crimen committatis, quo nomine credimus, vos, accusari, aut apud omnes malè audire nolle.

QVOD si contrà NOS bellum gerere decreueritis, profectò, etiam dicendum erit, vbi facta edicti Pacificatorij conditiones violauerimus: Et, si promissis omnibus non satisfecerimus, Hispanos dimittendo, arces in potestatem prouincialium tradendo, Priuilegia in pristinum gratiæ locum vindicando, demq, si non extrema quadam patientia, & animi tolerantia tàm multa passi sumus, vt, etiam à priuatis quibusdam hominibus, plurima indecentia, atq, indigna pertulerimus: quoniam tunc res non postulabat, vt ad iustitiam receptum haberemus, sed (quia pro libidine & temeritate populi, omnia passim gerebantur) vt ad nouos tumultus euitandos plurima dissimularemus.

QVOD

LOCA

TEMPORA

QVOD ſi peculiare quid aduerſus nos habeant, in quo ipſis contrà pacis decreta peccare viſi ſumus, de eo conueniant nos, & opportuna ad ſingula daturos reſponſum, non imparatos inuenient. Nihilominus, ſi omnia dicta & facta, per quæ patriæ beneficimus, tam antè aduentum noſtrũ, ex Hiſpania, quam per decretum pacis à nobis factum, quòd poſtea ſuis numeris abſolutum præſtitimus, &, vt illud à Regia Maiſtate confirmaretur, impetrauimus: Si (inquam) iſta omnia nondum poſſint eos tranquillos, & placidos reddere, qui exiſtiment, ſe ab aliò plura beneficia acceptoros: auertat Deus Opt: Max: vt noſtra cauſſa, nouum bellum moueri debeat.

1
14 Auguſti.

10 l Bruxella.

NAM ſtatuum ordinibus Bruxellæ congregatis [1] nunciauimus, & ſignificauimus, ſicuti etiam nunc vobis nũciamus, & ſignificamus, nempe, ſi, noſtra præſentia generalibus Belgij ſtatibus non ſit grata, deſiderantibus habere alium, vel aliam ex eodem nobiſcum ſanguine principem, qui, in Gubernando, melius eorum ingenijs arrideat, aut, magis placiturus ſit. Si vobis ita viſum eſſe cognoſcamus, parati ſumus vnà cũ illius Regi ſupplicare, cuius bona venia, nobis in Hiſpaniam, vel Italiam redire liceat, & in noſtrũ locum alius ſupremus harum pronunciarum Gubernator ſuccedat: ſic tamen, vt, armis, & cæteris hoſtilibus vtrimque ceſſantibus, nullæ eruptiones, aut impreßiones fiant, & nulli milites conſcribantur.

2
23 Auguſti.

IMO: vt ſubditi tantis vexationum oneribus depreſſi ſubleuarentur, & vt populus amplius non exederentur, ſed tàm multos inutiles ſumptus facere non cogeretur: propoſuimus, vt milites conſcripti, & iam militantes Sacramento ſoluantur, & dimittantur, à quibus ob res præteritas nullum exequium præſtandum expectaretur.

ATQVE hæc eſt conditio, quæ nullis diſplicere poteſt: præterquàm ijs, qui omnem concordiam oderunt, & rectas ineundæ pacis rationes auerſantur: ſiquidem nullo modo dandum eſt, quemadmodum quibuslibet ſano iudicio præditis liquet, vt res ad bellum deducatur, quùm multò ſit facilius, de re controuerſa conuenire, quàm bellum gerere.

10 k Antuerpia.

QVANTVM autem ad nos attinet, denuò affirmamus, nos de bello gerendo nunquam cogitaſſe, multo autem minus de Hiſpanis reuocandis ſtatuiſſe quemadmodum ſparſis in populum rumoribus, veſtra quietis, & tranquillitatis perturbatores aiunt: Et poteſtis ipſi apud vos cogitare, & firmiter credere, quòd, ſi tale quid conſtituiſſemus facere, nemo manibus noſtris arces, & propugnacula (quæ Status tandem & præſertim Brabantiæ iuſſerunt) Antuerpiæ partem caſtelli exteriorem ſpectantem ciuitatem demoliri [2] ac funditus, vt ex figura quæ ſequitur conſpici licet dirui) [3] extorſiſſet, neque quiſquam à nobis impetraſſet, vt eos, qui ipſa occupabant, extra patriam mitteremus.

3
28 Auguſti.

Wie gestalt das Schloß vor Antorff ist abgebrochen

1577. TEMPORA

TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

LOCA

SED ediuerso pro certò habetote, nos nihil aliud desiderare, quàm patriæ tranquillitatem, cupientes nos in Gubernanda patria, componere ad exemplum, & normam, atq; laudabilem illam gubernandi consuetudinem, à Gubernatoribus sanguinis nostri antecessoribus obseruari solitam tempore Caroli Quinti olim Imperatoris, domini, & patris nostri, ante omnia obseruanda vera, Catholica, & religionis Romanæ, adeòque obedientiæ Regi (vt dictum est) præstanda studiosissimus.

QVAPROPTER obtestamur omnes, & rogamus, vt non patiantur se frustrari, aut etiam falsis, & excogitatis aduersariorum calumnijs fascinarij, sed, vt se componant, & ad hunc præscriptum viuendi modum se gerant, ne Regia Maiestas, & nos, eius officio fungentes, cogamur inuiti experiri, quod communi omnium bono, & fœlicitati, nõ expediat. Nam vobis ipsis colligendũ, & iudicandũ relinquimus, quàm detestabilis & horrenda res sit bellum ciuile, & intestinum, quod in patria imò intrà patriæ viscera, inter Regem & eius clientem geritur: si id, quod in vicinis regionibus habetur, adeò atrox, exitiale, & calamitosum est.

1 14 Augusti. PONITE ergò vobis ob oculos, Ecclesiarum & templorum prophanationes, ciuitatum euersiones, atque exitia, & patriæ interitum: item cædes, stupra mulieribus & virtis inferenda virginibus, seruitutem, & oppressionem populi: Considerate, quàm omnia opificiorum, mercimoniorum, & cæterarum omnium artium exercitia frigeant & quod tandem fames, pestilentia, & ira diuina in omnes irruat: quæ omnia & singula (vt dictum est) facile tolli, euitari & sedari possent, si iustis adminiculis adhibitis, & mutuis rationibus, sese ipsi intelligerent. II n Namurcum.

VIDENTES etiam insolentias militum, sine omni disciplina, ex rapto, violentis oppressionibus, & grassationibus viuentium, recolite, apud vos, & mementote, eos postulare, quòd necessario soluendum sit stipendium: deinde obseruate, quàm exigua habendarum pecuniarum spes hinc indè refulgeat. Attendite quòd malitia inualuerit, iustitia depressa sit, & quòd plebs Magistratui, mali bonis imperent: Ex quibus diuinare licet, quis finis, & quis rerum istarum exitus futurus sit: Memineritis autem, quocum Rege, & quanto cum Magistrò vobis sit negotium.

QVOD si faciatis, vtique cognoscetis, eos, qui vobis belligerendi authores sint, vestros esse inimicos, & capitales hostes, qui vos vnà cum vestra religione perditos, & vestras pertinaces contrà Regem rebelliones videre desiderant, scientes haud dubiè, & videntes, quòd sua tranquillitas in nouis tumultibus, rerum perturbationibus, & bellis contrà Regiam Maiestatem, & nos gerendis, consistat atque dependeat.

ITAQVE

LOCA

TEMPORA

IT A QVE Deum teſtamur, atque homines, quòd, ſi ad bellum gerendum (quod Deus pro ſua miſericordia auertat) arma accipere aliquando cogamur: non Regis, aut noſtra culpa futurum eſt, ſed eorum inſolentia, & vitio, qui nos, patriam noſtra fidei commiſſam defenſuros, per ſua arma, ad arma capienda impellent: & ipſum regem, in ea neceſsitate cõſtituent, qua gladio (diuinitùs ei ad religionem, & bonos defendendos, & cõtrà, ad malos puniendos dato) contrà ſubditos ad debitam ſuæ Maieſtati præſtandam obedientiam compellendos, vti cogatur. Id quod (regem coactum eſſe vti gladio, ad obedientiam extorquendam à ſubditis) nobis ſummoperè diſplicet, & declinauimus, &, quoad fieri poterit, ſemper euitabimus.

11 n Namurcũ. 1 14 Auguſti.

POSTVLAMVS autem, & deſideramus, has literas videri, & legi ab omnibus, vt de noſtra bona voluntate, & animo piè affecto conſtet; vtq; oſtendatur, quàm à primo illo humanitatis, & beneuolentiæ noſtræ propoſito non diſceſſerimus, in quo perſeuerare, & indies magis magiſque confirmari cupientes, volumus omnibus bonis, & fidelibus Regi beneficiarijs, & vaſallis, omnia humanitatis, & beneuolentiæ officia exhibere, in quorum numerum, bonam partem incolarum patriæ reponimus, hoc tantùm indignè, & ægrè ferentes, quod quorundam peruerſorum ingeniorum malitia, hæc adeò pulchra, & bona patria tam miſerè exerceatur & (quod abſit) indignis modis diſperdatur. Diſpicite igitur, clariſſimi, & admodum in Chriſto dilecti, quis belli author ſit, & quis pacem vobis procuret, quam Deus vobis largiatur, cum omnibus bonis, quæ vobis precamur.
Valete, è Caſtro Namurcenſi 14. Auguſti, Anno 1577.

10 l Bruxella.

DECIMA die pòſt has Auſtriaci literas, ſcribunt [2] & Statuum ordines, ſed ad Regem ipſum, Referentes ſe primùm ad literas quas antea miſiſſent ad ſuam Maieſtatem, per Epiſcopum de Ripa, nuncium Apoſtolicum, Bruxella proficiſcentem in Hiſpaniam; quibus de Germanis militibus (quorum præfectos Dominum de Fronſperg Bredæ, & Carolum Fugger Bergis opzom, capi procurauerant per proprios eorum milites) variè conqueruntur: Deindè, quo ad occaſionem Io: Auſtriaco datam, de relinquenda Bruxella, & Mechlinia, deque occupanda arce Namurcenſi, ſeſe excuſant, cauſamque violatæ pacis cum illius facta, & à ſua Maieſtate regia confirmata, in Auſtriacũ, literaſq; ipſius & Eſcouedij reijciunt, literarum interceptarum regi copiam trãſmittentes, vt verisimilior illorum videretur excuſatio. Poſtea religionis Catholicæ Romanæ, ac regi debitæ obedientiæ obſeruationem offerunt: Supplicantes tandem quàm humillimè Quatenùs regia ſua Maieſtas dignetur, Auſtriaco ſatisfactionem articulorum Pacificationis Gandenſis & Bruxellenſis ſeriò iniungere; perindè ac ſi per Auſtriacum ſolum ſtetiſſet, quò minus pacis ac tranquillitatis negotium progrederetur, effectumque ſortiretur. Perducti ſunt interea Terlonius & Fuggarus (de quo ſequẽs figura) Bruxellas, atq; ibidem, in domo à panibus appellata Brothuyß, in captiuitate detinẽtur. Vbi ab ipſo cuius cuſtodiæ commiſſi fuerant capitaneo, Bruxella tum audiui, Terlonium dixiſſe, quòd ſi ſemel liberetur, is ſe nunquam vel vni vel alteri parti adhæſurum, ſed ad ſua rediturum atq; ita poſthac quietè victurum eſſe. Fuggarus autem, nequaquam ſe id facturum aſſerebat, quin potius ſi eum contingat aliquando relaxari, quàm primùm ſe ad Auſtriacum eſſe reuerſurum, debitumq; Regi ſeruitium præſtiturum, apertè profitebatur.

10 h Breda.

10 h Bergen op zoom.

2 24 Auguſti.


Gefengknis des Carln Fuggers von der Statt Ber
auff Saum.



1577. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA | LOCA

PAVLO pòst [1] quàm Status illi Generales, ad regem litteras misissent, expediunt ijdem Commissionem cum Instructione, pro abbate S. Gertrudu, Domino de Champagnij, Doctore Elberto Leonino, & Theodorico Lusfeld; vt ad Principem Austriacum proficiscentes, illi persuadeant, quo Bruxellas venire illorumq; Collegio atque Consilio interesse non dedignetur; id quod postea impetratum est. Nihilominus pergunt ijdem status literas ad regem scribere, [2] tales quas sequuntur.

LITERAE STATVVM

DOLEMVS (inquiunt) vltrà quàm dici queat, Serenissime Rex, D. Ioannem Austriacum, eam sibi persuasionem atque imaginationem assumpsisse, quasi machinatio contrà personam ipsius quadam susceptа, atque instituta fuerit, de qua non dubitamus tuam Maiestatem iam esse factam certiorem. Et quamuis, Idem ipse D. Ioannes, & nobis hoc ipsum significauerit, credere tamen haud potuimus, à Tua Maiestatis statibus aut Vasallis, hoc ipsum cogitatum, vnquam propositum vel attentatum fuisse, propterea quod, si quis ex omnibus tua Maiestatis subditis, facinus tã enorme & execrabile, in his regionibus aggredi fuisset ausus; Is procul dubio certò sibi persuadere potuisset, se hoc ab omnibus generaliter totius belgij hominibus, impunè adeò non fuisse latutum, quin exemplari etiam quadam punitionis vindictа, & meritò in hunc animaduersum fuisset.

Bruxella.

1 6 Septembris.

ID quòd tametsi Domino Ioanni, nos hac in parte excusando, quoque declarauimus; is tamen nihilominus in huiusmodi captа sua imaginatione & apprehensione, tam fixus permanet, atque persuasus; vt occasione huius, timore quasi perculsus, pro saluanda persona sua, sese in Namurcensi castrum receperit; tali quodam modo, qui toti mundo, scandalum prabuerit, atque hoc tantò magis, quod priusquam castrum occuparet, idemque Mechliniæ se adhuc contineret, nobis præsertim, qui consilium T. Maiestatis sustinemus, inscijs, cum germanis militibus ibidem ita tractauit, vt eos in seruitium assummens, pro se de nouo conscriberet: tantum abest, vt quemadmodum inter nos cum eo conuerat secundum Pacificationis contractum satisfaciendo, illos dimitteret, vtpote quibus 24. Iulij iam præteritus dies, etiam per ipsumet D. Ioannem, illis militibus, quo decederent, assignatus fuerat antea. Res tam inopinata & scandalosa, qua nobis occasio fuit, aliud non immerito quippiam suspicandi, præter id, quod Idem D. Ioannes, se nobiscum tractare simulabat.

II n Namurcum.

2 8 Septembris.

INDE factum est, vt data nobis occasione intercipiendi, aperiendi, & visitandi literas hinc inde scriptas, adeò postea sit aucta & confirmata suspicio, & opinio nostra omnium, vt, deceptos nos tãdem & in eos difficultatis terminos, in quibus et iamnùm sumus, coniectos esse animaduerterimus. Quare D. Ionnes, seipsum, qui in posterum huius patriæ gubernacula teneret, in idoneum agnoscens, & indicãs, nobis, quos dereliquit, proposuit; se à Maiestate tua licentiam petiturum, hinc abscedendi, in quem finem se nobis etiã declarere idipsum aiebat, vt & nos simul, pro alio gubernatore eiusdem sanguinis, Tua Maiestati supplicaremus.

IO k Mechlinia.

CVM igitur res sic se habeat, (licet nobis hoc displiceat,) vel propter prudentiam & varias, virtutes præterea & bonas qualitates, quibus eundem D. Ioannem præditum esse videbamus, & ob quas singulari quadam deuotione magna de ipso sperabamus animaduertentes tamen, non tã affectionem illius à nobis quàm etiã populi, si spitionibus iamdictis imbuti, ab illo, ab alienatam.

NOLVIMVS

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

LOCA | TEMPORA 1577

NOLVIMVS committere, quin quàm humillimè Tuæ Maieſtati ſupplicaremus, vt, ſecundum quòd neceſsitas noſtra requirere videtur, nobis hac in parte, cum idipſum & D. Ioannes expetat, de alio gubernatore ſanguinis T. Maieſtis, & de tali, pro hac vice nobis prouidere dignetur, qui ſit extrà ſuſpicionē quam diximus, & ſtatibus gratus, atque acceptus in hac patria. Vt populus, hoc pacto in officio tantò melius contineri, nec rationis limites tranſgredi poſsit, id quòd vel propter inſtantes has nouas alterationes, non abſque cauſa timendum eſt.

10 l Bruxella. — IN hoc nihilominus confidimus, nos, interea ſub ſpe noui alicuius gubernatoris, & eius de quo ſuprà, tali vſuros diſcretione, vt nullum inconueniens oboriatur; ſed vt duo etiam illa, quæ T. Maieſtas à nobis requirit, Religio nimirùm Catholica Romana, & obedientia T. Maieſtati debita, inuiolabiliter obſeruentur: de quo, ſupplicamus M. Tuam (quicquid tandem alij in contrarium aſſerāt) nequaquam velle dubitare. Modò Maieſtas T. nobis in hoc adeſſe dignetur, vt vel ſtatim de nouo quodam ac tali vt dictum eſt gubernatore nobis prouideat; vel quàmprimùm per literas ſuas de voluntate & intentione M. Tuæ certiores nos reddat; Atque interim authoritate ſua regia, ſtatus quoddam conſilium ſtabiliat; quod patriæ huius gubernationis maſſam manuteneat, atque ſuſtineat, populumque in obedientia retineat; quod vel eò magis neceſſarium eſt, quòd D. Ioannes à nobis diſcedere, ſeque quod facit abſentare perrexerit. — 1 8 Septembris.

11 n Namurcū. — OBTESTAMVR T. Maieſtatem, quanta poſſumus humilitate, ne noua hæc alteratio rerumque mutatio, nobis imputetur: (vt qui nihil aliud deſideramus quàm & in antiqua Catholica religione, & in tuæ Maieſtatis obedientia tali permanere, qualem quondam Imperatori T. Maieſtatis parenti exhibuimus) ſed vt infortunio potius alicui attribuatur, quod inſperatò, noſtræque voluntati contrarium accidit. Tuæ Maieſtati nos interea quàm humillimè commendantes, [1] creatorem Deum precamur, vt pro diuina ſua clementia, Maieſtatem T. cuſtodire, eidemque clementer id inſpirare dignetur, quod pro deſolatorum pauperrimorumq; ſubditorum, huius patriæ ſalute, ac tranquillitate expediat. Bruxellæ 8 Septembris 1577. T. Maieſtatis ſtatus generales inferioris germaniæ. Subſcriptum, Cornelius VVellemans. — 2 9 Septembris.

5 f Lutetia. — MISIT & Auſtriacus literas ad regem, per Eſcouedum illi à ſecretis. Et cum ſtatus intellexiſſent, literas quoque à rege ſcriptas eſſe ad Aymontium, qui erat in præfectura Mediolanenſi, quibus videbantur Hiſpani, qui ſtationes habebant adhuc in agro Cremonenſi redire in Belgium, cum magno numero equitum Mediolanenſium, iuſſasq; eſſe Italas & germanas copias colligi, cum cataphractis equitibus regni Neapolitani, & multa tormenta parari; Primùm pro inſtificatione ſua librum quendam gallicum in vulgus emittūt, [2] cui titulus eſt Sommier diſcours des iuſtes cauſes & raiſons etc. in quo initio D. Ioannem Auſtriacum dicunt violandæ pacis cum illis factæ, & à Regia Maieſtate confirmatæ occaſionem præbuiſſe: Idq; propterea, quòd in arce Namurcenſi occupata, ſe munire, & contra ſtatus Belgij arma capere & parare voluerit, & vniuerſum Hiſpani militis exercitum eo tempore in Italia commorantem reuocare, alioſq; multos in maiori copia adducere tentauerit, vt externis copijs Belgicæ prouincias ſubiugaret, depopulaturq; & in perpetuam ſeruitutem redigeret. Deindè de alio, ac regia Maieſtas mitteret, his prouincijs præficiendo cogitarunt: mittuntq; ad D. MATTHIAM Archiducem Auſtriæ Germanum Imperatoris Rhudolphi fratrem, annos circiter 20. natum. Poſtea, [3] cum per literas Pariſijs ſcriptas intellexiſſent, ſeptingentos pluſminus Hiſpanos, Maſſeram appuliſſe, Decernunt, vt omnes municiones Belgicæ, funditùs euertantur; parentesq; omnia neceſſaria ad futurum bellum, præter eas quæ eſſent in finibus, copias colligunt; Archiducem Matthiam expectant; expectatumque Principem Auriacum Antuerpiæ excipiunt. [4] — 3 17 Septembris.

10 k Antuerpia. — 4 18 Septembris.

des Printzen von Oranien in Antorff

TEMPORA

LOCA

AVRIACVS, qui iam ad classicos quoque apparatus, 60. nauigia retinuit, quæ variis è locis in Zelandiam applicauerant, à Rupelensibus gallis, vt illis cum aliquot nauibus succurreret interpellatus, se turbarum inferioris germaniæ, & apparentis belli prætextu excusans, nihil misit. Cinxerant [1] autem obsidione Status, cum Principe, tum ciuitates & oppida Brabantiæ, Buscoducum, & Bredanum, quò se germani, milites comitis Obersteinij aliorumq; subduxerant. ibidem eòvsq; expectantes, donec illis pro seruitio, ad 18. menses integros præstito satisfieret: Verùm vt hoc citius indè recedentes in germaniam remitterẽtur, compositione cum illis ex statuum partibus facta, milites 6. mensium duntaxat solutione, partim argento partim panno contenti, oppida statibus tradiderunt.

11 n Namurcum.

1 21 Septembris.

CONSCRIPSIT Auriacus nouum, quoque ex equitibus & peditibus, exercitum; & ei rei conficiendæ, comitem ab Hollach præfecit, cui de nouo, vateres Tribuni, & præfecti ducendorum militum nomina dabant, & sacramentum dicentes autorati habebantur. qui, ex facta Decreto pacu, erant exautorandi.

PROPONEBATVR etiam à statibus Austriaco, tanquàm via vnica ad pacem, vt Namurcum, Carolomontium, quod oppidum est à Carolo V. à fundamento excitatum, dùm adhuc Louanij studerem inuenis item Marieburgum, Sampsonum, Thyrium, & quædam alia loca relaxarentur, atque Austriacus Luxemburgum interim se reciperet, vtq; Concilium statuum pro suo ipsorum arbitrio institueretur.

AVSTRIACVS autem videns accersitum esse Auriacum etsi egerrimè ferebat, tamen nihil faciendum putauit quod paci repugnaret, aut quòd parum moderati animi indicium esse posset.

10 p Carolomontium

2 25 Septembris.

REX vt literis Austriaci responderet tandem decreuit [2] omnes & singulas pacis conditiones obseruare, & ijs exactè, atque incorruptè satisfacere; modò & status duabus, in quas iurassent, conditionibus satisfaciant, videlicet Romanam illã & Catholicam Religionem manutenendo, & debitum suæ Maiestati obsequium præstando: quod quidem obsequium, violatum, & sauciatum esse conqueritur, ideoque optat & mãdat. vt, quod hac in parte peccatum est, corrigatur, atque instauretur, plano & expresso statibus edicens verbo, vt ea suæ Maiestati exhibeãt, quæ illi, omni iure diuino, & humano debeantur, & omni tempore semper habuit, & vsurpauit, quæq; etiam ex scriptis factæ pacis conditionibus Maiestatem habere conuenit.

VT arma, quæ, suo iniussu sine ordine, sumpsissent status, deponant & in posterum de Imperio aut milites, aut alios habendo non cogitent, sed id suæ Maiestati relinquãt, cuius solius esset imperare clientibus subditis, beneficiarijs, Tribunis, centurionibus, & alijs in belgio existentibus militibus.

VT non patiantur, Auriacum, eiusque complices, fautores, & administros, vllum locum habere inter se status, vt quos scirent capitales Catholicæ religionis, & obsequij suæ Regiæ Maiestati præstandi, hostes esse, & quietis publicæ perturbatores, vel propterea, & eò magis pro inimicis habendos, quòd Auriacus pacis factæ decretis stare, neque voluisset, neque dictæ Maiestatis confirmationem ratam habuisset, neque vnquam adhoc induci potuisset, vt illa publico præconio patefieret promulgari, in plurimis capitibus, etiam vim faciens fœderi Gandensi. quod antè omnia instaurari, & sartum tectum obseruari oportebat, ostendendo non solum verbo, sed reipsa, quàm benè, & syncerè (quod dicerent status) erga pacem affecti essent, ad hunc finem omnia dirigerent.

3 LITERAE REGIS.

9 p Marienburg.

VT

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

LOCA		TEMPORA
	VT eos omnes: qui post edictum pacis, prouinciarum, vrbium, castrorum, & Magistratuum præfecturas vsurparunt, aut conscribendi, aut ducendi exercitus authoritatem sibi vendicarunt: suo gradu & officijs vsurpatis status moueant, per eos administrandis, qui regiæ suæ Maiestatis authoritate, ad eas dignitates adsciscendi sunt.	
	VT arma sumpta populus deponens, ad sua consueta opera redeat, & in pristina tranquillitate positus, artes suas exerceat. Vt omnes captiuos, & cum primis Terlonium, & Carolum Fuggerum, & alios dimittant. Vt ueestigiò curent cessare omnes vexationes, impressiones, & cætera hostilia quæ Auriacus contra Amstelredamos exercet.	1 23 Septembris.
11 e Amsterdam.	VT Decreto pacis, germanis stipendium exoluant, quò illi quamprimùm in patriam redeant, vt & Belgæ quoq; ad suas quique domos statim reuertantur, ibiq; prouinciale statuum vniuersorum cõcilium expectent, quod Regia Maiestas intrà paucos dies, iustè, & legitimè omnibus ordinibus, ex omni numero conuocatis, indicturа est.	
	ET tandem, vt omnia sint pacata, & tranquilla, atque in iuris, & Iustitiæ præsidio benè constituta Respublica, sub sua Maiestatis authoritate, atq; obedientia, per Magistratus ab illa deligendos, omnibus ad obtemperandum paratissimis. Atque hæc ferè sunt quæ Rex ex Hispania scripserat. 3	
	INTERIM dum Princeps Auriacus hæret Antuerpiæ, status in sua Iustificatione persistunt contra Austriacum: dicentes eum sancita pacis Decreta non compleuisse, imò, ex vndecim primis dicti decreti capitibus, ne vni quidem satisfeciſſe. sed cõtrà, hominibus externis, ijsdemque patriæ & publicæ quietis hostibus curiam & aulam oppleuisse, quorum etiam opera atque studio, contra factas promissiones vsus sit. Item quosdam ex humili & vili loco Austriaci beneficio ad amplas dignitates euectos esse, qui olim sub Duce Albano, factis explorationibus victum quæritare soleant. Profectionem Austriaci in Mechliniam reprehendunt (qui tamen ab ipsis statibus obnixè rogatus esse alibi scribitur in literis ad regem 24. Augusti anteà datis) postquàm Tribuni & præfecti militum Germanorum (quibus cum agendum erat de stipendio à statuum ordinibus exoluendo) venire Bruxellam recusabant, quòd à turbulentis & seditiosis factionibus, malè sibi formidarent & periculum metuerent.	2 25 Septembris.
10 k Antuerpia.	DICVNT præterea profectionem Mechlinia Namurcum ab Austriaco multò antè quàm studiosissimè fuisse adornatam, & de industria susceptam, vt ibi) postquam Montibus Hannoniæ id, quod molitus erat, minus feliciter procedebat) viribus collectis, & conscriptis militibus se muniret, & armaret: Idem de Arce Antuerpiana facere cogitans, vt qui ob eam causam Principem de Chimay excluserit, & D. Terlonium, non satis idoneum in eius locum substituere decreuerit.	
	ADDVNT insuper status, Austriacum nihil æquè curasse, & in nullam aliam rem æquè intendisse, ac bellum, contrà Auriacum atque Holandos & Zelandos gerendum: quo eum, atque Secretarium Escouedium respexisse aiunt, cum ad Galliarum regem, & ad Imperatorem, & cæteros electores, adeòque ad ipsam Angliæ reginam nuncios mitteret, quibus illi exacerbati contra ordines concitentur, de nulla satisfactione danda præmonitos.	3 28 Septembris.
9 q Chimay.	INTEREA dum in obiectionibus huiusmodi, status versantur contrà Austriacum, Bruxellæ quoque Principem magna cum gratulatione populique applausu excipiunt 3 ad comitia atque consilia ipsorum denuò accersitum. 2	



Digitized by Google

VBI [1] *pro vlteriore sua iustificatione status praterea insinuare videntur, non sine ratione accersitum fuisse Auriacum, cum dicerent, se Austriaco, prater consuetum eius satellitium, trecentos milites presidiarios, aquè ipsi ac statibus gratos futuros obtulisse, si Bruxellam reuerteretur: ad quæ Austriacus tam multa attulerit, & tàm duras atque iniquas conditiones proposuerit, vt omnia ex composito se loqui, & agere ostenderet.*

ACCVSANT praterea Austriacum de animo minus benè erga eos propenso, vel affecto, videlicet, quòd literis ad regiam Maiestatem, & ad alios scriptis apertè testatus sit, suum ingenium natura abhorrere, ab hac gubernandi consuetudine & modo, per quæ in otio nimio quasi deficere videretur: vt qui in istis prouincijs tàm indigna, atque indecentia diutius pati non, posset quibus eum hactenus exceperant, dicere & affirmare coactum, suam patientiam victam esse: cum multis alijs eiusdem argumenti & propositi sermonibus. 10 1 Bruxella.

1 29 Septembris.

AIVNT praterea status, ne minimum quidem ab Austriaco ostendi posse, in quo sui vel officiorum suorum obliti sint: imò obtulisse asserunt, si fortè Auriacus cum Hollandis & Zelandis, vel minimis facta pacis Gandensis conditionibus complendis desint, se diligenter adfuturos, & ad satisfaciendum compulsuros esse.

IAM hoc, cur arma sumpserint, pro præcipua causa sua defensione adferunt: quia Austriacus cõtrà fidem datam faciens, Hispanos, capitales harum prouinciarum hostes, in istam patriam reuocauit. Obijciunt etiam quorundam prouincialium gubernatorum Administrationes ab Austriaco probatas, & antea confirmatas esse, quàm omnium ex omnibus prouincijs statuum ordines conuenissent, ad quos ea res pertinebat.

2 2 Octobris.

DICVNT praterea Austriacum scribendo ad Imperatricem, de statibus tanquàm ignominia notandis abiectè sensisse, atque ita mentem suam malè erga eos affectam declarasse. Ex his, & alijs anteà commemoratis & quæ paulò pòst sequentur, iudicet lector ipsemet (nam ego me neque iudicem neque partem in hac mea Topographica atq; Historica descriptione constituo) vter de violata pace accusari mereatur, & vter dissidentiæ occasionem prabuerit.

D. MATTHIAS interea acceptis statuum literis, & non leuibus rationibus persuasus, clàm per noctem portis reseratis exit [2] *Vienna Austriæ inscio & inconsulto Cæsare, citatisque equis, longissimis itineribus conuolat in Belgium. Cæsar egerrimè tulisse scribitur eius discessum, & literas euestigio dedisse ad lectores ac Principis Imperij, vt detineretur, scripsit etiam literas, & nuncium misit ad ipsum Matthiam vt Viennam rediret, neque sese illi negotio implicaret.*

PRIDIE quàm discederet D Matthias [3] *ab Austriaco scribuntur ad Vniuersos statuum ordines literæ tales. CVM scripto vestro, quod nobis Episcopus Brugensis, & D. de Vuillerual tradiderunt, mira noua vnà illata sunt: siquidem inter cætera, nobis vestra absurda postulata, & actiones iniquas ponderantibus, non visi estis, quemadmodum officium nostrum exigebat, studere, aut cupere, vt Catholica illa, & Romana religio conseruetur, & Regi sua obedientia, & authoritas integra maneat; sed potius hunc scopum tenere, quo, omni occasione captata, vtrunque (Religionem Catholicam, & obedientiam Regi debitam) demoliamini, eò vsque progressi, vt videamini, prater nudum titulum, nihil Regiæ Maiestati in istis prouincijs relicturi, erecto videlicet nouo quodam concilio, in quo, ad votorum & suffragiorum multitudinem, omnia constituantur.* 13 1 Luxemburg.

3 3 Octobris.

ACCEDIT

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

LOCA		157 TEMPOI
Pagina 318.	ACCEDIT & hæc, quòd Antiacum ad vos tuendos, quod Belgi annuis nonnullis, citrum cum consilio, maximè cum illa cafforum transfixione, & multis alias insignes præcessit, quæ tales Principes, qualis quondam ipse fuit, egerimus? ferre solent: quare etiam apud nos dies erit, si nobis falla est, ejus insignis atque quidem illius plurimum interfit, & tes non exigua momenta consecuta sit.	1 Octo bris.
	INTERIM tres cum videamus vos partim circumpelli, exiguum nostri gradum, & dignitatem tuitionem habere, & fine vila dissimulatione maligna vestra ergà nos voluntate, quibus undiès bellicis offendere, nostram [1] Luxemburgum prosequimur, ex quâ Luxemburgici quidem nullum vacabimus, & offensa nobis detrimenta sarcsacimus, & eidem vicissim tego mandata expeli abemus.	2 Octo bris.
	QUOD si interea nobis vlis exsilentium obtemperabitis, vestrum officium sacrete, quod vos Regi, vestro domino naturali obligat, debito, quo, vt aliter sacerdos, ne nimium quidem valde occidentem prebuit, sino, in pluribus rebus, vos nimis benignos, & clementer habuit, quare (vel hac sola ratione) adsit multa debeatis, ne pergenia obsequentissimi munificus, & fidelissimus benefactores vos prastetis. Itaque bene valete etc.	4 5 Octo bris.
	MISIT imperator literas per proprium nunciam, quibus Antiacum ut certum redit, [2] se iniscio & inuita, fratrem Germanum D. Matthiam Archiducem, portarum classibus de recte locavit, planissimè Vrsma Assertia, absuit. Eadem ex Adventatu Castellæ, qui sub id tempus Hispaniarum nomine an adam Imperatoria Maiestatis veneras ad Antiacum scripsit; quamodo Sultzet Imperator simul ac discessum fratre, cum ingenti animi dolore & consternatione intellexisset, suaffigit tam ex familia ipsius Archiducis, quam ex suis ipsius nonnullos milites, ad eum interfugerunt, & rediens animo, ablegauerit nuperaig, huc illuc literas. ad omnes Principes, Ducibus, & alios, vt eum in itinere interceperunt detinerent, & detinendum nullo modo ser capsum perfectre paterentur, fed ad se reduxerent.	5 12 Octo bris.
13 r Luxemburg.	PODEM fed reperunt, [3] militer, qui fub Laurea Transfugis meretant, copiolum Brabantum reliquorum, inde, dedicerunt ingressum in ea ditionem. Interim vestigia eius, dum tutor & vltra alla fupidi hui mittendi atro omnino tubata & fubdata effet, grassantibus vndique infidiofis quotundam machinationibus, alia quadam via ac modo, qui eius [4] paterat, literas ad Senatum, & præsipuas totius patriæ ciuitates dedit, ex materendis terrarum, [5] finul exercitum iter arma comungens, fretatum ad ordines Statuum primum clarum, Bruxella congregatos, quibus, poli quam absolutas conditiones, & pofiulata regis in literis [6] comprehenfa transfugitas exfultatum, illi autem Statum redigendare difficultates; tandem refumtum effugium, [7] quod quidem olimum, fed tale, ac per breuem nimirum, fe non pofie, libertati & quieti Belgarum ac patriæ deeffe, cum tot, inopia, per anarchiam & crudelitatem regionum miniferum pofe fint.	7 14 Octo bris.
11 h Bredæ.	AT ALIQVAM spitur, quem hallemæ imitarunt, hunc fecum simul tradtatum, nouis ampliis, benificijs ac muneribus perficiuti dicuntur, eundem etiam latrulem (vulgo Rouvers ac appellatum,) Bruxella ex mandatu [8] & Statum confirmatum confirmatum gubernatorem Flandriæ [9] qui tamen, lenimo fecretio exemplo, paulo post, [10] cum alijs nobilibus, Gandani experus est; dum in generali Flandria Statuum congregatione, contra Principia Austriaci per Status Belgij fallam electionem, ab ipsi protestatum fuisset; qui, & Vrbem licet ex fequenti despicio fchemate, cæterisque fum omnes municipatis præter illum Ducis Archiducis, Principem chimas; Prudentem consilij Flandria, Panetium; & dominum Oygnium, aliosq, qui fequendo partim, partim latitando fuis conciuerunt.	8 20 Octo bris.
		9 23 Octo bris.
		10 29 Octo bris.
		11 28 Octo bris.

Digitized by Google


Was geschaffen der
Staten subiecte heren geestelick marteren
te Gendt in Flandern



1577. TEMPORA

TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

LOCA

HVIVSMODI tragedias, non ſemel à Gandenſibus excitatas fuiſſe, contra ſuperiores ſuos ac Principes legimus, præſertim in Carolo Burgundo Cæſaris Caroli V. proauo materno, in Philippo Abauo, in Ludouico Flandriæ comite Philippi proauo materno etc. Viribus enim & authoritate cùm plurimùm ſemper valeret Gandenſis ciuitas, pro libertate vehementer ſæpè dimicauit contrà Flandriæ dominos; quemadmodum tempore etiam Maximiliani I. eius nominis, & patris illius Friderici Imp. Philippi quoque I. Hiſpaniarum Regis, patris Caroli V. temporibus. Non parcentes poſtea etiam ſorori Caroli Reginæ Mariæ gubernatrici, quin eidem & eius conſilio reſiſterent, ortaque ſeditione rebellarent. [1]

1539 anno

1540

2 1 Ianuarij.

QVO tamen cognito, Cæſar ex Hiſpania per Italiam Lutetiam veniens [2] exceli-ta [3] Gandauum tandem, inſigni milite ſtipatus ingreditur [4] atq; ibidem Ferdinãdo fratre, & Gulielmo Clitæ Duce præſentibus, in nouem præcipuos rebellionis authores capitis iudicium exercet, [5] Gandenſes tandem ſuos reprimit, omneſque de quibus dixi anteceſſores quodãmodo vlciſcitur. Et armis ablatis, cùm priuilegia & beneficia omnia ipſis ademiſſet, arcẽ quoq; ibi cõſtruit, atq; præſidium in capite à ceruicibus eorũ collocat.

81 Gandauum.

3 8 Ianuarij.

CAETERVM hanc arcem cum nuper Gandenſes expulſo præſidiario milite, [9] in ſuã redegiſſent poteſtatem; hoc non cõtento, omnia inſuper illis adempta atque erepta priuilegia, à ſtatibus Bruxellæ congregatis redintegrari, per Imbeſium quendam, Borluijt, & Cronueldum petunt. atque Auriaco Principe tùm ſollicitè rem eorum procurante atq; promouente, Bruxellis à ſtatibus obtinent: Gandauum ad ſuos à quibus erant ablegati reuertuntur: XII. ſcilicet illos, qui præter legitimum ibi Magiſtratum, res plebis nomine prouehere hactenus videbantur. Hi ſtatim per libellum quendam ſupplicem, dicto Magiſtratui certũ præfigentes diem, deligendi tribunos plebi, vrendiq; & fruẽdi priuilegijs,

9 Pagina 195.

4 26 Febr.

Remittuntur à Gruuthero conſule ad Ducem Arſcotij Flandriæ Gubernatorem, quem cum in aula Diui Bauonis Imbeſius hora poſt meridiem quarta, numeroſa populi caterua ſtipatus, aggrederetur, nec ſtatim ab eo quod ſperabat reſponſum reportaret, in eã ſubitò proruperunt inſaniam, vt omnes ferè ac præcipuè Epiſcopos Brugenſem & Yprenſem alioſque quos ſuæ ſarinæ homines non eſſe cognouerant, vnà cum gubernatore, aliiſque vt dictũ eſt, in carceres detruderent, atque ita ſtatim poſt aduentum Richonij gubernatoris Denremondani, Auriaco Principi tantò magnificentius, cumque perſonæ ipſius minori periculo, à Gandenſibus poſtea excipiendo, viam præmunirent.

10 1 Bruxella.

5 17 Martij. 1540.

CVI quidem Principi tandem aduentanti, per virginem quandam offerunt Gandenſes, ciuitatis nomine, cor aureum, idq; apertum, cui SINCERITAS inſcribebatur, quod cum accepiſſet Auriacus, miro Gandenſium triumpho decoratus, reſpondit; nihil deſiderabilius eſſe, vel gratius homini offerri poſſe, quàm cor ſyncerum atque apertum.

91 Dermond

6 Pagina 227.

IDEOQVE cum relicto Gandauo ad excipiendum D. Matthiam Archiducem iterum Antuerpiam rediiſſet, Gandenſibus qui eum eouſque armati deduxerant, cor vicißim, ſed ex Hiſpanicis aut ſi mauis Auraicis pomis confectum, exhiberi darique curauit.

11 k Lyra.

7 Pagina 236.

Archidux autem vbi ex Auſtria, patria mea, per Coloniam Traiectumque ſuperius Lyram tandem oppidum acceßiſſet, atque admonitus ibidem tamdiu ſubſtitiſſet, donec conditiones, quibus regiones gubernaret communi conſilio per ſtatuum ordines ſtabilirẽtur, princepsq; Auriacus etiam ex Flandria iam appuliſſet, Antuerpiam futurus gubernator ingreditur, ſed [6] non niſi his quæ ſequuntur conditionibus Bruxellæ primùm à ſtatibus ac Principe conceptis, deinde ab Archiduce Matthia Antuerpiæ ſubſcriptis: [7] & Bruxellis poſtea ante domum ciuicam, in foro publicè iuratis. [8]

10 k Antuerpia.

8 Pagina 240

LOCA

TEMPORA.

CONDITIONES.

AB ordinibus ſtatuum Generalibus Archiduci Matthiæ propoſitæ; quibus eum ad Belgici leonis gubernationem ad miſſuri ſint, cum præfatione, quæ ſequitur, tali.

CVM ha patriæ inferioris prouinciæ, armis ſuperioribus adeò exercitæ, & vexatæ ſint, propterea quòd iuribus, conſuetudinibus, & patriæ priuilegijs conſeruandis, ab Illuſtribus Regiæ Maieſtatis maioribus, bona ex parte, ob virtutem, & merita olim conceſſis, & ab ipſo Rege, eorundem conſeruationem iurante, confirmatis, non magna cura, & exigua ratio haberetur: quæ quidem iura, conſuetudines, & priuilegia, quia cum magna authoritatis imminutæ detrimento, damno, & patriæ vaſtatione, Hiſpani Gubernatores, vi, & via armorum incedentes, violarunt, atque infregerunt, hinc omnis illa tumultibus præteritis occaſio data eſt.

ET profectò iam omninò firma quædam ſpes erat concepta, quòd in his regionibus, per fœdus Gandenſe, & aduentum D. Ioannis Auſtriaci, iura, conſuetudines, & patriæ priuilegia redintegrarentur, & in priſtinum gratiæ ac vigoris locum reponerentur, prout ſe facturum promiſerat, & in ipſo ſuæ gubernationis principio ſe velle facere oſtendebat: ſed quia hac ſpe ſe viderunt fruſtratos eſſe, poſtquā D. Ioannes ſe in caſtrum Namurcenſe recepiſſet, imò cùm gubernatione relicta, palàm fieret, & manifeſtum eſſet, quòd, vbi conſeruare, & dicta priuilegia, & immunitates in integrum reſtituere debuiſſet: machinabatur ipſa inuadere, atque opprimere, omnibus modis conatus, vt eos priuilegijs priuaret: coacti ſunt pro ijs ſeruandis arma capere.

II n Namur. cum.

2 Nouem. bris.

ET cùm hæc tam ardua negotia agi commodè non poſſint, quemadmodum etiam hæ regiones benè gubernari non queant, ſine capite, aut principe alicuius ſummæ authoritatis, & maximi nominis, eiuſdē cum rege ſanguinis, et tali exiſtente, qualis, pro priuilegijs olim, & dudùm à Regia Maieſtate conceſſis, requiritur: viſum eſt, compellare Celſitudinem Matthiæ Archiducis Auſtriæ, fratris germani Imperatoris, eiuſque cum Rege progeniei, & ſanguinis, vt (quemadmodum aliàs ſuam eis operam detulerat) ei placeat, huc accedere, & ſua authoritate, ac conſilio iuuare, atque, Regis nomine harum prouinciarum gubernationem capeſſere, priuſque vicinus aliquis Princeps, hac præſentium turbarum occaſione arrepta, huc pedem inferret: id quod mutandæ religionis Catholicæ Romanæ anſam præbere, atque obedientiæ Regi debitæ multùm derogare poſſet.

VT verò populus in poſterùm ſit tutus, & ſecurus, & omnem abijciat ex animis diffidentiam (quam adhuc formidoloſus, ex ſupradictis calamitatibus, & miſerijs iuſtè conceptam fouet) decreuerunt dicti ordines hæc ſequentia quarundam conditionum capita D. Archiducis Matthiæ Celſitudini proponere, qui (priuſque ad harum prouinciarum Gubernationem admittendus ſit) in illas iuret, & ſanctè promittat, ſe eas incorruptè, atque integrè ſeruaturum & præſtiturum, contrà quas neque ipſe delinquat, neque alios impunè delinquere patiatur.

1577. TEMPORA

TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

LOCA

HVIVSMODI tragedias, non ſemel à Gandenſibus excitatas fuiſſe, contra ſuperiores ſuos ac Principes legimus, præſertim in Carolo Burgundo Cæſaris Caroli V. proauo materno, in Philippo Abauo, in Ludouico Flandriæ comite Philippi proauo materno etc. Viribus enim & authoritate cùm plurimùm ſemper valeret Gandenſis ciuitas, pro libertate vehementer ſæpè dimicauit contrà Flandriæ dominos; quemadmodum tempore etiam Maximiliani I. eius nominis, & patris illius Friderici Imp. Philippi quoque I. Hiſpaniarum Regis, patris Caroli V. temporibus. Non parcentes poſtea etiam ſorori Caroli Reginæ Mariæ gubernatrici, quin eidem & eius conſilio reſiſterent, ortaque ſeditione rebellarent. [1]

1 1539 anno

5 f Paris.

1540 2 1 Ianuarij.

QVO tamen cognito, Cæſar ex Hiſpania per Italiam Lutetiam veniens [2] ea relicta [3] Gandauum tandem, inſigni milite ſtipatus ingreditur [4] atq; ibidem Ferdinãdo fratre, & Gulielmo Clitiæ Duce præſentibus, in nouem præcipuos rebellionis authores capitis iudicium exercet, [5] Gandenſes tandem ſuos reprimit, omneſque de quibus dixi anteceſſores quodãmodo vlciſcitur. Et armis ablatis, cùm priuilegia & beneficia omnia ipſis ademiſſet, arcẽ quoq; ibi cõſtruit, atq; præſidium in capite à ceruicibus eorũ collocat.

8 1 Gandauum.

3 8 Ianuarij.

CAETERVM hanc arcem cum nuper Gandenſes expulſo præſidiario milite, [9] in ſuã redegiſſent poteſtatem; hoc non cõtemo, omnia inſuper illis adempta atque erepta priuilegia, à ſtatibus Bruxellæ congregatis redintegrari, per Imbeſium quendam, Borluÿt, & Cronueldum petunt. atque Auriaco Principe tùm ſollicitè rem eorum procurante atq; promouente, Bruxellis à ſtatibus obtinent: Gandauum ad ſuos à quibus erant ablegati reuertuntur: XII. ſcilicet illos, qui præter legitimum ibi Magiſtratum, res plebis nomine prouehere hactenus videbantur. Hi ſtatim per libellum quendam ſupplicem, dicto Magiſtratui certũ præfigentes diem, deligendi tribunos plebis, vtendiq; & fruẽdi priuilegijs, Remittuntur à Gruuthero conſule ad Ducem Arſcotij Flandriæ Gubernatorem, quem cum in aula Diui Bauonis Imbaſius hora poſt meridiem quarta, numeroſa populi caterua ſtipatus, aggrederetur, nec ſtatim ab eo quod ſperabat reſponſum reportaret, in eã ſubitò proruperunt inſaniam, vt omnes ferè ac præcipuè Epiſcopos Brugenſem & Yprenſem alioſque quos ſuæ farinæ homines non eſſe cognouerant, vnà cum gubernatore, aliiſque vt dictũ eſt, in carceres detruderent, atque ita ſtatim poſt aduentum Richonij gubernatoris Dememondani, Auriaco Principi tanto magnificentius, cumque perſonæ ipſius minori periculo, à Gandenſibus poſtea excipiendo, viam præmunirent.

4 26 Febr.

9 Pagina 195.

5 17 Martij. 1540.

10 l Bruxella.

9 l Dermond

CVI quidem Principi tandem aduentanti, per virginem quandam offerunt Gandenſes, ciuitatis nomine, cor aureum, idq; apertum, cui SYNCERITAS inſcribebatur, quod cum accepiſſet Auriacus, miro Gandenſium tryumpho decoratus, reſpondit; nihil deſiderabilius eſſe, vel gratius homini offerri poſſe, quàm cor ſyncerum atque apertum.

6 Pagina 227.

11 k Lyra.

IDEOQVE cum relicto Gandauo ad excipiendum D. Matthiam Archiducem iterum Antuerpiam rediiſſet, Gandenſibus qui eum eouſque armati deduxerant, cor vicißim, ſed ex Hiſpanicis aut ſi mauis Auraicis pomis confectum, exhiberi darique curauit.

7 Pagina 236.

Archidux autem vbi ex Auſtria, patria mea, per Coloniam Traiectumque ſuperius Lyram tandem oppidum acceßiſſet, atque admonitus ibidem tamdiu ſubſtitiſſet, donec conditiones, quibus regiones gubernaret communi conſilio per ſtatuum ordines ſtabilirẽtur, princepsq; Auriacus etiam ex Flandria iam appuliſſet, Antuerpiam futurus gubernator ingreditur, ſed [6] non niſi his quæ ſequuntur conditionibus Bruxellæ primùm à ſtatibus ac Principe conceptis, deinde ab Archiduce Matthia Antuerpiæ ſubſcriptis: [7] & Bruxellis poſtea ante domum ciuicam, in foro publicè iuratis. [8]

8 Pagina 240

10 k Antuerpia.

LOCA

TEMPORA.

CONDITIONES.

AB ordinibus ſtatuum Generalibus Archiduci Matthiæ propoſitæ; quibus eum ad Belgici leonis gubernationem admiſſuri ſint, cum præfatione, quæ ſequitur, tali.

CVM hæ patriæ inferioris prouinciæ, annis ſuperioribus adeò exercitæ, & vexatæ ſint, propterea quòd iuribus, conſuetudinibus, & patriæ priuilegijs conſeruandis, ab Illuſtribus Regiæ Maieſtatis maioribus, bona ex parte, ob virtutem, & merita olim conceſſis, & ab ipſo Rege, eorundem conſeruationem iurante, confirmatis, non magna cura, & exigua ratio haberetur: quæ quidem iura, conſuetudines, & priuilegia, quia cum magna authoritatis imminutæ detrimento, damno, & patriæ vaſtatione, Hiſpani Gubernatores, vi, & via armorum incedentes, violarunt, atque infregerunt, hinc omnis illa tumultibus præteritis occaſio data eſt.

ET profectò iam omninò firma quædam ſpes erat concepta, quòd in his regionibus, per fœdus Gandenſe, & aduentum D. Ioannis Auſtriaci, iura, conſuetudines, & patriæ priuilegia redintegrarentur, & in priſtinum gratiæ ac vigoris locum reponerentur, prout ſe facturum promiſerat, & in ipſo ſuæ gubernationis principio ſe velle facere oſtendebat: ſed quia hac ſpe ſe viderunt fruſtratos eſſe, poſtquã D. Ioannes ſe in caſtrum Namurcenſe recepiſſet, imò cùm gubernatione relicta, palàm fieret, & manifeſtum eſſet, quòd, vbi conſeruare, & dicta priuilegia, & immunitates in integrum reſtituere debuiſſet: machinabatur ipſa inuadere, atque opprimere, omnibus modis conatus, vt eos priuilegijs priuaret: coacti ſunt pro ijs ſeruandis arma capere.

II n Namur. cum.

1 2 Nouem. bris.

ET cùm hæc tam ardua negotia agi commodè non poſſint, quemadmodum etiam hæ regiones benè gubernari non queant, ſine capite, aut principe alicuius ſummæ authoritatis, & maximi nominis, eiuſde cum rege ſanguinis, et tali exiſtente, qualis, pro priuilegijs olim, & dudùm à Regia Maieſtate conceſſis, requiritur: viſum eſt, compellare Celſitudinem Matthiæ Archiducis Auſtriæ, fratris germani Imperatoris, eiuſque cum Rege progeniei, & ſanguinis, vt (quemadmodum aliàs ſuam eis operam detulerat) ei placeat, huc accedere, & ſua authoritate, ac conſilio iuuare, atque, Regis nomine harum prouinciarum gubernationem capeſſere, priuſque vicinus aliquis Princeps, hac præſentium turbarum occaſione arrepta, huc pedem inferret: Id quod mutandæ religionis Catholicæ Romanæ anſam præbere, atque obedientiæ Regi debitæ multùm derogare poſſet.

VT verò populus in poſterùm ſit tutus, & ſecurus, & omnem abijciat ex animis diffidentiam (quam adhuc formidoloſus, ex ſupradictis calamitatibus, & miſerijs iuſtè conceptam fouet) decreuerunt dicti ordines hac ſequentia quarundam conditionum capita D. Archiducis Matthiæ Celſitudini proponere, qui (priuſque ad harum prouinciarum Gubernationem admittendus ſit) in illas iuret, & ſanctè promittat, ſe eas incorruptè, atque integrè ſeruaturum & præſtiturum, contrà quas neque ipſe delinquat, neque alios impunè delinquere patiatur.

Gar stattlich vnd herlicher mensch, in die Statt Antorff Mantzo

Digitized by Google

1577. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA. LOCA

I.

1 3 Nouembris. PRINCIPIO, *ipſe patriam gubernabit cum Concilio ſtatus, ab vniuerſis ſtatuum ordinibus conſtituendo, & deligendo ex eorum numero, qui ſint in his prouincijs oriundi, addicti & fideles patriæ, ab omni auaritiæ, & ambitionis ſuſpicione ſed maximè à priuatis, & ſingularibus rerum præteritarū affectibus alieni, ſapientes, & in Reipublicæ adminiſtranda, ac belligerendi negotijs apprimè verſati: In ſumma, qui ſint tàm boni nominis, & fama integra, ipſi boni à bonis prognati, quàm fieri poſſe credibile ſit.*

II.

2 3 Nouembris. OMNIA *negotia in dicto concilio agitanda & tractanda, pluribus dicti concilij ſuffragijs conficiuntor, & tranſiguntor: neque dictus Gubernator, pro ijs mutandis, ad aliqua conſilia priuata, aut ſecreta receptum habeto.*

III.

3 7 Nouembris. ET: *ſi deprehendatur, quòd aliqui conſiliariorum, vel alij, qui cum officio, aut dignitate ſunt, aliter ſe in ſuis munijs habuerint, aut geſſerint, ac decebat: ad petitionem ſtatuum generalium de alijs ipſe prouideto.*

IIII.

IN *rebus alicuius ponderis, aut momenti, ad patriam vniuerſam ſpectantibus, ipſe, inſcijs atque inconſultis vniuerſorum ſtatuum ordinibus, nihil attentato.*

V.

4 9 Nouembris. IMO, *& ipſi ſtatuum ordines, res graues, & arduas ad communitatem ſpectantes tractaturi, vt ſunt conſtituenda exactiones, as alienum, aut mutuum petendum, bellum, pax, pacta, & fœdera cum principibus, aut populis externis inita, & alia horum ſimilia, priuſquam res definiatur, aut aliquid certi de ijs conſtituatur, tàm ad conſpicuos magnæ authoritatis viros, quàm ad plebeios homines referunto: quum æquum ſit, illud ab omnibus probari, quod ad omnes pertinet, id quod priuilegia & antiqui patriæ vſus requirunt.*

5 14 Nouembris. II k Brabantia.

VI.

6 15 Nouembris. PRAETER *communem, & vſitatam rerum conſuetudinem, inſcijs, & inconſultis vniuerſorum ſtatuum ordinibus legitimè propterea conuocandis, ipſe edicta, aut nouas conſtitutiones per ſe ne facito.*

VII.

7 17 Nouembris. IN *ſumma, Gubernator in ijs omnibus rebus, ſtatuum generalium ſuffragia conſulito, in quibus Princeps naturalis (tanquàm Dux Brabantiæ) tenetur ſtatuum Brabantiæ ſententias rogatas colligere: ſic tamen, vt legati, & diſceptatores prius ordinè, & debitè ea communicent cum ſuis, à quibus miſſi ſunt, ſuperioribus.*

8 19 Nouembris. Circum feruntur circa hoc tempus, variæ quædam literæ, ſcriptæ ad Villęum, [1] Epiſcopum Leodienſem, [2] De la Motte, [3] Status Eccleſiaſticos, [4] Gourdon præfectum Caleti, [5] Goigny, [6] Naues conſiliarium regium, [7] Lüme, [8] Deputatos trium ſtatuum, [9] etc. vnà cùm reſponſionibus. quarum argumenta (quia mihi ſuſpecta videntur) tractare hìc ſupersedeo.

LOCA

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1577 TEMPORA

VIII.

OMNIVM litterarum, quas accepturus est, quocunque modo de patriæ rebus tractantium, dictum concilium particeps esto: vt, collectis consiliariorum suffragijs, quid illis faciendum sit, definiri possit.

IX.

IN dicto Concilio, siue Collegio, nulla negotia tractantor, quæ sint alicuius momenti, aut quæ ad Reipublicæ statum pertineat, nisi maior pars consiliariorum præsto sit.

X.

1 11 Nouembris.

OMNIA in dicto Concilio acta, transacta, atque expedita, suprema manu addita, scribuntor, & notantor.

XI.

DICTVS Gubernator restituto, & confirmato omnia quæcunque, & qualiacunque antiqua priuilegia, vsus, consuetudines, quæ ipsi, læsa, violata, aut violenter sublata, atque erepta esse, possint ostendere.

XII.

DISCEPTATORES, & legati statuum congregati, simul manento, quàmdiu ipsis commodum videbitur, prout negotia postulabunt: & generales statuum ordines toties, quoties visum erit, congregantor.

XIII.

81 Gandauum.

AD preces, & petiones alicuius prouinciæ (in qua aliquid insperatũ, accidet, propter quod debeat prouinciales conuenire) necessario statim congregantur, non expectato mandato, aut potestate eis à gubernatore facienda.

XIIII.

Alicuius singularis prouinciæ status toties congregantor, quoties libebit, aut quoties ipsi iudecabunt expedire.

XV.

FOEDERA pacis Gandensis in omnibus, & singulis articulis obseruantor, neque vsquam, sub aliquo cuiuscunque rei prætextu violantor.

XVI.

ET, ne quisquam cauillatione, vel insigni aliqua captione decipiatur, aut ratione interpretationis dicti decreti Gandensis incommodum aliquod patiatur: Articulus ille, qui est de scandalis, per status declarator, quemadmodum & cæteri omnes, qui in dicto decreto continentur. Quoties autem dissidium orietur, aut quando erit controuersia, de vera, & genuina alicuius articuli sententia, ea ad status generales legitimè congregatos referetor, per eos componenda.

2 21 Nouembris.

PRIVSQVAM autem prædictarum ac sub sequentium conditionum capita, ab Archiduce subscribuntur, Dux Arschotanus à Gandensibus captus, tandem relaxatur, [2] decima die post apparationem insignis illius cometæ qui sese ostendit ad horam sex diei vndecimi huius mensis Nouembris. [1]

Wasf gehalt die Pri
die Stan. AM:

Spanische Bollwerk

1577. TEMPORA

TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

LOCA

XVII.

SAEPE DICTVS gubernator, neque petito aliud ſuo corpori tuendo adhibendum præſidium, quàm quod pro temporis ratione, ſtatus iudicabunt conuenire.

XVIII.

ELECTIONES creandorum Tribunorum exercitus: ſiue ille terra, ſiue ille mari ducendus ſit, vt ſunt Nauarcha, vulgo Almiraldos dicunt, præfecti equitum, nunc Marſchalcos vocant, duces atq; legati, & alia honorata militia nomina: conſentientibus ſtatibus, penes Gubernatorem, & eius conſiliarios ſunto.

XIX.

IPSA ſua fretus authoritate, milites pedites, aut equites, ne conſcribito, neque præſidium aliquod in vllis ciuitatibus collocato, niſi id prius à ſtatibus probetur, & ciuitates, quæ ſunt præſidium receptura, audiantur.

XX.

IPSE prouinciarum præſides, & præfectos non creato, niſi mentem & voluntatem dictæ prouinciæ ſtatuum, quibus hoc placeat, exploratam habeat. Imò ſi poſſet fieri, præfectus in prouincia, cui præeſt, habitet, aut bona, aut reditus in ea habeat, aut ſaltem prouincialibus gratus ſit.

XXI.

TEMPORE belli omnia, quæ alicuius momenti ſint, per rei militaris conſiliarios, à ſtatibus illi adhibendos, ipſe adminiſtrato.

XXII.

IPSI, qui de belli conſilio appellantur, nihil certi de bello definiunto, priuſquàm ea, quæ conſtituerint, ad ſtatus referantur.

10 1 Bruxella.

XXIII.

1 22 Nouembris.

GVBERNATOR, & omnes, qui poſt eum gubernatores futuri ſunt, pro priuilegijs, quæ ſunt, aut aliquando eſſe potuerunt, Item Tribuni, & præfecti militum, & alij honorationis nomines milites, Regi ſuo Principi naturali, & ſtatibus, patriæ defenſionem iurato.

XXIIII.

QVI Sacramenti religione obligati, ſanctè promittunto, ſe omnes articulos, & capita commemorata, & præcipuè omnia, & quæcunque priuilegia, iura, vſus, & patriæ conſuetudines erigendas, aut ſtabilendas diligenter curaturos, & obſeruaturos.

XXV.

MILITES, tàm communis patriæ ſtatibus, quàm Regi ſuo Principi naturali ſacramentum danto.

XXVI.

STIPENDIVM & as militare diſpertiuntor, quemadmodum ipſis ſtatibus viſum erit, aut quemadmodum illi iudicabunt eſſe commodum, penes quos eorum diſtributionem eſſe volent, ſiquidem Regis, & vniuerſa patriæ bona multis & magnis oneribus ſunt obnoxia.

XXVII.

STATVS ea, quæ à regnis & vicinis principibus deferentur (ſi neceſſitas poſtulet) accipiunto, & maximè, ſi ipſis bellum inferatur: & Gubernator omne id mutuum, quod hactenus ſumpſerunt, & in poſterum ſumentratum habeto.

LOCA

TEMPORA

XXVIII.

EXTREMO iure, ſine omni clementia, aut miſericordiæ exemplo, quo ſupplicia impediri, aut differri poßint, actiones inſtituuntur, & cõtra eos ſupplicia decernuntur, qui arma contra ſtatus, & patriam ſumpſerunt, aut qui partes domini Iohannis Auſtriaci fouent, aut ſequuntur: deinceps non ſit, qui reip: ſtatum & tranquillitatem perturbet.

XXIX.

10 k Antuerpia.

SI dictus Gubernator promißis non ſtet aut iſtos articulos omnes, aut ex ÿs aliquos violet, aut infringat, ſacramento conceptis verbis ſanctè promittito, ſe eos iureiurando ſolutos habiturum, vt qui in poſterum dicto audientes eſſe non tenerentur, & qui poſſent contra eum arma capere, ſe & patria priuilegia defenſuri, ſi fortè eos ad obediendum velit cogere, priuſquam priorem culpam contrà articulos admiſſam expiaſſes.

XXX.

1 13 Nouembris.

CASTRA, quæ nondum deſtructa ſunt, ſed quæ tantum deſtrui caperunt, citrà omnem controuerſiam deſtruuntor, & quod ad alias arces, à quibus metuendum ſit, patriæ & iſtis prouincÿs detrimentum aliquod, aut periculum, per ſtatus generales ſuo tempore ordinabitur, quemadmodum æquitas & ratio poſtulant.

XXXI.

1 Pagina 236

IN ea, quæ ſub vltimos tumultus peccata, aut admiſſa ſunt, nulla queſtio habetor, ſiquidem ſub illa ſempiterna obliuione, in decreto Gandenſi promiſſa comprehenduntur, exceptis ÿs, de quibus ſecundus ab hoc agit articulus: Et quæ per ſtatus generales, poſt diſceſſum Domini Ioannis Auſtriaci in caſtrum Namurcenſe, geſta ſunt, ea omnia, tanquam benè facta, grata & rata habeto, ne in minimo quidem dictis articulis aduerſaturus. Atque hæc quidem fuerunt conditionum capita, D. Archiduci Matthiæ, ab ordinibus ſtatuum belgÿ, propoſita.

QAIBVS ordinibus Auriacus per legationes obnunciat, fore contra iuramentum, & pacem, & Maieſtatem regiam quoque, ſi declarent ſine regio diplomate, Matthiam Archiducem, illarum prouinciarum gubernatorem. At verò ordines, nuncios parui facientes, bona ſpe freti, interim mittunt legationes in Hiſpaniam, quibus multis rationibus nitebantur à rege impetare confirmationem; cum & ipſe D. Matthias literas ad regem, vnà cum ſtatibus exarauiſſet.

ACCIDIT[2] quod Amßterdamenſes, qui inde ab initio regis ſemper partibus fauentes, ſuorumque prouincialium conatus contrà regem tanquam legitimum Holandiæ comitem minimè approbantes, Hiſpanis introitum, exitum, tranſitumque per ciuitatem ſuam conceſſerant; Auriacum pro ſuo gubernatore nequaquam agnoſcere voluerunt. Vnde capitaneus quidem ſine Tribunus, nomine Helling, militum vexillis tribus ſtipatus, ſtratagemmate quodam ſuo, Amßterdamum in Principis Auriaci poteſtatem redigere conatus, oppidum ingreditur; [3] vbi ciuis mirum in modum conſternati, ne vitam & omnia ſimul amitterent, potius Auriaco ſe dedere decreuiſſent, niſi capitaneus eiuſdem oppidi eſſet, Hellingus ille in domum ciuicam vocatus, circumuentus, ſuoque ſtratagemate fruſtratus, inſtar Holophernis occubuiſſet: atque milites ipſius partim oppido eiecti, partim vitâ priuati ac trucidati fuiſſent.

2 23 Nouembris.

11 e Amſterdam.



Digitized by Google


AMSTELREDAM der Staten volck
der Stadt treffen Anno D. 1572.

CONVOCANTVR circa hæc quoque tempora Frisia prælati ac nobiles, ad comitia Groningæ assignata; vbi numero XXIIII. à tumultuante populo capiuntur, carceribusque strictissimis mancipantur; adeò, vt, quamuis D. de S. Aldegonda cum Sillano Secretario, ad relaxandos captiuos fuissent abligati, nihilò tamen plùs hac in ciuitate ab illis, quàm ab Auriaco Principe Gandaui, in fauorem, à populo detentorum effectum est. nisi quod ad interceßionem Principis tùm, Gandenses 14. die Nouembris vt quidam volant, in Ducis Arscotani relaxationem, hac conditione conseníerint si promittat scilicet illatam sibi à populo iniuriam se nunquem in posterùm vindicaturum. Mira sanè popularium inconstantia, vt, qui gubernatori suos Duci, prius viginti tribus vexillis peditum, ac trecentis equitibus, obuiam iussent, magnoque Gandaui eum triumpho applaudentes excepissent, hunc statim post tres dies vix elapsos, in carceres detruderent.

14 b Groninga.

STATVS quoque Belgij D. Ioannem Austriacum, quem antea vt visum est [1] mira solemnitate, tanquam gubernatorem suum generalem introduxerant; post sex menses repudiãt, Regis ac patriæ inimicum, cum omnibus illi adherentibus declarant, [2] Dominumque Matthiam Archiducem (ne duos haberent à quibus gubernarentur) solum futurum Gubernatorem Antuerpiæ solemniter ingredientem 21 Nouembris admittunt. Cui, postea quam se statum Pacificationem Gãdensem omninò obseruaturos publico scripto protestantes declarassent, [3] & Antuerpiæ quoque vigilias renouando per scriptum ad hoc, instar decreti cuiusdam editum ordinassent, [4] tandem per Abbatem S. Geitrudis & Abbatem Marolensem prælatos illos; perq; Ducem Arscotanum, & Carolum de Graue Dominum de Fresin, à statibus expresè ad hoc deputatos, administrationem inferioris germaniæ offerũt; sub illis autem præmißis conditionibus, [10] quas acceptauit postea Archidux Antuerpiæ, ac propria manu subscripsit.

8 1 Gandauũ

1 Pagina 214.

POSTRIDIE, [6] Rex Hispaniarum statuum literis 24. Augusti & 1. Septembris ad Regem datis, tandem ita respondet; vt, quando duobus illis, quæ Rex sæpe recta semper obseruari petierat, RELIGIONI videlicet Catholicæ & OBEDIENTIAE regi debitæ satisfacerẽt, perinde vt fecissent, cùm in viuis adhuc esset Carolus V. Imperator felicissimæ memoriæ; tùm nihil restaret amplius, quominus illos, tanquam bonos vasallos suos, in gratiam clementer susciperet, vnisque obuijs quàm libentissimè amplecteretur, quemadmodum id latius illis suo nomine declaraturus esset, Dominus de Selles, quem vel ea intentione ex Hispanijs, peculiari cum instructione, [7] sua Maiestas ad statũ ablegasset, vt, si vel hac ratione, ad optatum pacis ac tranquillitatis finem, res ipsa tandem perduci posset.

10 k Antuerpia.

10. Pagina 235.

SPARGITVR non multò pòst [8] in vulgus, libellus quidam Flandrico sermone scriptus; quo Gandenses omnibus testatatum relinquerẽt, syncritatem sui cordis, quam haberent erga Principem Auriacum; quo etiam triumphum, quem Auriaco excipiendo instituissent, omnibus innotescerent. Interea Amstelodamenses (qui antea nec vi nec dolo circumuenti ab ea quam regi debebant fide abduci poterant) comißionum [9] quoque via, ad satisfactionem & vnionem cum Principe Auriaco ineundam, eò magis tentantur; quòd non ignoraret Auriacus, ex tribus illis, Gandensi nimirùm Antuerpiensi atque Amstelodamensi ciuitatibus, triplicem illum perquàm difficile rumpi funiculum posse.

11 e Amsterdã

PAVLO

LOCA	LEONIS BELGICI DESCRIPTIO	1578 TEMPORA
	PAVLO poſt [1] initium huius anni M. D. & ſeptuageſimi octaui, tranſiuit, adhuc hærebam Bruxellæ, Angliæ regina legatus, vt Auſtriacum conueniret, nec rediit niſi poſt tres ſeptimanas hoc eſt 27. die Ianuarij, tandem iterum relicta Bruxcella 29. menſis in Angliam reuertitur, Interim Auriacus Princeps, à ſtatibus Bruxellæ congregatis, in locumtenentem, vt vocant Archiducis Matthiæ aſſumitur. [2]	1 4 Ianuarij.
2 e Anglia.		
11 n Namurcú	AVSTRIACVS autẽ cognito Matthiæ aduentu, & comitijs Belgarum, in quibus decreta erant, in ſingulos menſes, ad bellum quadraginta nummûm millia, & ad excutiendum regium imperium, cùm ſtatus acciuiſſent Caſimirum, cum tribus millibus equitum, & quinque peditum germanorum regimentis, vt appellant, & comitem Schvvartzenburgenſem, cum quinque peditum millibus Anglorum & Scotorum, quibus copijs ſtatutum erat expugnare Namurcum, & Moſam fluuium occupare, quò acceſſus Hiſpanis occluderetur; moratur Luxemburgi, inſtatque copijs imperatis à rege, vt quam citiſſimè veniant.	2 7 Ianuarij.
31 r Luxenburg.	INTERIM Archidux Matthias Mechliniam mingreditur, [3] ibique tribus diebus expectat Auriacũ, vt qui ſtatim ab initio audita Matthiæ electione, continuò ad illum conuolat, cum quo ſæpe plurimumq; eſt, cui inſtructiſſimam claſſem oſtẽdat, & multis ſpolijs hoſtium, & naualibus prelijs partis ornatiſſimam, & docet munitiones optimè eſſe inſtructas. Nam vbi primam creatus fuit Auriacus, Holandiæ ac Zelandiæ Gubernator, vel per pacem Gandaui, capit munciones recognoſcere, ac ſi quid perficiundo operi deeſſe appareret, illud magna diligentia adhibere.	3 31 Ianuarij.
10 l Vilforden	PONTIFEX his recentibus motibus bellorum, qui præter omnium expectationem ſuborirí videbantur, vt regiam rem pro viribus iuuaret, exigit à clericis 4. decumas in vſus bellicos, ad defentionem Catholicæ Religionis. Tùm Princeps Parmenſis Alexander farneſius etiam, accitus in Belgium ab Auſtriaco, citatis equis, cũ duobus comitibus, Heluetio habitu, incolumis in Belgium euadit.	
5 Pagina 213	AVRIACVS Princeps, qui vxorem ſuam iam præmiſerat, Antuerpiæ ſubſequitur, & Mechliniam tranſiens, Vilfordiam properat [4] vbi pernoctat; altera die, cum Archiduce Matthia, Bruxellas ingreditur. Cuiusmq; Antuerpienſium at Mechlimenſium magna caterua concomitatus, non minori ſolemnitate, quàm antea D. Ioannes Auſtriacus, [5] excipitur, atque ita cum	4 17 Ianuarij.
	Bis nouies Iano ſolare inclaruit æthere, Sunt data Matthiæ, belgica ſceptra Duci.	
10 e Bruxella.	EODEM prorſus die, [6] ſummus Pontifex, Gregorius XIII. miſit Ioanni Auſtriaco breue quoddam, directum omnibus fidelibus Chriſtianis, qui ſunt, in exercitu Philippi Regis Hſpaniarum illo Auſtriaco Duce, vel erunt, in inferioris germaniæ regionibus; per quod illis & Auſtriaco Pontifex concedit; vt, eo die quem quis eorum eligat, ſemel confeſſus, & ſumpto ſacramento Euchariſtiæ, plenariam omnium peccatorum ac criminum indulgentiam, & remiſſionem cõſequatur, atq; etiam eandem indulgentiam in articulo mortis obtineat	5 18 Ianuarij.
	PHILIPPI REGIS NOMINE GVBERNANTE	CXIIII.

1577. TEMPORA

TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

LOCA

CONVOCANTVR circa hæc quoque tempora Frisiæ prælati ac nobiles, ad comitia Groningæ assignata; vbi numero XXIIII. à tumultuante populo capiuntur, carceribusque strictissimis mancipantur; adeò, vt, quamuis D. de S. Aldegonda cum Sillano Secretario, ad relaxandos captiuos fuissent abligati, nihilò tamen plùs hac in ciuitate ab illis, quàm ab Auriaco Principe Gandaui, in fauorem, à populo detentorum effectum est. nisi quod ad intercessionem Principis tùm, Gandenses 14. die Nouembris vt quidam volant, in Ducis Arscotani relaxationem, hac conditione consenserint si promittat scilicet illatam sibi à populo iniuriam se nunquam in posterùm vindicaturum. Mira sanè populariũ inconstantia, vt, qui gubernatori suos Duci, prius viginti tribus vexillis peditum, ac trecentis equitibus, obuiam iussent, magnoque Gandaui eum triumpho applaudentes excepissent, hunc statim post tres dies vix elapsos, in carceres detruderent.

2 7 Decembris.

10 Decembris.

14 b Groninga.

STATVS quoque Belgij D. Ioannem Austriacum, quem antea vt visum est [1] mira solemnitate, tanquam gubernatorem suum generalem introduxerant; post sex menses repudiãt, Regis ac patriæ inimicum, cum omnibus illi adherentibus declarant, [2] Dominumque Matthiam Archiducem (ne duos haberem à quibus gubernarentur) solum futurum Gubernatorem Antuerpiæ solemniter ingredientem 21 Nouembris admittunt. Cui, postea quam se statum Pacificationem Gãdensem omninò obseruaturos publico scripto protestantes declarassent, [3] & Antuerpiæ quoque vigilias renouando per scriptum ad hoc, instar decreti cuiusdam editum ordinassent, [4] tandem per Abbatem S. Geertrudis & Abbatem Marolensem prælatos illos; perq; Ducem Arscotanum, & Carolum de Graue Dominum de Fresin, à statibus expresse ad hoc deputatos, administrationem inferioris germaniæ offerũt; sub illis autem præmissis conditionibus, [10] quas acceptauit postea Archidux Antuerpiæ, ac propria manu subscripsit.

4 12 Decembris

5 17 Decembris.

8 l Gandauũ

1 Pagina 214.

POSTRIDIE, [6] Rex Hispaniarum statuum literis 24. Augusti & 1. Septembris ad Regem datis, tandem ita respondet; vt, quando duobus illis, quæ Rex sancta tecta semper obseruari petierat, RELIGIONI videlicet Catholicæ & OBEDIENTIAE regi debitæ satisfacerẽt, perinde vt fecissent, cùm in viuis adhuc esset Carolus V. Imperator felicissimæ memoriæ; tùm nihil testaret amplius, quominus illos, tanquam bonos vasallos suos, in gratiam clementer susciperet, vlnisque obuijs quàm libentissimè amplecteretur, quemadmodum id latius illis suo nomine declaraturus esset, Dominus de Selles, quem vel ea intentione ex Hispanijs, peculiari cum instructione, [7] sua Maiestas ad statũ ablegasset, vt, si vel hac ratione, ad optatum pacis ac tranquillitatis finem, res ipsa tandem perduci posset.

6 18 Decembris.

7 20 Decembris.

10 k Antuerpia.

10. Pagina 235.

SPARGITVR non multò pòst [8] in vulgus, libellus quidam Flandrico sermone scriptus; quo Gandenses omnibus testatatum relinquerẽt, syncritatem sui cordis, quem haberent erga Principem Auriacum; quo etiam triumphus, quem Auriaco excipiendo instituissent, omnibus innotesceret. Interea Amstelodamenses (qui antea nec vi nec dolo circumuenti ab ea quam regi debebant fide abduci poterant) comissionum [9] quoque via, ad satisfactionem & vnionem cum Principe Auriaco ineundam, eò magis tentantur; quòd non ignoraret Auriacus, ex tribus illis, Gandensi nimirùm Antuerpiensi atque Amstelodamensi ciuitatibus, triplicem illum perquàm difficile rumpi funiculum posse.

8 29 Decembris.

9 31 Decembris

11 e Amsterdã

PAVLO

IOHANNE AVSTRIACO LEONEM

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

LOCA		TEMPORA 1578
	PAVLO poſt [1] initium huius anni M. D. & ſeptuageſimi octaui, tranſiuit, adhuc hærebam Bruxellæ, Angliæ reginæ legatus, vt Auſtriacum conueniret, nec rediit niſi poſt tres ſeptimanas hoc eſt 27. die Ianuarij, tandem iterum relicta Bruxella 29. menſis in Angliam reuertitur, Interim Auriacus Princeps, à ſtatibus Bruxellæ congregatis, in locumtenentem, vt vocant Archiducis Matthiæ aſſumitur. [2]	1 4 Ianuarij.
2 e Anglia.		
	AVSTRIACVS autẽ cognito Matthiæ aduentu, & comitijs Belgarum, in quibus decreta erant, in ſingulos menſes, ad bellum quadraginta nummûm millia, & ad excutiendum regium imperium, cùm ſtatus acciuiſſent Caſimirum, cum tribus millibus equitum, & quinque peditum germanorum regimentis, vt appellant, & comitem Schvvartzenburgenſem, cum quinque peditum millibus Anglorum & Scotorum, quibus copijs ſtatutum erat expugnare Namurcum, & Moſam fluuium occupare, quò acceſſus Hiſpanis occluderetur; moratur Luxemburgi, inſtatque copijs imperatis à rege, vt quam citiſſimè veniant.	2 7 Ianuarij.
11 n Namurcũ		
	INTERIM Archidux Matthias Mechliniam mingreditur, [3] ibique tribus diebus expectat Auriacũ, vt qui ſtatim ab initio audita Matthiæ electione, continuò ad illum conuolat, cum quo ſæpe plurimumq; eſt, cui inſtructiſſimam claſſem oſtẽdat, & multis ſpolijs hoſtium, & naualibus prelijs partis ornatiſſimam, & docet munitiones optimè eſſe inſtructas. Nam vbi primam creatus fuit Auriacus, Holandiæ ac Zelandiæ Gubernator, vel per pacem Gandaui, cæpit munitiones recognoſcere, ac ſi quid perficiundo operi deeſſe appareret, illud magna diligentia adhibere.	3 31 Ianuarij.
31 r Luxenburg.		
	PONTIFEX his recẽtibus motibus bellorum, qui præter omnium expectationem ſuborti videbantur, vt regiam rem pro viribus iuuaret, exigit à clericis 4. decumas in vſus bellicos, ad defentionem Catholicæ Religionis. Tùm Princeps Parmenſis Alexander farneſius etiam, accitus in Belgium ab Auſtriaco, citatis equis, cũ duobus comitibus, Heluetio habitu, incolumis in Belgium euadit.	
10 l Vilforden		
	AVRIACVS Princeps, qui vxorem ſuam iam præmiſerat, Antuerpiæ ſubſequitur, & Mechliniam tranſiens, Vilfordiam properat [4] vbi pernoctat; altera die, cum Archiduce Matthia, Bruxellas ingreditur. Cuiusmq; Antuerpienſium at Mechlinienſium magna caterua concomitatus, non minori ſolemnitate, quàm antea D. Ioannes Auſtriacus, [5] excipitur, atque ita cum	4 17 Ianuarij.
5 Pagina 213		
	Bis nouies Iano ſolare inclaruit aſtro, Sunt data Matthiæ, belgica ſceptra Duci.	
	EODEM prorſus die, [6] ſummus Pontifex, Gregorius XIII. miſit Ioanni Auſtriaco breue quoddam, directum omnibus fidelibus Chriſtianis, qui ſunt, in exercitu Philippi Regis Hſpaniarum illo Auſtriaco Duce, vel erunt, in inferioris germaniæ regionibus; per quod illis & Auſtriaco Pontifex concedit; vt, eo die quem quis eorum eligat, ſemel confeſſus, & ſumpto ſacramento Euchariſtiæ, plenariam omnium peccatorum ac criminum indulgentiam, & remiſſionem cõſequatur, atq; etiam eandem indulgentiam in articulo mortis obtineat	5 18 Ianuarij.
10 e Bruxella.		

Digitized by Google

Martyr in BRVSSEL

1578. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA — LOCA

CONGREGARI iubet postridie [1] Auriacus, octodecim illos, qui instar duodecim Gandesium, de quibus supra, [2] rem plebis Bruxellensium hactenus promouebant, vt, in domo cinica comparentes, audiant; quæ tum illis, Princeps esset propositurus.

DIMISSVS est die ab hinc quinto preterito, hoc est 14 Ianuarij, Fourneau præfectus Beaumontij, oppidi ad Ducem Arschotium in Hannonia spectantis; qui vel hoc duntaxat nomine, à Bruxellensibus in carcerem detrusus, sicque magno cum scandalo & incommodo suo, satis diu decentus est; quòd vxori suæ scripserit, Dominum Ducem suum, non nisi ob id à Gandesibus captum fuisse, quod Illustrissimum Dominum Archiducem Matthiam, Auriaco in gubernationis belgicæ dignitate, atque authoritate præferendum ratus esset. Et quàmuis alia quærit, de qua supra dixi [3] causa, tamen nihilominus littera huiusmodi, zelo quodam ac bona intentione ab illo scripta, & ab insidiatoribus postea, pro suo more intercepta, hanc illi (vt ipsemet mihi retulit) molestiam, cum expensis perperĕrunt. [2]

1 19 Ianuarij. — 2 Pagina. 330. — 9 n Beaumót.

GVISIVS interea, cum multis millibus peditum, & equitum ad fines Belgarum peruenerat, vbi per aliquot dies stationem habuit, dum insidiæ ac proditio Argentorati struerentur; per quod ferè tempus initum est leue prælium ab Hispanis copijs, & militibus statuum, apud Namurcum; pugnatum est vtrinque magna virtute, cecidit in eo prælio Dominus Barlemontius, & multi è belgis, sed plures ex Hispanis. — 10 l Bruxella.

ATQVE cum 1500. pedites, iam etiam à rege Hispaniarum, accederent, à copijs statuum in itinere, ex insidijs circumuenti, cæsi, profligatiq; sunt, quorum tribuno ad castra adducto, caput est amputatum. — 11 n Namurcum.

REGINA Anglia, bellicis his apparatibus in Gallia & in Belgio auditis, mittit quatuor millia equitum, & sex millia peditum: datis stipendium in bellum præfecto Milorto, regio quodam consiliario, penès quem summum erat Imperium, vt gallos deterreret, iam munitionem Casoniaco nauali vicinam petiuerat, & quoniam cognitum fuerat, in Lusitania quoque rem bellicam clàm parari, venit in suspicionem, Lusitanos & Hispanos apparatus fieri in Anglos: quare ad securitatem sui regni, regina conducere putauit, omnes Catholicos Anglos, vno tempore trucidari, ne visis armis & insignibus duorum regum, in cæteros Anglos, de religione dissentientes insurgerent. — 2 e Anglia.

SED sequenti nocte tantoperè vexata est vt scribitur Regina, vt nunquam summum apere potuerit; quare veritatem dei voluntatem tantam nequitiam auersari, & ne illud factum parùm ex sententia succederet, mutauit consilium. — 3 Pagina. 229.

PRINCEPS etiam Auriacus statuit, vt Sparendam, Thuysterhartum, Crimpen, Seuenbergam, Clundertum, Nieugastellum munitiones absoluerentur; quæ sunt in finibus Tungrorum. Illud autem se facere profitebatur, vt opportunè ad regiam voluntatem promptius, haberet paratissimas munitiones. — 10 g Crimpen.

STATVS

IOHANNE AVSTRIACO LEONEM

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

LOCA		1578 TEMPORA
	STATVS non parvas vires vbi collegissent à variis principibus, exierunt in apertum caperuntque parùm apparatus regios formidare. Missa autem sunt illis vexilla, quoniam, cùm capissent aspirare ad instaurandum bellum, coquesti sunt per legationes, apud omnes amicos Principes, quæ quererentur ac dicerent, statu, iniurijs, auaritia, & crudelitate Hispanorum, coactos fuisse arma capere, sub quorum immani imperio, neq; priuilegia seruarentur, neq; facultates reliquæ, cum nihil prorsus ab eorum nequitia tutum esse posset.	
14 h Ruremond.	IDEM periculum, omnibus ipsis principibus, imminere deuicto Belgio, quod certè ob diuturnitatem bellorum, habeat arma debilia, nisi virorum bonorum, & amicorum principum auxilijs sustententur, obsecrantur ne Hispana crudelitati, & auaritiæ obiectos esse patiantur. Auriacus interia multa iura regia occupat, tributa & vectigalia exigit, tribunos mittit ad colligendas copias, multi Vallones è castris regijs vi pecuniæ in partes Auriacas & statuum alliciuntur.	1 20 Ianuarij.
	CVM QVE sic multæ copiæ, in Belgio fuissent vtrinque collectæ, multæque cohortes in Germania, ad signa statuum nomine conuocarentur; Austriacus, non cunctandum esse ratus, per filium Barleimontij Dominum de Hierges subsidia mittit, Ruramondæ diuturna statuum obsidione afflictæ. Habebat enim in statuis non contemnendas vires in Marchia, & in finibus Luxemburgicis, quæ diutius ibi esse non poterant ob regionis sterilitatem.	
12 p Marchia.	AT, quoniam fiebat certior, multis è locis varias cohortes, in castra statuum esse venturas; quæ si conuenissent, possent Mosæ fluminis traiectum impedire, & multa alia belgica negotia; Decreuit fluuium quàmprimùm traijcere, quò posset commodius, pro tempore, proque consilijs hostium, statuere de summa rerum.	2 21 Ianuarij.
	ATQVE, ne videri posset Austriacus, per arma potius, quàm per æquitatem, & humanitatem, quæ iusta sint velle extorquere: promulgari curat [3] Declarationem mentis & voluntatis suæ, qua omnes Belgas ad obedientiam, Deo, & Regi præstandam inuitat; vnà cum disciplina militari, ad quam Maiestatis Regiæ milites, se reciprosè gerere debeant; atque ita	
13 q Luxenburg.	Sacra Deo, Regique suum deposcit honorem. Quæ duo si præstes (inquiens) Belgice liber eris; Sin, ea iussa tibi facienda capessere, nolis? Seruus eris, proprij causa caputq; mali.	
	PAVLO antequàm hæc ediceret, Marchia in faminis, Austriacus: statu Archiducem Matthiam Bruxellæ, primùm ad Iuramentum illis cum Principe in publico foro [1] præstandum, postridie verò in domo ciuica, [2] ad splendidè & oppiparè conuiuandum inuitant. Quibus omnium tùm intererant inter cæteros Belgij proceres quàm plurimos, Princeps AVRIACVS Archiducis locumtenens iuratus, Dux ARSCOTENSIS, Cancellarius Brabantiæ SCHEYF; Abbas VILARIENSIS, cũ cæteris prælatis, Marchio HAVRAEVS Arscotij frater; Comes EGMONDANVS, cæteriq;, quorum mihi iam non occurrunt nomina.	3 25 Ianuarij.
10 e Bruxella.	VIDESSES tùm per totam ciuitatem, mirandos agi triumphos, & ludicra; atque è turri Sancti Michaelis Archangeli, Bruxellensium patroni, aliisque locis, illuminari adeò Bruxellam, vt, ob tædarũ, igniumque vndiq;, confectorum copiam, noctem in diem versam diceres. SED Ecce Archiducem, & Auriacum, iurantes in conditiones, de quibus antea dictum est.	

Digitized by Google

Digitized by Google

1578. TEMPORA

TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

LOCA

PROMVLGATIS [1] itaque per Auſtriacum, regio nomine, venia & præteritorum obliuione omnium, cum omnibus priuilegijs antiquis, modò pro Iuramento, Catholicam Religionem & Regiam obedientiam complecterentur; in multis ſurdo narrabatur fabula; Propterea iuſſa ſunt acies proficiſci, atque ipſe Auſtriacus, cum Parmenſi Principe Namurcum prorepat, relictis à tergo peditibus, & equitatu Hiſpano.

1 25 Ianuarij. ERANT in Caſtris Auſtriaci, Sexdecim millia peditum, Italorum, Sequanorum, Germanorum, Gallorum: & duo millia equitum Hiſpanorum, & Italorum, quibus viribus coniunctis, hoſtem erat inuaſurus, ſi qua oportunitas concederetur: ſin autem, curabat, vt ad pugnam alliceret. Idcirco Bouines oppidum, ad ripam Moſæ fluminis ſitum, expugnare conſtituit, [2] cum eſſet alterutrum omninò obtenturus, vel, vt fieret facultas ſigna conferendi, antequam maiores vires ſeſe addidiſſent, vel, ſi hoſtis abſtinet à pugna, oppido potiretur, cuius beneficio pateret acceſſus commeatibus per Moſam fluuium.

II n Namurcũ.

POSITA erant Caſtra ſtatuum, ad pagum Diui Martini, circiter 7. millia paſſuum à Namurco, ad latus Burgi, qui & ipſe pagus eſt apud Iſelam fluuium. Intercedebat regio inter Burgum & hoſtem vallibus & collibus munita, & propter ſyluas equitatui difficilis, cum parua planicies quibuſdam in locis tantum, equitatui commoda inueniretur. Caſtra ſtatuum frontem habebant eminentiorem, atque ſyluam à ſiniſtro latere, à dextra pagus erat prædictus; inter Burgum, & frontem caſtrorum ſtatuum, duo erant ſitus natura munitiſſimi, vixque vlla vi expugnabiles.

Bouines.

2 29 Ianuarij. ERANT in caſtris Belgarum 56. vexilla peditum, 4. Cataphractorum equitum, 400. ferraroli, dua cohortes equitum Sclopetariorum, qua Copiæ à GOIGNIO caſtrorum magiſtro ductabãtur, cum quo erat VILLAEVS, & HAVRAEVS, & LALAINIVS comes. iuſſa eſt igitur cohors equitum ſclopetariorum, cui præfuerat Mutius PAGANVS exire ad explorandum per captiuos, qua proxima erat in hybernis.

D. Martini.

NEC ita multò pòſt, exiuit Auſtriacus cum Principe Parmenſi, ad recognoſcenda caſtra ſtatuum, pluribus ſclopetarijs in inſidijs collatis. At quoniam per captiuos, & mercenarios exploratores nunciabatur, conſilium eſſe ſtatuum, per noctem caſtra mouere, conuulſisque ſignis, ſe in tutum recipere; miſſa ſunt 6. bellica tormenta, ſub gallicinium, à Giblou, vbi ab hoſtibus cella rerum neceſſariarum erat deſtinata, vbique ſtatuerãt, conſiſtere, atque omnia Auſtriaci ſubuertere.

Burgus.

MOTVS eſt cum peditibus Hiſpanis, Sequanis & Vallonibus, ac mille equitibus, vt hoſtis terga inueſtigaret: Decreuit, vt pars Sequani peditatus, quoſdam tranſitus locorum occuparet, quò facilius equitatus protegeretur, nam pridie eius diei Hernandum ACOSTENSEM, Antonium OLIVERAM, Petrum VALLEIVM, & quoſdam alios præmiſerat, ad vias, quibus ſtatuum milites erant abituri explorandas. Cum igitur dies iam illuceſceret, ſuccenſis omnibus caſtris, iubent pedites iter capere, phalangem ſcilicet, & poſtremam aciem, iuſſus eſt equitatus ſtatuum terga prorgere, peditatuiq; Auſtriaci reſiſtere, ſi vellet infeſtare.

3 30 Ianuarij.

10 m Giblours

AVSTRIACVS quòd videret [3] hos cum dignitate ſe velle recipere, decreuit inſequi vt inueſtigaret, ſi quo pacto concederetur, atq; vt ſe reciperent coacti, imperat peditatum, qui poſſet acciri, atq; 4. turmas equitum, in tres globos diſtribuit, cum reliquarum, equitatum apud ſe retineret, ad opportuna ſubſidia, acceſſerunt & multa Sclopetariorum cohortes, qui ad mille accedebant, & ducenti loricati cum ſatiſſis:

LOCA

TEMPORA

IVSSVS eſt Hernandus ACOSTENSIS, ante diem eſſe in inſidijs, in primo ſitu duorũ locorum, vltrà Burgũ, cũ nongẽtis militibus Sequanis Hiſpanis, Germanis; cum primo globo equitum, vbi erant ala Hernandi TOLETANI, & Aurelij PANORMITANI, & Slopettarij OLIVERAE, ac Mutij PAGANI. Auſtriacus miſit Oliueram cum reliquis duabus ſubſtitit Octauius GONZAGA magiſter equitum, Oliuera primum ſitum tranſiuit, qui vbi accederet ad ſecundum, coactus eſt ad dextram deflectere, vt commodum tranſitum veſtigaret, cũ inuentus in ea via anguſtus eſſet, ac deſficilis; hunc ſecutus eſt Octauius Gonzaga, vt que ſubito ferè copias coniunxerunt, qui formatis nouis globis, aduerſus hoſtem vlterius procedunt, iam peditatus paulatim ad primum ſitum peruenerat, & cum alijs copijs appropinquabat Auſtriacus, cum in omni ſitu commodi eſſent eminentes colles, & ad proſpiciendum hoſtem, & ad mandata à ſuis accipienda. Iuſſus eſt per nuncium Auſtriaci Gonzaga ſuſtinere.

10 n Burgum.

1 30 Ianuarij.

HOSTIS cum parte equitatus in loco edito ſubſtitit, qui ad latus nemus habebat, atque frontem copijs Auſtriacis oſtentabat captem eſt ab hoſte ſe recipere, ab his inſequi, initum eſt leue certamen atque Hiſpani vlterius pugnando, propellentes hoſtem. tranſmiſſo loco acclui, venerunt in planiciem, rursùs alium accliuem tranſmittunt pugnantes, non procul à priori ſitu, relicto Hiſpano peditatu, qui terga tueretur Iuſſa manus ſclopettariorum ad ſiniſtram incedere, vt equitatui opem ferret. PARMENSIS Princeps interea, profectus erat vlterius, ſingulari alacritate, priuſquã venit ad hoſtem, qui, cum riuum paruum, ſed difficilem eſſet traiecturus, non parum, Parmenſis, moeſtia, fuit retardatus.

AVSTRIACVS per illud tempus in nemus aſcendit, quod Hiſpano peditatu muniuit, qui terga tuebatur. Iuſſa ſunt copia progredi, qua in ſecundo ſitu fuerant firmata, cepit commune eſſe conſilium procerum, vt iniretur prælium, quoniam hoſtis deſeſſus, & perturbatus eſſe videretur, non prætermittendum eſſe aiebant præſentem occaſionem. Iuſſus eſt Reuſius hoſtem recognoſcere, cuius profectio vtiliſſima fuit, quoniam cùm poſtrema turba equitum impedimento fuit, quamuis quædam Gallicæ cohortes, à ſiniſtra ſitum commodum occuparent, cum graui damno Hiſpanorum.

OCTAVIVS Gonzaga, cognito commodo ſitu, & alacritate militum, ne prælium ſine ordine committeretur, cum ijs coniunctè impetum facit in hoſtem, multa virtute. Ceptum eſt ita pugnare, vt multi caderent ex hoſtibus. Nam primùm poſtremis hoſtibus propinquatum eſt, ita, vt ſola via intereſſet, inter vtraſque copias, quæ ſepem ſatis ratam habebat, quam hoſtes pluribus tormentis campeſtribus munierant, quæ parùm commodè fuerant diſpoſita ob anguſtias locorum.

CVM verò PARMENSIS Princeps propius acceſſiſſet, ad rem melius explorãdam, cognouit Octauium GONZAGAM, & MONDRAGONVM tribunum, tãtùm proceſſiſſe, vt, ſine manifeſto periculo, ſuum equitatum retrahere non poſſet. Illare perſpecta, & conſilio hoſtium, qui dubio erant animo, quid ſibi eſſet agendum, cum etiam nonnihil acies videretur ordinem non ſeruare. Decreuit in eos impetum facere, cum cohorte, quam viciniorem à ſiniſtra aciei habebat, neglecto periculo, pro ſingulari virtute bellica, & fortitudine, ſecutæ ſunt eius conſilium amba turma equitum nam conuenerãt iam hæc vexilla, equitatus Bernardini MENDOCII, Curtij MARTINENGI, Fernandi TOLETANI camilli & Ioannis baptiſtæ MONTIORVM, Alonſi VARGAE Georgij MACVTAE, & ASCOTENSIS, & OLIVERAE, & Antonij AVALI, & FALCONETI, & cuſtodiæ Auſtriaci. Hoſtes impetum acierum Auſtriacarum non ſuſtinentes, in fugam vertuntur. atq; per ſuum peditatum irrumpentes, omnium quemq; conſultantes, qui in poſtrema acie incedebant, ſuas copias propè ſine hoſtilibus armis proſligarunt.

11 n Namurcum.

2 31 Ianuarij.

Eigentliche beschreibung der schlacht zwischen den Sa

NAMVR
vnd Spanjarden nit weit von NAMVR gehalten.

TEMPORA

LOCA

COMES Lalainius (quo cum adhuc iuuene, Louanij, ſeſquiannoferè commenſalis fueram, cum præceptore meo, Domino Doctore Ioanne Ramo Iuriſconſulto) ferebatur tum clàm ſecutus Auſtriaci conſilium, ita vt, cùm ſtatuum nomine 4000. equitum præfectum ageret, in fugam ſe vertiſſe, Monteſque Hannoniæ verſus contendiſſe, diceretur, quòd an verum ſit, aliorum eſto iudicium. Ego ſanè pro mea parte, licet publicè à quodã ſcribatur: idipſum tamen haud crediderim. atque id propterea, quòd nobiliſſima illius familia, peculiari quadam prærogatiua, laudabiliter ſemper, gallico hoc vtebatur ſymbolo, Lalaing ſans reproche. Vnde victoriam hãc bellica pòtius virtute, quàm aliter, Auſtria eo obtigiſſe puto; ſed ad rem.

10 m Louaniũ.

1 31 Ianuarij

VENERVNT in poteſtatem Auſtriaci 30. vexilla peditum, & 4. equitum, quæ relicta ſunt ob metũ, cum totus equitatus ſe ſeruaſſet. Captus eſt dominus de Goigny, magiſter caſtrorum, qui ab Auſtriaco perductus, ſignum obſeruantiæ edidit, à quo tantum verbum acerbum audiuit. Quòd Deus facit, vt magnæ copiæ impiæ, à paruis copijs vincantur. Capti ſunt ferè 600. milites, qui omnes adducti Namurcum, mox ſuſpendio necantur, quoniam illa copia, primùm omnibus Auſtriaci militibus, quos capiebant, magna & barbara crudelitate, aures, nares, & digitos manuum præcidebant.

9 n Mons.

ILLA victoria potitus Auſtriacus, ad Gibluum caſtra mouet, quod ab hoſtibus tenebatur, captum eſt leuibus prælijs dimicare, quoniam eò, ſe ſeruaſſent reliquiæ ſuperioris cladis. Auſtriacus, vbi ad Abbaciam Argentoniam caſtrametatus eſſet, poſtridiè iubet 4. bellica tormenta trahi, ad oppidum diuerberandum, atque à ſiniſtra Orticium cum duabus cohortibus Hiſpanorum, à dextra quoſdam Vallones, & galeatos equites, & ſclopetarios miſtim iubet aſſiſtere. Hoſtes viſis his copijs, partim in oppidum ſe recipiũt, partim Bruxellas verſus, quos vidi, [2] fuga contendunt, plerique eorum ſunt ab inſequentibus trucidati, donec nox reliquorum ſaluti conſuluit.

11 n Namurcũ.

SED quia Tubicina miſſo, ad illos ſollicitandos ad deditionem, qui ſe clementiæ miſericordiæque Auſtriaci commiſerunt, milites, ita in fidem ſunt recepti, vt liceret inermibus liberis abire, accepto iuramento in annum exteris, indigenis quòd nunquam aduerſus Philippum Regem militarent. Capti ſunt quidam primarij tanquam obſides, & multa bellica tormenta, cum multo commeatu, & apparatibus bellicis, nec multò pòſt obſidibus quoque libertas conceſſa eſt.

HIS ita tranſactis, relicta eſt ibi inuenta annona, in 6. menſes, 4. cum millibus peditum, reliquæ copiæ, ad populanda loca finitima, ſunt ab Auſtriaco educta, quoniam plurimum conferebant rebus Hiſpanis, dum hoſtis erat proſtigatus, facileque erat id facere illum inſequi. Nam caſa & proſtigata, ad ſummum per hanc victoriam dicuntur, ferè 10 millia peditum, à duobus millibus equitum, cum vix 10. è militibus Auſtriaci ſcribantur deſiderati.

2 2 Ianuarij.

10 n Giblou.

IT A ſit aliquando, vt, cum in rebus bellicis, res in alterutram partem inclinauerit, totum negotium in illam partem corruat, cùm res maximè fragilis ſit vel armatus exercitus.

LOCA

TEMPORA

8 n S. Gilain.

10 l Bruxella.

11 l Louaniũ.

10 k Antuerpia.

13 m Argenton.

Pagina 142

11 l Arſcot.

10 m Tienæ.

11 l Dieſt:

13 b Leovvarden.

11 l Sichen.

PRODEVNT [1] Regũ Hiſpaniarum nomine litera patentes, quæ mandata continebant, vt ſuæ Maieſtatis ſubditi, in inferioris Germaniæ ſuæ ditionibus, nulli obediant alij, quàm Domino Iohanni ab Auſtria, tanquam locumtenenti, Gubernatori, & capitaneo generali in ijſdem ditionibus; vt que ſtatus belgici, conuentus ſuos diſſoluant. Quare Epiſcopus Atrebatenſis, huic mandato, quantum quidem in ſe fuerat, ſatisfacere conatus, moliebatur oppidum S. Gilenij in Auſtriaci redigere poteſtatem, niſi quidam nobilis Berniſart nomine obſtitiſſet, qui idipſum pro ſtatibus retinere cupiens, in manus Lalainij comitis tradidit, eodem ipſo die, quo ſtatuum milites ab hoſtibus proſtigati, manus eorum euadentes intromitterentur Bruxellis.

1 Februarij

REVERTITVR [2] Matthias Archidux Auſtriæ, poſtquàm 18. dies Bruxellæ ſubſtitiſſet, Antuerpiam, cum ſuis, inter quos non minima authoritatis tum erat, D. Elbertus Leoninus Iuriſconſultus incomparabilis. Quo eodem die Ioannes Auſtriacus literis Argentonij datis, Louanienſes plurimum commendat, quòd relictis ſtatibus iterum ad regis obedientiam redierint, ſeque octauij Gonzagæ voluntati libenter permiſerint, exemplum ita alijs quoque ciuitatibus belgij prebentes, ſimiliter faciendi. offert Louanienſibus omne bonum, fauorem, & gratiam Regis nomine, ac pollicetur. ſe fidem illorum peculiari quodam præconio, apud Regem celebraturum, atque ita Louanienſis poſtridie [4] ex Auſtriaci parte ſexcentos equites intromittunt.

2 Februarij.

CONTRA verò Amſterdamenſes, Auſtriaco repudato, à regis obedientia, quàm hactenus fideliter obſeruarunt, recedentes, ſeſe Auriaci Principis voluntati permiſerunt [3] Vltraiectenſibus eos ad hoc vel maximè inſtigantibus, vt ſatisfactioni, quam vocarunt, atq; vnioni cum cæteris Holandiæ ſtatibus ſubſcriberent. Amiſſa eſt paulò poſt [6] Niuella ciuitas per Dominum de Villiers; eodem die quo ſtatus Belgij literas dederunt ad Baronem de Selles, quem, vt antea ſcripſi Hiſpaniarum Rex, literis ſuis vnà cum inſtructione, ad ſtatus ex aula ſua ablegauerat, proteſtantur inter cætera ſtatus, ſe in obedientia ſui regis hactenus permanſiſſe, & permanſuros etiam in fide ac religione Catholica Romana, ſecundùm terminos Pacificationis Gandenſis, approbata à Rege & ratificata, conqueruntur tantum de Ioanne Auſtriaco, qui ſtatibus dediſſet occaſionem faciendi contrarium, daretq; adhuc indies cum ſuis adherentibus ſine intermißione, quantumuis ad illos ſcripſerit 5. die ſeptembris proximè elapſi, ſe a Regia Maieſtate ſua reuocatum eſſe, vtpote qua alium gubernatorem in belgium eſſet miſſura. Proteſtantur itaq; denuò coram Deo & omnibus hominibus, quod ſi contra religionem Catholicam, & obedientiam regi debitam, aliquod inconueniens obortum fuerit, ob Auſtriaci Hiſpaniarumq; indebitum regimen illud, ſe hac in parte fore prorſus excuſatos, & abſque culpa etc. orantes dictum baronem, vt, id Maieſtati ſuæ Regiæ oſtendere; ſtatuumque intentionem declarare velit:

4 Februarij.

5 8 Februarij.

6 15 Februarij.

BARO de Selles conſilium quoddam à ſe vt ſcribit [7] excogitatum, per literas dat ſtatibus, videlicet, vt Princeps Parmenſis ex parte Auſtriaci, mittatur tanquam obſes Antuerpiam, & Princeps Auriacus ex parte ſtatuum, viciſſim vel in manus Auſtriaci, vel alterius cuiuſdam regi fidelis, eouſque, donec negotium ex vtraq; parte componatur.

7 18 Februarij.

INTERIM ordinum militaria agmina, dum caſtra mouerent, turbatis ordinibus ab Auſtriaci equite ceduntur, diſſipanturque, repentina hac clade omnium, vt fere fit, turbatis animis, Hoſtes Gemblacum, Louanium, Arſcotum, Tienas, Dieſt hemium, Leouardiam oppida in ſuam poteſtatem redigunt; & (quia non volebant Sichemenſes Louanienſium imitari exemplum ſeque regi ſubjicere) Hiſpani milites in eos mirum in modum ſeuiunt. [8]

8 21 Februarij.

Digitized by Google

Digitized by Google

1578. TEMPORA	TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA	LOCA
	REVOCANTVR eodem die [1] ab Auſtriaco Regis nomine omnes fugitiui & abſentes, in gratiam & poſſeßionem bonorum ſuorum; dummodo intrà decem dies veniant, poſt publicationem mandati, quæ poſtridie facta eſt. [2]	Pagina 243
1 21 Februarij.	RESPONDENT [4] Status Antuerpiæ congregati, domino Baroni de Selles, quo ad conſilium illis per literas datum, ante decem dies, ſcilicet, idipſum conſilium nequaquam eſſe paci cõueniens, ob multas rationes, etiam propterea, quòd Princeps Parmenſis, qui quocunque poſſet ſtudio, Auſtriacum & Hiſpanos hactenus inuiſſet, atq; hoc ſolo nomine ex Italia in belgium aduenißet, vt illos opprimeret. petunt itaq; efficeret, ſi poſſet, vt Auſtriacus cum ſuis ſtatim belgio excedat. aliàs inuenirent media, apud Principes & Vicinos ſuos, quibus ſe ab iniuſta huiuſmodi oppreßione liberent, atq; ita Sellio & inſtructioni ſua, atq; conſilio valedicunt. Regi quoq; paulo poſt, literas [5] tranſmittunt, vt quid nam actum eſſet, de commiſſione, non ſolum ex Sellij relatione, verùm ex ipſis quoque intelligeret ſtatibus.	10 l Mechlinia.
2 22 Februarij.	ATQVE ita Principum belgarum ſtudia conuerſa erant, partim ad denuò faciendos apparatus bellicos: partim præſentibus viribus vtebantur ad hoſtes, quoquo modo poſſent, infeſtandos: Quare intrà fines inferiorum Saxonum, & pro Auſtriaco & pro ſtatibus, colligebantur equites & pedites.	11 l Louanium.
4 28 Februarij.	ILLA victoria Hiſpanorum acquiſita in Belgio, atque adeo vrbis ampliſſimæ & nobiliſſimæ leuacorum deditio, apparebat iecißſe in magnum periculum multarum finitimarum vrbium ac gentium ſalutem; atq; imprimis Mechlinia vrbis ipſius nobilis & ampla, quæ quaſi in medio figuræ trium equorum laterum poſita (vt ex Belgico Leone apparet) hinc Louanium, indè Bruxellas, indè Antuerpiam proſpicit. Erat Mechlinia diſſenſio non contemnenda inter ciues, cùm alij nollent, alij maximè cuperent admittere præſidia, ſine quibus omninò vrbs non videbatur ſatis validè defendi poſſe.	10 l Bruxella.
5 3 Martij.	MISSVS eſt idcirco à Statibus, & ab Augiaco Comes Boſſuuius, qui tàm prudenter, tantaq; dexteritate negotium tranſegit, vt copiæ palatium ſenſim forumq; occuparint, atque nonnulli è primarijs, quia viderentur ſtatibus aduerſari, in carcerem ſunt conjecti. Miſſi ſunt etiam Antuerpiam, Mechliniam ſubſidiarij ciues 1000. armati, cum 10 ex ſingulis cohortibus fuiſſent delecti, & 40. è cohorte iuuenum, & duæ præterea cohortes ſcotenſium. Iuſſi ſunt præterea 300. pedites eſſe Lyræ in præſidijs, quod oppidum non erat negligendum, in ripa Nethe fluminis ſitum, natura & arte munitum.	10 k Antuerpia.
6 9 Martij.	HISPANI cognita diſſenſione ac debilitate ciuium Mechlinienſium, caperunt aſpirare ad eius vrbis expugnationem, atq; vix poſt ſecundam horam, ex quo ſubſidia ingreſſa fuerant, 600: equites mittunt cum tandem ſclopetarijs à tergo, qui eouſq; procurrerent, ſeq; vrbi oſtentarent, vt animos ciuium experirentur, ſed vbi propinquaſſent frequenti plumbearum glandium procella, & globis minorum tormentorum, ab vrbis proſpectu recedere coguntur.	10 k Lyra.
7 12 Martij.	POST literas ordinum Belgij, ad regem datas; mittitur [6] Marchio Havrem, ad Angliæ reginam, pro milite, & pecunia nerno bellico. Interim Auſtriacus exercitum ſuum in tres partes diuiſit, quarum vnam apud ſe Namurci, Alteram cum Principe Parmenſi Limburgi propè Dalhem & Traiecti habebat, cui adiunctus erat Mondragonius Tertiam ſub Octauio Gonzaga Niuellæ [7] quam capit. Capta ſunt & Ab Auſtriaco Soigny [8] atq; Engien oppida, poſtquam gratia terminum ad quindecim dies adhuc prolongaſſet publico edicto, [9] conatus eſt etiam tranſitum hoſtine Aloſtum progrederetur, impedire.	13 e Maſtricht.
8 13 Martij.		11 n Namur. cum.
9 20 Martij.		10 n Niuella.
		9 m Engien.

IOHANNE AVSTRIACO LEONEM

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

LOCA		1578. TEMPORA
	IMPERATOR qui ab initio ſui regiminis, nihil æquè curauit, quàm vt rerum Belgicarū motus ſe piret circo hac tempora inferis Belgis opitulatur eoſq; ſcriptis inuiſit. [1]	
	SEPTEM vexilla Vallonum Traiecti conueniunt, de Haſo præfecto capiendo, atq; oppido in manus Auſtriaci tradendo; verùm detecta [2] coniuratione, clauduntur vrbis portæ per triduum, donec capti coniurati, (inter quos erat præcipuus quidam Burgundus Carton) partim ſuſpenſi, partem capite plexi, partim etiam in Moſam proiecti ac precipitati, omnes vſq; ad quinquaginta interficerentur, Facta eſt hac conſpiratio, prætextu non ſolutorum ſtipendiorum, propter quod Dominus Nicolaus de Melroy a ſtatibus cum pecunia eò miſſus fuit, atq; ita res compoſita. Granelinga Auſtriacos res felicius tum, per Dominum de La Motte ſucceſſerant, cùm oppidum illud maritimum ordinibus eriperet. [3]	1 22 Martij.
4 l Graueling.		2 7 Aprilis.
		3 12 Aprilis.
	AVRIACVS Princeps, poſtq; ſtatuum nomine, res ita diſpoſuiſſet, vt Haurans in Angliam, Philippus Marnix, dictus de S. Aldegunda, in Germaniam, pro auxilio ſtatibus impetrando mitterentur; curat de nouo Gandenſis Pacificationis obſeruationem ac declarationem publicari; [4] Bruxellis, vt omnes arma geſtarent edici; [5] tributum mercibus ad tres menſis imponi; [6] & cum mandatis Aluarum Peretam ad Philippum Regem in Hiſpaniam mitti, quem rex toto biduo audiuiſſe dicebatur.	4 22 Aprilis
2 e Anglia.		5 30 Aprilis.
		6 1 Maij.
	AVDIVERANT [7] & Electores Sacri Rom: Imperij, dictum Aldegondum Archiducis Matthiæ nomine, VVormatiam ad comitia miſſum; Quæ propoſuerit ex ipſius oratione in publicum emiſſa latius apparet, contra quam ſcripſit quidam Callidius Moguntiæ ſuam Apologiam, & inuehitur mirùm in modum in Aldegundum, ſed quibus rationibus tu lector ipſe videris, Ego neminem iudico. Princeps Aureacus, cum legato Galliæ, Monducet rem ipſemet tractans, Bruxellã hora quarta pomeridiana ingreditur 8. ingrediuntur 9. & 300. equites cum 40. curribus poſtridiè. Auriacus germanos ibidem ſeuerius allocutus tandem relinquens 10. Bruxellã, Antuerpiam eſt reuerſus. Reuertuntur Bruxellam & milites ſtatuum qui cum Principe exeuntes vicina loca VVildern, Rimanant, & Campenhaut, in poteſtatem ſtatibus tradiderant, 11 Nec egredi auſi ſint poſtea cùm Hiſpani antè Bruxellenſium portas, altera die venißet, 12 Vidi eodem die Catholicos ibidem in maxima perplexitate conſtitutos.	7 7 Maij.
10 l Bruxella.		8 9 Maij.
		9 12 Maij.
10 l Rimenant		
	PROMANAVIT ab ordinibus edictum, poſt reditum Auriaci Antuerpiam vt, quicunque Belgium inhabitant, cuiuſcunque conditionis ij fuerint, fidelitatem ordinibus patriæque iurent, & Auſtriacum habeant pro hoſte patriæ, & pacem Gandaui factam, inuiolabiliter obſeruent.	10 14 Maij.
		11 15 Maij.
	ROGATI Ieſuitæ ibidem Antuerpiæ, hoc iuramentum præſtare, recuſarunt; per duos dies integros. Prælati ordinum hoc precabantur, imprimis Abbates, & pluribus rationibus & obteſtationibus diu hoc petierunt. Sed ij excuſarunt atque diſertè reſponderunt, ſe pontifici iuraſſe, qui pro hoſte haberet, non Auſtriacum (vt quem pecunia iuuaret ac milite) ſed Auriacum Principem. Itaque iuſſu Magiſtratus, ipſo die pentecoſtes, omnes Ieſuitæ, cum ſigno peditum, ne à populo obruerentur, & tympano, deducti ſunt ad nauim, [13] vnà cum Franciſcanis, qui idem reſponderunt, quod Ieſuitæ	12 16 Maij.
10 k Antuerpia		13 18 Maij.


Auffzug. xciii.
das sie nur haben
zouwerken
wollen sauer
Dit paert zou sterfsijn

Nº XV. Männen Broder Münch auß Antorff
Die Scheldt flu

1578. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA — LOCA

QVI quidem Ieſuitæ & Franciſcani naui impoſiti ſunt, rectà vehendi Mechliniam & indè, ſub fide publica, Louanium. Toto eo tempore, quo ab ijs iuramentum poſcebatur (quod triduum Antuerpia in armis fuit) per vrbis vicos, & vicorum angulos catena protenſa. Fuére autem in magno vitæ periculo Franciſcani, ne videlicet contrucidarentur, ab externis militibus: qui cogere non deſtitere ciues & Magiſtratum ad eu intentandam eadem. — 10 l Mechlinia

1 19 Maij. PHILIPPI villa capta poſtridie pentecoſtes [1] traditione Florinai, qui eius vrbis præfectus, de induſtria commeatum non intulit. propterea captus à milite Dominus de Staue nominatur, eſt Leodenſis ditionis. Eam Auſtriacus obſedit, ſeſe hoc famis prætextu dediderat. Adhuc habebant carnes equinas, & panem ex auena. Militum quidam præfectus, eum tribus ſignis ſeſe dedidit. at reliquis quinque ſignis, vrbe egreſſi ſum, ſignis erectis & explicatis, tria ex his ſigna demum militabant Auſtriaco, præſtito iuramento. Ordines per Roſſellium Sequanum, tentarunt inferre commeatum, præceſſit & proximus vrbi fuit, eum ſequebantur equites Belgici & Franci, qui commeatum ducebant, & iam ſeptem milliaria confecerant, duobus tantum aberant vrbe. Sed ſubitò coorto inter ipſos metu, pedem, licet ſuo periculo, retulerunt. Roſſellio fruſtrà illos expectante, et interim vrbs ſeſe dedidit. — 11 l Louaniũ.

2 20 Maij — 10 p Philippi de Ville.

TERTIO die pentecoſtes [2] tandem Franciſcanorum ſexdecim iurarunt, reliqui tredecim cum Guardiano, recuſarunt, vt dictum eſt, propterea, vti Ieſuitæ, quadordecim nauigio fuerunt impoſiti. Mandat [3] poſtridie Antuerpienſis Magiſtratus, per Simonem vander VVerf, nobilem conſulem ibidem, ne quiſquam in plateis incedens cum alio in angulis colloquatur, ſed rectà, ſua via pergat, ſub pœna correctionis tanquàm perturbatoris. — 10 k Antuerpia.

3 2 Maij. ALENCONIVS facti ſui prolixam ſcripto reddit [4] rationem, tàm eorum quæ in Gallia per ipſum acta ſunt, cauſa ſopiendorum tumultuum ciuilium, quàm etiam eorum quæ in Belgio contra Hiſpanos moliri aggreſſus eſſet; Licet Gandenſes, atque Brugenſes (Deus nouit quo iure quaue iniuria) ordines mendicantium proſcripſerunt, ceperunt, partim etiam occiderint: Antuerpienſis tamen è contrario, ſimile quiddam ergà mendicantes, attentantibus quibuſdam militibus, non ſolum vt deſiſterent interdixerunt, verùm eam ob cauſam, duos etiam ex ijs militibus capite truncarunt. [5] — 8 l Gandauũ

4 24 Maij. IPSO eodem die, [4] quo Alenzonius in Francia ſcriptum edit, Cæſarea quoq; Maieſtas in Auſtria Eberſtorfij per literas expreſſumq; Legatum Seyfrid Preiner Baronẽ adhortatur, vt Regi ſuo, Domuiq; Auſtriacæ fideles permaneant, ſe nanq; Regem Hiſpaniarum iam eſſe cohortatum, vt ſuæ Maieſtati rem omnem permitteret. — 7 l Brugæ.

5 25 Maij. EODEM die, Balthazar Robles Billius, Namurcum rediit ex Hiſpanijs; qui attulit, Regem promittere Auſtriaco, in ſingulos 29. dies. trecenta millia coronatorum, ad cõtinuandum bellum; & inſuper ſecum tulit, per collybi literas, nonies centena millia coronatorum, perſoluendorum Lutetiæ. Veſontione, Nancai, & per Maluendum Namurci. Refert idem Billius, in eo poſitum eſſe totum, Regem; vt hoc bellum ſimat. — 11 n Namurcũ

6 15 Iunij. Natus eſt circà hoc tempus Regi filius nomine Philippus, cuius ſuſceptor fuit frater Cæſarij, in Hiſpania Venceslaus; quem eundem & parens meus, piæ memoriæ, anno 1561. die vero 10. menſis Martij, è ſacro fonte ſuſtulit, vnà & legatus Regis Galliæ Rhedone, & Polixena de Laſco. — 14 m Limburg.

7 22 Iunij. REDDIT [7] & Caſimirus facti ſui prolixã rationem, publico Scripto germanicè impreſſo, Embdæ, cur ſcilicet, ſe rebus belgicis immiſceat, atq; inferioribus germanis ſuccurrere cogitet, contrà Auſtriacum & Hiſpanos. Verùm Auſtriacus nihili facere Caſimirum tum dicebatur, iactans in eum voces militares, ſe non aliud cupere, quàm eius exercitum videre, & cum eo congredi, interea Limburgum venit in Auſtriaci poteſtatem [6] — 16 m Embda.

EX ERCITVS

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1578.

LOCA		TEMPORA
13 m Dalhem	EXERCITVS Austriaci circa hoc tempus [1] obsidens Dalhemum, quoque capit tentare Traiectum, sed Comes Bossuius eò missus fuit, cum 12. millibus peditum, & 4. millibus equitum germanorū. Venerunt circùm Lyram 4. Scotorum millia, eò quoq; venturi 2. millia vel circiter Gallorum, qui hærebant circum Landresium. Ad sustinendum exercitum attulit ordinibus legatus Anglicus 40. millia florenorum. Austriaci exercitus maior pars cum eo fuit Namurci. Baro Cheüreaus in Burgundiam profectus, quò excipiat 30. signa Italorum, cum tribus militum millibus; & quò Gallos, qui ad Casimirum mittebantur impediat, transituque in Belgium eos prohibeat.	
13 m Mastricht.	EXHIBETVR à protestantibus Belgis Primus Supplex libellus Archiduci Matthiæ, & Statibus, pro libero religionis, suæ quàm dicunt reformatæ, exercitio, [2] Unde indictus est Antuerpiæ conuentus, in quo agatur de concedendo eo quod petitur, Exquirebantur ea de re, omnium prouinciarum iudicia & sententia, vt infra patebit. [3]	1 22 Iunij.
8 p Landresij.	INTERIM dum Casimirus, in adducendis militibus in Belgium, occupatur; ab Austriaco tentatur Bapalma, sed frustrà. Nam milites 8. qui habitu rusticorum venerant ad arcis pontem, & cum militibus ex more colloquebantur, arreptos præsidiarios confoderunt, & erecto ponte, in arcem ingressi, postea reliquos præsidiarios trucidarūt, ac demum tria maiora tormenta disploseruht; quod signum datum erat 300. equitibus de capta arce, vt aduenirent ipsis auxilio. Verùm ad hunc sonum territi oppidani, vbi viderunt arcem captam, statim in eam magno impetu aduolarunt, & recepernnt subitò Quare cōsternati milites alij, qui in vrbe erant ac latebant habitu rustico, fuga saluti suæ consuluerunt. fuit author huius stratagematis Vallius quidam Hannonius.	2 27 Iunij.
6 q Bapalma.		3 Pagina 248.
16 m Colon a.	APPVLIT tandem Coloniam nauigio CASIMIRVS, die solis [4] penultimo Iunij, qui fuit Petri & Pauli, hora 4. ante meridiem. Unde Tuitium est profectus in domum Comitis Sulmensis, à quo exceptus fuit hospitio. Ibi prandit est. Senatus ei misit vinum. Liskirchius, piæ memoriæ, & Sudermannus Consules, & Steinvvichius Syndicus, & Senator Angelmacherus, ei obtulerunt omne beneuolentiæ obsequium, nomine Senatus, gratulantes ei felicem ad vrbem aduentum. Quibus respondit ex more. Antea à Senatu transitum petierat, & commeatum suis militibus, ad transiturū nauigia, & huiusmodi; transitum se sine maleficio. Concessum quod petierat. Cum eo prandi sunt illi. Inter prandendum dixit Consuli Liskirchio, se non proficisci in Belgium, lucri vel gloriæ vllius quærendæ caussa, sed quò opem afflictis belgis rogatus adferat, sicuti hoc antea scripto publicauerat (vt dictum est & dicetur) [6] ne quis mentem sinistrè interpretari queat. retulit se à legitima potestate vocatum, sed à qua, non explicauit.	4 29 Iunij.
16 m Tuyts.		5 30 Iunij.
15 l Meurs		6 Pagina 249 253.
14 f Zutpha-nia.	POSTRIDIE [7] Mursam accessit, & manè cum comite (qui postea multum Archiepiscopatui Colonienſi damnū attulit) Nouenario prandit est; tandem rectà contendens Zutphaniam, eò peruenit, vt lustret ibi exercitum, Comites itineris, ei erant quinque vel sex Principes, inter quos erat Dux Bipontinus, & Philippus Landgrauius frater Gulielmi & 10. comites. Milites equites, ac pedites in vniuersum 1200. Galli, maior pars, Vascones, Duce Bonicortio Burgundo. Hi vtebatur tanquam præsidiarijs. Protestantes Belgæ, Casimiri aduentum præstolati, Alterum Archiduci Matthiæ supplicem libellum exhibent [7] nouaq; religionis vrgent exercitium. Dein, pòst Ducem Casimirum (cuius exercitum Austriacus Namurco discedens, adoriri conabatur) [8] venit [9] etiam Dux ALENCONIVS, Galliæ Regis frater, Montes in Hannoniam [10] vnde euestigiò [11] ordines Antuerpiæ Stātes, de suo, suiq; exercitus aduētu per literas facit, certiores, eodemq; die Magistratum Bruxellensem, qui eum contra oppressionem & tyrannidem, vt aiebat, Hispanorum in adiutorium euocassent. Archidux Matthias [12] propè Lyram quoq; ciuitatem, lustrat exercitum.	7 7 Iulij.
9 n Mons		8 9 Iulij.
10 k Antuer-pia.		9 11 Iulij.
10 l Bruxella.		10 12 Iulij.
10 k Lyra.		11 13 Iulij.
		12 14 Iulij.

TEMPORA

LOCA

QVI quidem Iesuitæ & Franciſcani naui impoſiti ſunt, rectà vehendi Mechliniam & indè, ſub fide publica, Louanium. Toto eo tempore, quo ab ijs iuramentum poſcebatur (quod triduum Antuerpia in armis fuit) per vrbis vicos, & vicorum angulos catenæ protenſæ. Fuêre autem in magno vitæ periculo Franciſcani, ne videlicet contrucidarentur, ab externis militibus: qui cogere non deſtitere cives & Magiſtratum ad eu intentandam cædem.

10 l Mechlinia

1 19 Maij. PHILIPPI villa capta poſtridie pentecoſtes [1] traditione Florinæi, qui eius vrbis præfectus, de induſtria commeatum non intulit. propterea captus à milite Dominus de Staue nominatur, eſt Leodenſis ditionis. Eam Auſtriacus obſedit, ſeſe hoc famis prætextu dediderat. Adhuc habebant carnes equinas, & panem ex auena. Militum quidam præfectus, eum tribus ſignis ſeſe dedidit. at reliquis quinque ſignis, vrbe egreſſi ſunt, ſignis erectis & explicatis. Hæc ex his ſigna demum militabant Auſtriaco, præſtito iuramento. Ordines per Roſſellium Sequanum, tentarunt inferre commeatum, præceſſit & proximus vrbi fuit, eum ſequebantur equites Belgici & Franci, qui commeatum ducebant, & iam ſeptem milliaria confecerant, duobus tantum aberant vrbe. Sed ſubitò coorto inter ipſos metu, pedem, licet ſuo periculo, retulerunt. Roſſellio fruſtrà illos expectante, et interim vrbs ſeſe dedidit.

11 l Louaniũ.

2 20 Maij TERTIO die pentecoſtes [2] tandem Franciſcanorum ſexdecim iurarunt, reliqui tredecim cum Guardiano, recuſarunt, vt dictum eſt, propterea, vti Ieſuita, quadrodecim nauigio fuerunt impoſiti. Mandat [3] poſtridie Antuerpienſis Magiſtratus, per Simonem vander VVerf, nobilem conſulem ibidem, ne quiſquam in plateis mediis cum alio in angulis colloquatur, ſed rectà, ſua via pergat, ſub pœna correctionis tanquàm perturbatoris.

10 p Philippi de Ville.

3 2 Maij. ALENCONIVS facti ſui prolixam ſcripto reddit [4] rationem, tàm eorum quæ in Gallia per ipſum acta ſunt, cauſa ſopiendorum tumultuum ciuilium, quàm etiam eorum quæ in Belgio contra Hiſpanos moliri aggreſſus eſſet; Licet Gandenſes, atque Brugenſes (Deus nouit quo iure quaue iniuria) ordines mendicantium proſcripſerunt, ceperunt, partim etiam occiderint: Antuerpienſis tamen è contrario, ſimile quiddam ergà mendicantes, attentantibus quibuſdam militibus, non ſolum vt deſiſterent interdixerunt, verùm eam ob cauſam, duos etiam ex ijs militibus capite truncarunt. [5]

10 k Antuerpia.

4 24 Maij. IPSO eodem die, [6] quo Alenzonius in Francia ſcriptum edit, Cæſarea quoq; Maieſtas in Auſtria Eberſtorfij per literas expreſſumq; Legatum Seyfrid Preiner Baronẽ adhortatur, vt Regi ſuo, Domuiq; Auſtriacæ fideles permaneant, ſe nanq; Regem Hiſpaniarum iam eſſe cohortatum, vt ſuæ Maieſtati rem omnem permitteret.

8 l Gandauũ

5 25 Maij. EODEM die, Balthazar Robles Billius, Namurcum rediit ex Hiſpanijs; qui attulit, Regem promittere Auſtriaco, in ſingulos 29. dies. trecenta millia coronatorum, ad cõtinuandum bellum; & inſuper ſecum tulit, per collybi litteras, nouies centena millia coronatorum, perſoluendorum Lutetiæ. Veſontione, Nancæi, & per Maluendum Namurci. Refert idem Billius, in eo poſitum eſſe totum, Regem; vt hoc bellum ſimat. Natus eſt circà hoc tempus Regi filius nomine Philippus, cuius ſuſceptor fuit frater Cæſaris, in Hiſpania Venceslaus; quem eundem & parens meus, piæ memoriæ, anno 1561. die vero 10. menſis Martij, è ſacro fonte ſuſtulit, vnà & legatus Regis Galliæ Rhedoue, & Polixena de Laſſo.

7 l Brugæ.

6 15 Iunij. REDDIT [7] & Caſimirus facti ſui prolixã rationem, publico Scripto germanicè impreſſo, Embdæ, cui ſcilicet, ſi ſe rebus belgicis immiſceat, atq; inferioribus germanis ſuccurrere cogitet, contrà Auſtriacum & Hiſpanos. Verùm Auſtriacus nihili facere Caſimirum tum dicebatur, iactans in eum voces militares, ſe non aliud cupere, quàm eius exercitum videre, & cum eo congredi, interea Limburgum venit in Auſtriaci poteſtatem [6]

11 n Namurcũ

7 22 Iunij. EX ERCITVS

14 m Limburg.

16 m Embda.

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1578.

LOCA		TEMPORA
13 m Dalhem	EXERCITVS Auſtriaci circa hoc tempus [1] obſidens Dalhemum, quoque cepit tentare Traiectum, ſed Comes Boſſuuius eò miſſus fuit, cum 12. millibus peditum, & 4. millibus equitum germanorũ. Venerunt circùm Lyram 4. Scotorum millia, eò quoq; vẽturi 2. miłia vel circiter Gallorum, qui hærebant circum Landreſium. Ad ſuſtinendum exercitum attulit ordinibus legatus Anglicus 40. millia florenorum. Auſtriaci exercitus maior pars cum eo fuit Namurci. Baro Cheüreaus in Burgundiam profectus, quò excipiat 30. ſigna Italorum, cum tribus militum millibus; & quò Gallos, qui ad Caſimirum mittebantur impediat, tranſituque in Belgium eos prohibeat.	
8 p Landreſij.	EXHIBETVR à proteſtantibus Belgis Primus Supplex libellus Archiduci Matthiæ, & Statibus, pro libero religionis, ſuæ quàm dicunt reformatæ, exercitio, [2] Vnde indictus eſt Antuerpiæ conuentus, in quo agatur de concedendo eo quod petitur, Exquirebantur ea de re, omnium prouinciarum iudicia & ſententiæ, vt infra patebit. [3]	1 22 Iunij.
6 q Bapalma.	INTERIM dum Caſimirus, in adducendis militibus in Belgium, occupatur; ab Auſtriacis tentatur Bapalma, ſed fruſtrà. Nam milites 8. qui habitu ruſticorum venerant ad arcis pontem, & cum militibus ex more colloquebantur, arreptos præſidiarios conſoderunt, & erecto ponte, in arcem ingreſſi, poſtea reliquos præſidiarios trucidarũt, ac demum tria maiora tormenta diſploſerunt; quod ſignum datum erat 300. equitibus de capta arce, vt aduenirent ipſis auxilio. Verùm ad hunc ſonum territi oppidani, vbi viderunt arcem captam, ſtatim in eam magno impetu aduolarunt, & recepernnt ſubitò. Quare cõſternati milites alij, qui in vrbe erant ac latebant habitu ruſtico, fuga ſaluti ſuæ conſuluerunt. fuit author huius ſtatagematis Vallius quidam Hannonius.	2 27 Iunij.
16 m Colonia.	APPVLIT tandem Coloniam nauigio CASIMIRVS, die ſolis [4] penultimo Iunij, qui fuit Petri & Pauli, hora 4. ante meridiem. Vnde Tuitium eſt profectus in domum Comitis Sulmenſis, à quo exceptus fuit hoſpitio. Ibi pranſus eſt. Senatus ei miſit vinum. Liskirchius, piæ memoriæ, & Sudermannus Conſules, & Steinvvichius Syndicus, & Senator Angelmacherus, ei obtulerunt omne beneuolentiæ obſequium, nomine Senatus, gratulantes ei felicem ad vrbem aduentum. Quibus reſpondit ex more. Anteà Senatui tranſitum petierat, & commeatum ſuis militibus, ad tranſiturũ nauigia, & huiuſmodi; tranſitum ſe ſine maleficio. Conceſſum quod petierat. Cum eo pranſi ſunt illi. Inter prandendum dixit Conſuli Liskirchio, ſe non proficiſci in Belgium, lucri vel gloriæ vllius quærendæ cauſſa, ſed quò opem afflictis belgis rogatus adferat, ſicuti hoc antea ſcripto publicauerat (vt dictum eſt & dicetur) [6] ne quis mentem ſiniſtrè interpretari queat. retulit ſe à legitima poteſtate vocatum, ſed à qua, non explicauit.	3 Pagina 248.
16 m Tuyts.		4 29 Iunij.
15 l Meurs		5 30 Iunij.
14 f Zutphania.		6 Pagina 249 253.
9 n Mons		7 7 Iulij.
10 k Antuerpia.	POSTRIDIE [9] Murſam acceſſit, & manè cum comite (qui poſtea multum Archiepiſcopatui Colonienſi damnũ attulit) Neuenario pranſus eſt; tandem rectà contendens Zutphaniam, eò peruenit, vt luſtret ibi exercitum, Comites itineris, ei erant quinque vel ſex Principes, inter quos erat Dux Bipontinus, & Philippus Landgrauius frater Guilielmi & 10. comites. Milites equites, ac pedites in vniuerſum 1200. Galli, maior pars, Vaſcones, Duce Bonicortio Burgundo. Hi vtebatur tanquam præſidiarijs. Proteſtantes Belgæ, Caſimiri aduentum præſtolati, Alterum Archiduci Matthiæ ſupplicem libellum exhibent [7] nouaq; religionis vrgent exercitium. Dein, pòſt Ducem Caſimirum (cuius exercitum Auſtriacus Namurco diſcedens, adoriri conabatur) [8] venit [9] etiam Dux ALENCONIVS, Galliæ Regis frater, Montes in Hannoniam [10] vnde eueſtigiò [11] ordines Antuerpiæ Statos, de ſuo, ſuiq; exercitus aduẽtu per literas facit, certiores, eodemq; die Magiſtratum Bruxellenſem, qui eum contra oppreſionem & tyrannidem, vt aiebat, Hiſpanorum in adiutorium euocaſſent. Archidux Matthias [12] propè Lyram quoq; ciuitatem, luſtrat exercitum.	8 9 Iulij.
10 l Bruxella.		9 11 Iulij.
10 k Lyra.		10 12 Iulij.
		11 13 Iulij.
		12 14 Iulij.


Wie der Ertzhertzog
vor der
11. Fendle Fantan.
2. Fendle schwartze Reuter.
3. Fendle
4. Fendle Cuyrassier.
5. Fendle
6. Fendle Cuyrassier Reuter.
7. Fendle schwartze Reuter.
8. Fendle schwartze Reuter.
9. Fendle
10. Fendle Fantan.
11. Fendle
12. Fendle
13. Fendle
14. Fendle Cuyrassier Reuter.


Matthias


Wie der Entsetzer
vor der Stu
11. Stella Sinistra
2. Stella Schwartze
Kugel
3. Stella Weiss
4. Stella Cruyssta
5. Stella Weisse Kugel
6. Stella Schwartze Kugel
7. Stella Schwartze Kugel
8. Stella Weiss
9. Stella Schwartze Kugel
10. Stella Weiss
11. Stella Weiss
12. Stella Schwartze Kugel
13. Stella Weiss
14. Stella Weiss
15. Stella Weiss
16. Stella Weiss
17. Stella Weiss
18. Stella Weiss
19. Stella Weiss
20. Stella Weiss
21. Stella Weiss
22. Stella Weiss
23. Stella Weiss
24. Stella Weiss
25. Stella Weiss
26. Stella Weiss
27. Stella Weiss
28. Stella Weiss
29. Stella Weiss
30. Stella Weiss
31. Stella Weiss
32. Stella Weiss
33. Stella Weiss
34. Stella Weiss
35. Stella Weiss
36. Stella Weiss
37. Stella Weiss
38. Stella Weiss
39. Stella Weiss
40. Stella Weiss
41. Stella Weiss
42. Stella Weiss
43. Stella Weiss
44. Stella Weiss
45. Stella Weiss
46. Stella Weiss
47. Stella Weiss
48. Stella Weiss
49. Stella Weiss
50. Stella Weiss
51. Stella Weiss
52. Stella Weiss
53. Stella Weiss
54. Stella Weiss
55. Stella Weiss
56. Stella Weiss
57. Stella Weiss
58. Stella Weiss
59. Stella Weiss
60. Stella Weiss
61. Stella Weiss
62. Stella Weiss
63. Stella Weiss
64. Stella Weiss
65. Stella Weiss
66. Stella Weiss
67. Stella Weiss
68. Stella Weiss
69. Stella Weiss
70. Stella Weiss
71. Stella Weiss
72. Stella Weiss
73. Stella Weiss
74. Stella Weiss
75. Stella Weiss
76. Stella Weiss
77. Stella Weiss
78. Stella Weiss
79. Stella Weiss
80. Stella Weiss
81. Stella Weiss
82. Stella Weiss
83. Stella Weiss
84. Stella Weiss
85. Stella Weiss
86. Stella Weiss
87. Stella Weiss
88. Stella Weiss
89. Stella Weiss
90. Stella Weiss
91. Stella Weiss
92. Stella Weiss
93. Stella Weiss
94. Stella Weiss
95. Stella Weiss
96. Stella Weiss
97. Stella Weiss
98. Stella Weiss
99. Stella Weiss
100. Stella Weiss

Digitized by Google

1578. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA

LOCA

ORDINES aliàs administrandi belli prouinciam demandauerunt Auriaco. Cuius auctoritati quotidiè plurimùm accesserat, crescente numero protestantium, siue Reformatorum, vt vocant, Belgarum. Illi Matthiæ Archiduci, & Senatui binos obtulerunt libellos supplices Antuerpia, quibus, vt antea dictum est [1] libertatem in Religione petierunt, eam videlicet suam, publicè exercendi. Respondit Archidux Matthias, Senatusq; illi adiunctus, deliberationem ea de re pertinere ad ordinum Senatum, & non ad se, & eos eò remiserunt. Res est agitata, & diu tum disceptata, in senatu illo (nō ita multum reluctantibus etiam precipuis ordinum Ecclesiasticis, sibi timentibus, ne aduenienti Casimiro cum exercitu, ipsi tanquam authores, quominus concedatur, à popularibus opprimerentur) tandem reiecti ad conuentum ordinum Generalium, qui breue celebraretur Denremonde. Sperabant Reformati, se obtenturos: Iam tamen quod petierant, in plerisq; vrbibus Flandriæ, & Brabantiæ sibi sumpserunt. fiebatq; ad eorum conciones maximus concursus.

10 k Antuerpia.

1 4 Iulij.

ET quia plerique satius esse iudicarunt, hac ita fieri, quàm non fieri, multi autem hæc fieri debere, Magistratus auctoritate, rati sunt; ideo Archidux Matthias, datis vndiq; literis, prouinciarum ordinibus, quibus & supplices reformatorum libellos, articulorumque, pro Pacificando Religionis negotio conceptorum copiam transmisit; de hac re iudicium & Sententiam eorum, quàm primùm transcribi mandans.

9 l Denremond.

20 9 15 7 5 15 9 9 12
SENTENTIA
19 13 15 9 5 13 9 5 13.

ORDINES, cum verentur concedere liberam Religionis publicè exercendæ facultatem, ministris populū eò concitantibus: è re duxerunt fore, si populo similem in Religione libertatem darent, quam Germani indè ab Anno 1555. ex Augustanis comitijs obtinent, vulgo ipsis dictam Religionsfridt. Dumodò pro ea numerent quingenta, alij dicunt quinquaginta tantum florenorum milia. Ex egressu mercimoniorum omnū qui è Belgio pendunt decimam, quæ decima, maximam pecuniæ vim conficiebat.

7 m n Insulæ.

HANNONII, videntes haberi conciones reformatæ religionis, & eam sensim inuehi, rogati, vt assentirent; Responderunt [3] se nullam aliam quàm Catholicam Romanam culturos, sed eam defensuros ad extremum vsq; vitæ spiritum. Attrebatenses idem responderunt se facturos. Insulenses fugarunt vrbe, eos qui reformatā inuehere conabantur.

10 l Bruxella.

GANDENSES è contrariò, quatuor mendicantes, deinde pòst vinas, etiam imagines eiecerunt & reliquos demùm ordines. Brugenses etiam publicè concionabantur: Antuerpienses in 4. templis. Bruxellenses domi, vbi Cāpanius seditionem excitare religionis Catholicæ prætextu dicebatur, cùm adhuc essem Bruxellæ captus est. Libellum supplicem per alios exhibuit ordinibus, qui vix ei fidebant, habuit sua signa Hauxium, ad duo circiter milliaria Bruxellam, vbi fuerunt in præsidio. Creatus tamen est Campanius financiarum Præses, loco Barlemontij, qui obijt, sed recusasse pòst dicitur, nec voluisse ordinum nomine, ire receptum Casimirum, Miserant autem ordines Ducem Arscotum & Bassignium baronem, Montes in Hannoniam, vt Alenzonium quoq; exciperent, eorumq; literas quibus superioribus responderunt, deferrent. Ipso die, qua Georgius Laleinius. SVVola Campenam appulisset. [3]

9 n Mons

2 13 Iulij.

CREDEBATVR Austriacus disiunctus prouincias, atq; ordines; propter Religionis diuersitatem, & alias discordia inter eos rationes. Imò eò spectare: vt bellū diutius prorroget, quò eos, vt hostes suos, & expensis, & varijs calamitatibus, domet; vbi eis tandem pecunia defecerit, & discordia succreuerit. Psal. 15. accelerent ordines, discrederentq; tandem Casimirus & Alenzonius, duo ille Duces auxiliares Belgarum.

8 l Gandauū

IOHANNE AVSTRIACO LFONIM

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1578.

LOCA

TEMPORA

AVSTRIACVS, audito Caſimiri Ducis aduentu, veritus, ne ſi tanta vires coniungerentur, poſtmodo non amplius poſſet libero agro poturi, quod plurimū conferebat ad obſidendas vrbes, & ad copiam commeatus. Iubet Hergium, & quoſdam alios tribunos cū ſuis copijs obuiam, ad impediēdum iter procedere. Sed vbi cognitum eſſet, eſſe 8000. equitum & 4000. peditum Helueticorum ac Sequanorum, præter multos alios pedites, qui ſtatibus accedebant, viſe multò maiores copiæ, quàm vt præſentibus viribus poſſent impediri, quippe quæ iam Moſam tranſiecciſſent, quare ſe in ſua caſtra receperunt.

8 p Landreſi.

ALENCONIO à ſtatibus promiſſa ſunt 10000. nummûm quottannis, præterea omnibus copijs illius ſtipendia ſolutum iri, atque ad harum rerum obſeruationem tanquam obſides promiſſæ ſunt tres munitiones, ſcilicet Landreſium, Queſnoy, & Bapalma. Auſtriacus quia videret tot Principes magna nobilitatis, authoritatis & potentiæ, acciri ad Belgij defenſionem, capit ſubuereri ne ſua exiſtimatio paulatim obſoleſceret, ſermonem inter Principes excitat, quòd non eſſet pecunia, quæ tot ſtipendijs poſſet ſufficere, vt ii etiam ad aures Alenzonij peruenirent. a quo quidem Alenzonio ijdem Status per Ducem Arſcotum & Baronem Baſignium, inter cætera quoque petierunt, vt res cum eo tractata, Angliæ Reginæ Legatis Antuerpiæ exiſtentibus etiam communicaretur.

7 p Quæsnoy

1 19 Iulij.

PHILIPPVS Hiſpaniarum Rex, quia factus eſſet certior per literas Auſtriaci, de conſilio & multis auxilijs Reginæ Angliæ, quæ ſtatibus vndique ſubmittebantur, videbatque acerrimum & maximè calamitoſum bellum in illius regionibus parari. Legationem mittit in Angliam, qua rogaret illam Reginam, vt deſiſteret ab inceptis, & ab adiuuandis ſubditis, qui arma contra ſuum Principem ſumpſiſſent, nulla præſertim ipſa accepta iniuria. Eam legationem Regina magnificè hilariq; vultu excepit; cuius petitioni reſpondit, ſe neutram in partem magis eſſe propenſam, Scripſit præterea literas ad Regem, & ad ſtatus Belgarum, quibus ſignificabat, ſe magnoperè cupere, & hortari, vt res, ſi quò pacto fieri poſſet, componeretur.

6 q Bapalme.

2 e Anglia

ORDINES etiam Imperatori quoad literas 24 May datas poſt longam rationum ſeriem, petunt [2] ſuppetias mitti militares contra eos, qui Archiducem Matthiam eius fratrem deturbare conantur, ne deſerti ordines ad extera principis auxilia confugientes tandem commiſſarijs nihil vtiliter geri, poſſe reipſa oſtendant.

INTEREA Louanij morabatur Auſtriacus, circa quod ad ℔. millia paſſuum copiæ caſtramentatæ fuerant; vbi abrogata authoritate [1] Cancellarij Brabantiæ, eiuſque Conſilij, quod antea reſidere ſolebat Bruxellis, nouum Præſidentem, Dominum Deſiderium Tſeſtich, nouoſq; Brabantiæ Conſiliarios, Doctores & Licentiatos, nomine Regis Hiſpaniarum creauit, Martinum Antoninm del Rio, Dominum Philippum Veſels, Candreß, Gregorium de Ayala, Goſvvynum Batſon, etc.

10 l Bruxella.

2 20 Iulij.

REX cum haberet proceres ex vna parte, qui Principum Belgarum animos ad pacem hortarentur, ex altera cenſeret metu ingentium apparatuum regiorum eſſe impellendos; ſimulat ſe velle facere eos quàm maximos, vt partim ſpe tranquillitatis, partim metu grauiorum armorum, pacem amplecti cogerentur.

CAETERVM ſtatus neque hac quidem ratione bellicos quoque apparatus ſegniùs faciunt, ſed omnia tanquam ad bellum diligenter procurant. Adeo vt per Comitem de Rennenburg Dominum de Ville. Campenam quoq; ciuitatem obſidentes, tandem in ſuam poteſtatem redigerent, eiecto ac dimiſſo germanis illis, qui ſub præfecto Poluillero, Regium militabant in præſidio. [2]

13 d Campen.


Wie der Hauptman Ville die Statt CAMP
Auszug der Duytscher besatzung
aus der Statt, mit wehr und gewör
ohn Passport.

Digitized by Google

1578. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA

LOCA

RESPONDERVNT praeterea ſtatus [1] Baroni Seyfrido Preiner Auſtriaco, ſicuti 18 Maij antè, Ottboni Schwartzenbergio Comiti Bauaro, pacificè, quorum vterq; ab Imperatore Rhudolpho (nihil eorum intermittente, qua ad pacem & tranquillitatē Belgij ſpectare viderentur) miſſi ad ſtatus, oratores legationis munere fungebantur.

1 20 Iulij. IOHANNES Caſimirus Dux, interim haret Zutphaniæ, expectans aduentum eorum, à quibus recenſenda erant eius copia. Germanos recenſuit [2] primùm. Deinde Gallos [4] Cuius cum accreuiſſent copiæ, ille ratus tempus non eſſe per defidiā amittendum, ad oppidum Dieſt, ab Auſtriaco prius occupatum contendit, relicto vicario in obſidione Dauentriæ, cum haberet in caſtris ad ſeptem equitum & 20. peditum millia. 14 e Zutphen.

2 21 Iulij. PRIMVM itaque caſtra ipſa de more foſſis & aggeribus cingit, deinde pluribus octingentis Carris arena onuſtis atque concatenatis, caſtra ipſa concludit, ac bellica tormenta inter corbes vimineos ſubtractis tabulatis ad recurſum dirigit, ac verberationem; nec multo negotio Dieſt oppidum recuperat. 14 d Dauentria.

3 22 Iulij. MISIT Rex Galliæ preſidentem parlamenti ſui Pariſienſis Dominū Bellieuvium. Et Alenconium commiſſarios etiam ſuos, [3] ad ſtatus Antuerpiæ congregatos, quorum conditiones propoſitas non videbatur contemnere, quæ ſunt tales. 11 l Dieſt.

PRIMVM, vt Dux Idem Alenconius, ſe intrà fines Romanduorum cum ſuis copijs recipiat, atque ſtatus per tres menſes illi diſſoluant ſtipendia, & XII. equitum ac X. peditum millia. VT quodcunque acquiretur citrà Moſam fluuium, id totum ſtatuum efficiatur, at quod vltrà, ſit Alencouij. VT elapſo Auguſto menſe, ſtatus nè vlli paci aures præbeant ſine aſſenſū & conſilio Angliæ Reginæ & Alenconij: VT ſi opus ſit dominum mutare, eorum populorum electio ſorciatur, ſemper Alenconius ſit & nominetur primus defenſor, habeatque illum titulum: VT ſi intrà menſem Auguſtum pax fiat, inter ſtatus & Auſtriacum, intelligatur cum conditionibus Gandauenſibus. VT lapſo menſe Auguſti, omnes prædicta conditiones vanæ intelligantur. VT ad harum rerum confirmationem, prædicta loca concedantur. Pagina. 243.

4 25 Iulij REGINA Franciæ mater Alenconij, & Nauarræ regina altera, conabantur multis verbis Alenconium ab hac expeditione reuocare, quòd parùm honeſta, parùmq; vtilis Gallorum regno videretur, ſi ſubditi ac rebelles populi aduerſus ſuum Principem protegerentur, ſed ſurdo fabulam narrabant: cum idem Alenconius, quod eadem fuiſſent à multis ſepius repetita, ad diluendas huiuſmodi criminationes, publicum ſcriptum ediderit in quo continebatur: 10 k Antuerpia.

SCRIPTVM ALECONII

QVOD, cùm à Principibus ſtatuum Belgarum inuitatus ac rogatus fuiſſet, ne illam prouinciam in tantis calamitatibus deſereret, Hiſpanorum libidini & crudelitati: nullis neque matris Reginæ precibus, neque aliorum Principum diſſuaſionibus dimoueri potuit, quo minùs proficiſceretur in Belgium, neque potuit ab illo conſilio tam honeſto reuocari, cùm honeſta rei, ſatis etiam honeſtæ conditiones à ſtatibus oblatæ fuiſſent.

ET quoniam dicebatur Rebelles protegere, profitetur ſe profectum in belgium, vt boni Principis officio fungeretur, quod erat, vt pacem concordiamque ſtatuum conſeruaret, cum optaret omnia per iniurias infelicium temporū euerſa in priſtinum ſplendorem perducere, cum abuſuum reformatione, & obſeruatione iuſtitiæ, vt populi ſubleuentur, tot extraordinarijs oneribus, atque vt omninò ſeruentur antiqua priuilegia. 14 h Moſa fluuius.

His ſub-

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

LOCA

TEMPORA 1578.

9 n Montes

HIS ſubiunxit Alenconius, quòd bellum Belgicum, ſiue controuerſia, non poteſt eſſe non honorificum, & vtile gallorum Regno, ad acquirendam quietem; cùm pateat per hanc viam, bellum quod tam diu fuit in viſceribus, & corde regni gallia, diuerti in alias regiones. Quibus accedit, quòd belgica regio, antiquitùs corona gallica erat annexa, cui data fuit maior pars priuilegiorum à gallorum Regibus, quæ habent; & quorum cauſa, ſtatus eius regionis in illam controuerſiam venerunt.

PATERE dicebat itaque, quod non ſolum naturales obligationes, in quibus verſaretur vt bonus Princeps, ſed etiam vtilitas, & cõmodum ipſius regni, impellit, vt occurrat impediatque, ne quid patiatur iniquè fieri aduerſus eas nationes, ſed Tyrannidem in ea regione plantatam euellat. Idcirco, inquit, cùm oppreſſos populos eſſe pateat, & in eam neceßitatem adductos, vt propè iugum intolerabile ſuſcepturi videantur, veluti Principes regionum ſignificarunt, ſibiq; antè oculos propoſuerunt æquitatem poſtulationis ſuæ, quamuis regio euerſa ſit ab Hiſpanis, ſe conſtituiſſe prædictis optimè conſideratis ſuo muneri ſatisfacere;

I 31 Iulij.

14 l Ruremond.

ATQVE cùm Princeps ſit è regio ſanguine Gallorum, omnibus rationibus ac viribus quæ ſibi à deo conceſſæ ſunt, opem ferre oppreßis, ac defendere ipſos ſtatus. vt tam iuſtam cauſam tueatur, contra omnes, qui vellent opprimere iura illorum ac priuilegia. Se profiteri, inquit, ac deum obteſtari, quòd nihil horum faciat, vel auaritia, vel ambitione impulſus, neque deſiderio cõuellendi cuiuſcunque imperij. Cùm omnes, qui ſibi ſuppetias tulerint, ad tam præclarum facinus, participes futuri ſint eiuſdem honoris & gloriæ, quam ſperat ſe dei munere relaturum, cum etiam præmia pro meritis ſint ab ipſo accepturi.

14 f Deuenter.

ALENCONIVM hunc, quàm citatis equis Monties repentè conuolaſſet, vt diximus, ſecutus eſt Nuenſis regulus, vir magnæ auctoritatis, & peritiæ rei militaris, ſummus imperator vniuerſi peditatus. Caſimirus item, dum altera pars copiarum ad Ruremundam caſtramentatur, cum altera parte Dauentriam obſidet, quod eſt opulentũ & amplum ditionis Tranſiſelanæ oppidum.

11 n Namurcũ.

AVSTRIACVS cum ſuis copijs, ex Abbatia Oplintere ſigna conuellit [1] ad profectionem: quòd intelligeret hoſtem non procul abeſſe, vt collatis ſignis, obuius factus dimicaret. Sed vbi ad 15. millia paſſuum proceſiſſet, illum inuenit aggeribus & foßis militaribus circum datum, in ſitu natura munito: cui obtulit non ſemel, ſi velit, totis viribus dimicandi, cum hoſtis non poſſet ad arbitrium Auſtriaci adduci ad pugnam, milites aggeres tranſgrediuntur. pugnatùr acriter in caſtris, ceciderunt denique ex Auſtriaci militibus ad 20. tantum, & 50. vulnerati, ex hoſtibus plures 300. ceciderunt.

10 l Mechlinia.

HIS ita actis Auſtriacus Namurcum redit, cum ſuis copijs, caſtraque de mora profundioribus foßis, altioribusque aggeribus munit. Atque ita Auſtriacus, exercitum comitis Boſſuuij, Rimenanti in Brabantia, inter Arſcotum & Mechliniam, conſtitutũ, ab hora octaua ad primam promeridianam, fruſtra aleam fortunæ iactãs aggreſſus eſt. [2]

2 1 Auguſti

HIC Comes ſummus copiarum ſtatuum Imperator, cũ vellet perpetua Louanij moleſtia liberari, illud ſæpè explorat ad expugnationem, cum magnam manum militum ſecum adduxiſſet, defenſores multa tormenta, & ſclopetos è mœnibus diſplodunt, ita quod etiam Boſſuuius ictus in crure, quamuis leuiſſimè glande plumbia fuerit:

11 l Arſchot.

Anlauff der Spaniard

Digitized by Google

TEMPORA		LOCA
1 2 Augusti.	RELIQVIT autem, Austriacus Namurcum se recipens, 30. peditum & 12. equitum cohortem Louanij, quem locum iubet diligentissimè muniri, cùm omnem quem potuit è locis desertis commeatum, illuc comportari curauisset. Neque status quidem parùm diligentes, curant commeatum in regionem variis è locis comportari, qui cum mari Anglico, & vniuerso oceano ad occasum libero potiuentur, multa nauigia frumentatum miserunt, qua & frumento & varij generis apparatu bellico onusta ad ea littora appulerunt. Mittuntur interea [1] statuum Articuli vnionis seu fœderis per comissarios ad Ducem Alenconium, vt eosdem manu propria subscribendo, confirmat ac muniat, quos cùm ad medium ferè Augusti [5] maturo satis examinasset iudicio, tandem corroboratos statibus remisit [6] Ipse montibus hærens in Hannonia apud Lalanium comitem.	2 b Mare Anglicũ.
2 3 Augusti.	IMPERATOR, Rex Galliæ, & Angliæ Regina, interim pacem conciliare nituntur. Ad eam rem misit Cæsar legatum in Belgium, Comitem Schvvartzenburgium, qui postea Louanium hoc nomine ad Austriacum est profectus, [2] Rex Galliæ misit Bellieurum: Angliæ Regina Colbanum, & Valsinganum primum statuum Secretarium.	9 n Mons.
3 4 Augusti.	PETIIT Austriacus: vt ordines arma deponerent, vt Auriacus in Hollandiam rediret, Deinde, tractatum iri de pace. Responderunt ordines: non iri conciliatũ pacem: nisi prius Austriacus ipse Belgio excedat, cum exercitu suo, & Archidux Matthias maneat Gubernator. Addit Austriacus, nolle se promittere redditum iri Auriaci filium comitem de Buren, de quo alibi diximus. [7] Nullo etiam modo, permissurum nouam religionem. Irruentes statuum milites in oppidum Arscotense manè hora 4. expellunt regios Italos cum Mutio Pagano & paulò post incendunt.	11 m Louaniũ.
4 7 Augusti.	EXHORTATVS est [3] Antuerpiæ Bellieũrus ordines ad pacem. Ita illi Articulos proposuerunt Austriaco per legatos illos ei paciscenda, dura fuerint nimis cõdiciones articulorum, adeo vt ordines vel pacem nolle, vel ei non fidere nisi sub illu conditionum vinculis videantur, vel multum petere vt habeant aliquid. Quòd si pax non coiret. significant satis, se Principem alium potius assumpturos, vel Belgium partitum iri inter plures, licet vnitum, qualibet quod poterit occupaturus, vel ipsos de forma Reip. Heluetica cogitare.	7 Pagina 71.
5 31 Augusti.	PROPOSITAE sunt autem à statibus huiusmodi condiciones, qua cum verbis & voluntate Regis parùm consentire opparebant, videlicet. VT Matthias Archidux omnino summus Imperator, vt dictum est, sit Belgicarum regionum, neque quicquàm fieri possit sine statuum consensu. VT Austriacus rata faciat, omnia illa quæ facta sunt à statibus ex quo tempore se Namurcum recepit. VT Austriacus restituat omnes munitiones, castella, pagos, & omnia, vt vno verbo dicam, qua statuum tenentur, cum omnibus bellicis tormentis, & bellicis apparatibus, qui discedat antè exactũ mensem sextilem siue Augustum cum omnibus suis copijs, exceptis militibus indigenis.	11 l Arscot.
6 20 Augusti.	ITEM quòd status volunt seruari nouam Religionem in omnibus prouincijs, ita tamen vt non habeantur conciones. Quod Procurabunt pro viribus. VT status, custodia, & omnes subditi regionum pareant Regi Hispaniarum, qui tamen volunt omninò à rege priuilegia & iura sibi quauis seruari. VT omnia quæ transacta sunt, in hoc bello Belgico vtrinque sempiterna oblitione obruantur. VT omnes captiui liberi relaxentur ab vtrisque. VT in hac pace comprehendatur Galliarum Rex. Regina Angliæ. Duces Casimirus & Alenconius. Hactenus condicionum articuli qui quales sunt, tu ipsemet lector iudica.	10 k Antuerpia.

MIHI

LOCA

TEMPORA

MIHI, licet ha conditiones Louanij tractatas ſatis elata videntur, quia tamen omnia, quæ rudia primùm naſci ſolèt, deinde diligentia vel natura vel artis perficiuntur nonnihil ſpei ad pacem dediſſe viſa ſunt, ſi fuiſſem ex aliqua parte mitigata; verùm res tum aliquantò frigidius agebatur, & ad bellum potius reſpiciebant quàm ad pacem.

11 m Louaniũ.

SEBASTIANVS Rex Portugallia (quam Hiſpaniarum Rex Philippus iam poſſidet (hoc tempore militem ex claſſe in terram ex poſuit. Mauri pralium ei obtulerunt. Id non recuſauit, licet potentes illi ſuprà modum eſſent. In eo prælio Rex, & ſeipſum & exercitum ſuum perdidit. [1] Sexcenti tantùm euaſêre, ex triginta quinque hominum millibus, luſitani, qui ſe in claſſem receperũt. Hoc pralium geſtum fuit, ad ſex millia ria, ab eo loco, vbi militè Rex in continentem expoſuit. In eo prælio, caſi ſunt Reges tres Mauritani (luſitani hoſtes) &, quemadmodum de prelio hoc Africano luſitanico, ex hiſpania ad Auſtriacum ſcribebatur, quinquaginta Maurorum millia. Adeo; vt, etſi ipſi pralij victores fuerint, & campo, vt appellant, potiti ſint: tamen hoc bellum & victoria, ipſis certè fructum non admodum magnum attulit.

1 4 Auguſti.

3 Pagina 362.

VISIS paulò antè rationibus ALECONII, quibus modus è Gallia in Belgium aduolauerit; videamus paucis hîc etiam cauſas nunc quibus CASIMIRVS è Germania ſuperiore in inferiorem cùm copijs tendere impulſus dicebatur. Hic quoniam multorum ſermone carpebatur, quod aſpiraret, vel ipſe ad opprimendos populos Belgarum vel ad delenda regia iura, cùm per ſimulationem auxiliorum, maiora quadam conſilia in animo verſaret, qui non eſſet putandus tàm facile ad populorum defenſionem accurriſſe, qui arma ſumpſerant, non modò contrà auitam Religionem, ſed etiam contra naturalem Principem.

SCRIPTVM CASIMIRI.

ADVERSVS has tam acres accuſationes, ſcriptum edidit, de quo ſupra, [3] Germanico Idiomate, in quo continebatur ſe venisse tantum ad conculcandam Tyranni dem miniſtrorum Regiorum, qui auaro crudelique animo Belgas, vel contra regiam voluntatem opprimere conãtur, cum Regis conſilium verè integerrimum ſit, neque ab vlla aquitate, humanitate rectiſſimaque gubernatione diſſentiat.

NAM certè quidem ſi Rex auara, & inhumana, inquit, ſuorum miniſtrorum conſilia poſſet cognoſcere, non quidem in iniurias detrectantes, ſed in inferre conantes, vniuerſam molem indignationis conuerteret, cùm difficilli mũ ſit, omnium, Principi cognoſcere delicta miniſtrorũ, qui ſemper exploratores aduenientium habent apud Principem, & deſenſores, vel cubicularios, vel à ſecretis largitionibus corruptos apud eundem, qui ab ſentium cauſam tueantur, multa praconia ipſius Regis, multaque laus bonitatis in eodem continebatur ſcripto.

10 k Lyra.

CAETERVM Auſtriacus cognitis copijs hoſtium, qua plurimùm vbique excreuiſſent, atque indies ſuccreſcerent, nititur omnes ſuas copias coniungere, multaque loca debilia, accitis in caſtra præſidijs, deſerit. Archidux Matthias cum audiuiſſet Caſimirum appropinquaſſe cum exercitu, Antuerpia profectus eſt ei obuius ad Lyram oppidum vſque, vbi militari more pro dignitate excipitur [2] vt amicus, atque vicißim Archidux ingenti bombardarum roboantium ſtrepitu magnificè ſalutatur.

2 21 Auguſti.

Auſtriacus

Ballory
Wie der Ertz Herzog Alb
Zeug besichtiget
Der Burgen von Gennep
Der Lantzknecht Obrist


Cæsar des Cæsars

TEMPORA

LOCA

AVSTRIACVS autem alio quodam modo Casimirum excipere conatus est. Is namque quia diuisas Casimiri vires, posse facere infringi putauit, si repentè nihilque tale opinantes inuaderentur, decernit memorabile factum aliquot edere. Simulat igitur se velle omnes, qui erant in præsidijs Louanij, atque alibi, vt statutum locum inter Louanium & Diestum duas horas antè lucem conuenirent, quòd erat castra hostium repentè inuasurus; at Copiæ Casimiri certiores factæ, de omni consilio Austriaci, consistunt in acie expectantes, quid consilij hostis caperet, directisque tormentis, manu equitum ac peditum hostem in acie instructum reperit, qui pluribus tormentis repentè dissplosis 700. ferè Hispanos, vt dicitur, miserabiliter laniat, pugnatum est per totum diem minutis præliis, cum non leui vtrorumque cladè cùm maximè omnium, virtus Anglorum & Scotorum statibus merentium sub Norits & Stuart Colonellis, vt vocant, rerum bellicarum peritissimis, in ijs certaminibus emicuisset, atque ita Casimirus cum statuum copijs quas antea quoque Matthias Archidux perlustrauit vt dictum est, sese coniunxit. [1]

1 26 Augusti. — II I Diest.

AD Pacificandos Valencenenses, à statibus missus est [2] dominus de Harchies, & quidam Comissarij, inter quos fuit Consiliarius statuum quidam Richardus. Et cùm per status aduocatus esset Nuensis regulus ex Gallia in Belgium, venit Antuerpiam, vt generalis Campi Marischalcus crearetur à statibus.

2 27 Augusti. — 8 p Valécenę.

ANTVERPIAE die veneris [3] ordines in publico foro, suggestu edito, ornatoque aulæo, magna cum pompa, solemnitate q., promulgarunt vnionem, ac fœdus ipsorum cum Alenzonio initum. Id fuit à prandio P. M. lectique sunt Articuli eius fœderis. Exponunt etiam ordines Luxemburgum & Burgundiam capiendas ab Alenconio regiones, et, vt antea diximus, tres illas ciuitates, quas Alenconio promiserunt quidem status, sed tradere non potuerũt, cum præsertim Landresium & Quesnoy Gallos nullo pacto, vel recipere vel intromittere voluerint: hinc est quòd à statibus Idem Alenconius alia loca petierit, post quam illorum nomine Abbas Marolensis, ad inducendas ad hoc ciuitates illas tres, nihil efficiens in vanum persuadendo laborasset.

3 29 Augusti. — 10 k Antuerpia.

CAESAREVS legatus Schvvartzenburgius comes, Louanij ordinum nomine, dixit Austriaco, vt exercitum dimitteret, & se in Italiam vel Hispaniam reciperet; alioqui ordines amplius regem non habituros pro Principe suo ac domino. Respondit se hoc Regi scripturum, & Inducias petit, in tres menses. Atque vbi sciisset Alenconium, declaratum defensorem, legatos pacis quos dimiserat, ex itinere reuocari iussit. Itaque vsque ad duodecimum septembris conuenit, vt de pace facienda tractetur.

CREDEBATVR ipsa non fore, Primò, quia Austriacus auxilia expectaret, & eorum aduentum vrgeret, atque ita tempus duceret pacis prætextu, dum venerint: Secundò, quia satis intelligeret, ordines pecuniæ inopia laborare, vel breui laboraturos, Quò ergo magis tempus protraheret, eos tantò magis adactum iri necessitate etc. quò eos disiungat facilius, præsertim à religionis diuersitate. Tertiò, quia conditiones ab ordinibus propositæ; essent duræ nimis, & inciuiles.

4 31 Augusti. — II m Louaniũ.

AVSTRIACVS nihilominus tamen, legatis Principum pro pace, respondit: se valdè commoueri ad pacem; propter prouinciæ calamitates, etiamsi dura sint conditiones, & regem eam exoptare. Propterea omnem eius procurationem, & confectionem, in vnum Cæsarem, data potestate, reiecisse, datis ad se, ea de re litteris.

SVNT

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1578.

LOCA

TEMPOR

SVNT qui aſſerant, D. Ioannem Auſtriacum Namurci, lenta febri obijſſe, hoc menſe ſeptembri, [1] quod non videbatur, vel ex eo, veriſimile; quia Princeps Auriacus, in litteris ſuis ſcriptis ad prouincias & ciuitates inferioris germaniæ, eas videlicet, quæ permanſuerunt in vnione, vocata generali, de tractatu Principis Parmenſis inito, cum prouincijs à generalitate ſeparatis, inter cætera ſic dicit. SI COPIAE venijſſent termino præfixo in Belgium, procul dubio hoſtis, auxiliante Deo, coactus fuiſſet, vel patriam relinquere, vel interire penitùs, quemadmodum apparet, inquit, ex ipſa D. Ioannis confeſſione facta in literis ad Regem ſcriptis XV. die Septembris, paulò antè quam mortem obiret.

1 Septembris.

II n Namurcũ

EX ijs, qui, vt antea dictum eſt, à Gandenſibus capti fuerunt, ſuſpenduntur duo eodem die [2] Præfectus ſcilicet quidam nomine Viſch, & Senex ille Conſiliarius Heſſel, qui ad extremum vſque vitæ ſpiritum, in Religionis Catholicæ fide, Regiq; authoritatis defenſione, conſtantiſſimè perſeueraſſe dicitur, atque hoc nomine tantò indignius eum, etiam fuiſſe tractatum, quemadmodum de illo plura dicemus, Pagina 390.

2 3 Septembris.

8 I Gandauũ

CASIMIRVS Dux, poſtquàm ab Embieſio & Borluyt Gandenſibus, expectatus, Bruxellas fuiſſet ingreſſus, eueſtigiò religionis ſuæ conciones, antè ibidem non factas, publicè inſtituit; ſuaque ipſius præſentia tum promouit, atque honoranit [3] in Carmelitarum monaſterio, cuius Prior tum erat D. Laurentius Cuperus, nunc totius ordinis Prouincialis. Cùmque aliquandiu Bruxellæ, vbi & ego tum hærebam, perſtitiſſet, atque reformatæ quam vocant religionis, aliorumq; negotiorum Gandaui tractandorũ fundamenta iecriſſet, tandem relicta Bruxella [4] in Flandriam properat, vbi à Gandenſibus, vt antea [5] Princeps Auriacus, magnificè excipitur.

3 6 Septembris

4 9 Septembris

5 Pagina 229. 231.

TENTARVNT [6] etiam ex Buſcoducenſibus, quidem Auriaco Principi adhærentes (quales fuerunt ex precipuis Agileus & Magiſter Henricus appellatus in cornu) tradere oppidum, præfecto cuidam Hueſdenſi, cum tribus vexillis militum, eundem intromiſſuri ſtatuum nomine: verùm incaſſum laborarunt, quamuis gladiatorum ſocietatem ad hoc efficiendum ſtrenuos auxiliatores habuerint: tamen ſolertia Catholicorum ciuium ibidem, ac diligentia, ſuperati atq; impediti fuerunt, quòminus præfectus cũ ſuis intromiſſus ſit. Eodem hoc die, expediuntur ab Hiſpaniarũ Rege littera, ad Gubernatorem Graueling anum, Dominum de la Motte ſcripta Madriti, de quibus infrà dicetur.

5 10 Septembris.

6 11 Septembris.

IAM quemadmodum Bruxellæ, ſic etiam Gandaui, quùm eò aduenijſſet, Caſimirus, conciones nouæ religionis promouebat, [7] ſuaque præſentia decorabat. adeò, vt ſtatus, in ſtipendia Copiarum eiuſdem Ducis Caſimiri, cùm paulo pòſt laboraretur inopia pecuniæ, omne ſacrum aurum & argentum, & cruces & Calices, & argentum nobiliorum, in pecuniam cuderent.

4 m Graueling a.

7 12 Septembris.

GANDAVI autem templa & cœnobia, & imagines ſanctorum omnium, per idem ferè tempus ſunt euerſa, præter templum D. Iohannis, omnes ſacerdotes ſunt electi quod ipſum, & in alijs opidis Gandauo proximis factum eſt. Interea Caſimirus, relicto Gandauo, ad ſuos milites in campum proficiſcitur [8] vt Vallonum aliquot centurias reprimeret, qui in Flandria, Menenum [9] pagum, non ſolutorum ſtipendiorum, vt quidam volunt, prætextu, occuparũt, munierunt q;. Alij propterea (quod Gandenſis plebs ad ſeditioſas factiones conuerſa eſſet) Vallones omnem ipſis amicitiam renunciaſſe, pagumque inuaſiſſe, atq; ob id Malecontentos vulgò baptizatos fuiſſe ſcribunt; varijq; variè alij, hunc motum interpretantur.

8 13 Septembris.

6 m Menene.

9 24 Septembris.

Digitized by Google

Landerien haben ingenommen.

1578. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA — LOCA

ERANT tùm in ſuſpicione apud Belgij ſtatus, Capers & Heſius reguli, præfecti tribus ferè Vallonum millibus, qui ob id exautorati, in Flandriam irruentes, caſtrum quoddam Glayonis inuadunt primùm, poſtea vndiq; depredantes in Flandria diſcurrunt, hos Gandenſes expellere cupientes, copijs quibuſdam aggrediuntur, ſed caſis tandem; mittunt alias maiori numero & fortiores, ſed nec illæ quidē efficiunt aliquid, quin potius irritant Vallones illos Malecontentos, vt oppidū, de quo ſuprà, inuadant, capiant, flammiſq; abſummant. Hos ad partes ſuas attraxit Gubernator Graueling æ, qui ab Hiſpaniarum Rege peculiari quadam authoritate donatus eſt, recipiendi in gratiam, omnes ad religionem Catholicam, & obedientiam Regis ſe conuertere volentes.

ADEO, vt, præter literas patentes, in hunc finem, regio nomine formaque debita in Hiſpania expeditas, etiam alia, eodem die miſſæ fuerint, de verbo ad verbum, ex gallico idiomate in latinum, ita translata.

PHILIPPVS deigratia etc. Cùm à fidelibus miniſtris quibuſdam noſtris intelligamus, aliquas eſſe ciuitates, comitatuum noſtrorum Flandriæ & Artheſiæ, prænidentes confuſionem, eouſque in inferiori noſtra germania proceßiſſe, vt, ſine aliquo reſpectu Iuris tam diuini, quàm humani, à quibuſdam, ob Principis Auriaci aſſociationem, nihil adeò timendum ſit, quàm totalis, ſanctæ fidei ac Religionis Catholicæ Romanæ interitus, quorum inſolentia etiam eò ſpectare ac tendere videatur, vt nos Iuriſdictione atque domino exuere & ſpoliare perſummant, ſub Tyrannidis ſcilicet Hiſpanorum prætextu.

1 11 Septembris. NOLENTES itaque Ciuitates iam dictæ huiuſmodi malificijs conſentire, vel cum ijſdem participare, verùm ſatisfacere potius officio, Deo, nobiſque debitè præſtando, partes Principis Auriaci, ac ſtatuum deſerre ac relinquere cupiunt, adhoc, vt antiquam fidem Catholicam Romanam, nobiſq; debitam obedientiam laudatiſſimo quondam Imperatori domino ac parenti noſtro præſtati ſolitam, inuiolabiter obſeruent. — 4 m Graueling.

NOS itaq; ſatis, intelligentes, ſalutem prouinciæ, plus in ſubditorum bonorum fidelitate, quàm vllis alijs in rebus conſiſtere, atq; vti volentes clementia noſtra conſueta, deceptumque, atque à recto itineris tramite abductum, oberrantemque populum noſtrum, nobis obedire, fidemque quam debent ſeruare deſiderantem, obuijs vlnis brachijſque expanſis his literis amplectimur. Iuſtificantes omnes actiones & intentiones noſtras, quibus per debito noſtro, licet abundè huc vſque ſemper ſatis feciſſe videamur, quoad eorundem reductionem maximè ſubditorum: Volumus attamen, vel hac etiam vice, declarationem intentionis, & bonæ voluntatis noſtræ, edere, talem videlicet.

QVOD omnes Ciuitates, Caſtella, aliaque loca, quæ exercitium noſtræ ſanctæ fidei, ac Religionis Catholicæ Romanæ, iterum aſſumere, vel, vt rectius dicamus, continuare, atque inuiolabiliter obſeruare voluerint, liberè & ſine vllo impedimento fruantur, omnibus quibuſcunque ſuis priuilegijs, quibus tempore Imperiorum quondam, domini atque parentis noſtri vtebantur, atque fruebantur: quodque in dictis Ciuitatibus, & Caſtellis, nulla prorſus imponentur Hiſpanorum, aliorumque quorumcunque extraneorum hominum præſidia. Id quod antè à fieri neceßitas cogebat, cum ad reſiſtendum Principi Auriaco, ſtatibus, & aſſeclis eorū, tùm pro illarum ciuitatum, vel etiam caſtrorum meliori aſſecuratione, præter voluntatem quidem noſtram, huiuſmodi extraneorum præſidia imponere.

PRO-

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1578.

LOCA		TEMPORA
	PROMITTIMVS itaque, verbo Regis, non alia nos illos imposituros præsidia, quàm ex ijs militibus collecta, qui in patria nati, subiecti nostri & vasalli fuerint, idemq; Catholici. Atque, vt hac de re sint tantò certiores, milites conscribentur, in ijsdem locis, in quibus necesse fuerit collocare præsidia; quorum Capitanei quoque assumentur, ex locis ijsdem atque personis, quibus meritò fore contentos arbitramur. Huius intentionis, voluntatis, ac declarationis nostræ (ne causam quis prætendat ignorantiæ) Statuimus fieri publicationem, & copias authenticas per Secretarios nostros confici, quibus perindè, vt originali fides adhibeatur. Datum. Madriti 11. Septembris 1578. etc. Eodem die [1] pro Domino de La Motta, litera Regiæ patentes expediuntur, cum huiusmodi subditis tractandi, eosque Regis nomine in gratiam recipiendi. Postridie [2] finitur tempus tractandæ pacis inter Status & Austriacum, qui paulò pòst [3] de omnibus ad Regem transcribit.	
14 b Groninga.	ERVPERVNT [4] tum etiam prælati ac nobiles, illi Groningæ capti, è carceribus, clàm se subducentes, præter 3. nobiles & 3. prælatos, qui verentes, ne deterius illis quid contingeret, enadendi audacia, vt alij, rem tentare noluerunt.	1 11 Septembris.
10 l Bruxella.	MISSVS est Aldegundius imprimis, cum alijs quibusdam Principis Auriaci & Ordinum nomine, postea etiam a Bruxellensibus, Antuerpiensibus, alijsq; ciuitatibus deputati aliquot, ad Gandenses missi: Qui peterent, vt templa saltem tria aut quatuor restituant Catholicis: vt conferant cum cæteris ordinibus pecuniam ad bellum, vt pareant quoq; ordinum decretis, quemadmodum reliqui ordines. Respondérunt Gandenses inter cætera, quod ad restitutionem Religionis & Catholicorū attinet, vt si Hannonienses & Artbesij, reformatæ quoque Religionis exercitium suis permitterent, se tria templa Catholicis relicturos. Quod ad captiuos pertinet; se liberaturos illos, post cōfectum bellū, nec interim in illorum vitam quicquam attentaturos esse.	2 12 Septembris.
10 k Antuerpia.		3 15 Septembris.
8 l Gandauū		
6 n Belle.		
6 m Pœperingen.	QVANTVM spectat ad Malecontentos; se ipsis mensem vnum stipendiorum persoluturos esse, ex ijs quæ petunt. Verùm his minus contenti, indies augentur numero Vallones illi Gandensium hostes Malecontenti; capiunt in Flandria oppida duo, Belle, quem locum muniunt, & Poperingen, & propè Tornacum aliud oppidum dictum Mortaigne. Ferebatur tum illos habuisse duo millia equitum, & quinquaginta signa peditum. In locum Capres depositi, à Statibus suffectus est Comes Egmondanus, Artbesij administrator. Obijt in Hispanijs frater Imperatoris [5] Vuenceslaus. ex duobus ibidem fratribus iunior.	4 17 Septembris.
8 n Mortaigne.		
11 n Namurcū		5 22 Septembris.
10 m Ciblou.	INITIO Octobris eodem die, quo nouorum in Belgio Episcoporum incorporationes à Statibus per litteras cassantur, Ioannes Austriacus in castris, diem clausit extremum. qui dum viueret, in suis signis militaribus, crucem cum hac tessera gessit: IN HOC SIGNO VICI TVRCOS, IN HOC SIGNO VINCAM HAERETICOS. Succedit huic Alexander Farnesius Dux Parmensis, cui in defectum Austriaci, quidam illud Reguli applicant, apud Esaiam capite 14. quàm benè, tu lector, ex rebus posteà gestis, ipsemet iudica.	6 1 Octobris:
9 n Niuella.		7 6 Octobris.
9 n Bins.	CONVERSA tum erat omnis vis copiarum Statuum, & Casimiri imprimis, atq; Alenconij, ad oppida subiuganda, quibus possent facultatem comeatuum, regijs copijs intercludere, quæ partem vi ferri, partem per deditionem sunt capta.	8 7 Octobris
9 n Mabeuge.	HINC est, quòd Matthias Illustrissimus Archidux Austriæ, confirmatus viribus agrisque potitus, Gemblacum, Niuellamque: Dux Alenconius autem Binsium, & pleraque alia loca veluti Mabeuge etc. recuperauerunt. [8]	

1578. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA | LOCA

RELIQVIT autem, Austriacus Namurcum se recipens, 30. peditum & 12. equitum cohortem Louanij, quem locum iubet diligentissimè muniri, cùm omnem quem potuit è locis desertis commeatum, illuc comportari curauisset. Neque statim quidem parùm diligentes, curant commeatum in regionem variis è locis comportari, qui cum mari Anglico, & vniuerso oceano ad occasum libero potiuentur, multa nauigia frumentatum miserunt, quæ & frumento & varij generis apparatu bellico onusta ad ea littora appulerunt. Mittuntur interea [1] statuum Articuli vnionis seu fœderis per comissarios ad Ducem Alenconium, vt eosdem manu propria subscribendo, confirmat ac muniat, quos cùm ad medium ferè Augusti [5] maturo satis examinasset iudicio, tandem corroborator statibus remisit [6] Ipse montibus hærens in Hannonia apud Lalanium comitem.

1 2 Augusti. — 2 b Mare Anglicũ.

IMPERATOR, Rex Gallie, & Anglie Regina, interim pacem conciliare nituntur. Ad eam rem misit Cæsar legatum in Belgium, Comitem Schwartzenburgium, qui postea Louanium hoc nomine ad Austriacum est profectus, [2] Rex Gallie misit Bellieurum: Anglie Regina Colbanum, & Valsinganum primum status Secretarium.

2 3 Augusti. — 9 n Mons.

PETIIT Austriacus: vt ordines arma deponerent, vt Auriacus in Hollandiam rediret, Deinde, tractatum iri de pace. Responderunt ordines: non iri conciliatũ pacem: nisi prius Austriacus ipse Belgio excedat, cum exercitu suo, & Archidux Matthias maneat Gubernator. Addit Austriacus, nolle se promittere redditum iri Auriaci filium comitem de Buren, de quo alibi diximus. [7] Nullo etiam modo, permissurum nouam religionem. Irruentes statuum milites in oppidum Arscotense manè hora 4. expellunt regios Italos cum Mutio Pagano & paulò post incendunt.

3 4 Augusti. — 11 m Louaniũ.

EXHORTATVS est [3] Antuerpiæ Bellieûrus ordines ad pacem. Ita illi Articulos proposuerunt Austriaco per legatos illos ei paciscenda, dura fuerint nimiũ cõdiciones articulorum, adeo vt ordines vel pacem nolle, vel ei non fidere nisi sub illu conditionum vinculis videantur, vel multum petere vt habeant aliquid. Quòd si pax non coiret. significant satis, se Principem alium potius assumpturos, vel Belgium partitum iri inter plures, licet vnitum, qualibet quod poterit occupaturus, vel ipsos de forma Reip. Heluetica cogitare.

4 7 Augusti. — 7 Pagina 71.

PROPOSITAE sunt autem à statibus huiusmodi condiciones, quæ cum verbis & voluntate Regis parùm consentire opparebant, videlicet. VT Matthias Archidux omnino summus Imperator, vt dictum est, sit Belgicarum regionum, neque quicquàm fieri possit sine statuum consensu. VT Austriacus rata faciat, omnia illa quæ facta sunt à statibus ex quo tempore se Namurcum recepit. VT Austriacus restituat omnes munitiones, castella, pagos, & omnia, vt vno verbo dicam, quæ statuum tenentur, cum omnibus bellicis tormentis, & bellicis apparatibus, qui discedat antè exactũ mensem sextilem siue Augustum cum omnibus suis copijs, exceptis militibus indigenis.

5 31 Augusti. — 11 l Arscot.

ITEM quòd status volunt seruari nouam Religionem in omnibus prouincijs, ita tamen vt non habeantur conciones. Quod Procurabunt pro viribus. VT status, custodia, & omnes subditi regionum pareant Regi Hispaniarum, qui tamen volunt omnia à rege priuilegia & iura sibi quauis seruari. VT omnia quæ transacta sunt, in hoc bello Belgico vtrinque sempiterna oblivione obruantur. VT omnes captiui liberi relaxentur ab vtrisque. VT in hac pace comprehendatur Galliarum Rex. Regina Anglie. Duces Casimirus & Alenconius. Hactenus conditionum articuli qui quales sunt, tu ipsemet lector iudica.

6 20 Augusti. — 10 k Antuerpia.

MIHI

LOCA

TEMPORA

MIHI, licet hæ conditiones Louanij tractatas ſatis elatæ videntur, quia tamen omnia, quæ rudia primùm naſci ſolēt, deinde diligentia vel natura vel artis perficiuntur nonnihil ſpei ad pacem dediſſe viſæ ſunt, ſi fuiſſent ex aliqua parte mitigatæ; verùm res tum aliquantò frigidius agebatur, & ad bellum potius reſpiciebant quàm ad pacem.

11 m Louaniū.

SEBASTIANVS Rex Portugallia (quam Hiſpaniarum Rex Philippus iam poſſidet (hoc tempore militem ex claſſe in terram ex poſuit. Mauri prælium ei obtulerunt. Id non recuſauit, licet potentes illi ſuprà modum eſſent. In eo prælio Rex, & ſeipſum & exercitum ſuum perdidit. [1] Sexcenti tantùm euaſêre, ex triginta quinque hominum millibus, luſitani, qui ſe in claſſem receperūt. Hoc prælium geſtum fuit, ad ſex millia ria, ab eo loco, vbi militē Rex in continentem expoſuit. In eo prælio, caſi ſunt Reges tres Mauritani (luſitani hoſtes) &, quemadmodum de prælio hoc Africano luſitanico, ex hiſpania ad Auſtriacum ſcribebatur, quinquaginta Maurorum millia. Adeo; vt, etſi ipſi prælij victores fuerint, & campo, vt appellant, potiti ſint: tamen hoc bellum & victoria, ipſis certè fructum non admodum magnum attulit.

1 4 Auguſti.

3 Pagina 362.

VISIS paulò antè rationibus ALECONII, quibus modus è Gallia in Belgium aduolauerit; videamus paucis hīc etiam cauſas nunc quibus CASIMIRVS è Germania ſuperiore in inferiorem cùm copijs tendere impulſus dicebatur. Hic quoniam multorum ſermone carpebatur, quod aſpiraret, vel ipſe ad opprimendos populos Belgarum vel ad delenda regia iura, cùm per ſimulationem auxiliorum, maiora quadam conſilia in animo verſaret, qui non eſſet putandus tàm facile ad populorum defenſionem accurriſſe, qui arma ſumpſerant, non modò contrà auitam Religionem, ſed etiam contra naturalem Principem.

SCRIPTVM CASIMIRI.

ADVERSVS has tam acres accuſationes, ſcriptum edidit, de quo ſupra, [3] Germanico Idiomate, in quo continebatur ſe veniſſe tantum ad conculcandam Tyrannidem miniſtrorum Regiorum, qui auaro crudelique animo Belgas, vel contra regiam voluntatem opprimere conātur, cum Regis conſilium verè integerrimum ſit, neque ab vlla aquitate, humanitate rectiſſimaque gubernatione diſſentiat.

NAM certè quidem ſi Rex auara, & inhumana, inquit, ſuorum miniſtrorum conſilia poſſet cognoſcere, non quidem in iniurias detrectantes, ſed in inferre conantes, vniuerſam molem indignationis conuerteret, cùm difficillimū ſit, omnium, Principi cognoſcere deliria miniſtrorū, qui ſemper exploratores aduenientium habent apud Principem, & defenſores, vel cubicularios, vel à ſecretis largitionibus corruptos apud eundem, qui ab ſentium cauſam tueantur, multa præconia ipſius Regis, multaque laus bonitatis in eodem continebatur ſcripto.

10 k Lyra.

CAETERVM Auſtriacus cognitis copijs hoſtium, qua plurimùm vbique excreuiſſent, atque indies ſuccreſcerent, nititur omnes ſuas copias coniungere, multaque loca debilia, accitis in caſtra præſidijs, deſerit. Archidux Matthias cum audiuiſſet Caſimirum appropinquaſſe cum exercitu, Antuerpia profectus eſt ei obuius ad Lyram oppidum vſque, vbi militari more pro dignitate excipitur [2] vt amicus, atque vicißim Archidux ingenti bombardarum roboantium ſtrepitu magnificè ſalutatur.

2 21 Auguſti.

Auſtriacus

Digitized by Google


Matthias des Casimirs

1578. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA | LOCA

AVSTRIACVS autem alio quodam modo Casimirum excipere conatus est. Is namque quia dimissas Casimiri vires, posse facere infringi putauit, si repentè nihilque tale opinantes inuaderentur, decernit memorabile factum aliquot edere. Simulat igitur se velle omnes, qui erant in præsidijs Louanij, atque alibi, vt statutum locum inter Louanium & Diestum duas horas antè lucem conuenirent, quòd erat castra hostium repentè inuasurus; at Copiæ Casimiri certiores factæ, de omni consilio Austriaci, consistunt in

1 26 Augusti. acie expectantes, quid consilij hostis caperet, directisque tormentis, manu equitum ac peditum hostem in acie instructum reperit, qui pluribus tormentis repentè dissplosis 700. ferè Hispanos, vt dicitur, miserabiliter laniat, pugnatum est per totum diem minutis præliis, cum non leui vtrorumque cladè cùm maximè omnium, virtus Anglorum & Scotorum statibus merentium sub Norits & Stuart Colonellis, vt vocant, rerum bellicarum peritissimis, in ijs certaminibus emicuisset, atque ita Casimirus cum statuum copijs quas antea quoque Matthias Archidux perlustrauit vt dictum est, sese coniunxit. [1]

II l Diest.

AD Pacificandos Valenceuenses, à statibus missus est [2] dominus de Harchies, & quidam Comissarij, inter quos fuit Consiliarius statuum quidam Richardus. Et cùm per status aduocatus esset Nuensis regulus ex Gallia in Belgium, venit Antuerpiam, vt generalis Campi Marischalcus crearetur à statibus.

2 27 Augusti.

8 p Valéceng.

ANTVERPIAE die veneris [3] ordines in publico foro, suggestu edito, ornateque aulæis, magna cum pompa, solemnitate q., promulgarunt vnionem, ac fœdus ipsorum cum Alenzonio initum. Id fuit à prandio P. M. lectique sunt Articuli eius fœderis. Exponunt etiam ordines Luxemburgum & Burgundiam capiendas ab Alenconio regiones, et, vt antea diximus, tres illas ciuitates, quas Alenconio promiserunt quidem status, sed tradere non potuerũt, cum præsertim Landresium & Quesnoy Gallos nullo pacto, vel recipere vel intromittere voluerint: hinc est quòd à statibus Idem Alenconius alia loca petierit, postquam illorum nomine Abbas Marolensis, ad inducendas ad hoc ciuitates illas tres, nihil efficiens in vanum persuadendo laborasset.

3 29 Augusti.

CAESAREVS legatus Schwartzenburgius comes, Louanij ordinum nomine, dixit Austriaco, vt exercitum dimitteret, & se in Italiam vel Hispaniam reciperet; alioqui ordines amplius regem non habituros pro Principe suo ac domino. Respondit se hoc Regi scripturum, & Inducias petit, in tres menses. Atque vbi scisset Alenconium, declaratum defensorem, legatos pacis quos dimiserat, ex itinere reuocari iussit. Itaque vsque ad duodecimum septembris conuenit, vt de pace facienda tractetur.

10 k Antuerpia.

CREDEBATVR ipsa non fore, Primò, quia Austriacus auxilia expectaret, & eorum aduentum vrgeret, atque ita tempus duceret pacis prætextu, dum venerint: Secundò, quia satis intelligeret, ordines pecuniæ inopia laborare, vel breui laboraturos, Quò ergo magis tempus protraheret, eos tantò magis adactum iri necessitate etc. quò eos disiungat facilius, præsertim à religionis diuersitate. Tertiò, quia conditiones ab ordinibus propositæ; essent duræ nimis, & inciuiles.

4 31 Augusti.

AVSTRIACVS nihilominus tamen, legatis Principum pro pace, respondit: se valdè commoueri ad pacem; propter prouinciæ calamitates, etiamsi dura sint conditiones, & regem eam exoptare. Propterea omnem eius procurationem, & confectionem, in vnum Cæsarem, data potestate, reiecisse, datis ad se, ea de re litteris.

11 m Louaniũ.

SVNT

IOHANNE AVSTRIACO LEONEM

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1578.

LOCA

TEMPORA

SVNT qui asserant, D. Ioannem Austriacum Namurci, lenta febri obijsse, hoc mense septembri, [1] quod non videbatur, vel ex eo, verisimile; quia Princeps Auriacus, in litteris suis scriptis ad prouincias & ciuitates inferioris germaniæ, eas videlicet, quæ permansuerunt in vnione, vocata generali, de tractatu Principis Parmensis inito, cum prouincijs à generalitate separatis, inter cætera sic dicit. SI COPIAE venissent termino præfixo in Belgium, procul dubio hostis, auxiliante Deo, coactus fuisset, vel patriam relinquere, vel interire penitùs, quemadmodum apparet, inquit, ex ipsa D. Ioannis confessione facta in literis ad Regem scriptis XV. die Septembris, paulò antè quam mortem obiret.

1 Septembris.

II m Namurcũ

EX ijs, qui, vt antea dictum est, à Gandensibus capti fuerunt, suspenduntur duo eodem die [2] Præfectus scilicet quidam nomine Visch, & Senex ille Consiliarius Hessel, qui ad extremum vsque vitæ spiritum, in Religionis Catholicæ fide, Regiq; authoritatis defensione, constantissimè perseuerasse dicitur, atque hoc nomine tanto indignius eum, etiam fuisse tractatum, quemadmodum de illo plura dicemus, Pagina 390.

2 Septembris.

3 Septembris.

CASIMIRVS Dux, postquàm ab Embiesio & Borluyt Gandensibus, expectatus, Bruxellas fuisset ingressus, euestigiò religionis suæ conciones, antè ibidem non factas, publicè instituit; suaque ipsius præsentia tum promouit, atque honoranit [3] in Carmelitarum monasterio, cuius Prior tum erat D. Laurentius Cuperus, nunc totius ordinis Prouincialis. Cùmque aliquandiu Bruxellæ, vbi & ego tum hærebam, perstitisset, atque reformatæ quam vocant religionis, aliorumq; negotiorum Gandauì tractandorũ fundamenta iecisset, tandem relicta Bruxella [4] in Flandriam properat, vbi à Gandensibus, vt antea [5] Princeps Auriacus, magnificè excipitur.

3 Septembris.

6 Septembris

8 l Gandauũ

4 Septembris

TENTARVNT [6] etiam ex Buscoducensibus, quidem Auriaco Principi adhærentes (quales fuerunt ex precipuis Agileus & Magister Hemicus appellatus in cornu) tradere oppidum, præfecto cuidam Huesdensi, cum tribus vexillis militum, eundem intromissuri statuum nomine: verùm incassum laborarunt, quamuis gladiatorum societatem ad hoc efficiendum strenuos auxiliatores habuerint: tamen solertia Catholicorum ciuium ibidem, ac diligentia, superati atq; impediti fuerunt, quòminus præfectus cũ suis intromissus sit. Eodem hoc die, expediuntur ab Hispaniarũ Rege litteræ, ad Gubernatorem Grauelinganum, Dominum de la Motte scriptæ Madriti, de quibus infrà dicetur.

5 Septembris.

5 Pagina 229. 231.

6 Septembris.

IAM quemadmodum Bruxellæ, sic etiam Gandaui, quùm eò aduenisset, Casimirus, conciones nouæ religionis promouebat, [7] suaque præsentia decorabat. adeò, vt status, in stipendia Copiarum eiusdem Ducis Casimiri, cùm paulò pòst laboraretur inopia pecuniæ, omne sacrum aurum & argentum, & cruces & Calices, & argentum nobiliorum, in pecuniam cuderent.

7 Septembris.

4 m Grauelinga.

GANDAVI autem templa & cœnobia, & imagines sanctorum omnium, per idem ferè tempus sunt euersa, præter templum D. Iohannis, omnes sacerdotes sunt electi quod ipsum, & in alijs opidis Gandauo proximis factum est. Interea Casimirus, relicto Gandauo, ad suos milites in campum proficiscitur [8] vt Vallonum aliquot centurias reprimeret, qui in Flandria, Menenum [9] pagum, non solutorum stipendiorum, vt quidam volunt, prætextu, occupauũt, munierunt q;. Alij propterea (quod Gandensis plebs ad seditiosas factiones conuersa esset) Vallones omnem ipsis amicitiam renunciasse, pagumque inuasisse, atq; ob id Malecontentos vulgò baptizatos fuisse scribunt; varijq; variè alij, hunc motum interpretantur.

8 Septembris.

6 m Menene.

9 Septembris.

24 Septembris.

Vie die Male Contune, MENENE

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1578.

LOCA		TEMPORA
14 b Groninga.	PROMITTIMVS itaque, verbo Regiò, non alia nos illos impoſituros præſidia, quàm ex ijs militibus collecta, qui in patria nati, ſubiecti noſtri & vaſalli fuerint, idemq; Catholici. Atque, vt hac de re ſint tantò certiores, milites conſcribentur, in ijſdem locis, in quibus neceſſe fuerit collocare præſidia; quorum Capitanei quoque aſſumentur, ex locis ijſdem atque perſonis, quibus meritò fore contentos arbitramur. Huius intentionis, voluntatis, ac declarationis noſtræ (ne cauſam quis prætendat ignorantiæ) Statuimus fieri publicationem, & copias authenticas per Secretarios noſtros confici, quibus perindè, vt originali fides adhibeatur. Datum. Madriti 11. Septembris 1578. etc. Eodem die [1] pro Domino de La Motta, litera Regiæ patentes expediuntur, cum huiuſmodi ſubditis tractandi, eoſque Regis nomine in gratiam recipiendi. Poſtridie [2] finitur tempus tractandæ pacis inter Status & Auſtriacum, qui paulò pòſt [3] de omnibus ad Regem tranſcribit.	1 11 Septembris.
10, l Bruxella.		
10 k Antuerpia.		2 12 Septembris.
8 l Gandauũ	ERVPERVNT [4] tum etiam prælati ac nobiles, illi Groninga capti, è carceribus, clàm ſe ſubducentes, præter 3. nobiles & 3. prælatos, qui verentes, ne deterius illis quid contingeret, euadendi audacia, vt alij, rem tentare noluerunt.	
6 n Belle.	MISSVS eſt Aldegundius imprimis, cum alijs quibuſdam Principis Auriaci & Ordinum nomine, poſtea etiam a Bruxellenſibus, Antuerpienſibus, alijſq; ciuitatibus deputati aliquot, ad Gandenſes miſſi: Qui peterent, vt templa ſaltem tria aut quatuor reſtituant Catholicis: vt conferant cum cæteris ordinibus pecuniam ad bellum, vt pareant quoq; ordinum decretis, quemadmodum reliqui ordines. Reſponderunt Gandenſes inter cætera, quod ad reſtitutionem Religionis & Catholicorũ attinet, vt ſi Hannonienſes & Arthesij, reformatæ quoque Religionis exercitium ſuis permitterent, ſe tria templa Catholicis relicturos. Quod ad captiuos pertinet; ſe liberaturos illos, poſt cõfectum bellũ, nec interim in illorum vitam quicquam attentaturos eſſe.	3 15 Septembris.
6 m Pœperingen.		4 17 Septembris.
8 n Mortaigne.	QVANTVM ſpectat ad Malecontentos; ſe ipſis menſem vnum ſtipendiorum perſoluturos eſſe, ex ijs quæ petunt. Verùm his minus contenti, indies augentur numero Vallones illi Gandenſium hoſtes Malecontenti; capiunt in Flandria oppida duo, Belle, quem locum muniunt, & Poperingen, & propè Tornacum aliud oppidum dictum Mortaigne. Ferebatur tum illos habuiſſe duo millia equitum, & quinquaginta ſigna peditum. In locum Capres depoſiti, à Statibus ſuffectus eſt Comes Egmondanus, Arthesij adminiſtrator. Obijt in Hiſpanijs frater Imperatoris [5] Vuenceslaus. ex duobus ibidem fratribus iunior.	5 22 Septembris.
11 n Namurcũ		6 1 Octobris.
10 m Ciblou.	INITIO Octobris eodem die, quo nouorum in Belgio Epiſcoporum incorporationes à Statibus per litteras caſſantur, Ioannes Auſtriacus in caſtris, diem clauſit extremum. qui dum viueret, in ſuis ſignis militaribus, crucem cum hac teſſera geſſit: IN HOC SIGNO VICI TVRCOS, IN HOC SIGNO VINCAM HAERETICOS. Succedit huic Alexander Farneſius Dux Parmenſis, cui in defectum Auſtriaci, quidam illud Reguli applicant, apud Eſaiam capite 14. quàm benè, tu lector, ex rebus poſtea geſtis, ipſemet iudica.	7 6 Octobris.
9 n Niuella.		
9 n Bins.	CONVERSA tum erat omnis vis copiarum Statuum, & Caſimiri imprimis, atq; Alenconij, ad oppida ſubiuganda, quibus poſſent facultatem comeatuum, regijs copijs intercludere, quæ partem vi ferri, partem per deditionem ſunt capta.	8 7 Octobris
9 n Mabeuge.	HINC eſt, quòd Matthias Illuſtriſſimus Archidux Auſtriæ, confirmatus viribus agriſque potitus, Gemblacum, Niuellamque: Dux Alenconius autem Binſium, & pleraque alia loca veluti Mabeuge etc. recuperauerunt. [8]	

Wie der Hertzog Alonci die Statt
BINS erobert.
Duc. de Alonson.



LOCA

DE ALEXANDRO FARNESIO, QVINCTAS POST DISCESSVM PHILIPPI REGIS VICES, GERENTE.

TEMPORA

21. 21. 4. 22. 15. 10. 4.

11 m Louaniũ.

HESIVS pòſt obitum D. Io. Auſtriaci ab ordinibus petens remunerationem rei benè geſtæ, tandem obtinuit, vt gubernationem ei donarent vrbis Louanienſis & Dieſt, ſi eas vrbes caperit. Eapropter ſperabatur, vnà cum Malecontentis eò venturus. verùm, vt Alenzonius a Ciuitatibus, quas ordines illi aſſignarunt, repulſam paſſus eſt, niſi proprijs eas ſuis viribus obtineret pro Statibus, ita & Hezius, à ſibi per ſtatus deſtinatis ciuitatibus, non fuit admiſſus. 1 21 Octobris.

AVRIACVS ducentis, vel vt alij dixerunt, octingentis ciuibus Antuerpienſibus concomitatus, Demremondam proficiſcitur, ad ſopiendòs motus inter Gandenſes & Malecontentos; & ad colloquendum cum Caſimiro, cui non admodum tùm temporis

11 l Dieſt.

cum eodem Auriaco conuenerat. Sed parùm efficere potuit. Quare multi de Auriaco conquerebantur, quòd cum tanto ordinũ exercitu, & tot factis expenſis belli nomine; nihil contrà hoſtem geſtum ſit. Sed excuſat ſe ob non ſolutem pecuniam à ſtatibus promiſſam: item, ob tardiorem Caſimiri aduentum, & alias, quas attulit rationes 3 Pagina 95

HINC ordinum à ſe inuicem diſſectio. Verùm ne perirent funditùs, & mutarent non dominum, ſed dominatum; incipiunt ſolicitare Imperatorem, de pace à ſuo Principe exoranda. Atque ita, vt filij Iſrael videbantur velle reuerti, et quærere Deum Dominum, & Dauid Regem ſuum, dicentes, Vadamus & reuertamur ad Regem noſtrum priorem, quia melius nobis erat tunc, quam nunc. Oſea 2. & 3.

9 l Dermód.

PONTIEEX vbi primùm iniectum eſt verbum de pace, miſit Baptiſtam Caſtagnam Antiſtitem ſummi ingenij, ad res Belgicas ad pacem ſolicitandas. Miſit & Imperatori pileum holoſericum, variis vnionibus foris exornatum, intus verò pretioſis pellibus ſuffultum, vnà cum gladio, cuius lata erat vagina, argentea quidem & deaurata. Eſt Ducis pileus, qui pro more à pontifice Principi alicui mitti ſolet. Veluti Albano in Belgium, de quo diximus, [3] tanquam fidei defenſori, & Principi Parmenſi de quo dicimus conſequenter. [4] 4 Pagina.

PHILIPPVS Hiſpaniarum Rex, vt citius, & ſine vllo impedimento, negotium de pace tranſigi poſſet. Vniuerſam quam poteſt authoritatem, Cæſari per litteras concedit, quibus ſignificant, ſe aquiſſimo & lubentiſſimo animo comprobaturum omnia, quæ in pacis concludenda negotio, per ipſum Cæſarem fuiſſent facta.

6 p Arras.

INTERIM non armis tantum ſed etiam ille coebris & blanditijs pugnabatur nihilominus in belgio, Adeò, vt Capres regulus, de quo ſuprà, profiteretur apud Parmenſem, nouum Belgij Gubernatorem, ſe Atrebatenſibus eſſe perſuaſurum, vt ad Regiam obedientiam peruenirent, ſi tantum ipſe Gubernator eius prouincia crearetur. Sedenim vbi Atrebatum Gubernator illuc acceſſiſſet, illique ingreſſuro Caprenſis partibus non fauentes reſtitiſſent, vt eundem admitterent (inter quos erat Goſon Conſiliarius à ſtatibus deputatus) excitatus eſt tumultus, ita, vt Regulus ille Capers, nulla re memorabili edita, [1] (niſi quod poſtea [2] Nicolaum illum Goſonium capite plecti curauerat) abſcedere coactus ſit. 2 26 Octobris.

ATR

ECHT

TEMPORA		LOCA
1 28 Octob.	AT quoniam frigora iam tàm acerba esse caperant, vt sub dio perferri omninò non possent, necesse fuit regijs, copijs quæ ad oppugnationem Mastrichij acceſſerant, [1] obsidionem soluere. Hostes interea siue totus exercitus statuum, Thenense oppidum, cum omnibus circum iacentibus pagis & villis occupant [3] putabantur profecturi Louanium, sed deflectentes, Levvumæ transeuntes, versus Buscumducis tendebant, vbi erant germani equites, qui, quòd in 7. mensibus nihil pecuniarum in solutionem recepissent, amplius seruire, vel statibus militare nolebant.	13 m Mastricht.
2 31 Octob.	CASIMIRVS Dux Gandani subsistens, ordinibus Antuerpiæ congregatis literas mittit, [2] etiam Archiduci Matthiæ, priusquã in Angliam proficiscereturvnde missus est Dauidsonius Legatus Reginæ a Statibus interpellatus propter Gandenses.	11 m Thienen.
3 1 Nouembris.	ALENCONIVS Dux etiam petit à statibus, [3] vt, quoniam acciretur in Galliam, neq; res magnoperè sua præsentia indigeret, liceret abscedere, quòd esset auxilia missurus, vel ipse venturus ad illorum defensionem, quoties ita res postularet, atque accitus fuisset. Missa sunt Legationes, & venia concessa, immortales gratiæ actæ. Postridiè declarantur [6] omnes illi, inimici, perfidi ac proditores publicæ quietis, qui Pacificationi Gandensi contrauenirent.	12 m Leuvve.
4 4 Nouembris.	HISPANIAE, Rex postquam per literas Alexandrum Farnesium Belgij Gubernatorem cumfirmasset Legatum, ad omnes Electores Imperij, Raymirum Guzmanum mittit qui tandem & Coloniam appellens, [7] iuit ad Truchsesium Archiepiscopum Colonienſem. Mississe dicebatur statum pòst suum aduentum, duos nuncios in Belgium, Parmensis Princeps quoque legationem Coloniam misit, qua transitum, & commeatum peteret pro precio, quòd esset ad oppidum Cherpanum obsidendum acceſſurus: illa enim ratione sibi videbatur commode hybernare posse. Illud verò, etsi fi intelligebatur à præfectis vrbanis, potiùs ad copiam commeatus, quàm ad expugnationem oppidi, per id tempus postulari: tamen concessum fuit.	12 k Bolduc.
5 11 Nouembris.		11 l Colonia.
6 12 Nouembris.	ET quia Vallones & Malecontenti, in Flandria comitatu, copias Gandenses coniunctis viribus inuadunt ad 2000 peditum equites 800. comisso prælio trusidant. Propterea, vbi Casimirus quoque, vt Alenconius, fuisset dimissus à statibus, cum Gandenses summũ Imperatorem, & suarum copiarum, & omnium Flandrorũ creant. Decernuntque habere in aperto, ad euitandas molestias, quæ inferebantur à Malecontentis, & ad vexandum hostem, quatuor equitum & decem peditum millia.	14 m Kerpen.
7 14 Nouembris.	DIMISERANT autem Satus (missis cum Instructione Commissarijs Maximiliano Tserarts & Friderico Svvartz) Ducem Casimirum, quia res ad pacem apparet inclinare, & quia iam recedendum esset in Hyberno, quòd tempus anni non amplius pateretur copias esse sub dio. Soluitur Casimiro à Gandensibus, præter 16000. libras, à Commissario Euervvin, 17000. libra per Thesaurarium Meinkens 2 2 894. libræ. 13. solidi, per Commissarium Triest 25154. libra solidi, per Contracenses 60000. libra Item 24000. libra præter 1500. libras Friderico Palatino solutas, à Statibus aliàs sibi non fuisse satisfactum conquestus est publico scripto; vndè paulò pòst in Angliam Casimirus, in Galliam verò Alenconius profectus est.	81 Ghendt:
8 19 Nouembris.		7 m Cortrick.

CONSILIVM.

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1578.

LOCA

TEMPORA

CONSILIVM *Parmenſis tum temporis fuit, vt obſidendo Carpenam, primùm hoſti comeatum auferat, deindè ſuum militem, mutatis caſtris, in aliena terra reficiat, & ad hybernandum diſtribuat; Carpena capta, eam muniat, munitæ præſidium imponat, quadringentorum peditum, & ducentorum equitum.*

15 m Kerpen.

CLIVENSIS *ei conceſſit, vt ad Embricam, vrbem ad Rhenum ſitam, hyemet. Ac porrò: vt altera ex parte Rheni ad Embricam excitet munitionem, procurandæ obſidioni Neomagi vrbis, & adiuuandæ; vt captis locis, quæ circum Lymburgum obtinet, & Carpena, & excitata illa munitione, cingat quaſi Traiectum & Venloum, obſeſſoſque Neomago, tentet Geldriam, per Catholicos ibidem diſſenſionibus euentilatis. Interim dum Malecontenti ordines in Flandria impediant, & Motta, ne ſubſidia ferant.*

13 g Neume.

1 19 Nouẽbrs

AVRIACVS, *quùm ordinum res confuſas eſſe videret; nec proditiones deeſſe; Catholicos multa moliri; ordines pacem procudere; totq; de Gubernatione eſſe ſententias: ſibi vicarium, ad res bellicas procurandas, & perficiendas delegit Lanouêum Britonem, clarum rei militaris, in bellis gallicis Hugonoticis, maximè Rupellanis ducem, ſibiq; 600. veteranos, qui ei ſubſint, conſcripſit. Cumque ſciret, ſe imparem ſuſtinendo bello vndiq; in Belgio (ferebatur enim, Regem habiturum tres exercitus, Vnum in Flandria, Alterum in Brabantia, Tertiũ in Gelria) capit eas vrbes Flandriæ, & Brabantiæ, quibus Hollandia & Zelandia cingitur: imprimis Antuerpiam; Gandauum, & Tenremundam. quas vrbes ac regiones paruo mundo, vulgari ſermone gallico his verbis comparare ſolebat.*

10 k Antuerpia.

8 l Gandauũ.

10 l Dermõde

Hollande & Zelande,
Anuers, Gand, & Dermonde,
Eſt ce pas vn beau petit mondẽ?

2 20 Nouẽbris

14 m Lymburg

Hoc eſt, Hollandia, Zelandia, Antuerpia, Gandauum & Denremonda, nonne exigatis ille, pulcherrimus orbis?

EXERCITVS *Parmenſis, circum Lymburgum, inhiabat Traiecto, quæ vrbs militaribus viris, omnium totius Belgij opportunißima Regi ad ducendum bellum. Præfectus arcem S. Seruatij incendit, & diruit, propter hoſtem; & vndiq; pagos incendit. Motta obſidebat vicum Vinoci, vulgò VVinocsberg, habebat tria millia florenorum, vt militem conſcribat. Hi quos tùm habuit, erant variarum nationum. Galli, Germani, Vallones, Flandri, & alij Belgæ.*

13 m Maſtricht.

5 m VVinocſberg.

STATVS, *quia res ad acerrimum bellum potius, quàm ad pacem ſpectare viderentur, ſummum peditum Ducem creant Montegnium regulum, qui cum omnium delictorum venia, ſibi à Mottæo Regis nomine proponeretur, non ſolùm nõ admiſit, ſed in eum impetum faciens, multos milites trucidauit.*

REGII *ad Moſam fluuium caſtramentati, decreuerant oppidum Venloum amplum obſidere, vbi erant in præſidijs duæ cohortes militum ſtatuum, parùm cum oppidanis conſentientes, illud vbi Status cognouiſſent, miſi ſunt ſubſidio 500. pedites ipſis cohortibus, quorum aduentu cognito à Regijs, per exploratores, iubent partem copiarum procedere; quare comiſſo prælio, ſubſidiaria copia proſligata, deletaque ſunt.*

14 h Venlo.

3 22 Nouẽbris

INTERIM *dum Vlæus comitis Hochſtrani frater ſtatuum nomine, oppugnat Dauẽtriam, Friſij contrà pacis Gandenſis fœdus, Religionem mutarunt, & Magiſtratus. non multò pòſt vrbẽ capit,* [1] *(non Caſimirus, vt quidam ſcribunt,) ſed Vlæus ille, dimiſſis præſidiarijs militibus Germanis ſaluis,* [3] *qui Regis nomine Dauentriam ſtrenuè defendentes hactenus tutati ſunt.*

14 c Dauentria.


DEVT

ER. den Staten ergeben. vnd die deutsche besatzung ausgezogen.
Mons de Vile

1578. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA — LOCA

1 24 Nouẽbris. *MISSVS est à Principe Auriaco cum quibusdam alijs Gandauum, Aldegundus; atque vt id, quod inabsolutum ibi reliquissent, Auriacus præsens absolueret, ipsemet eò profectus est.* [1] *Certissimus enim tum rumor spargebatur præsertim in aula Parmensis* [2] *Artheſienſes à Statibus velle deficere, Quod cum intellexisset Gubernator Parmensis, municionem, in qua per integram ferè Æstatem hæserat, cum toto suo exercitu vltrà Mosam, relinquens* [3] *simulat se Buscumducis oppidum aggressurum, cum reuera de Traiecto superiore cogitaret.*

2 26 Nouẽbris. *ORATOR Imperatoris, Comes Schwartzenburgius, sciens Ducem de Nouaterra Regis Philippi nomine venturum in Austriam, cum amplissimo Regis mandato, de pace cum subditis suis in præsentia Comissariorum ab Imperatore deputandorum tractandi: eumque breui Coloniam accessurum esse; Antuerpia apud Belgij ordines pacis negotium proposuit.* [4] *atque Imperatorio nomine promouit, nec non ita multò post ordinum consensu, etiam ad Parmensem Principem proficiscens Louanium venit.* [5] — 8 l Gandauũ

3 28 Nouẽbris.

4 1 Decemb. *MISIT quoque Rudolphus Imperator Coloniam, Philippum Baronem VVinneburgium Aulæ Cæsareæ Consilij præsidentem, & Comitem Nassouium; qui peterent à Colonienſi Magistratu eos omnes ejici Senatu, & ciuitate, qui essent Caluiniani; vel qui protestantes haberent conciones, & protestãtium religionem in ea ciuitate exercerent. Antequam hæc legati proponerent; cõceptum iam fuerat Edictum à Senatu, de pellendis ijs protestantibus, vel Caluinistis, imò iam editum, sed necdum promulgatum.* — 12 k Bolduc.

5 7 Decẽbr. *NOVVM præterea edictum vtriusque Religionis editur, Concordia Gandensium dicta,* [7] *procurante Auriaco Principe. Postridie eius diei, Octauius Gonzaga, cum parte exercitus regij, propè Lymburgum, Carpenam versus proficisci dicebatur,* [8] *vt eam, & cætera loca circumiacentia caperet, cum Christophori Mondragonio sibi adiuncto.* — 15 l Colonia.

6 10 Decẽb. *INTEREA dum Valones & Malecontenti cum ordinibus Gandensium, sub certis conditionibus conuenire, & reconciliationem tractare videntur; cum Regijs de se tradẽdo ijs, certis quoq; conditionibus, conuenunt.* [9] *de quibus alibi. Conditiones autem cum Gandensibus sunt. Primùm, Catholicus Gandaui sua Religio restituetur. Templumque Cathedrale Canonicis. Et tres ordines mendicantium præter Franciſcanos, quibus prædicatorum magis offensi fuerunt Gandenſes. II. Dimittent liberos, Nobiles, Gandauenſes, ipſi quos detinent. Tradentur pars custodia Duci Cliuensi, pars Archiepiscopo Colonienſi. III. Stipendia quæ ipsis debentur Vallonibus tota persoluentur, deductis tamen rapinis, quas in Flandria fecerunt. IIII. Restituent ordinibus & Flãdriæ omnia quæ occuparunt ijdem Vallones, loca. V. Et se ordinibus ijdem quoque contrà communem hostem coniungent, sub ijs tamen quos habent non alijs ducibus. VI. Firma manebit Religio Catholica, Hannonijs, Artheſijs, Tornacenſibus, Inſulenſibus, & cæteris Belgis omnibus, qui eam sequi volent; sic equidem, vt sint ab omni noua religionis exercitio liberi. Interim moritur* [9] *dominica ante diem natiuitatem Christi, Maximilianus ille Comes Boſſutius, vbi tum eram Antuerpiæ, paulò post* [10] *Alenconius in Franciam Condatore dijt Dictus est Boſſutius contraxisse morbum ex conuiuio, quo ab Arescotio Duce antea exceptus fuerat cum alijs.* — 14 m Kerpen.

7 16 Decẽb:

8 17 Decẽb.

9 21 Decẽb. — 10 k Antuerpia.

10 25 Decẽb.

MILITAVIT

ALEXANDRO FARNESIO LEONEM

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1579.

LOCA		TEMPORA
	MILITAVIT Ludouico Naſſouio Beilius, quidam nomine, Conſulis Traiectenſis filius, qui aſtu inuadit arcem Kerpenam, occupans munit eandem per integros tres menſes, & circùm vndiq; agrum diripit, & incendit, incendit praterea totum oppidum Kerpenſe, nequid hoſti ad vſum belli relinquat.	1 1 Ianuarij.
	PROPTEREA ſtatuerant [1] hanc obſidere regij, atq; vno eodemq; impetu, tribus locis cingere, vno eodem quoq; tempore, tribus ſimul locis, in eam aſſultum facere.	
13 m Maſtricht	INSTITVIT [1] interim Henricus 3 Rex Gallia, ad Religionis Catholica defenſionem ordinem equitũ Sancti Spiritus, actu ſolemni, cui tum aderant Apoſtolicus Nuncius Bandinus, & oratores Scotiæ ac Venetiarum.	
	ADVENERE Carpenam cum Chriſtophoro Mondragonio prafecto Lymburgi, & ditionum vltra Moſam, atq; Octauio Gonzaga, à Duce Parmenſi eò miſsis, primùm quadringenti pedites Hiſpani, & trecenti equites, dum Præſidiarij multi ex arce aliò abijſſent, ſic eis reditus præcluſus eſt. Beilius præfectus arcis, paludem non munierat. Arx igitur (eodem quo Colonia etiam audiebatur tormẽtorum ſonitus, poſtridie trium Regum) [3] XII. alij dicunt XVII. tormentis verberata atq; octo tandem hominũ millibus equitum ac peditum obſeſſa noctu capitur vno aſſultu, ſuſpenduntur XXX. retinetur Beilius, ad eundem diem, quo anno præterito Blehemium præfectum Regis Karpenſem ſtrangulauerat, vt ſic eodem tempore, eodem genere ſupplicij, atq; eodem loco ſuſpendio necaretur, quàm Blehemius, ad iniuſti ſuppendij rationem, infra annum ante ſupremi iudicis tribunal reddendam citauerat.	2 4 Ianuarij
14 n Lymburg		
	EODEM die confirmant ſtatus Arthefienſes Vnionem illam generalem, vnà cum Hannonienſibus, quã pridiè [2] trium regum antea, ad Status generales Belgij, Antuerpiæ congregatos, litteras dediſſent, pro redintegratione obſeruationis Pacificationis Gandauenſis factæ atq; ante biennium initæ.	3 7 Ianuarij
14 e Deuenter		
	RENNEBVRGIVS Comes, recepta Dauentria Tranſiſelana Vrbe primaria in fidem ordinum, Antuerpiam profectus, Ibidem magna omnium gratulatione accipitur, erat aũt præſidiariorũ interim Dauentriæ relictorum tanta inſolentia, vis & impietas, vt eos ciues diutius ferre non poſſent; quare ordines Tranſiſelani tum illic congregati, Renneburgio ſcribũt, [2] vt niſi ſuos periclitari velit, eos indè vocet, vrbem priſtinæ libertati reſtituat quod tandem obtinuerunt.	4 10 Ianuar.
11 m Louaniũ.		
	SCRIBVNT Imperatori ſtatus Belgij generales, inter cætera hiis verbis. [4] Et imprimis Maieſtatem tuam precamur, vt nos aduerſus factas inimicorum noſtrorum calumnias, apud Regem Catholicum Principem noſtrum clementiſſimum, fauore ſuo iuuare, & quo capit amore, proſequi dignetur. Sanctè Maieſtati tuæ affirmãtes & pollicentes, nos nunquam fuiſſe, nec eſſe nec fore alterius Sententiæ, quàm vt hic Catholica Sãcta Romana Eccleſia Religio colatur, & ſua Maieſtati regiæ ſemper cõſtet auctoritas, quod ſuperioribus noſtris literis Maieſtati tuæ candidè ſumus profeſſi, & imprimis cupimus eſſe perſuaſum &c. Quid aũt cũ Alenzonio interim tractauerint, ex prothocolli libro petatur, pagina 688. 689. 691. Reſpõdet nihilominus Imperator ordinibus, ac ſi ſcriptiſſent.	5 13 Ianuar.
10 k Antuerpia.		
8 Pagina 411		6 15 Ianuar.
	REVERTITVR paulò [5] pòſt Comes Schvvartzenburgius Imp: Legatus Louanio, à Principe Parmenſi, ad Status Antuerpiam, de pacis negotio ibidem facturus relationem.	
14 n Kerpen.	BEILIVS, qui cum duobus aliis hucuſq; reſeruatis nunquam ſe defendendi cogitationem amiſit, ſed pertinaciter, arcem immaniter verberantibus Regijs obſtitit, in hoſtis, quã ipſe extruxerat arcu porta ſtrangulatus eſt, alij arborum ramis quàm plurimi affixi ſunt, nq; circuitu ſuſpenſi. [6] Noueſienſibus exemplum præbentis, qui Neuenario comiti poſtea militarunt, de quibus ſuo loco. [8]	7 16 Ianuar.



Digitized by Google



1579. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

EMPORA		LOCA
1 0 Ianuarij.	De Schvvartzembvrgio comite narrabatur, quod cũ apud Parmensem de pace ageret, Parmensis respondérit, ordines pacem nolle, interceptas enim literas Aldegondi, ad quendam Senatorem Gandensem, quibus id probaretur.	8 l Gandauũ
2 1 Ianuarij	AVRIACVS cùm audiuisset Vallones consilia cum Matteo communicasse, ad denuò à Rege literas Madriti 10. Decembris anni prateriti ad Mottaum datas, eundemq; Mottaum Dunkerkio fuisse minatum vim & obsidionem, ni se dederent, multisque cum vibus secreta habuisse consilia; profectus in Flandriam Princeps, vt nutantes ciues confirmaret, atq; ne se dederent impediret, nouamq; vnionem procuraret; tandem per Termõdam redijt. [1] Antuerpiam.	5 l Dũckercken. 9 m Termond
3 12 Ianuar.	MELCHIOR quidam Schvvartzenburgius præfectus Traiectensis ad ordines [2] postridie scribit, vt subsidium contra hostem mittant. His verò propter Malecontentos ad modum perplexi, Traiectenses negligentes, interim multa hinc inde cum Alenzomo & Angliæ Regina tractant, quorum exitus posteà patebit:	13 m Mastricht
4 23 Ianuar.	RVMOR erat, Scotorum auxilia & Anglorum, statibus Belgicis ventura & esse iam conscripta; quorum caussa Casimirum, relicto Gandauo Brugas trãseuntem, in Angliam profectum [3] dicebant: Alij autem ea caussa in Angliam venisse Casimirum aiũt, vt Reginam de stipendiorum solutione vrgeret, qua eum in belgium vocasset, & qua, de ipsis præstandis, quantum tum audiebatur, fideiusserat, fuit in Anglia non minore pompa, & gratulationibus exceptus, quàm si Rex fuisset quispiã. Eadem magnificentia exceptus fuit posteà etiam Alenconius.	15 l Colonia.
5 25 Ianuar:		2 l Brugæ.
6 26 Ianuar.	COMES Nassouius Ioãnes, causa vnionis [4] Vltraiecti componendæ, venit sine Arnhemio. Contrà hunc Geldrenses supplicem libellũ exhibent vniuersis ordinibus Belgij petentes sibi dari alium Gubernatorem, quam eundem comitem; vt qui multa proponeret, & peteret, quæ contraria essent, & ex diametro pugnarent, cum Pacificatione ac fœdere Gandensi.	2 e Anglia
7 27 Ianuar.		13 f Arnhem.
8 28 Ianuarij.	HANNONIENSES aliiq; suæ Religionis, licet à generalitate se necdum apertè separauerint: querum tamen etiam literarum, à Statibus Antuerpiæ congregatis ad Imperatorem illis nescientibus scriptarum [5] occasione, ab illis discedere. Ferumq; Duacenses, Arthesij & Hannonij nouum quoddam fœdus, in quo præcipuè stipulantur mutuò se defensuros & seruaturos; nempe, Catholicam Religionem, & pacem Gandensem.	11 f Vtrecht.
9 29 Ianuar.	GANDENSES verò alterius Religionis, cum Principe in Vnionem Vltraiectinam, & nouum fœdus consensuri, commissionem, ac deputatos quosdam adhoc expediunt. [7] Publicantur articuli vnionis posterioris Auriaca, [8] & subscribuntur [9] postea etiam Gandensium nomine. Quatriduò postquam Imperator diem [6] indixisset conuentui Colonienſi, recepit [10] Archidux Matthias; à Rege Hispaniarum literas, eius manu exaratas, quibus scribit, vt rem pacis iuuet, atq; promoueat. Has literas ordinibus legendas exhibuit primùm, deindè Auriaco Principi. Videbantur magna ob eas Antuerpiæ signa lætitiæ ostensa.	6 p Douay.
10 30 Ianuar.		10 k Antuerpia.

HOC

ALEXANDRO FARNESIO LEONEM

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1579.

LOCA		TEMPORA
	HOC toto menſe, fœlicem expertus eſt fortunã, Parmenſis quieſcentibus enim ordinibus, diſceßit Ruremonda, exercitum traiecit trans Moſam. Ingreſſus eſt in Brabantiam Oppidum VVeert expugnauit in Campinia, & in arce 70. præſidiarios ſuſpendi iußit Ad Endhouiã deinde militatum eſt, periſſe ex ſtatibus ad 150 homines feruntur. Aliam quoq; arcem nactus eſt. Turnhout, vbi præcipui ordinum milites hiberna habebant, occupauit; quo ex loco Hiſpani ad Antuerpienſium portas vſque fecerunt excurſionem, vt infra dicetur. Continuerunt ſe in Ranſt propè Lyram. Herentalio, & Lyra, ſtatus maiora præſidia impoſuerunt.	
14 k Ruremód		1 1 Februarij
13 l VVeert.		
11 k Turnout.	ROBERTVS de Meleun vicecomes Gandenſis, & Odart de Capers ad ſollicitationem Mottæi in Bethuna oppido proteſtationem quandam ſubſcribunt [2] qua dicunt ſe perſiſtere in Pacificatione Gandenſi, & vnione generali, nec eas vnquam infringere velle. Quare, ſi Rex Haſpaniarum hanc vnionẽ et pacificationẽ vnà cum Edicto perpetuo, ratam habere vilit, atque manutenere, offerens videlicet hac vice, bonam pacem, cum aſſecuratione ſufficienti; promtamque dimiſionem Hiſpanorum, Italorum, Albanenſium, Sequanorũ, aliorumq; militum, prouincijs non acceptorum. Promittunt & iurant, ſe fideliter ſeruituros Regi, contrà omnes & quoſcunque velit, modo Rex conditiones etiam prædictas obſeruet; ſin minus, volunt vnà cum alijs prouincijs continuare bellum contrà Hiſpanos, & omnes eorum aſſeclas & adherentes; non parcentes hac in parte nec vitæ, nec bonis ſuis & facultatibus quibuſcunque. Quàm quidẽ proteſtationem Baro de Montigny, ſimiliter ſe ſubſcripturum promiſit, ſex dies poſtquam viderit eam, non ſolum manibus illorum duorum, verum etiam manu propria Mottæi, reciprocé quoque ſubſignatam. Quod ſi hoc non fecerit Mottæus, intrà præfixum terminum; Declarant Vicecomes & Capers, eundem inimicum; ac promittunt talem fore, cum quo poſthac directè neque indirectè quicquam tractare velint.	2 3 Februar.
11 k Herétals.		3 4 Februa.
10 l Lyra.		4 7 Februar:
5 n Bethune.		5 9 Februar.
13 e Geldria.		6 12 Februa.
14 f Zutphen.	POSTRIDIE Gandenſes etiam Auriaci vnionem nouiter factam, in Traiecti inferioris oppido, ſubſignando ratificante approbant [2] Poſtea Rex Hiſpaniarum literas mittit [4] ad Hannonienſes & Artheſienſes, quibus eos in gratiam recipens, laudat, quod alijs regionibus, ſuæ fidelitatis exemplum præbuerint, redeundi ad Maieſtatem ſuam, & fidem Catholicam Romanam continuandi. Auriacus autem, ne qui ſuas partes ſequerentur eas amitteret. Geldrenſes & Zutphanienſes quoque vnionem ſubſignare, eadem vel maiori diligentia fecit, [5] quàm Mottæus pro rege. Et quia Amorſfortij Vltraiectina vnioni ſubſcribere noluerunt, dicentes hanc acceptæ ab Auriaco ſatisfactioni ſuæ aduerſari, publico edicto ab Vltraiectenſibus, vbi eos in naſſam ſuam pertrahere non poſſent, hoſtes declarati ſunt. [6]	7 19 Februa:
11 f Vtrecht.		8 23 Februa:
12 f Amersfort		
13 g Neumegen.	NEOMAGI plebs, in ſummum templum infuſa, imagines frangunt. [9] Idem faciũt præſidiarij in Venlo. Vltima die huius menſis [10] cum proditio metueretur, porta Antuerpienſes toto die occluſa fuerunt, ipſi quoque ciues, multis diebus in armis fuerũt, & catenas, quas vidi, in plateis extendunt.	9 24 Februa
14 h Venlo.	MOTTAEVS ſubſignans proteſtationem tandem effecit, vt Hannonienſes, [7] & Artheſienſes, [8] cum Duacenſibus, ad ſtatus generales Antuerpiæ congregatos literas ſcriberent, regiarumque litterarum copiam tranſmitterent. Interea Dux Parmenſis, Moſa fluuio traiecto, & caſtro VVertenſi, vt dictum eſt, expugnato, cum vniuerſo exercitu, per totam Campiniam, ad mœnia vſque Antuerpienſia excurrit [11] ibique obuios ſibi milites in fugam conuertit; & equitatui Caſimiri 35. vexillorum ob non ſoluta ab ordinibus ſtipendia, abitum paranti, liberumque tranſitum petenti, diſcedendi licentiam concedit.	10 28 Februa:
10 k Antuerpia.		11 2 Martij.

ANTVERPIA.
Der Hispanischer Schantz

Duerne

1579. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA | LOCA

ATQVE ita, cùm ordinum milites Galli, Angli, & Scoti, numero trium millium in ſuburbio Antuerpienſi, quod Burgerholtz vulgò appellatur, ſeſe munijſſent, eos aggreßi ſunt Hiſpani, munitione que occupata, ad foßas vrbis vſque ipſas profligarunt, & ſuburbium incenderunt. [1] In hac velitationem quadringenti ceciderunt, Sepultus eſt Antuerpiæ poſtridiè [2] in templo primario Capitanius quidam, ex ijs, quos Auriacus è Ciuitate miſerat, noctè aduentum Hiſpanorum præcedente, qui in velitatione occubuerat. Tota nocte fuére tumultus, quòd Regij rediſſe crederentur. Fuit tùm Antuerpia, atque adiuti Parmenſem, pòſt reditum ab vrbe, omnibus viribus obſidionem Traiectenſem aggreſſum. Cui tamen ciues Traiectini, cum præſidiarijs militibus: non ſolum recuſarunt deditionem, verùm fortiter etiam reſtiterunt.

1 2 Martij. — 2 3 Martij. — 3 7 Martij. — 10 k Burgerholtz. — 13 m Maſtricht.

INTERIM Vltraiectini, partibus Auriaci arctiſſimè quoque adhærentes, contractis aliquod militibus, intempeſta nocte Amersfortium obſidere caperunt [3] Geldris, Holandiſque, ſuas etiam auxiliares copias ſubmittentibus. Et Gandenſes poſtridie eius diei, rurſus tumultuantur, ſacerdotem pontificium interficium, reliquos vrbe pellunt. Nobiles quatuordecim in carcerem conjciunt, quemadmodum fecerunt & Vltraiectini, qui portas ac mœnia Amersfortiana. maximis machinis cõcutientes, & frequentia ac grauitate icti pulueris conuellentes, ſolo adæquarunt; adeò vt, poſtquã Comes ille Naſſouius in caſtra veniſſet, [5] Amersfortij, ſeſe, certis tamen condicionibus, dedere coacti ſint. [6] Ex captis verò Amersfortij, fuerunt Conſul oppidi M. Gerardus Schadikius, Senatores, Antonius Brant & Ioannes VVeſtrenenſis, ex nobilibus, Otto ſanguinis Egmondanorum, etc.

4 8 Martij. — 5 9 Martij. — 6 10 Martij. — 7 12 Martij. — 12 e Amersfort. — 11 f Vtrecht.

PARMENSIS, vt ſtatus Antuerpiæ congregatos ad obſeruationem, Pacificationis Gandenſis, Vnionis ſubſecutæ, atq; Edicti perpetui alliceret, Religionig, Catholicæ Romanæ, atque obedientiæ Regis ſui ſubijceret, in hunc finem literas mittit [7] Antuerpiam. Verùm priuſquàm reſponderent, Motteum, qui ſimile quicquam cum Hannonienſibus & Artheſienſibus tentarat, Regis nomine hoſtem patriæ declararunt [8] pridiè, quàm dies [9] ille ſtatibus deſignatus expiraret, intrà quem reconciliandi Hannonij & Artheſij, ab ordinibus Antuerpiæ congregatis, reſponſum exſpectarunt.

8 14 Martij. — 9 15 Martij. — 81 Gandauú.

HISPANI milites Kerpenſes, miliari vno à Duſſeldorff, nauem cum mercibus populati ſunt, & nautas ſecum in arcem abduxerunt: [10] Eodem die, quo ab Imperatoria Maieſtate delecti Commiſſarijs mandatum (præter ſuperiora, quibus Imperator negotium Pacificationis vrgeret) vnà cum adiuncta illi conuenienti, ac plenaria Inſtructione mittabatur.

10 18 Martij. — 11 19 Martij. — 14 m Kerpen. — 15 n Duſſeldorp.

GALLI, Angli, Scoti, Antuerpiæ præfectos ſuos, ob non ſoluta ſtipendia, antè ades, in quibus ſtatus conuenire ſolent, aggrediuntur, ſed negotium abſque ſanguine dirimitur, [11] interuentu Guardiæ, quam vocant, ſiue cuſtodiæ Archiducis Matthiæ, & Auriaci. Niſi quod proditor ibi quidã, gladio paulò pòſt percuſſus fuerit [12] Iidem milites Angli & Galli, Antuerpiæ comprehendunt [14] Abbatem S. Michaëlis, & naui Anglicæ imponunt, ſed & ij liberatur, Auriaco interueniente, die tertia, poſtquàm Dux Parmenſis, capiſſet [13] magnis tormentis, concutere muros Traiectinos.

12 21 Martij. — 13 23 Martij. — 14 25 Martij. — 10 k Antuerpia.

IMPERATOR

ALEXANDRO FARNESIO LEONEM

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1579.

LOCA

TEMPORA

IMPERATOR Rhudolphus (miſertus proculdubio calamitate Belgarum (Electoribus Imperij, cæteriſque Commiſſarijs, mandat vt Dominica Lætare, Coloniam commigrantes ibidem conueniant, [1] atque amore boni publici, pacificationis negotium inchoent & ad optatum finem perducant. Paulò pòſt, Reuerendiſſimus Epiſcopus Attrebatenſis, cuius opera & Hypræ, & Inſulæ, & Duacum ſeſe Regi Hiſpaniarum ſaluis ſuis priuilegijs, & Catholica Religione reconſiliarunt, declarationem edit, [2] quoad articulos quoſdã literarum, à Principe Parmenſi miſſarum.

9 n Arras.

1
[2] 9 Martij

MITTVNT intera ordines Belgij, per quendam nomine Harengier, literas ad Alenconium Ducem, qui iam anteà relicto Condato, in Franciam redierat, quibus cauſas ad longum recenſent, [3] cur hactenus nullos deputatos miſerint, & ab eo tempore, quo belgium reliquerit, promiſſionibus, quod conuentiones & tractatus cum eo initos, non ſatisfecerint.

6 m Ypræ.

2
2 Aprilis:

IAM verò pollicentur, ſe firmiter permanſuros, in reſolutione ſatisfaciendi promiſſionibus ſuis, omni daturi occaſionem, quò ab illis, Duci Alenconio abundè ſatisfiat. Atq; ita omnia quæ inter illos & Alenconiũ conuenta, acta, & concluſa ſunt, denuò per eaſdem litteras renouant.

6 n Inſulæ.

3
3 Aprilis.

EODEM ferè tempore, cum ſummi pontificis Nuncio, Domino Ioanne Baptiſta Caſtaneo, Archiepiſcopo Roſſanenſi, ac domino Carolo ab Arragonia, Principe Caſtriueterani, Duce de Terrenoua, Regis Hiſpaniarum Legato, ſeu Mãdatario, ingreſſi ſunt [4] Electores Imperij, ab Imperatore deputati, ad componendas res bellicas, Coloniam veſperi, circa horam quintam & ſextam; cum poſtridiè [5] oppidum S. Odomari ſeſe Mottæi poteſtati nomine Regis Hiſpaniarum ſubiecerit, ab ordinibus deficiens. Protraxit Dominum de Montigny (de quo ſibi multum pollicebantur ordines Belgij) in ſuas partes Mottæus, ad quem Attrebatum conuenerat [6] idem Montignius, qui ab initio ſe nulla ratione ad hoc accomodare voluiſſe viſus eſt, vt ordines deſereret, quos tamen deſeruit tandem.

6 p Douay.

8 n Conde.

4
4 Aprilis.

5
5 Aprilis

REGVLVS ille Noueus, per integram noctem, acceleratè facit copias ſuas, ab oppido Nieuporti, vſque ad oppidum Dunckerke, obſeſſum à militibus Mottæi, quos de repentè ſuminò manè, aduritur & ita diſſipat, [7] vt magna pars anfugiens, Graueling æ ſe ſaluaret, Angli partim à Noueo ceſi, partim in Angliam, quemadmodum & Galli in Frãciam dimiſſi ſunt.

5 n SOmer.

6 l Nieuport.

6
6 Aprilis

PARMENSIS Princeps, vbi diebus aliquot muros traiectenſes tormentis grauiter concuſſiſſet, hoc die [8] expugnationem duobus locis aggreditur, cum triagermanorum militum vexilla, iam in vrbem peruenissent, repulſi omnes ferè ceciderunt. In reliquos inſultum facientes corona. Deiectum plumbum, item liquefactum, & oleum feruens, tanta vehementia effuſum, vt ad extremum retrocedere coacti fuerint, horum ad duo millia deſiderati fuere, puluis etiam in caſtris, neſcio quo caſu, accenſus, magno Hiſpanos militeſ damno effecit. Triduò antè, Capitaneus cum duodecim equis, Traiecto egreditur, & per omnes Hiſpanorum excubias, ſaluus euadens, Rhenum traieciſſe, & ad ordines peruenisſe ſcribitur.

5 l Dúkerck.

5 m Graueling a.

7
7 Aprilis

POST hanc ſtragem Parmenſis, montem congerit, & cuniculis duobus locis actis, vrbem aggreditur. Cæterum, vt rem paulò altius repetam, quoad huius vrbis obſidionem, progreſſumque obſidionis, ſciendum eſt, Quòd Alexander Farneſius, Dux Parmenſis, videns res ſuccedere ex ſententia, capit in animo cogitare, de expugnando Maſtrichio.

8
8 Aprilis

13 m Maſtricht

Digitized by Google

Digitized by Google

1579. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA | LOCA

1 8 Aprilis. — *QVARE non procul ab illa vrbe, tres pontes ſuper fluuium Moſam, iubet excitari, partemq; copiarum tranſmittit Ruremondam verſus, quæ in Menappiorum regionem intraret, omnemq; hoſtilem in modũ popularetur, cuius cõſilio cognito, Comes Naſſouius Ioannes, de quo paulò antea diximus, à Principibus Belgarum, auxilia per legationes, ad hoc impediendum poſtulat.* — 14 k Ruremõd

2 9 Aprilis. — *IPSE Parmenſis, ad Maſtrichium ſiue Traiectum Moſæ ſuperius obſidendum, cum reliquis copijs proficiſcitur: Eſt autem Maſtrichium (in quo nuper fui paulò antequam Coloniam huc veniſſem) vrbs ampla, & nobilis, in ripa Moſæ fluminis ſita, per quam Moſa delabitur, natura & arte munita, multiſq; nobilibus edificijs inſignis. Vbi Parmenſis caſtra non procul ab vrbe poſuiſſet, eaq; circumdediſſet foſſa & aggeribus militaribus, de nocte caſtrorum, occupauit non multò poſt occultum iter Bruxellanæ portæ, erigit propè propugnaculum editam plantiem, qua impediuntur milites, ne illo vtantur, capit tormenta in tres partes vrbi dirigere, quæ priùs fuerant explorata ad verberationem, cùm etiã viterius propugnaculi, vnà cum turriculis paterum, ad poſternenda latera defenſioni, quateretur.* — 13 m Maſtricht

3 10 Aprilis

4 11 Aprilis. — *PORRO, cùm non ſolũ, literis verùm etiam armis [2] à Parmenſi Antuerpienſes ſtatus ad pacẽ ſollicitarentur, tãdem confecerũt articulos in Colonienſibus comitijs proponendos nouemdecim. Quo eodem die litteras ad eoſdem ſtatus mittunt Artheſienſes Antuerpiã. Vbi & Archiducis Matthiæ nomine, cõmiſſio ad ſex dumtaxat hebdomadas reſtricta expeditur [3] pro deputatis ordinum nomine Coloniam profecturis. Eodem quoq; die Cæſarei Comiſſarij, peculiari, ac proprio nuncio, Antuerpiam ablegato, ſtatuum deputatis literas tranſferri curant, atque Imperatoris clementiſſimam voluntatem, & mandatum, ſimiliter Regij legati, vel Mandatarij aduentum ſeu præſentiam, ijs ſignificant, eoſq; admonent, at ſine longiore mora, ſeſe Coloniam conferãt, inſuper & Cæſarea Maieſtatis authoritate, ac nomine, ab ipſis ſubſcriptum, ac ſigillatum, ſaluum conductum tranſmittunt Comiſſarij. [4] Et ad amouendam omnem tergiuerſationis occaſionem tranſmittuntur & Gebhardi Truchſeſij Archiepiſcopi Colonienſis, & Cliuiæ, [5] Ducis nomine peculiares ſalui conductus, quos cum accepiſſent, Antuerpia diſcendentes videnti. [5] Promouetur etiam ex altera parte, pacis negotium, Montibus in Hannonia, vbi per Abbatem electum Sancti Vedaſti, nomine ſtatuum Artheſia in cõgregatione ordinum comitatus Hannoniæ, mens & ſententia proponitur [6] De quo conqueritur Auriacus, in litteris ſuis, ad Arſcotium Ducem ſcriptis [7] Antuerpia, illi ſignificans, quid nam Artheſienſes, ab ordinibus Antuerpiæ congregatis, fieri cupiant, ne ſcilicet Coloniam, ſed Atterbatũ potius, ſuos mittant deputatos. vbi Princeps Parmenſis citiùs quàm Legati Imperatoris Coloniæ, Pacificationi finem ſit impoſiturus. Addit præterea Princeps Auriacus, Dominum de Groenigen, miſſum fuiſſe ad Montigny um, vt prætextu literarum interceptarum, illum à Matina conuentione, ſi fieri poſſet diuerteret, atq; ad ſuas partes reuocaret.* — 10 k Antuerpia.

5 24 Aprilis

6 30 Aprilis — 6 p Arras.

7 2 Maij. — 9 n Mons.

8 4 Maij. — *APPVLERVNT, [8] non multò poſt literas à principe ſcriptas, Coloniam legati ordinum quos dixi, litteris Archiducis Matthiæ, & ſtatuum, vtrinq; muniti, Dux Arſcotius, Abbas S. Gertrudis, Abbas Marolenſis, Item Præpoſitus ille S. Bauonis Gandauu, Bucho Ayta, & Caſpar Theſaurarius Schetz, ac alijq; qui in literis Archiducis, ſtatuum ad Comiſſarios Imperatoris miſſas [5] nominibus ſuis exprimuntur.* — 15 l Colonia.

ALEXANDRO FARNESIO LEONEM

LOCA

TEMPORA

CONCLVDVNTVR interea articuli pacis inter Principem Parmenſem, & Hannonios, cum ſibi adhærentibus. [1] Acceptati & ſubſcripti à Comite Lalaimio [2] tanquam Hannoniæ præfecto. Paulò antequam Gebhardus Truchſeſius Electior Colonienſis ſolennem in vrbe Supplicationem Catholicã tùm Religionem inſigniter ſimilans inſtituiſſet, [4] Excitatur [3] occaſione proceſſionis, à Matthia Archiduce Antuerpiæ indictæ, horribilis tumultus, adeò, vt altera die abduceremur 4 nauigijs, Sacerdotes & Religioſi, numero ferè 150. clauſis vndique templis Antuerpiæ, quam vrbem & ego ſtatim relinquens, Mechliniam me cõtuli. Vbi milites contrà ciues, mirum quoque in modum graſſantur, ſed tandem, Domino, Guilielmo Merodio (qui Antuerpiam profectus eſt, ad Archiducem) mediante, electi dimiſſique ſunt, quos etiam vidi, ordine incedentes, cum Capitaneis ſuis, portam à vaccis appellatam, truculentam faciem oſtendentes, diſcedere [5] inter duodecimam & primam P. M. Egmundanus Comes interim, cum vexillis aliquot militum Bruxellas ingreditur [6] & vrbem occupat, ſed à ciuibus repulſus, exire coactus eſt. [7] Recipit Coloniæ Dux Terranouanus [8] ab Imperatore literas, quibus ſatis inſtanter requirit, vt ſuſpenſionem armorum apud Parmenſem vrgeat, quam ad pacis cõfectionem plurimùm momenti habere ratus eſt. Reſpondet Parmenſis Duci quidem Terranouano, ſed nihilominus oppugnationem Ciuitatis Traiectenſis continuat. Interea dũ [9] Alenzonius ordinibus ſe per literas inſinuans, eos à rege ſuo deficientes, ad ſe protrahit atque ad pacem Coloniæ perficiendam alienores reddit.

8 n Hãnonia. — 1 17 Maij.

10 k Anuerpia — 2 23 Maij.

10 l Mechlinia — 3 28 Maij

PORRO cæptum eſt, & leuibus prælijs, interdiu decertare. Sed enim cum tormenta viderentur viam ad ingreſſum oppidi Traiectenſis ſatis amplam aperuiſſe, inſtructæ ſunt acies ad inuadendum. Vbi datum eſt pugnæ ſignum, tympanaque frequentioribus ictibus pulſarentur, itum eſt magna alacritate per ruinas murorum, ſed defenſores minimè cedentes, inuadentium virtuti fortiſſimè reſiſtunt, pugnatur acerrimè, ſummaque pertinacia vtrinque, ad extremum Hiſpani, cum magna ſuorum clade, recedere coguntur, cum repetitus fuiſſet conatus. Paulò pòſt rurſus apparuit ſingularis virtus defenſorum, qui tamen, cognita promptitudine & pertinacia inuadentium, cùm ſemper fierent pauciores, modò in quibuſdam conatibus trucidatis, mittunt, vt ante Melchior præfectus ille Schwartzenburgius eos, qui peterent ſuppetias ab Auriaco: atque cum 3000 equitũ nuper ad ſtipendia fuiſſent conuocata, decernere videbatur ſecum, illos ſubſidio obſeſſis eſſe mittendos.

10 l Bruxella. — 4 31 Maij. — 5 1 Iuuij. — 6 4 Iunij. — 7 5 Iunij.

NON ceſſabat tamen Hiſpanarum copiarum induſtria, quæ conatibus, verberationibus, cuniculis, omnis generis oppugnatione, vrbem capere nitebatur, ſed omnia fiebant vana, propter vim defenſorum. Nam plura tribus millibus hominum è regijs copijs trucidata dicebantur in ipſis conatibus. Et quoniam pauca tormenta eſſent attracta, ad tã amplæ vrbis oppugnationem, in qua ſatis ingentia eſſent præſidia, quæ aduerſus vel paucas vel tardas verberationes poſſent præualidas reparationes, interius excitare, petita ſunt 20. bellica tormenta à Leodienſibus, quibus Leodio attractis, vbi facta eſſent magno impetu, ampliora ſpacia ad inuadendum, magna vi & alacritate virtutis, regij vrbem inuadunt.

15 l Colonia — 8 10 Iunij — 9 13 Iunij

12 m Leodium — 10 26 Iunij.

IVSSA ſunt enim præſidia finitimarum munitionũ, paucis exceptis, in caſtra (in quibus Parmenſis concluſos & ſubſcriptos Hannonienſium articulos, quos infra pagina 73. inſeremus, acceptat [13] & iurat) [14] conuenire, quò tantis viribus vrbs inuaderetur. Miſſa ſunt autem Leodio, non ſolùm tormenta, ſed 4000 etiam operarij, cum multo bellico apparatu, quibus viribus auctus, Parmenſis tandem pòſt quinque menſium obſidionem, Traiectum cæpit, atque pòſt diuturnum & cruentum prælium, vrbe demum potitus eſt [12]

13 m Maſtricht — 11 28 Iunij — 12 29 Iunij

Wie MAESTRICHT ingenommen vnd
Hertzog von Per


MAESE FLV.

1579. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA — LOCA

1 Iulij. *VBI auditum fuit Buſcoducci, captum fuiſſe Traiectum, Caluiniani tentarunt,* [1] *præſidium imponere, At Catholici certiores facti, occuparunt bellica tormenta, & locum vrbis accomodũ. Itaque inter eos ventum eſt ad manus, cæſi ſunt 170. Caluiniani, ex Catholicis cæſi 30. vulnerati 100. Poſtea* [3] *promulgatum eſt Edictum, liceret omnibus qui vellent abire, & cum vellent, redire, ſed tamen non liceret Lona extrà vrbem euehere.*

2 4 Iulij. *ORDINVM Legati Coloniæ ſcriptum exhibuerunt,* [2] *quo apertè declararunt: Status ea in deliberatione ſeu conſultatione verſari, Regi Hiſpaniarum, naturali ſuo domino, vt obedientiæ repudium renuncient, & Alenzonio Regis Galliarum fratri, cũ Regina Angliæ ſponſalitia tractanti, ſeſe vt ſubmittant, eumque pro domino ac defenſore arripiant ſi tractabilia media Coloniæ obtinere nequeant. Simul & quas idem Alenconius 13. Iunij ad ſtatus ſcripſerat, literas oſtentantes, idipſum innuere videbantur.* — 10 l VVillebruck.

3 7 Iulij. *CAESAREI Comiſſarij, ex Articulis à Duce de Terranoua ex vna, & à Statuum Legatis ex altera parte, exhibitis: medium quoddam genus articulorum Pacificationis XXIIII. numerò collegerunt: eoſque Statibus in Belgium, vnà cum litteris ad eos ſcriptis, tranſmiſerunt. Eodem die,* [5] *quo Mechlinienſes, à Statibus recedendi, atque ad Parmenſem Ducem accedendi, Regiſque oblatam gratiam acceptandi cauſas, ad ordines Antuerpiæ congregatos ſcriberent.*

4 18 Iulij

5 20 Iulij. *LOVANIENSIVM Præfectus Dominus de Lickes,* [6] *procurante id D. Petro Lupo, Carmelitarum ordinis Prouinciali, qui die octaua huius menſis Iulij, hoc nomine Louanium venerat) Mechlinienſes, Regis nomine in gratiam recipit. Atque vlterius proficiſcens,* [7] *Likes magno equitum Hiſpanorum, Italorum, aliorumque militum, quos vidi, numero ſtipatus, VVillebrucum occupans, Bruxellenſibus commeatum impedit. Hinc eſt, quod paulò poſt* [8] *Louanienſes ſolemni publica proceſſione, Deo gratias egerunt, beneficiorum Dei memores, qui vicinos ſuos Mechlinienſes inimicos, ad pacem conuerterit.* — 8 n Hãnonia.

6 25 Iulij.

7 28 Iulij.

8 2 Auguſti. *BVCODVCENSES declarant* [9] *literis ſuis, ſeſe Articulos, à Comiſſarijs Imperatoris miſſos, ſimpliciter admittere. Sed Brabantiæ Status conqueruntur,* [10] *quatriduo poſt per literas apud eoſdem Comiſſarios, de non conceſſis Inducijs, requiſitis à Duce de Terranona, promittunt tamen nihilominus, quantum in ſe fuerit, & præſens rerum ſtatus patetur, in comitijs ordinum Ducatus Brabantiæ, ſe negotium pacis promotu os eſſe. Generales quoque Status, ad Imperatoris quidem Comiſſarios ſcribunt, Coloniam Antuerpiã,* [11] *ſed necdum, an acceptare, vel non acceptare velint hos Articulos, declarant. Promptius autem videbantur procedere Hannonienſes, cum ſuis, in pacis negotio; quando Articulos ſuos, per Comitem Mansfeldium Regis nomine tanti, per ratificatos.* [12] *eue ſtigiò curant publicari.* [6] *eodem nimirum die, quo Tranſiſſelani, Comiſſarijs ijſdem ſententiam ſuam, quo ad præſentes Articulos, ſecundo tranſcribunt (vt antea 24. die Auguſti fecerunt) pollicentes ſe acceptaturos, quod Status Antuerpiæ cõgregati acceptauerint.* — 14 d Tranſiſiel

9 3 Septẽbr.

10 8 Septẽbr.

11 10 Septẽbr.

12 12 Septẽbr

13 13 Septẽbr.

14 16 Septẽb. *EXHIBENTVR Comiſſarijs Imperatoris, literæ Prætoris, Conſ: & ſenatus Ciuitatis Antuerpienſis, quibus die 4. Septembris oſtendunt, ſe recepiſſe literas Comiſſariorum, datas ad ſe nonis Auguſti, vnà cum Exemplaribus literarum, ab ordinibus Belgij ſcriptarum, & mediorum, capitumque pacis, ijſdem tranſmiſſorũ, ſeque interea dicta pacis media, & Articulos ſcripto comprehenſos examinaſſe, & cum reliquis membris ciuitatis contuliſſe, conceptamq; ſuperiùs Sententiam ſcripto complexos eſſe, eamq; paratam habere, exhibendam reliquarum prouinciarum & Ciuitatum legatis, vbi aduenerint. Scripſerũt* [14] *Comiſſarijs & Nouiomagenſes, excuſantes ſe, cur nõ reſponderint, quia Mandatum Archiducis Matthiæ, cum miſsis Articulis pacis, antè per graſſatores in via interceptum, nunc demùm miſſum, ſerius ad illorum manus peruenerit.* — 10 k Antuerpia.

VALECENENSES

ALEXANDRO FARNESIO LEONEM

VALENCENENSES autem, Commissarijs Cæsaris se Hannonienſium cum Parmenſi inita Pacificationis Articulos ſubſcripturos, per literas declarant eodem die, [1] quo Germani præſidiarij milites, à Statuũ copijs, duce Noueo, coacti ſunt munitionem VVillebruckenſem relinquere, quam anteà 28 Iulij Hiſpani occupabant ac poſtea mandante Parmenſi, præſidiarijs germanis conceſſer aut inde diſcedentes. 1 19 Septem.

7 n Valencen

VOCATVR [1] à Parmenſi Conſiliarius Finck & Dominus de Vaulx, Traiectũ ſuperiùs, quo cum veniſſent Colonia, tandem pacem ibidem quoque publicari facit. [4] Et quia Status Belgij Antuerpiæ congregati, in Reſolutione & ſententia ſua tranſmittenda ſuper Articulos pacis ad eos non ſemel directos, tardiores videbantur, ideo ab Imperatoris Comiſſarijs bini illis peremptorij termini, ad reſpondendum præſcribuntur: Primis [2] ad diem 18. Octobris, alter verò [3] ad vltimum eiuſdem menſis diem, quorum tamen vtrùmq; præterlabi ſiuerunt. Indè factum eſt, vt (cum etiam [5] Arhemenſes per literas declarant ſe mori malle, quàm præmiſſos articulos acceptare) re infecta Comiſſarij Cæſaris, negotio finem imponentes, [6] Receſſumq; partibus communicantes. Colonia diſceſſerint. Quemadmodum fecerunt & nuncius Apoſtolicus & Hiſpaniarum Regis Mandatarius, manentibus adhuc, ſatis diu, deputatis Statuum Coloniæ, qui nec ipſi quidem ad Status eoſdem redire, ſed Regis Hiſpaniarum partes poſtea ſequi, apud ſe magis conſtituerunt. Poſteaquam tantam apud Status fidem non obtinuiſſent, vt Mandatum illorum ad ſex ſeptimanas teſtrictum, prolongaretur vel debita in forma expediretur. Sunt autem Arnhemenſium uerba ad comiſſarios tranſmiſſa hæc quæ ſequuntur. 20 Septẽb

ARNHEMENSIVM PERTINACIA.

QVOD autem literis veſtris Colonia quinta die & rurſus viceſima nona Menſis Auguſti ad nos datis tam ſerò reſpondemus, cauſa alia non eſt, quàm quod ſtatuere prius nec potuimus, nec debuimus, quid ante conuentum Ordinum totius Geldriæ Ducatus, & Comitatus Zutphaniæ nunc hic celebratum reſpondendum eſſet, ſaluo fœdere cum alijs Prouincijs, & præcipuè cum vicinis Traiectenſibus & Hollandis ini, o. Quæ cauſa nemini non maximi eſſe momenti haud dubie videbitur. Quemadmodum enim ante omnia ex more & conſuetudine Maiorum cauendum eſt, vt Ordines huius Prouinciæ vnanimi conſenſu de cõditionibus pacis oblatæ deliberent, ne quiſquam eorum priuato, &, & præcipiti pacis deſiderio à communi conſilio vniuerſitatis diſcedere tentet, ita ſimul prouidere debemus, vt iuxta pacta conuenta in fœdere etiam cum confœderatis noſtra ſententia omnimodo conſentiat, nec alia expetatur pax, quam quæ communi Prouinciarum ſuffragio in vnum, eundemque finem cum ſtabili & perpetua Patriæ ſalute dirigatur. Quanquam enim non pauci ſunt, quorum animos præſens calamitas adeo excæcauit, vt qualemcunque, modo recus ſuis libere frui permittantur, non ſolliciti quid hoſtis porro machinetur, pacem omnibus modis exoptent, & petant: attamen qui ex nundinatione Albani, & Auſtriaci didicerunt, quam fides & Iuramentum noſtris præſtita venalia ſint Hiſpanis, certiſſimum Patriæ exitium denunciant, ſi caco iniquiſſimæ pacis deſiderio vinculum fœderis diſſolui patiamur. 3 26 Septẽb.

13 l Maſtricht.

Mechlen
Wie die Staten die gewaltige festung zu Villebrou
Die Seelandt


Brussels Poort
Mechelen

Digitized by Google

Digitized by Google

1579. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA

LOCA

QVARE non procul ab illa vrbe, tres pontes super fluuium Mosam, iubet excitari, partemq; copiarum transmittit Ruremondam versus, qua in Menappiorum regionem intraret, omnemq; hostilem in modũ popularetur, cuius cõsilio cognito, Comes Nassouius Ioannes, de quo paulò antea diximus, à Principibus Belgarum, auxilia per legationes, ad hoc impediendum postulat.

1 8 Aprilis.

14 k Ruremód

IPSE Parmensis, ad Mastrichium siue Traiectum Mosæ superius obsidendum, cum reliquis copijs proficiscitur: Est autem Mastrichium (in quo nuper fui paulò antequam Coloniam huc venissem) vrbs ampla, & nobilis, in ripa Mosæ fluminis sita, per quam Mosa delabitur, natura & arte munita, multisq; nobilibus ædificijs insignis. Vbi Parmensis castra non procul ab vrbe posuisset, eaq; circumdedisset fossis & aggeribus militaribus, de more castrorum, occupauit non multò post occultum iter Bruxellanæ porte, erigit propè propugnaculum editam planitiem, qua impediuntur milites, ne illo vrantur, capit tormenta in tres partes vrbi dirigere, quæ priùs fuerant explorata ad verberationem, cùm etiã vlterius propugnaculi, vnà cum turriculis paterum, ad posternenda latera defensionu, quateretur.

2 9 Aprilis.

13 m Mastricht

3 10 Aprilis

PORRO, cùm non solũ, literis verùm etiam armis [2] à Parmensi Antuerpienses status ad pacẽ sollicitarentur, tãdem confecerũt articulos in Colonienſibus comitijs proponendos nouemdecim. Quo eodem die litteras ad eosdem status mittunt Antheſienſes Antuerpiã. Vbi & Archiducis Matthiæ nomine, cõmiſsio ad ſex duntaxat hebdomadas reſtricta expeditur [3] pro deputatis ordinum nomine Coloniam profecturis. Eodem quoq; die Cæſarei Comiſſarij, peculiari, ac proprio nuncio, Antuerpiam ablegato, ſtatuum deputatis literas transferri curant, atque Imperatoris clementiſsimam voluntatem, & mandatum, ſimiliter Regij legati, vel Mandatarij aduentum ſeu præſentiam, ijs ſignificant, eoſq; admonent, at ſine longiore mora, ſeſe Coloniam conferãt, inſuper & Cæſarea Maieſtatis authoritate, ac nomine, ab ipſis ſubſcriptum, ac ſigillatum, ſaluum conductum tranſmittunt Comiſſarij. [4] Et ad amouendam omnem tergiuerſationis occaſionem tranſmittuntur & Gebhardi Truchſeſij Archiepiſcopi Colonienſis, & Cliuiæ, [5] Ducis nomine peculiares ſalui conductus, quos cum accepiſſent, Antuerpia diſcendentes videnti. [6] Promouetur etiam ex altera parte, pacis negotium, Montibus in Hannonia, vbi per Abbatem electum Sancti Vedaſti, nomine ſtatuum Antheſia in cõgregatione ordinum comitatus Hannoniæ, mens & ſententia proponitur [6] De quo conqueritur Auriacus, in litteris ſuis, ad Arſcotium Ducem ſcriptis [7] Antuerpia, illi ſignificans, quid nam Antheſienſes, ab ordinibus Antuerpiæ congregatis, fieri cupiant, ne ſcilicet Coloniam, ſed Atterbatũ potius, ſuos mittant deputatos. vbi Princeps Parmenſis citiùs quàm Legati Imperatoris Coloniæ, Pacificationi finem ſit impoſiturus. Addit præterea Princeps Auriacus, Dominum de Groenigen, miſſum fuiſſe ad Montignyum, vt prætextu literarum interceptarum, illum à Matrona conuentione, ſi fieri poſſet diuerteret, atq; ad ſuas partes reuocaret.

4 11 Aprilis.

10 k Antuerpia.

5 24 Aprilis

6 30 Aprilis

6 p Arras.

9 n Mons.

7 2 Maij.

APPVLERVNT, [8] non multò poſt literas à principe ſcriptas, Coloniam legati ordinum quos dixi, litteris Archiducis Matthiæ, & ſtatuum, vtrinq; muniti, Dux Arſcotius, Abbas S. Gertrudis, Abbas Marolenſis, Item Præpoſitus ille S. Bauonis Gandauu, Bucho Ayta, & Caſpar Theſaurarius Schetz, ac alijq; qui in literis Archiducis, ſtatuum ad Comiſſarios Imperatoris miſſas [9] nominibus ſuis exprimuntur.

8 4 Maij.

15 l Colonia.

LOCA		TEMPORA
	CONCLVDVNTVR interea articuli pacis inter Principem Parmenſem, & Hannonios, cum ſibi adhærentibus. [1] Acceptati & ſubſcripti à Comite Lalaimio [2] tanquam Hannoniæ præfecto. Paulò antequam Gebhardus Truchſeſius Electior Colonienſis ſolennem in vrbe Supplicationem Catholicã tùm Religionem inſigniter ſimilans inſtituiſſet, [4] Excitatur [3] occaſione proceſſionis, à Matthia Archiduce Antuerpiæ indicta, horribilis tumultus, adeò, vt altera die abducerentur [4] nauigijs, Sacerdotes & Religioſi, numero ferè 150. clauſis vndique templis Antuerpiæ, quam vrbem & ego ſtatim relinquens, Mechliniam me cõtuli. Vbi milites contrà ciues, mirum quoque in modum graſſantur, ſed tandem, Domino, Guilielmo Merodio (qui Antuerpiam profectus eſt, ad Archiducem) mediante, electi dimiſſique ſunt, quos etiam vidi, ordine incedentes, cum Capitaneis ſuis, portam à vaccis appellatam, truculentam faciem oſtendentes, diſcedere [5] inter duodecimam & primam P. M. Egmundanus Comes interim, cum vexillis aliquot militum Bruxellas ingreditur [6] & vrbem occupat, ſed à ciuibus repulſus, exire coactus eſt. [7] Recipit Coloniæ Dux Terranouanus [8] ab Imperatore literas, quibus ſatis inſtanter requirit, vt ſuſpenſionem armorum apud Parmenſem vrgeat, quam ad pacis cõfectionem plurimùm momenti habere ratus eſt. Reſpondet Parmenſis Duci quidem Terranouano, ſed nihilominus oppugnationem Ciuitatis Traiectenſis continuat. Interea dũ [9] Alenzonius ordinibus ſe per literas inſinuans, eos à rege ſuo deficientes, ad ſe protrahit atque ad pacem Coloniæ perficiendam alienores reddit.	1 17 Maij.
8 n Hãnonia.		
		2 23 Maij.
10 k Anuerpia		3 28 Maij
		4 31 Maij.
10 l Mechlinia	PORRO cæptum eſt, & leuibus prælijs, interdiu decertare. Sed enim cum tormenta viderentur viam ad ingreſſum oppidi Traiectenſis ſatis amplam aperuiſſe, inſtructæ ſunt acies ad inuadendum. Vbi datum eſt pugnæ ſignum, tympanaque frequentioribus ictibus pulſarentur, itum eſt magna alacritate per ruinas murorum, ſed defenſores minimè cedentes, inuadentium virtuti fortiſſimè reſiſtunt, pugnatur acerrimè, ſummaque pertinacia vtrinque, ad extremum Hiſpani, cum magna ſuorum clade, recedere coguntur, cum repetitus fuiſſet conatus. Paulò pòſt rurſus apparuit ſingularis virtus defenſorum, qui tamen, cognita promptitudine & pertinacia inuadentium, cùm ſemper fierent pauciores, modò in quibuſdam conatibus trucidatis, mittunt, vt ante Melchior præfectus ille Schvvartzenburgius eos, qui peterent ſuppetias ab Auriaco: atque cum 3000 equitũ nuper ad ſtipendia fuiſſent conuocata, decernere videbatur ſecum, illos ſubſidio obſeſſis eſſe mittendos.	5 1 Iuuij.
10 l Bruxella.		6 4 Iunij.
		7 5 Iunij.
15 l Colonia	NON ceſſabat tamen Hiſpanarum copiarum induſtria, quæ conatibus, verberationibus, cuniculis, omnis generis oppugnatione, vrbem capere nitebatur, ſed omnia fiebant vana, propter vim defenſorum. Nam plura tribus millibus hominum è regijs copijs trucidata dicebantur in ipſis conatibus. Et quoniam pauca tormenta eſſent attracta, ad tã amplæ vrbis oppugnationem, in qua ſatis ingentia eſſent præſidia, quæ aduerſus vel paucas vel tardas verberationes poſſent præualidas reparationes, interius excitare, petita ſunt 20. bellica tormenta à Leodienſibus, quibus Leodio attractis, vbi facta eſſent magno impetu, ampliora ſpacia ad inuadendum, magna vi & alacritate virtutis, regij vrbem inuadunt.	8 10 Iunij
		9 13 Iunij
12 m Leodium		10 26 Iunij.
	IVSSA ſunt enim præſidia finitimarum munitionũ, paucis exceptis, in caſtra (in quibus Parmenſis concluſos & ſubſcriptos Hannonienſium articulos, quos infra pagina 73. inſeremus, acceptat [12] & ratat) [11] conuenire, quò tantis viribus vrbs inuaderetur. Miſſa ſunt autem Leodio, non ſolùm tormenta, ſed 4000 etiam operarij, cum multo bellico apparatu, quibus viribus auctus, Parmenſis tandem, pòſt quinque menſium obſidionem, Traiectum cæpit, atque pòſt diuturnum & cruentum prælium, vrbe demum potitus eſt [12]	11 28 Iunij
13 m Maſtricht		12 29 Iunij

Wie MAESTRICHT ingenommen vnd
Hertzog von Per


MAESE FLV.

1579. TEMPORA

TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

LOCA

1 Iulij.

VBI auditum fuit Buscumduci, captum fuisse Traiectum, Caluiniani tentarunt, [1] præsidium imponere, At Catholici certiores facti, occupatum bellica tormenta, & locum vtibis accomodũ. Itaque inter eos ventum est ad manus, cæsi sunt 170 Caluiniani, ex Catholicis cæsi 30 vulnerati 100. Postea [3] promulgatum est Edictum, licere et omnibus qui vellent abire, & cum vellent, redire, sed tamen non licere bona extrà vrbem euehere.

2 4 Iulij.

ORDINVM Legati Coloniæ scriptum exhibuerunt, [2] quo apertè declararunt: Status ea in deliberatione seu consultatione versari, Regi Hispaniarum, naturali suo domino, vt obedientiæ repudium renuncient, & Alenzonio Regis Galliarum fratri, cũ Regina Angliæ sponsalitia tractanti, sese vt submittant, eumque pro domino ac defensore arripiant si tractabilia media Coloniæ obtinere nequeant. simul & quas idem Alenconius 13. Iunij ad Status scripserat, literas ostentantes, idipsum innuere videbantur

10 l VVillebruck.

3 7 Iulij.

CAESAREI Comissarij, ex Articulis à Duce de Terranoua ex vna, & à Statuum Legatis ex altera parte, exhibitis: medium quoddam genus articulorum Pacificationis XXIIII. numerò collegerunt: eosque Statibus in belgium, vnà cum litteris ad eos scriptis, transmiserunt. Eodem die, [5] quo Mechlinienses, à Statibus recedendi, atque ad Parmensem Ducem accedendi, Regisque oblatam gratiam acceptandi causas, ad ordines Antuerpiæ congregatos scriberent.

4 18 Iulij

5 20 Iulij.

LOVANIENSIVM Præfectus Dominus de Lickes, [6] procurante id D. Petro Iupo, Carmelitarum ordinis Prouinciali, qui die octaua huius mensis Iulij, hoc nomine Louanium venerat) Mechlinienses, Regis nomine in gratiam recipit. Atque vlterius proficiscens, [7] Likes magno equitum Hispanorum, Italorum, aliorumque militum, quos vidi, numero stipatus, VVillebrucum occupans, Bruxellensibus commeatum impedit. Hinc est, quod paulò post [8] Louanienses solemni publica processione, Deo gratias egerunt, beneficiorum Dei memores, qui vicinos suos Mechlinienses inimicos, ad pacem conuerterit.

8 n Hãnonia.

6 25 Iulij.

7 28 Iulij.

BVCODVCENSES declarant [9] literis suis, sese Articulos, à Comissarijs Imperatoris missos, simpliciter admittere. Sed Brabantiæ Status conqueruntur, [10] quatriduo post per literas apud eosdem Comissarios, de non concessis Inducijs, requisitis à Duce de Terranona, promittunt tamen nihilominus, quantum in se fuerit, & præsens rerum status patetur, in comitijs ordinum Ducatus Brabantiæ, se negotium pacis promoturos esse. Generales quoque Status, ad Imperatoris quidem Comissarios scribunt, Coloniam Antuerpiã, [11] sed necdum, an acceptare, vel non acceptare velint hos Articulos, declarant. Promptius autem videbantur procedere Hannonienses, cum suis in pacis negotio, quando Articulos suos, per Comitem Mansfeldium Regis nomine tanti per ratificatos, [12] eue stigiò curant publicari. [6] eodem nimirum die, quo Transsisselani, Comissarijs ijsdem sententiam suam, quo ad præsentes Articulos, secundo transcribunt (vt antea 24. die Augusti fecerunt) pollicentes se acceptaturos, quod Status Antuerpiæ cõgregati acceptauerint.

8 2 Augusti.

9 3 Septẽbr.

14 d Transsissel

10 8 Septẽbr.

11 10 Septẽbr.

EXHIBENTVR Comissarijs Imperatoris, litera Prætoris, Conss: & senatus Ciuitatis Antuerpiensis, quibus die 4. Septembris ostendunt, se recepisse literas Comissariorum datas ad se nonis Augusti, vnà cum Exemplaribus literarum, ab ordinibus Belgij scriptarum, & mediorum, capitumque pacis, ijsdem transmissorũ, seque interea dictæ pacis media, & Articulos scripto comprehensos examinasse, & cum reliquis membris ciuitatis contulisse, conceptamq, superiùs Sententiam scripto complexos esse, eamq, paratam habere, exhibendam reliquarum prouinciarum & Ciuitatum legatis, vbi aduenerint. Scripserũt [14] Comissarijs & Nouiomagenses, excusantes se, cur nõ respondérint, quia Mandatum Archiducis Matthiæ, cum missis Articulis pacis, antè per grassatores in via interceptum, nunc demùm missum, serius ad illorum manus peruenerit.

12 12 Septẽbr

13 13 Septẽbr.

10 k Antuerpia.

14 16 Septẽb.

VALECENENSES

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1583.

LOCA

TEMPOR

VALENCENENSES autem, Commissarijs Cæsaris se Hannonien sium cum Parmensi initæ Pacificationis Articulos subscripturos, per literas declarant eodem die, [1] quo Germani præsidiarij milites, à Statuũ copijs, duce Noueo, coacti sunt munitionem VVillebruckensem relinquere, quam anteà 28 Iulij Hispani occupabant ac postea mandante Parmensi, præsidiarijs germanis concesser aut inde discedentes.

I

19 Septen

7 n
Valencen

VOCATVR [1] à Parmensi Consiliarius Funck & Dominus de Vaulx, Traiectũ superiùs, quo cum venissent Colonia, tandem pacem ibidem quoque publicari facit. [4] Et quia Status Belgij Antuerpiæ congregati, in Resolutione & sententia sua transmittenda super Articulos pacis ad eos non semel directos, tardiores videbantur, ideo ab Imperatoris Comissarijs bini illis peremptorij termini, ad respondendum præscribuntur: Primis [2] ad diem 18. Octobris, alter verò [3] ad vltimum eiusdem mensis diem, quorum tamen vtrùmq; præterlabi siuerunt. Indè factum est, vt (cum etiam [5] Arhemenses per literas declarant se mori malle, quàm præmissos articulos acceptare) re infecta Comissarij Cæsaris, negotio finem imponentes, [6] Recessumq; partibus communicantes. Colonia discesserint. Quemadmodum fecerunt & nuncius Apostolicus & Hispaniarum Regis Mandatarius, manentibus adhuc, satis diu, deputatis Statuum Colonia, qui nec ipsi quidem ad Status eosdem redire, sed Regis Hispaniarum partes postea sequi, apud se magis constituerunt. Posteaquam tantam apud Status fidem non obtinuissent, vt Mandatum illorum ad sex septimanas testrictum, prolongaretur vel debita in forma expediretur. Sunt autem Arnhemensium uerta ad comissarios transmissa hæc quæ sequuntur.

20 Septẽ

ARNHEMENSIVM PERTINACIA.

QVOD autem literis vestris Colonia quinta die & rursus vicesima nona Mensis Augusti ad nos datis tam serò respondemus, causa alia non est, quàm quod statuere prius nec potuimus, nec debuimus, quid ante conuentum Ordinum totius Geldriæ Ducatus, & Comitatus Zutphaniæ nunc hic celebratum respondendum esset, saluo fœdere cum alijs Prouincijs, & præcipuè cum vicinis Traiectensibus & Hollandis ini, o. Quæ causa nemini non maximi esse momenti haud dubie videbitur. Quemadmodum enim ante omnia ex more & consuetudine Maiorum cauendum est, vt Ordines huius Prouinciæ vnanimi consensu de cõditionibus pacis oblatæ deliberent, ne quisquam eorum priuato, &, & præcipiti pacis desiderio à communi consilio vniuersitatis discedere tentet, ita simul prouidere debemus, vt iuxta pacta conuenta in fœdere etiam cum confœderatis nostra sententia omnimodo consentiat, nec alia expetatur pax, quam quæ communi Prouinciarum suffragio in vnum, eundemque finem cum stabili & perpetua Patriæ salute dirigatur. Quanquam enim non pauci sunt, quorum animos præsens calamitas adeo excæcauit, vt qualemcunque, modo recus suis libere frui permittantur, non solliciti quid hostis porro machinetur, pacem omnibus modis exoptent, & petant: attamen qui ex nundinatione Albani, & Austriaci didicerunt, quam fides & Iuramentum nostris præstita venalia sint Hispanis, certißimum Patriæ exitium denunciant, si cæco iniquißimæ pacis desiderio vinculum fœderis dissolui patiamur.

3

26 Septẽb

13 I
Mastricht.

Mechelen
Die Deele nar

Brussels Thorr
Mechelen

TEMPORA

LOCA

IDEO QVE vt diſſoluatur nihil non tentant Hiſpani, vtpote cum vnicam victoriæ ſpem in dilaceratione pridem benè vnitæ Belgicæ ponant, neque in alium ſcopum illos collimare hodie videamus.

1 1 Nouẽbr. QVOD euidentius patebit examinanti ipſas huius oblatæ Pacis conditiones, quæ non ſolum pacificationi Gandauenſi, & Edicto perpetuo, ab ipſo Rege ſolenniter approbatis & confirmatis, verumetiam iuri, & naturali æquitati contrariæ ſunt, vt viuis rationibus, vbi opus erit, demonſtrari poterit.

10 m Louaniũ.

IMPRIMIS verò ab omni naturali iudicio, & humanis rationibus alienum eſt, tam duram & intollerabilem legem innumeroſæ Eccleſiæ Religionis reformatæ præſcribere, vt relicta Patria, liberis, parentibus, cognatis, & paternis bonis, à Procuratore ſcilicet adminiſtrandis, in voluntariam erat in auxilium, diſſipanda per totam Europam, vbi fortaſſis nullum ſit tam amplum Regnum, quod hanc exulantium multitudinem hoſpitio velit excipere, aut ſi velit, capere poſſe videatur. Hæc diligenter expendenda, & examinanda nobis fuerant: imprimis verò cauendum, ne quæ dantur pacis leges omnia, quæ ad ſynceram Pacificationem ſtabiliendam hactenus impenſa ſunt, irrita faciant, noſque ſimul eluſos huiuſmodi pactorum tenore cum ſumma noſtra ignominia fruſtra tandem conquerantur.

2 2 Nouẽbr.

QVAMQVAM enim diuturno bello nos, vicinarumque Prouinciarum ſubditi ita attenuati ſumus, vt pacem tandem petere debeamus, tamen mori ſatius eſt, quàm tales pacis conditiones recipere, quæ Belgas in eas reducant angustias, vt qui bello vinci non potuerunt, eorum alij vxores, liberos, & omnia ſcientes, volentes Hiſpanis mox, vbi volent, redituris, aut ſaltem eorum Coniuratis ſubijciam, alij verò in exilium ſponte, Patria relicta, diſcedant.

PARMENSIS interim vt ex ſua parte pacis conditionibus ſatisfaceret, exteros vndique milites dimittit, ſicut antèa Auſtriacus, & præſertim Louanio Hiſpanos, [6] & Italos, [7] Hanonienſes verò & ſui, ne ipſi promiſſionibus deeſſe viderentur in locum dimiſſorum alios ſubſtituunt patriæ milites, quorum quidam ante [8] quidam pòſt, [9] eodem videlicet die, quo diſceſſerunt equites, noctu ingrediuntur Louanium vbi præſens, diſcedentes & accedentes milites ipſe tum vidi. Expectabatur interea etiam per Regem ipſum facienda [10] ratificatio, quòad articulos ab Hanonienſium & Artheſianſium prouincijs, ciuitatibus acceptatos, quos adſcribere vel ideò neceſſarium putaui, quòd horum Malecontenti, quos vocant, ſiue Regij, contrà pacem deteſtantes ſtatus, ſe bellum non iniuria pro pace reſtituenda, ſibi pollicerentur atque perſuadent. Sunt autem articuli tales.

3 13 Nouẽbr

8 n Hãnonia.

PRIMVM

Was gestalt CORTRYCK in Flanderen Von den Malcontens vberalt,
vnd ingenommen wurd.
Die Hall
Der herr von Pot- telberge
Gouernor voñ CORTRYCK
Die Scotten

Wie gestalt CORTRYCK in Flanderen von den Malcontens vbereilt, vnd vberumpelt wirdt.
Die Hall
Der herr von Pot- telberge Gouernor voñ CORTRYCK
Die Scotten

Digitized by Google

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

LOCA

TEMPORA 1580.

I.

PRIMVM, Decernimus vti tractatus Pacificationis Gandensis, Vnio, Edictum perpetuum et Ratificatio ex nostra parte subsecuta maneant in sua vi et pleno robore, vtque reipsa in omnibus suis punctis et Articulis effectui mandentur.

10 k Antuerpia.

II.

1 Ianuarij

ET vt melius restituatur confidentia nostrorum subditorum & mutetur in bonam vnionem & concordiam ad honorem Dei, conseruationem Religionis Catholicæ Apostolicæ, Romanæ. Obedientiam nobis debitam, simul etiam pro vtilitate & tranquillitate nostrarum ditionum concessimus & concedimus obliuionem perpetuam, ab vtraque parte, omnium eorum quæ dicta vel facta sunt, quocunque modo, ratione, aut casu, à tempore primorum motuum, & illorum causa: ita, vt nulli iudici, aut procuratori fisci, nec alijs liceat deinceps vlli homini ea exprobare, aut in aliquem ob ea inquirere, non magis quàm si nunquam accidissent, Statuentes vt in hunc finem omnes sententiæ, Decreta, & Arresta, pronunciata tàm in his ditionibus, quàm alys quibuscunque, quæ sub nostra iurisdictione sita sunt, causa motuum præteritorum aboleantur, & extinguantur radicitùs, ex registris, ad absolutionemque omnium eorum qui adhæserint vni aut alteri parti. Ad quem finem interdiximus & nihilominus interdicimus & inhibemus ex æquo, omnibus cuiuscunque gradus, qualitatis aut conditionis, ne quid exprobrent sibi mutuò occasione præteritorum, In qua obliuione non sunt comprehensi, communes inimici nostri, & dictarum reconciliatarum prouinciarum Exules relegati, vel in ius vocati, quod in aliquam ciuitatem conspirauerint.

16 d Lingen.

6 Pagina. 71.

2 9 Ianuarij

7. Pagina. 275.

3 31 Ianuarij

HOC Articulo per inimicos, intelliguntur ordinum non reconciliatorum milites, & præfecti quoque, qualis fuit Silesius Baro quidam, nomine Khurtzbach, qui, dum anno præterito essem Antuerpiæ, ibidem à Statibus soluenda sibi pacta stipendia exigens, tandem in pagum venit quendam, vbi propè arcem Lingensem, magno incensi per incuriam tormentarij pulueris impetu periit [1] extra suam patriam, in Silesiam tamen postea deuectus, Prouisvvici sepelitur. Cæterùm, per in ius vocatos, ex ijs quæ supra diximus, [6] patet, Auriacum inter cæteros notari, qui paulò post obitum Kurtzbachij Statibus eorundemque deputatis, singularem quandam rerum feciſſe [2] demonstrationem, dicitur. Præter Emanuelem Philibertum Sabaudiæ Ducem, Belgij quondam Gubernatorem defunctum, moritur [3] Reuerendissimus quoque, atque Serenissimus Henricus, Lusitaniæ Rex, & S. R. E. Cardinalis, qui Sebastiano succeſſit, de quo suprà, [7] Iam verò successorem habet Philippum Hispaniarum Regem, cuius Leonem Belgicum describimus, cuique se Antonius ille, ex Ludouico Regis nepos, opponere nunc conatur.

8 Pagina 59.

4 4 Februarij.

14 l Ach.

SVB aduentum Albani Ducis, vt antea diximus [8] non tam Auriacus Princeps, cæterique quamplurimi nobiles ac proceres, quàm etiam alij, cuiuscunque conditionis homines, è Belgio discesserunt, quorum, quia Aquisgrani sedem aliqui figentes, noua Religionis ibidem fundamenta fecerunt, vt, ad euitandos tumultus, in Belgio accidere solitos, Magistratus publicis edictis, [4] atque etiam de domo ad alteram factis insinuationibus, grauissima sub pœna vetuit, ne se quis suorum Ciuium, noue huiusmodi Religioni vel eius exercitio immisceat, eidemque contra mandatum adhærere temerè præsumat. Malecontenti autem, vt Articulos hos sequentes, ac precedentes, non verbis sed facto, reque ipsa confirmarent, Statibus inimicis suis, Cortracum oppidum adimunt, [5] idque hoc stratagemate, quod sequitur,

5 27 Februarij.

7m Cortrick.

Digitized by Google

1580. TEMPORA

TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

LOCA

FVERVNT Malecontentorum ex præcipuis quidam, hoſpitio excepti militeſ, in ædibus Scabini cuiuſdam, alij alijs in locis per ciuitatem ſeſe alidederunt, eouſque donec mane hora quinta per incendium domus ſub interſignis cuiusdam dati ſyno (omes Egmondanus ad portam Insulanam oppidi appropinquans militibus intrem teſtes, illis, qui Scotos excubias in porta & cuſtodias agentes, occiderunt, alijque cum militibus Scotis nimirum, quorum ad duo vexilla ciuitati erant impoſita Statuum nomine ſtetuiſſe defendentibus, ab hora quinta vſque ad nonam acerrime pugnarunt.

1 12 Martij. — 13 l Maſtricht

III.

RATVM quoque habuimus tamquam habemus (inquit Hiſpaniarum Rex) quicquid in dictis prouinciis recanciliatis prouiſum, collatum & conceſſum eſt, à Statis &, nepote noſtro Archiduce Matthia, ordinibus & concilio Status, quouſque ſcilicet poteſtas ordinaria noſtrorum Gubernatorum. Legatorum Generalium in Belgio noſtro ſeſe in hunc diem extendit. Et quamiis ad prouiſiones vobis ſpecialiter relegatas ad inſtantiam, ſupplicationem Statuũ eas ſimiliter confirmamus & confirmamus probamus vice, noſtri vobis confirmet perſonas eas, quibus prouiſo facta eſt, non eſſe Catholicas & vt decet qualitates ad obtinendã dictas prouiſiones, & munera exercendum, ea tamen lege, niſi reiugines Pacificationi Gandauenſi, Vtrech. Edicto perpetuo, iuribus, Priuilegijs & libertatibus Prouinciarum, tam in genere quam in ſpecie, exceptis nihilominus omnibus prouiſionibus quæ facta fuerunt à xxij Maij vſq; ad elapſi qua pro nullis habeantur nos, competentes etiam prouiſionibus (onctiuarum Status, ſecreti, et aratæ fuæ financiarum.

2 15 Martij. — 9 m Ninoua.

RX MORITVR, ſereniſſima, Maximiliani II imperatoris æterna memoriæ filia minorennis, Leonora Virgo in Bohemia. Prouiſcitur à paulo poſt Auuriacus à Rege per Gubernatorem ſuum. Alexandrum Farneſium in oppido Tirletti ſuperiaris Occupatur à ad motis ſcalis vrbi Ninoua, ab ordinib. Statuum Imperij, Lanoio Duce, Britone capitio in ea vice pro Egmondanis, qui poſtea Bruxellas mittuntur, Lanoius autem ad Archiducem Matthiam Antuerpiam profiſciscitur & vbi inter cæteros ſermone conuiuij, Hiſpanas à militia fugulantes laudaſſe audiebatur ac militaris prudentiſſimus, & experientia bellica peritiſſimus Achilea. Laborant 3 ſeruantes, triduo poſt, Anglia, Holandia, Zelandia & Flandria. etc.

3 30 Martij. — 6 Pagina 407.

DIXIMVS antea de Mechlinienſibus pauca quidem ſed tunc, quia 9 Aprilis huius anni in aduerſariorum ſuorum manus deuenerunt, rei cauſas paulo altius repetentes, quàm breuiſſime enarrabimus. Cum enim Antuerpiæ Mechlinienſes, vniuerſi per Principem Auriacum cum ſuis tria, Vltrajectini vt antea Amſtelodamienſes coacti, ſubſcripſiſſent 11 Aprilis, anni præterit, atque vidiſſent 28 Maij ſubſequentis, ex vniuerſa confuſionem potius, maximè apud Antuerpienſes eruatam ſibique vi vicinis à præſidiario milite ſuo ad hoc præparato, periculum Religionis nomine: Per Meridiem Dominum de Roycmburg 30 May ad Archiducem miſſes illos euocari, aliosque qui eſſent Catholici, in locum ſui ſtitui petunt (onſentit petitioni Archidux, eaconditione temen. ſi ſeptem ex præcipuis Mechlinienſibus Antuerpiam tanquam obſides effectuatioois loco mittant, per quos in arenti, ci m Hiſpanis nullum ſe vel in dirielle habituros tumores in vel ſecretam intelligentiam aliquam. Acceptam Mechlinienſes cordiuore mittuntque obſides 31 May, exeunt truci vultu incedentes milites tum die prima, vt dictum eſt, antea quo eodem die & momento quaſi poſt exitum, ſe repreſentabant Hiſpani cum Italis quibuſdam ante Ciuitatem Mechliniæ pulſantur Campana nec intermittuntur, reuertentes paulò poſt, hoc eſt 4 Iunij obtinent Campenhout caſtra metantur Mechliniam & Louanium.

4 3 Aprilis. — 10 k Antuerpia.

5 6 Aprilis. — 10 l Mechlinia.

ARCHIDVX

ALEXANDRO FARNESIO LEONEM

LOCA

TEMPORA

ARCHIDVX, vt Mechlinienſes in officio ac fide confirmaret, miſit 10. Iunij Commiſſarium Iohannem Carpreau, quem in carcerem conjciunt eueſtigiò, & cùm percepiſſent, Antuerpiæ pacem illam Religionis (vulgò RELIGIONSFRIDT appellatam) 12 Iunij publicatam, vidiſſentque Magiſtratum & præfectos Antuerpienſium militum ſuos quoque ad ſe legatos miſiſſe 21 Iunij, eodem die ſcilicet quo D. Lupus inſignem ad populum in templo S. Rumoldi oratiodem habuit, inter catera, de nec Hiſpanis nec Statibus admittendis, eloquentia ſingulari differens, quem & ego tum audiui concionantem.

10 k Antuerpia.

POSTRIDIE 22 Iunij inuitauit legatos ad cœnam Dominus Lupus, coſque liberaliter admodum tractat (in eum finem, vt cuidam Priori tùm me præſente dixerat) quò à potis; quid mente tractarent, citius ſermone expiſcaretur, ipſeque quid agendum Mechlinienſibus eſſet, velut ex vngue Leonem metiretur. Retinentur itaque ijdem quoque legati Mechliniæ. Adeò, vt 2 Iulij inſequente, neque Doctoris Sillæ appellati, per Archiducem pòſt Comiſſarium Carpreau ad eos cum certis quibuſdam Articulis, miſſi pepercerint, quin eundem arreſtatum, etiam ad crebram Archiducis requiſitionem, per literas factam, nequaquam remitterent.

INTERIM proficiſcitur Dominus Lupus Louanium, quo Iulij die octaua ad noctis crepuſculum peruenit. Gubernator Mechlinienſium Dominus de Burß, 12 Iulij ſuper reſponſo, quoad Articulos à Secretario Sillano Archiducis nomine propoſitos, reſolutionem per literas expetit. Scribuntur tandem hinc indè Ab Archiduce, Burſio, & à Mechlinienſibus literæ complures, diebus 13. 15. 16. 19. 20. 21. 24. & 25 Iulij. donec eodem die 25. Parmenſis per Louanienſium Gubernatorem, Dominum de Lykes militum cohortem ad defenſionem ſufficientem mitteret. Et Antuerpienſes cogerentur, vel inuiti, obſides à Mechlinienſibus miſſos, & Hannonienſium Comiſſarios deputatos, pro ijs quos Mechlinienſes ita per ordinem captiuos detinuerunt. 16. & 19 Auguſti commutare. Accedit Louanium D. Lupus 2. Septembris denuò. Paulò pòſt, hoc eſt 5. Septembris, Matthias Archidux Auſtriæ minatur per literas Mechlinienſibus, ſe publicum contrà eos promulgaturũ Edictum, ita vt, quia ipſi Status generales deſerere conantur, à vicinis præcipuè deſerantur, nociùs ad ſtatus reuertantur. Nihil id curant Mechlinienſes. Quibus poſtquam VVillebruckum recuperaſſet Archidux, ex compaßione, & comiſeratione quadam iterum ſcribit 9. die Nouembris. Sed reſcribunt 13. die eiuſdem menſis ijdem ſe nolle amplius literas, eius generis recipere, quin potius, vt decet, illarum latores corrigere atque punire. Neque enim poſſe Archiducem, illis ſecuritatem polliceri, cùm nec ipſe ſecurus ſit, nec fuerit, in illo præſertim, quem intelligunt, Antuerpienſi tumultu, de quo paulò ante mentio facta eſt.

10 l VVillebruck.

10 l Mechlinia.

2 6 Aprilis.

HANC itaque Archiducis, & ſuam iniuriam, vt vlciſceretur Carpreau, cum ſuis aſſeclis, ſub prætextu mutuæ communicationis commerciorum (de quibus tractabatur hoc anno 1580. menſe Ianuario, & Februario diebus 5. 8. 11. 13. 14. 17. 20. & 21 Februarij) effecerunt, vt Mechlinienſes, qui tum inopia quoque rerum ad victum neceſſariarum laborare cœperunt, tandem ineſcati, atque à ſuismetipſis ciuibus (quorum magnam copiam cum militibus egredientium vidi) deſerti, ne dicam traditi, in eam, quam ſequens figura repræſentat, calamitatem inciderint.

Wie die Statt MECHELN durch den Cornell vom Tempell, vnd dem Cornell
vnd ingenommen vnd wollt
Die Brussl
Pforr
Der Gouerneur von Mechelen
ninget hie die flucht

Digitized by Google

1580. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA | LOCA

SED perſequamur articulos ex gallico in latinum transfuſos, a quarto ad reliquos peruenientes.

IIII.

NEQVE inquirimus, (inquit Rex) vel inquiri curabimus, in quemcunque ob demolitionem arciũ, & munitionum ſiue fortalitiorum, eaq, non poterunt in prouinciis reconciliatis denuò ædificari, aut noua erigi, ſine expreſſo conſenſu Statuum cuiuſcunque Prouincia ſpecialiter

1 21 Aprilis.

V

9 n Mons.

ITEM concedimus, ſtatuimus, & ordinamus, vt omnes & ſinguli noſtri milites, Hiſpani, Itali, Albani, Burgundi, & alij quicunque extranei, non non grati Statibus hunc præſentem tractatum acceptatibus, diſcedant è noſtris inferioribus ditionibus ſiue Belgio, præſertim ex Ducatu Luxemburgi intra ſex hebdomadas proximas ab horum publicatione, aut citius ſi corpus exercitus, de quo infra dicetur, prius confici & erigi poterit, & quæ antè diſceſſum eorũ requiruntur, prius parata fuerint, Certè vt in omnem euentum diſdant intrà dictas ſex hebdomadas (quandoquidem dicti Status, promiſerint nobis diligentiſſimè cum delegatis noſtris ſine fraude curaturos, vt exercitus paratus ſit in diem diſceſſui exterorum præfinitum) & intrà ſex alteras hebdomadas ſequentes ex Burgundia, ita vt reuertendi in dictas prouincias inferiores aut Belgium, ipſis poteſtas adimatur, aut vlli alij induci poſſint, quamdiu externo bello, implicamur et Generaliter, niſi opus ſit, et vrgeat neceſſitas præfatis Statibus nota et probata, quemadmodum etiam dicti Status curabunt eâmet omnes Francos, Anglos, Scotos, et alios extraneos, vt in quos imperium et authoritatem habent.

2 26 Aprilis

VI.

14 I Ach.

IPSI quoque milites Hiſpani, Germani, Itali, Burgundi, et alij quicunque exeuntes ex arcibus et oppidis, cogentur relinquere omnem commeatum, tormenta bellica, Et omnem militarem apparatum, quantum ad tormenta bellica ex arcibus ſumta, reddentur et reſtituentur prima opportunitate, in locum vnde deſumpta ſunt, præcluſa omni licentia auehendi quòquã extra Prouincias, caſque arces et oppida cum dicto commeatu, et munitionibus ibidem exiſtentibus: nos commiſſuros, illas quidem quæ ſub Gubernatore Hannoniæ intrà viginti dies, à publicatione huius Edicti reliqua verò vbicunque ſita ſunt, intrà alios proximos viginti dies, hominibus indigenis inferiorum Prouinciarum ſiue Belgij qualificatis ſecundum eorum Priuilegia: gratis ſtatibus prouinciarum reconliatarum reſpectiue.

MORITVR Carolus Fuggarus Germanus (de quo diximus alibi, quàm Regi Hiſpaniarum fideliter ſeruierit) ex calculi doloribus, in Hannoniæ Montibus, alij Bouinæ oppido eum obiiſſe ſcribunt.

3 9 Maij.

AQVISGRANI, Ciues quidam nouæ Religionis, poſt multas ſecretò habitas conciones, tandem in publicum erumpentes, petunt per ſupplices libellos, cõſulibus porrectos, ſibi templa concedi, ad concionandum, et Religionem ſuo more exercendam: quarum vnam proteſtantium ſiue Auguſtanæ confeſſionis, alteram Eccleſiæ reformatæ intitulant. Et quia ex binis iiſdem conſulibus, vnus eorum religioni fauebat, res in tumultum euaſit, ciuitaſque in ſe diuiſa eſt.

7 n Cortracũ.

EODEM die quo Parmenſis Princeps Montium oppidum in Hannonia, centum equitibus ſtipatus, ingreſſus eſt, capitur Lanoius ille Brito: partim caduntur quindecim eius ſigna peditum, in Flandria prope Cortracum partim in fugam coniiciuntur à Maleſoutentis, de quorum acceptatis Articulis, ordinem perſequemur, à ſeptimo incipientes.

QVO

ALEXANDRO FARNESIO LEONEM

LOCA

TEMPORA

VII.

QVO tempore diſceſſus et abitus extraneorum pendente, nos cum dictis prouincijs reconciliatis, noſtris ſumptibus et expenſis, conficiemus exercitum ex indigenis Prouinciarum, et alijs qui nobis, ac ijſdem Prouincijs grati ſunt, ea tamen conditione, quòd præfata Prouincia nos ſuo ſubſidio iuuabunt, iuxta articulum viceſimũ ſubſequentẽ, ad tutandam Religionem Catholicam Romanam: et debitam nobis obedientiam: ex forma Pacificationis Gandauenſis, Vnionis, Edicti perpetui, et huius præſentis tractatus in omnibus ſuis articulis.

11 l Herentals

VIII.

MANDAMVS quoque Statibus et Gubernatoribus, tam Generalibus quam particularibus, concilijs et magiſtratibus Luxemburgicis et Burgundicis, manutenere, et non pati diminui, aut praiudicari in re vlla, edicto perpetuo, et huic tractatui, in vllis ſuis punctis articulis et circumſtantijs, item non permittere vllis militibus tranſitum aut ingreſſum, in præiudicium harum Prouinciarum, et de his omnibus præſtare iuſiurandum et inſtrumentum publicum idoneum, et ſufficiens, quemadmodum etiam Status reciprocè ex ſua parte facient ſuum debitum officium, ad eundem finem, vt commercia, et communicationes ſint tuta et libera, inter dictas prouincias ſicuti fuerunt præteritis temporibus, cum omni ſecuritate.

1 10 Aprilis.

3 Pagina 198.

IX.

VT omnes captiui vtrinque liberentur ſtatim poſt promulgationem præſentium literarum, quatenus erunt in ipſorum poteſtate, ſine vllo redemptionis precio.

X.

QVANTVM ad bona occupata, detenta, & contractata hinc indè à Pacificatione Gandenſi tàm in inferioribus noſtris Prouincijs, quàm in Burgundia & alibi, quilibet redibit ſtatim, in poſſeßionem bonorum ſuorum immobilium, mobilia verò recuperabit, quatenus non fuerint alienata, authoritate & mandato iudiciali, vel per Magiſtratus ad id coactos tumultu populari. In quibus comprehendentur bona captiuorum qui à Gandenſibus detinentur & alijs eiuſdem, factionis Quod ad reditus & onera ſuper ijſdem bonis, obſeruabuntur, qua diſpoſita ſunt 14 & 16 articulis [3] Pacificationis Gandauenſis, habito reſpectu ad diem natiuitatis Sancti Iohannis Baptiſtæ Anni 1579:

4 Pagina 199.

XI.

SVB tutela & manu noſtra tenuimus & manu etiamnum tenemus, omnes Gubernatores modernos Prouinciarum, vrbium, locorum, & caſtellorum reconciliatorum, conſtitutos antè diſceſſum quondam noſtri dilectißimi & clarißimi fratris D. Ioannis in oppidum Namurcenſe, Vti etiam illos, quibus prouiſum eſt de Gubernatoribus per mortem vacantibus. Sed quantum ad Gubernationes conſtitutas per modum proviſionis, propter captiuitatem & detentionem quorundam dominorum, illi commiſſi ad huiuſmodi gubernationes continuabuntur, vſque ad reſtitutionem et reditum dominorum captiuorum, ita tamen, vt ſi dicti captiui fortè moriantur, tùm prouideatur iuxta [4] Articulum 18.

2 8 Iunij.

12 l Dieſt.

POST Mechliniam, [1] in quam veniunt 400 Antuerpienſes, contrà Anglos et Scotos, ciuitatem depredantes, et pro præda ſeinuicem ad 100. vſque interficientes, capitur etiam Dieſthemium oppidum, ab Alonſo Hiſpano quodam Auriaco addictißimo: ita, vt admotis ad ciuitatis mœnia ſcalis, Galli, quos apud ſe habebat, per muros conſcendentes, portamque Sichemenſem aperientes, illi cum equitibus ſuis Herentalenſibus, aditum et ingreſſum in ciuitatem munirent, germanoſque præſidiarios omnes interficerent, [2] ciuibus tamen parcentes, quorum aliquos cum inimicis antea conſpiraſſe, dicebatur Louany, vbi tum præſens aderam,

DEIST.
Du port na Sichen
Capitein Allanen



1580. TEMPORA

TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

LOCA

PROMITTIMVS QVE (inquit Rex Hispaniarum) nullos exhis destituere qua tenus secuti fuerint partes Ordinum, duraruibus his motibus, et manutenuerint Religionem Catholicam Romanam, iuxta formam Pacificationis Gandauensis, Unionis postea insecutæ, et Edicti perpetui, nec faciant posthac quicquam quod præiudicium adferat huic præsenti tractationi et reconciliationi.

XII.

1 14 Iunij

ET ad maiorem securitatem ordinauimus & ordinamus iuxta formam 11 Articuli 4 Edicti perpetui, vt Status Prouinciarum reconciliatarum omnes constituti in dignitatibus Gubernatores, Magistratus, Ciues, & incolæ ciuitatum & pagorum vbi erunt in præsidio milites similiterque ijs milites, ac etiam incolæ ciuitatum & pagorum vbi non est præsidium, denique omnes alij in functionibus aliquibus, munere, vel officio militari, vel alio versantes, præstent iusiurandum se conseruaturos Religionem Catholicam Romanam, & debitam nobis obedientiam, iuxta dictam Pacificationem, Unionem postea subsecutam, Edictum perpetuum, & hunc præsentem tractatum, Et quod non recipient, mutabunt, vel admittent respectiue præsidium absque consensu Gubernatoris Generalis & Prouincialis, et consilio Statuum cuiusque Prouinciæ, aut ipsorum delegatorum sic quidem vt necessitate repentina ac graui vrgente dictus Gubernator Prouincialis prouideat fortalitijs, siue munitionibus, vbi solet habere præsidium militare, ita tamen, quibus vt milites vobis sint sacramento deuincti, nobisque militent in qualibet Prouincia.

4 Pagina 233

XIII.

2 15 Iunij.

PROMITTIMVS quoque non grauare, nec permittere grauari facere Ciuitates aut agros dictarum Prouinciarum reconciliatarum aliquo minore extraneo, vel indigena ussipsi met incolæ id exigerant belli aut periculi alicuius causa, aut solitum sit ibidem esse ab omni tempore, quo casu erunt præsidia ijs indigena Statibus grati & accepti.

79 Cameracú

XIIII.

VOLVMVS & statuimus, vt in omnibus ciuitatibus & pagis, vbi Magistratus extraordinarie renouati sunt ab exordio motuum, restituantur in integrum secundum consuetudinem & Priuilegia cuiusque loci obseruata tempore quondam inclytæ & gloriosæ memoriæ Imperatoris Caroli Domini & Patris nostri. Item vt res ita constituantur, vt dicti Magistratibus sua constet authoritas, illisque, vti decet pareatur: ne denuo in noua pericula recidatur.

CIRCVMFERVNTVR litera à Cardinali Granuellano ad Morillonium Præpositum perscripta, & vicissim ad Cardinalem ab Abbate Maroliensi, Consiliario regio Domino Christophoro Assonuillio, de quo alibi diximus. Quarum, quia ab illis excogitata positus, typisque tradita, mihi videntur, quàm vera argumenta referre hic supersedeo.

3 17 Iunij.

PRINCEPS Parmensis Exemplar Proscriptionis, nomine Regis Hispaniarum, contra Auriacum edite, Magistratibus quibusdam, ne illius ignorantiam prætendere, sed officio suo magis hac in parte satisfacere possint, transmittit. Quo ferè tempore, Cameracum per suasionibus Insij arcis Præfecti patrocinio se Ducis Alenconij permittit. Cuibus & Ecclesiasticis, qui in verba eiusdem iurare noluerunt, vrbe exactis.

5 Pagina 122.

PROMITTIMVS

ALEXANDRO FARNESIO LEONEM

LOCA

TEMPORA

XV.

PROMITTIMVS etiam (pergit Rex Hiſpaniarum) nos ſemper præfecturos Gubernationi generali Belgij noſtri, Principem vel Principiſſam noſtri ſanguinis, qui quaue dotes & qualitates, ad tam arduum munus neceſſarias, & de quo, vel de qua ſubditi iuſtam cauſam ſatisfactionis ſint habituri, vel ex omni ratione contentos ſe præbere debeant. Gubernabit cum omni iuſtitia & equitate ſecundum iura & conſuetudines dictarum Prouinciarum, iurabitque ſolenniter, ſe manutenturum Pacificationem Gandauenſem, Vnionem poſtea ſubſecutam, Edictum perpetuum, & hunc præſentem tractatum, in omnibus ſuis punctis & Articulis, & notanter Religionem Catholicam Romanam; nobiſque debitam obedientiam; præſignificabimusque dictis Statibus, vti ſoliti ſumus, aliquo tempore antè creationem dicti Gubernatoris, quem elegerimus. Volumus autem, vt nepos noſter Princeps Parmenſis, pro ſummo voto quod habemus antè omnia procurandi quietem & ſecuritatem ſubditorum noſtrorum, omni officio, & induſtria promoueat, & executioni mandet diſceſſum extraneorum, & reſtitutionem locorum, vtq; eodem tempore admittatur & recipiatur in Gubernatorem Generalem Belgij noſtri ad tempus 6. menſium, obſeruatis conſuetis. Et pro maiori ſatisfactione & confidentia noſtrorum Statuum & ſubditorum, habeat pro ſuis domeſticis indigenas prouinciarum & quàm minimum poterit extraneorum.

ET quo magis illis gratificemur, cupimus, vt numerus dictorum ſeruorum extraneorum non excedat 25. vel 30. quibus etiam extraneis non conferetur aliqua adminiſtratio negotiorum publicorum harum prouinciarum. Habiturus tamen eſt talem corporis cuſtodiam, quam alij Gubernatores, Principes vel Principiſſæ noſtri ſanguinis habere ſoliti ſunt, arcuariorum nempè & Halabardiferorum indigenarum ad id qualificatorum, cùm quo nempè Aoſtro, dicti Status ex hoc tempore mutuam communicationem habebunt. Ipſiq; ſignificabunt omnia quæ agentur & pertinebunt ad executionem eiuſdem tractatus, & quæ indè dependent. Fient quoque omnia edicta, mandata, prouiſiones, per nos & noſtro ſolumodo nomine, finitiq; prafatis 6. menſibus, caſu quo non prouiderimus dictæ Gubernationi, in perſonam eiuſdem Principis Parmenſis, aut alterius, qui qualitatibus ſupràdictis præditus ſit, eadem Gubernatio, ne quis tumultus, aut confuſio oriatur, adminiſtrabitur conſilium Statuum interea, dum expectabitur noua proniſio.

15 d Hardenberg.

1. 17 Iunij.

XVI.

QVOD quidem conſilium Status conſtituetur à nobis ex 12. viris noſtro arbitrio eligendis tàm proceribus & Nobilibus, quàm togatis, vt moris fuit, naturalibus harum Prouinciarum, ex quibus duæ tertiæ gratæ ſint ordinibus dictarum Prouinciarum & adhæſerũt ipſorum partibus ab exordio motuum vſque ad finem, quarum duarum tertiarum quinq; habebunt à nobis commiſſionem more ſolito, & tres reliquæ ſimplicem prouiſionem pro termino trium menſium, quibus elapſis eos poterimus, ſi ita nobis videbitur continuare, aut eligere ac conſtituere alios qualificatos, vt ſuprà, vt locus apertus relinquatur Prouinciis adhuc concilianda.

☞ DIXIMVS antea, 2 quomodo ordinum præſidiarij, ex quibuſdam oppidis conuolantes, Dieſthemio vallo & muro, appoſitis ſcalis ſuperato, potiti ſint, ciuibus quidẽ, verùm Eccleſiaſticorum ædibus, minimè parcentes, quin deriperent. Nunc videamus ex ſequenti pictura, quomodo copiæ Regis Hiſpaniarum, quæ ex magna parte Friſijs conſtabãt, traiecto Rheni flumine, patriam armis repetentes, obuiam Comitẽ de Hochenloe cum 22. vexillis peditum, & biſmille equitum, memorabili conflictu propè Hardenberg ſuperauerint, 1 caſis aduerſariorum 1500. cum de ſuis tamen 55. amiſiſſent. Hac pugna & obſidione liberati ſunt, & multa Friſiæ oppida, & propugnacula recepta.

Digitized by Google

XVII.

EX ſententia verò & concluſione maioris partis dictorum conſiliariorum, qui tenentur præſtare idipſum iuſiurandum, quod iam antè diximus, omnia expedientur, vt tempore dicti honoratiſſimi Domini & patris noſtri Imp. Caroli, & peculiari nota ſignabuntur, ab vno aliquo dictorum conſiliariorum; vt obuiam eatur malis ſæpius deprehenſis.

XVIII.

OMNIBVS Gubernationibus quas deinceps ad 6. vſq; annos proximos continget vacare in dicta prouincijs reconciliatis, precipuè præfectura militum, admouebimus naturales noſtrarum inferiorum Prouinciarum, aut extraneos tàm vnos quàm alteros Statibus dictarum Prouinciarum reſpectiuè gratos, capaces, idoneos, qualificatos ſecundum earũ Priuilegia. Quantum verò ad Conſilia noſtra, Secretum, Financiarum, & alia officia magni momenti attinet, ſimiliter promouebimus naturales prouinciarum, aut certè alios non naturales dictis Statibus gratos & acceptos, qui antequam recipiantur, tenebuntur iurare ſolenniter in verba huius tractatus, & medio iureiurando promittere, caſu quo deprehendant agi quicquam in eius præiudicium, de eo facere certiores Status prouinciarum ſub pœna periurij & infamiæ.

XIX.

RATIFICAVIMVS quoq; & ratificamus omnes conſtitutiones reddituum annuorum, penſiones & alias obligationes, ſecuritates & impoſitiones, quas dicti Status ex conſenſu ſingularum Prouinciarum reſtituerunt, & contraxerunt, conſtituent, & contrahent in eorum commodum, qui illis auxilio fuerunt vel pecuniam numerarunt neceſſarijs, & ſoluendo debita contracta cauſa belli & motuum præteritorum, iuxta Articulum 18. edicti perpetui. 10 k Antorff.

1 22. Iulij.

XX.

NEC onerabuntur in futurum vllis gabellis, contributionibus & impoſitionibus, aliter aut alia forma & ratione quàm onerabantur tempore & imperio quondam Domini & Patris noſtri Caroli V. & ex conſenſu Statuum cuiuſq; Prouincia reſpectiuè.

XXI.

OMNIA & ſingula Priuilegia, Vſus, Conſuetudines, tàm in genere quàm in ſpecie manutenebuntur, & ſi qua violata ſunt, reparabuntur & reſtituentur.

☞ *MITTVNTVR Legati à Statibus Belgij, ad Ducem Alenconium, quibus ſe, patriamq; ſuam Belgicam, certis conditionibus, abiurato Rege Hiſpaniarum, ipſi offerunt. Quare illuſtriſſimus Princeps, Matthias Archidux Auſtriæ, vocatis ad ſe Antuerpiæ deputatis Statuum, hæc illis, his verbis ſignificauit. 1 Quod (inquiens) ipſemet ad congregationem DD. Statuum Generalium non acceſſerim: ſed vos eorum Deputatos huc vocauerim, plurima, et quidem ad præſentem rerum ſtatum ſpectantes, non leues ſunt cauſæ, quas lubens prætereo. Quamobrem apud eos cupio eſſe excuſatus. Referre illis autem velitis, me non dubitare, Dominis Statibus optimè notum eſſe quemadmodum à quibuſdam Principibus vocatus, & poſtea ab omnibus generaliter conſentientibus votis acceptus, huc venerim, & in omnibus articulis 2 promiſſis meis ſatisfecerim, afflictiſq; & perturbatis rebus Reip. (omnibus poſtpoſitis) etiam cum vitæ diſcrimine me accommodauerim. id tantum dolens, me inuitis temporis non ijs viribus ſuffultum hactenus fuiſſe, quibus pulſis hinc has regiones ad priſtinam concordiam & quietem reducere potuerim, in quo tamen neq; voluntas mea, nec ſtudium vnquam defuit.*

CVM

LOCA

TEMPORA

CVM verò Status nunc hic conuenerint, vt vltimam manum proſpiciedo communi ſaluti harum afflictarum Prouinciarum adhibeant, meum non eſt vel ordinem illis præſcribere, vel vtilitati eorum me opponere: Sed tantum admonitos rogatoſque volo, ne antiquatis Rom: fœderibus, aliiſque ſummis obligationibus, ſe in exterorum ſubiectionem & periculoſam mutationem temerè coniiciant, præclaræ domus meæ Auſtriacæ fauorem ergà eos & amicitiam conſiderent, cuius cùm ſim membrum. Peto à D D. Statibus, vt quid in animo habeant ergà meam perſonam et domum, apertè declarent, quò deindè res meas & conſilia dirigere poſsim (& cum Status generales promiſsi ab iis non præſtiti admonens rogaſſet, tandem his verbis ita concludit) Cæterùm meam propenſam beneuolentiam & ſtudium illis offeretis. Exhibitum eſt hoc Archiducis Matthiæ ſcriptum à D. Principe De Eſpinoy nomine ſuæ Serenitatis, Ordinibus Belgij Antuerpiæ congregatis, Die 22. Iunij 1580 præſente Satnum Secretario Houfflin qui ſignauit.

15 1 Colonia.

1 31 Iulij.

DEFERUNTUR ad Parmenſem Principem interceptæ quædam literæ[1] per Auriacum ſcriptæ ad Ducem Alenconium Regis Galliæ Fratrem, quibus oblato illi Belgio, multis rationibus & argumentis eum inducere conatur, ad illud acceptandum, inque proprietatem ſibi aſſumendum: non obſtante Archiducis Matthiæ tanqnàm Gubernatoris præſentia, vtpote cui facili ita ſatisfieri poſſet, vt contentus Belgij adminiſtationem relinquere, in Auſtriam ſe iterum recipiat. Et quamuis Parmenſis literarum huiuſmodi viſionem omnibus, qui vellent, etiam edicto publico cõceſſerit, literæque typis excuſæ, & commentarij, neſcio à quo: in margine literarum gallicè illuſtratæ fuerint: negat tamen Auriacus in certis quibuſdam Apologiæ ſuæ annexis literis, has à ſe ſcriptas eſſe.

2 12 Auguſti.

IAM ad Status quod attinet Antuerpiæ congregatos, Illi inter 27. articulos & conditiones, quibus Alenconium, ſuum in dominum aſſumunt, vltimo loco ſic inferunt.[2]

11 n Namurcũ.

3 18 Auguſt.

PORRO cum Illuſtriſsimus Dominus, inquiunt, Archidux Auſtriæ, ad Gubernacula huius patriæ vocatus aduinerit, proque ſuo munere atque officio fideliter præſtito, ab ipſo Domino Alenconio ſeu Andegauenſi Duce prouidebitur, de melioribus quibuſdam medijs, quibus pro omni viciſsim rationabili compenſatione, Idem Dominus Archidux contenetur.

XXII.

DICTÆ prouinciæ reconciliæ tenebuntur renunciare omnibus obligationibus & fœderibus initis à principio mutationum & motuum præteritorum.

4 19 Auguſti.

XXIII.

ET quia Status ſentiunt ſe obligatos chariſsimæ ſorori noſtræ Sereniſsimæ Reginæ Angliæ, & Illuſtriſsimo Andegauenſium Duci Regis Chriſtianiſsimi fratri, ob ſuppetias, ab ijſdem acceptas, nos mittemus intrà duos menſes proximos ex eo tempore quo nepos noſter Princeps Parmenſis & Placentiæ ingreſſus fuerit Gubernationem, perſonam quandam idoneam ad præſtanda omnia humanitatis et gratitudinis officia, continuabitnrque confœderatio, & priſtina amicitia cum dicta ſorore noſtra reciprocè.

5 25 Auguſti.

POSTEAQUAM Namurci Hiſpaniarum Regis Catholici, Proſcriptionem contra Auriacum publicari iuſsiſſet [3] Parmenſis, & iam fuiſſet [4] publicata, conatur Idem & commemoratione quadam beneficiorum Imperatoris quondam Caroli V. collatorum in Cameracum: obſequiorumque à Cameracenſibus præſtitorum ſolitæ fidelitatis redreddere memores, & à Gallo reuocare ad Regem ſuum naturalem. Sed per literas, quibus id tentauit, [5] nihil efficit.

7 P Cameracũ

6 28 Auguſti.

ACCESSERE naues quædam Batauinæ, ſiue Hollandicæ cum milite, ad Coloniam vſque, Rhenum infeſtantes. Hinc eſt, quòd Electores illi quatuor, quorum ad Rhenum præcipua iuriſdictio eſt, militibus pariter & quatuordecim nauibus imperarent, [6] Rheni fluminis nauigationem ab omni infeſtatione huiuſmodi reddi ſecuram.


Reyser zeug vnd munition der vier Churfürsten bey Rhein, Colin, M


Trier vnd Pfaltz am 28 Augusti
Ao D. 1580

1580. TEMPORA

TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

LOCA

XXIIII.

ET ad augendum affectum & beneuolentiam, quam Principes debent ſubditis, & contrà, vt ſubditi magis inclinent ad veneration em & debitam obedientiam Principi ſuo naturali, Ipſi Status humillimè à nobis petierunt, & ſupplicarunt, vti prima occaſione & primo quoque tempore mittamus in Belgium vnum ex liberis noſtris, quem veriſimile ſit nobis ſucceſſurum in noſtras Prouincias, vt ibi educetur & inſtituatur iuxta morem ipſorum, in omni pietate & virtute, qua in re habebimus enm, quem oportet, reſpectum.

5 P Artheſia.

XXV.

CONSENTIMVS etiam, vt omnes Prouincia, Caſtella, Ciuitates, & perſonæ priuate Belgij, quæ volent reconciliari nobiſcum, iuxta formam & conditiones huius tractatus, à nobis id admittentur & gaudebunt eodem priuilegio, quo dictæ prouinciæ reconciliatæ, modo voluntariè eò deſcendant, intrà tres menſes poſt diſceſſum Hiſpanorum ex toto Belgio,

8 n Hánonia.

XXVI.

CONCESSIMVS quoque & concedimus dictis Statibus, vt poſſint ſupplicare ſuæ Sanctitati, noſtro chariſſimo & dilectiſſimo fratri, nepoti, & cognato noſtro, Imperatori, Archiepiſcopis Colonienſi & Treuirenſi, ac Duci Cliuenſi, tanquam Zelatoribus tranquillitatis Reipub: Chriſtianæ, vt dignentur operam dare, vt tractatus & pactum ità conuentum, in omnibus ſuis articulis effectum ſortiatur, impleatur, & in violatè obſeruetur.

1 19 Septembris.

10 g Hollãdia.

XXVII.

Si verò in executione & conſummatione huius Pacificationis, & quod eò pendet, oriatur aliqua difficultas & controuerſia definienda poſt publicationem eius. Nos & Status dictarum Prouinciarum reconciliatarum deputabimus Comiſſarios, qui omnia intelligãt, componant, & executioni mandent, interea hoc obſeruandum erit, quod per verba (grati Statibus) poſita in multis huius tractatus articulis, non excludentur indigenæ Belgij, qui adhæſeruut vni aut alteri parti contrahentium.

8 h Zelandia.

VT omnia & ſingula puncta & articuli ſupràſcripti, in noſtra ciuitate Atrebatenſi, 17 Maij, concepti, & in noſtro oppido Montenſi illuſtrati, repurgati & conſtituti, 12 Septembris, ritè obſeruentur, compleantur & executioni mandentur, vtque omnia, quæ iiſdem articulis continentur, ſint rata, firma, & perpetuò duratura, atque inuiolabilia manent, iuſſimus hanc præſentem tranſactionem à comite Mansfeldio, & alijs delegatis noſtris ſubſignari, & vna parte, & à Gubernatoribus ac delegatis prouinciarum, alijſque confœderatis, ex altera parte promittentes confirmare omnia literis noſtris patentibus, indebita, et conſueta forma, intrà tres menſes ab hodierno die.

5 P Atrebatũ.

ATQVE ſub his qutdem conditionibus Artheſienſes, Hannonienſes, Inſulenſes, Duacenſes, Orcheſienſes, Regi ſuo naturali reconciliantur: Alijs verò Conditionibus quas Alenconius acceptauit Brabantini, Holandi, Zelandi, Flandri, Mechlinienſes, Friſij etc. à Rege ſuo naturali deficiunt, atque ita Belgium miſerè in ſe diuiſum, maiori quàm antea nunquam, deſolationi exponitur.

9 n Montes.

SOLLICITAVIT

ALEXANDRO FARNESIO LEONEM

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1580.

LOCA		TEMPORA
7 p Cameracū	SOLLICITAVIT quidem Parmenſis Cameracenſes, vt dictum eſt, per literas verùm Alenconius plus apud eos effecit, quemadmodum ſatis apparet ex literis 13. 14. 16. & 19. huius menſis ſcriptis, non tantum ab Alenconio, [2] ſed etiam ab Aldegondo. [1]	1 24 Septēb.
15 l Kerpen.	GEORGIVS Lalainius Comes Rennenburgius, Gubernator Friſiæ, poſtquam vndecim peditum inſignia, quorum ad Carpenam arcem delectus habebatur, in Friſiam ablegata, in itinere ad Noueſium, ordinum militem in fugam coniecisſet, ac tandem copias Gubernatoris ita auxiſſent, vt inſigni potiretur victoria. De eadem quàmprimùm certiorem fecit Parmenſem Principem 13. huius menſis, qui acceptis literis [3] poſtridiè, eorundem participem facit [4] etiam Philippum Lalainium, Comitem, Gubernatorem ſiue præfectum Hamoniæ.	2 25 Septēb.
16 m Colonia.		3 27 Septēb.
11 u Namurcum.	INTERIM Dux Arſcotanus, qui legatus Coloniam miſſus, à Statibus Belgij, hactenus ibidem hæſit, ſatiùs eſſe ratus ſi relictis Statibus in Hannoniam ſeſe conferret, per Aquiſgranum ac Leodium, rectà tendit ad Duciſſam Parmenſem, Namurcum, vbi eum aduentantem, & poſtridie cum eadem Parmenſi prandentem vidi [5] dicebatur tum Niuellam à Regijs captam fuiſſe.	4 28 Septēb.
13 m Leodium		5 3 Octobr.
	NON multò pòſt, quàm relicto Namurco Leodium peruenisſem, [6] atque indè Traiectum vſque ad Moſam perrexiſſem [7] Regij milites Steinvvyckium obſidione cinguut [8] Accedit & Comes Rennebergius ad vrbem. [9] Interim Anna, Regina Hiſpaniæ, Philippi Regis coniunx chariſſima, moritur, [10] in Hiſpanijs, vbi nata eſt.	6 5 Octobr.
		7 7 Octobr.
		8 18 Octob.
13 l Maſtricht.	GVLIELMVS Hornius, D. de Heze, Gubernator Bruxellenſis, eouſque elatus, vt dum viueret, Ioannem Auſtriacum, Gubernatorem Regium vix agnoſceret: tandem læſæ Maieſtatis ac proditionis accuſatus, & conuictus, ſententiaque contrà illum pronuncciata condemnatus, [11] capite plectitur, [12] Querceti in Hannonia oppido, Queſnoy vulgò nuncupato.	9 25 Octob.
8 p Queſnoy.		10 28 Octob.
	CASPAR Schetus, eques auratus, dominus de Grobendonck, & Baro in VVeſenmal, Regis Catholici Ærarij Belgici præfectus Generalis, vir prudentiſſimus, in Hannoniæ montibus, placidè migrauit ex hac vita, [13]	11 7 Nouem.
9 n Montes		12 8 Nouem
	HIC Guiſardini Deſcriptionem Belgij, ſuis carminibus cohoneſtans, Anno 1559. tanquam vates quidam, cauſam ruinæ inferioris Germaniæ, præſenſiſſe videtur, inter cætera, his verſibus, dum Belgij ſumam admiratur properitatem optat, Talis longa queat durare in ſecula, nec ſe Creſcendo, dum vult vincere, ſortè cadat.	13 9 Nouem.
10 8 Delfft.		14 2 Decemb
	DVX Arſcotanus, cum ſecundò reliquiſſet Leodium, vbi aliquandiu apud Epiſcopum cum tota familia hæſit in aula, tandem Namurcum appulit, 14 poſtridiè fugantur Galli prope Cameracum. Aquenſes ab Imperatore nouitatum per literas inſimulati, ſeſe excuſare pollicentur 15 eodem die, quo Princeps Auriacus, in Holandia Delfis Apologiam ſuam Statibus exhibet, cum alijs literis, quibus Status reſpondentes, cauſam illius contrà Regem iuſtam pronunciant, 17 Cæduntur 16 propè Quæratrecht Gandenſes, Capiturque Montfortius Gubernator Hattemenſis, qui oppidum, vnà cum caſtro, regis poteſtati ſubijcere conatus, capite à Statibus plectitur,	15 13 Decem.
9 l Quata-trecht.		16 15 Decem.
		17 17 Decem
13 e Hattem.		18 18 Decem.

Wie HATTEM in Frieslandt aus, dem vornemen der
168

der Malcontente, erretter wirt

1580. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA

LOCA

Is enim contractu cum Regijs inito, noctu milites aliquot a Martino Schenckio missos in arcem recipit, portam occupat, & Hegemanū ordinum militiæ præfectum, cum præfecto Hacu & duobus Nobilibus, in diuersorio comprehensum, in arcem abduxit. Cæterum cùm militum numerus, minor, quàm qui expacto promissus erat, ciues portas recuperant, militesque vna cum Montfortio in arce obsident, ex omnibus vndique locis auxilia conuocantes, attractis ad castrum tormentis grauioribus, muros per aliquot dies verberant, Qui in arce erant, fortiter sese quidem defendebant. Sed quia sperata subsydia, nec a Reinneburgio, qui tum in oppidione Steenvvichia aberat, neque a Schenckio mittebantur, vanis Hegemanni captiui pollicitationibus corrupti, milites arcem dediderunt præfectumque Montfortium prodiderunt, qui capte plexus in quatuor partes diſſessus Arnhemi de terribus ac portis suspenditur.

1 26 Decembris. 13 f Arnhem.

VIDEBATVR Alenconio nequaquam conuenire, vt ad occupandas vicinorū ditiones conuolaret, cū propria domus arderet, decernit itaque res prius cōponi in Gallia oportere, quàm ad optinendum Belgium animū conuerteret, ad quam cum Rex propensus esse appareret, dicta sunt paulatim collecta fuisse 8000 peditū Gallorum & 600, equites ad fines Belgarum non procul à Samarobriga Malecontenti, qui iam oppidione ceperant denuò, post felices successus, eam vrbem premere, inito leui prælio cum Gallicis copijs, in fugam clade coguntur sese in Arthesiam finesque Attrebatum recipere.

p s Camera. cum.

2 28 Decembris.

COMPOSITAE sunt autem in Gallijs res in has conditiones I. Vt post publicationem Pacificationis amba factiones statim arma deponant, dimittantque omnes copias militares II. vt Hugonotti intra octauum diem à publicatione dimittant omnia præsidia vrbium quas tenent. III. Vt intrà alium octauum diem castella & vrbes spectantes ad Regem Camalrorum, & quæ capta sunt per bellum restituantur in pristinum statum præter munitionem portus Santonici quæ restituatur per Conditionem. IIII. Vt Cantaber Gubernatorem habeat Regis obseruantem V. Vt Hugonotti restituant omnes vrbes intrà duos menses pro pactionibus Anni 1576. VI. Vt Alenconius Princeps has pactiones exequatur VII. Vt omnes Magistratus seuerè & acriter animaduertant in repugnantes edicto pacis, vel impedientes eum conantes exequi VIII. Vt omnia Castella & vrbes spectantes ad Catholicos & priuatos vtriusque factionis siue Religionis restituantur suis dominis, cum ea libertate, qua prius & ante has molestias fruebantur. IX. Ne Religio Hugonottica palàm habeat conciones in locis Regi subditis. Quibus rebus ita compositis visa est res Gallica aliquantulum à grauibus diuturnisque molestijs respirare.

12 n Leodium

3 30 Decembris.

EPISCOPVS Leodiensis Gerardus Groesbeck Cardinalis Saluleti in saxum, vt dicitur, impegit, ex quo impetu vulnus quòd sclopeto emisso à se casu, recruduit, seseque aperuit. Et cum Dnus Arscotanus ad eum venisset, & paulò liberalius cum eo conuiuaretur, morbo correptus, Leodij obijt à die Innocentiū, 2 inter tertiam & quartam manè, vbi eum in lecto suis pontificalibus ornatum, mortuum vide, postea solemnibus adhibitis, in Ecclesiæ S. Lamberti sepulturæ commissum, [3] Agebat annum sexagesimum tertium, clymactericum scilicet, omnibus mortalibus fere periculosum. Eodem die, quo obijt per totam Ciuitatem Leodiensem fama statim peruolabat, de eligendo Duci Ernesto Bauaro, in successorem eiusdem.

13 m Maestricht

ALEXANDRO FARNESIO LEONEM

LOCA		TEMPORA
	COMES Bergenſis in partes Regis Hiſpaniarum tranſijt; occupata tamen ab ordinibus Berga. Lamoralius ſecundus Egmondani filius, qui Gandaui captiuus erat, trāſijt ad ordines. Traiecti proditio aliquot Ciuium eius vrbis & Leodij detecta quidem obſcurè. Sed admoniti præſidiarij, cuſtodias egerunt ſedulò dein: tumultuati propè ſunt propter ſtipendia, quæ ipſis cùm primùm dabantur.	
14 m Aquiſgranum.	PRINCEPS Parmenſis internuntios miſit Hollandis (ſicut antea 8. Septembris Bruxellenſibus qui ab ijs petant, vt pacem Gandenſem recipiant potius, quam bellum cum ſuo Rege, quem clementiſſimum ſint experturi, gerant. Itaq; declarent ea in re animum ſuum Regi.	1 3 Ianuarij.
	IMPERATOR receptis Aquenſium literis, 13. die Decembris præteriti menſis ſcriptis, reſpondet, [1] ſibi gratum eſſe admodum, quòd polliceantur ſe Catholicam Eccleſiæ Religionem obſeruaturos, ſeque dicit eos expectare, quos promittebant ſe miſſuros, qui excuſationem ſuam latius quàm per literas factum eſſet, extenderent. Paulò pòſt, Idem Imperator ſcribit [2] Aquenſibus, ſe Commiſſariorum Imperialium Relationem recepiſſe atq; ex illa, aliorumque literis, tantùm intellexiſſe, vt dubitet, num etiam Aquenſium excuſationes, tales ſint futuræ, vt pro innocentia illorum ſatisfaciant, cum contrariæ, quam Catholicæ Religionis homines, in ciuitate ſua foueant, nihilominus expectaret ſua Maieſtas mittendos, ita, vt interim tamen ſectarios quàmprimùm amoneant.	2 11 Ianuarij 3 24 Ianuar. 4 25 Ianuarij
10 g Delfft.		
	INGRESSVS eſt Leodij [3] Erneſtus Bauarus, Leodienſiũ futurus Epiſcopus, magno cum omnium applauſu & gratulatione populi, ac non multò poſt etiam comunibus totius Capituli votis, in ſummum S. Lamberti templum addictus, eligitur. [4] vidi eum & ingredientem & egredientem, cum adhuc eſſem Leodij.	5 26 Ianuar.
12 n Leodium.	PVBLICATVR in Gallijs pax, [5] vt Alenconio expeditior ad Belgium occupandum via præſtruatur. Et licet Montibus Tuba ſignificatum, vt ſi quis autographum Epiſtolæ, quæ nomine Auriaci ad Alenconium prodijt, videre velit, vt dictum eſt. illi liberum ſit: offert tamen Auriacus ſalium conductum, in eum finem, vt illi mittatur Epiſtola, & ſi compertum fuerit, hanc vel à ſe, vel ab alio ſe iubente, cõceptam vel ſcriptam eſſe: contentus eſt eueſt. giò Belgium relinquere ſeq; alò conferre, ſed hoc non cupiuerant ſtatus Belgici, coram quibus idipſum per literas obtulit.	6 30 Ianuar. 7 4 Februar.
13 c Steevvich	PAVLO pòſt mittit [7] Auriacus Proſcriptionem, cum Apologia ſua, & Statuum Belgij Sententia cõtra Regem Hiſpaniæ, ad omnes totius Chriſtianitatis Reges alios, ac Principes: vt appareat ſua innocentia, ſtatuumq; Belgicorum in Regem ac Principem ſuum naturalem animus. Qui quidem ſtatus eodem die triginta octo vexilla peditum & 600 equites ſubſidio mittunt, qui leuibus prælijs ſubindè cum Regijs Steenvvykum obſidentibus decertant, donec deindè, cum commeatus & miles in oppidum deductus eſſet, Regij obſidione ſoluta [8] tandem diſcederent [9] cum magna Auriacorum exultatione.	8 22 Februa. 9 23 Februa.

Steinwich nun ein geringe Statt
Dorn erlich in sich Frieslandt hatt
Belegert ich ein grosse weil,
Von der Mile Comme selbst viel

Da durch die Statt hatt grosse nott
Gelitten vnd mangel am brott
Drumb die Staten nit grosser macht
Halten zu gleich sich auf gemacht

Sein den belegerern
Vnd hilff vrmüdich
Zerrenet den feindt
Also erretet der Burg

belegert, Entsatzet ist worden.

La Ville de Steenwich qui nest pas vne des moindres de pays de frise, fut assegee par les Malcontens vne longue espace de temps par laquel les Bourgeois souffrirent grãde necessite et grãde famine dãs par la grace de dieu les Estats y allerent auxgrãde puissãce pour les secourir. de sorte que lesdits Malcontens furent chassez, dõtz auec grãde perte et confusion Et ainsi les pauures Bourgeois furent delliurez, de la main de leurs ennemis. 1581.

1581. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA		LOCA
1 6 Martij.	STEENVVICHIO liberate, præsidio, vt nonnulli querentur, ab inhonestè habito, ciuibus penè omnibus fame & peste morientibus, Snoius statim Volenhoam recuperauit: Angli, & Frisij Kuinder, Iemeram & Sloten receperunt.	13 c Volehoue
6 Martij.	CELEBRANtur [1] vigiliæ Exequiarum Gerardi à Grosbeck, Episcopi Leodiensis defuncti, qui vna cum Duce Cliuensi Commissarius ab Imperatore constitutus erat antea ad Pacificandas res Aquensium. Circa hac tempora Rex Philippus in Portugalia vndiq; magnificè excipitur. [2]	12 c Sloten.
2 7. 8. 9. 10. Martij.		15 k Cliuia.
	IMPERATOR denuò scribit Aquensibus, [3] vt obseruatis antiqua Religione Catholica, & Consuetudine assumendi in consilium suum Catholicos, omnem nouatam Religionem, cum exercitio eiusdem, è medio curent auferri, & interdici penitus, ne in posterùm, Sedes antiquæ Romanorum Regis, sub prætextu nouitatum huiusmodi inquietentur.	14 l Aquisgranum.
3 11 Martij.		
	SVPRA Cameracum cæsa fuere [4] a Malecontentis Francorum quadringenti equites, Insius Arcis præfectus, aliquot desideratis è suis, & manica ei amulsa, euasit. Facta est inhibitio Antuerpiæ, qua prohibitum est auctoritate ordinum, Auriaci, & Magistratus vrbis Antuerpiensis: ne quis Apologiam, quam Idem Auriacus contra Regem Philippum scripsit diuendat, sub pœna capitis & amissione bonorum. [5]	7 P Cameracũ
4 14 Martij.		7 n Valécenæ.
5 17 Martij.	PRINCIPIS Parmensis in castra profectus est, fuit Valencenis, Secum duxit quatuor maiora tormenta, & sclopeta. [6] Gandenses Meruillium oppidum ceperunt & incenderunt Montinius eos secutus est. Desperantes se illi pares fore; reliquerunt Meruillum. Id Montinius occupauit, aggeribusque munire cæpit. Gandenses, qui id deseruerũt, putarunt illum metuere, propterea statuerunt eum aggredi. Cuius rei factus certior Mõtinius, die Iouis summa manè sub horam quartam eos impetijt ex improuiso. Dicebantur illorũ cæsi circiter nongenti, equitum nempe maior pars: Lanoy gener in eo prælio cæsus scribitur, qui partium erat ordinum. Hic Montinij miles deinde Tornacum versus veniens, habuit quamplurima impedimenta, quæ egressis 400 equitibus vel circiter Tornaco, venerunt in ordinum potestatem, cæsis eorum ductoribus, præsertim Calonibus, Lixis, ac Propolis, qui castra sequi solent. Sed alij narrant Orchianum præsidium aduenisse, qui Tõrnacensibus hanc prædam militibus eripuerit. Inter impedimenta multus erat commeatus. Quidam qui sunt adfecti erga ordines, adferunt cæsa fuisse ac dissipata viginti tria Montinij signa. Contigit. [7] hoc leue prælium die paschæ. Traiecti ad Mosam detecta proditio. Captus signifer, qui ad eam, quinquaginta millium florenorum acceperat, distribuenda. Quæ pecunia, ab ancilla sub ceruical reperta, in lecto. Ductus est Montes, vt per quæstiones circumstantia intelligantur, interea haret Parmensis Duaci. [8]	6 m Meruil.
6 22 Martij.		7 m Tornacũ.
7 27 Martij.		7 n Orchies.
		9 n Montes.
8 31 Martij.		13 l Mastricht.
9 1 Aprilis.	AVRIAcus initio Aprilis Ambstelredamo cum coniuge venit & Snoium, arcem Stauerensem obsidere iussit, Ea deferebatur à nobili Reinero Dckema, & post longum longum obsidionem, ordinibusq; satis funestam, Germani, quod inerat præsidij infidelitate arx traditur.	12 m Luttich
		11 c Staueren

LEODII

ALEXANDRO FARNESIO LEONEM

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1580.

LOCA		TEMPORA
	LEODII Clerus, Nobilitas, oppida, & ferè omnia Ciuitatis collegia ſiue opificia quæ ſunt numero XXXII. (vulgò les trentedeux Meſtiers) conuenit & decernit: vt in ſubuentionem, rebus hoc rerum ſtatu neceſſarijs tuendæ ditioni: iam, in ſingulas Ceruiſij amas, quas vocant, duo ſtufferi Brabantici, in ſingulas vero vini externi. XXVIII. ſtufferi, ſoluendi imponerentur,	1 4 Aprilis.
13 m Leodium	DVM hoc Decretum de more ferretur & publicaretur Ceruiſiarij coctoris, ſubpplicibus libellis, & cõteſtationibus prouocationibusque intercedebant, ne fieret, ſeque opponebant. Vbi viderunt hoc ſibi non prodeſſe, imò verò Decretum executioni demandandum eſſe: illi opem opificij fabrorum implorant, quod numeroſiſſima plebe conſtet: Statim hoc opificium, neſcio quorum artibus incitatur, Duûmque Viri adiguntur, vt illorum hoc priuatum decretum, quo contributionis collatio denegatur, ex Ciuica pergula ſiue ex vmbone clangentibus tubis populo pralegeretur. Hac contributio conceſſa erat, recepto in Epiſcopũ Erneſto Bauaro.	2 15 Aprilis.
7 p Cameracũ	IMPERATOR denuò ſcribit Aquenſibus Praga, [1] Commiſſarijque ad pacandum illorum negocium à Maieſtate ſua decernuntur, [2] Erneſtus Epiſcopus Leodienſis. Dux Iuliacenſis, Philippus VVinneburgius & Philippus Naſſouius, Comites. Mittunt [3] tandem, indè ab initio dilatam, ad literas imperatorias reſponſionem, Aquenſes: ſeque quantum poſſunt, melioribus excuſare rationibus, conantur.	3 18 Aprilis.
		4 20 Aprilis
	SCRIBIT Alenconius Aldegondo [4] ex Cortras, & promittit intra diem 20. futuri menſis, ſe militem ſuum miſſurum, ad liberandum Cameracum, ab omni inimicorum oppreßione, quemadmodum id eſſet intellecturus latius, per Dominũ Bruneaux, quembreuj venturum dixerat. Rex Franciæ interim, videtur publicis Interdictis, [5] vndique per Regnum ſuum publicatis, fratris propoſitum velle impedire, [6] ne miles pro eodem conſcriberetur, ſed conſcriptus è veſtigiò diſſiparetur, executio autem nulla eſt ſubſecuta.	5 8 Maij.
14 l Aquiſgranum.		6 8 Maij.
	SCRIBIT Imperator Aquenſibus, recepiſſe literas illorum excuſationis, vnà cum rationibus, & oblationibus ſuis, Illis iniungit, [6] vt Comiſſarijs à ſua Maieſtate conſtitutis, in omnibus morem gerant, nihilque contra antiqua iura Aquenſium, vel Catholicam Religionem moliantur.	7 10 Maij.
	ALENCONIUS, ex Alenconio dat literas, [7] ad Status Belgij, ijs abundè omnia promittit, ſeque breui venturum, atque eos in priſtinam libertatem vindicaturum omniaque præſtiturum quæ promiſſet. Prolixè ſcribit etiam ad ſummum Franciæ Parlamentum, ſiue conſilium quod vocant Pariſienſe, ſuumque conatum in Belgium ab vtilitate atque honeſtate, cæteriſque medijs ad hoc excogitatis, commendat, [9] Regemque ad propoſitum hoc ſuum comprobandum induci ab illis expetit.	8 17 Maij. 26 Maij.
14 f Paris.		
	INVADUNT 1° Regij, Duce Domino de Altapenna, filio Barlemontij, Bredanum Principis Auriaci oppidum, quadraginta præſidiariorum militum, quĩ arcem tenebant, conſenſu, quos Inſij Cameracenſis arcis præfecti frater, ſtatuum eo loci captiuus, promißis ac pecunijs corruperat, quorũ inſtituum, cum exarce diſploſis tormẽtis, ciuibus innoteſceret, conſtanti ſeſe animo opponentes, ſtrenuè ab hora quarta matutina vſque ad octauam dimicarunt quidem, ſed viribus impares, deſideratis ex ſuis plus minus trecentis, victi tandem, hoſtibus cedunt, [11] qui magnam à captis Ciuibus nocti prædam, ingentes Bredæ pecunias, pro redemptione à Bradanis extorquent. Diſceßit diebus aliquot antè, indè Mauricius Auriaci filius. Parmenſis, ne à ſtatibus oppidum recuperari poſſet, mittit alij militibus in ſubſidium, octingentos pedites, & Epiſcopum Ruremundanum: qui collapſam ibidem Religionem Catholicam, cum Ieſuitis reſtauraret.	9 29 Maij.
11 h Breda.		10 28 Iunij.
		11 29 Iunij.


Wie die Statt BREDA Erobert vnd inge
41


arnen wirt

1580. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA

LOCA

AQVISGRANI populus, Catholicus duos Conſules è ſuis, Caluinianus etiam è ſuis eligit. [1] Catholici illi duo à Commiſſarijs Cæſaris, & Principum vicinorum, confirmati fuêre. [2] Caluiniani, quòd hæc Confirmatio ipſis diſpliceret, Inſtructionem

1 & mandata ab ijſdem Comiſſarijs petiêre. Denegarunt illi, quod Vrbis claues reddere iuberentur, nec præſtarent, immò ſeditiosè ſibi vſurpatas, retinerent. Habitus ab omnibus

26 Maij. ſijs tàm Catholicis quam alterius Religionis alijs conuentus, vt ſeditio ſedaretur. [3]

141 Aquiſgranum.

POSTRIDIE [4] Denuò à Commiſſarijs exhiberi mandata poſtularunt, ſed negata, hanc ob cauſam à Caluinianis intrà duodecimam & primam frequentur ad arma

2 concurrere viſum eſt. Cuius tum quidam Catholicus, filium armatum in fors, Vietorem,

27 Maij. deprehendens obiurgauit, eique, vt ad opus ſuum rediret, iuſſit, nec ſe ille turbis immiſceret Filius proteruè reſpondit, Pater commotus & minatus verberarique nixus eſt.

3

28 Maij. HAEC dum Caluiniani adſpicerent, illicò vicos Cathenis clauſerunt & forum, curiamque occuparunt, portaſque porrò, ac turres quæ pens ſe erant, & quas clauſerant, munierunt arctius, atque mutatſſera loco, galeris alham chartam adfixerunt. Macellum

4 eo die non patuit, nec templa, neque campana ſonuerunt, nec ſacra vlla facta, Propterea

29 Maij. Catholici arma, quibus ſe illis opponerent ſumpſere, caſus vnus, laſi plurimi, congreſſus fuit, quadam vrbis planicie dies dicta. Catholici autem vbi ſe domum recepiſſent, atque quietè continerent, & cauſam ſuam Commiſſariorum æquitati commendaſſent, tumultus ſub horã veſperi quintam aliquantulum compreſſerunt. Decima verò noctis hora Caluiniani quemlibet domi lucernam ſoris appendere edicto mandarunt, & ſedulas excubias egerunt, aduectis in forum bellicis maioribus tormentis. Deinde, [5] Nobiles aliquot

5 inter quos Ruland Per, & Bethouen apud vtroque De ineunda concordia verba fecerunt

30 Maij. obtinuêre, ex vtrique deputatos arbitros, qui Veſperi ſeſquiſexta quaſdam vrbis portas peregrinis egreſſuris, pecorique ingreſſuro, patefecerunt. Summo mane alterius diei, [6] Caluiniani, tormenta in forum ab ipſis inueſta, euexerunt, portaſque vrbis aperuerunt,

6 ſimulque cum Catholicis in Senatu conuenerunt, paſſim amantes pacis, vrbe exceſſe-

31 Maij. runt.

141 VVinſum

OBIIT paulò pòſt [7] Archiepiſcopus Treuirenſis, qui octiduum tantum decubuiſſe ſcribitur. Renneburgius ille Georgius Lalanus Gubernator Friſiæ Parmenſi ſcripſit [8] De felici ſucceſſu in Friſia ad Schaphalſtenſiel, à VVareſiel, VVetſum & VVinſum

7 loca ibidem obtenta.

3 Iunij.

FACTA eſt poſtea Triumphalis illa inauguratio, [9] Reuerendiſſimi Illuſtriſſimique Principis ac Domini, D. Erneſti Bauari, Epiſcopi Leodienſis. Cui interfuerunt.

8 Ferdinandus frater Epiſcopi, Dux Bauariæ, Gulielmus Dux Cliuiæ. Dux Areſcotij,

8 Iunij Marchio Badenus, Georgius Luchtenburgius, Princeps dius Chimanus. Dux Niuernæ, Comes Chriſtoporus Tengius, VVineburgius, cum multis alijs Commitibus ac Baronibus quos breuitatis cauſa prætereo, Carmen duntaxat ſubijciens, inaugurationis annum ac

12 n Leodium

9 diem continens

18 Iunij.

En VbI MarCeLLI ſoLennIs CIrCVLVs InſtaT,
Paſtor oVes Lætans tentat adIre ſVas.

ALEXANDRO FARNESIO LEONEM

LOCA

TEMPORA

14 l Aquiſgranum.

IMPERATOR cum intellexiſſet Aquenſes (non habito reſpectu literarum ad eos datarum à ſua Maieſtate) tumultus, vt antea dictum eſt, excitaſſe, remittit [1] illis quidem noxã, ea tamen conditione, vt poſthac nihil tale attentare præſumant, verùm omninò ſeſe conforment ijs, quæ antea ſcripta, & à Commiſſarijs cum illis acta ſunt, ſcilicet, vt Catholicam Religionem eamq; ſolam obſeruent. vt Catholicos qui ob huiuſmodi tumultus vrbe exceſſerunt, tam Eccleſiaſticos quam ſeculares fraterna charitate iterum amplectantur, contrariæ verò Religionis concionatores, alioſque ſeditioſos vrbe eijciant, ſicq; pacem ſecundum antiqua ſua priuilegia foueant, atq; intra 6. ſeptimanas ſuos in Aulam Cæſaream mittant, qui referant demonſtrentq; ad oculum, literis ſuæ Maieſtatis plenè fuiſſe ſatisfactum, tàm quo ad reſtitutionem Catholicorum, quàm quo ad ſeditioſorum eiectionem, idq; ſub pœna indignationis ſuæ Maieſtatis Cæſareæ euitanda, facere non omittant.

1 21 Iunij

10 f Hage.

2 10 Iulij.

4 e Deuenter

INTERCEDVNT Auguſtus Saxoniæ Dux, & Iohannes Georgius Marchio Brandeburgenſis apud Imperatorem, literis ſuis pro Aquenſibus, quorũ cauſam ſimul ſcripto tranſmittunt, non quod exiſtiment rem omninò, vt ſcripſerunt Aquenſes ſe ita habere, ſed vt Imperatoria Maieſtas indè caperet occaſionem, pro ſingulari qua predita eſſet prouidentia, cogitandi, ne dùm ſub prætextu Religionis tumultuarentur Aquenſes, alij quidam indè ſibi conentur Imperialem hanc ciuitatem ſubijcere, cum maximo totius imperij detrimento. Ad quod impediendum atque auertendum vterq; ſeſe Maieſtati ſuæ quam promptiſſimos obſequentiſſimosq; per literas offerunt [2] qua poſſunt reuerentia efflagitantes, Cæſarea eadem ſua Maieſtas, illis hoc non aliter quam in meliorem partem interpretari velit.

3 29 Iulij

13 d Campen.

14 d Svvol.

CONCEPERVNT in Haga Comitis Holandiæ Status, abiurationis formulam omnibus ſibi adhærentibus & adhæſuris proponendam, de verbo ad verbum ex Flandrico idiomate ita translatam, Ego N. Iuro me poſthac nequaquam reſpecturum Regem Hiſpaniarũ, aut ei obedientiam præſtiturum, vel eundem etiam pro Principe ac Domino meo agnituru, Vt quem rependio, omnibuſque quibus illi aliquando quocunque modo tenebar obligationibus renuntio. Atq; ita his nexibus abſolutus, de nouo promitto iuroque, me Statibus Belgij vnitis illis, nominatim verò in Prouincijs Brabantiæ, Geldriæ, Flandriæ, Hollandiæ, Zelandiæ. etc. eorumque aſſociatis ſimul atque Magiſtratibus ac ſuperioribus per eos conſtitutis fidelem fore, obedientiam, auxilium & aſſiſtentiam pro poſſe contra Hiſpaniarum Regem, illique adhærentes, & alios quoſcunque patriæ hoſtes, præſtando, non ſecus ac decet fideles patriæ dictarum Prouinciarum incolas ac ſubditos ſuperioribus ſuis Magiſtratibus obedire, tam verè quàm me omnipotens Deus adiuuet.

4 2 Auguſti.

15 e Ghoer.

7 p Cameracũ

Statim poſt [4] hanc formulam, Regij contrà abiurantes inſigni potiuntur victoria, dum Ghoer oppidum occupant, Conſuleſque Campenſem, Zuolenſem ac Dauentrienſem, cum infinitis ferè alijs capiunt. Obtinet autem ex altera parte, Dux [5] Alenconius ad Cameracum ciuitatem quondam imperij, quæ à Regijs diu fuerat obſeſſa, inſignem quoque victoriam.

5 18 Auguſti


Wie der Hertzog Alens on die Statt CA MERE


MERCH. Grouiandeart entzetz vnd erobert


Veu der Herrzog Alens on the Staat CA MERIC


D. Verwandlung entzetzt vnd erobert

TEMPORA		LOCA
1 7 Auguſti.	RESPONDET Imperator [1] duobus illis Electoribus, de quibus ſupra, qui pro Aquenſibus intercedere videbantur, illiſque apertis rationibus ac mediis oſtendit, rem ſe longè aliter habere, quam ad eos, ab Aquenſibus illis tumultuantibus, relatum eſſet, Profert Iuramentum ab incolis præſtare ſolitũ, tam quo ad Religionis Catholicæ obſeruationem, quàm etiam quoad cõſuetudinem aſſumendi magiſtratus ciuiles. Petit vt poſthàc ſiniſtra talia referentibus, nec credere, nec eos fouere, ſed ad debitam potius obedientiam, remittere velint, id quod fecerunt poſtea.	14 l Aquiſgranum.
2 8 Auguſti.	CONFVTATIS etiam rationibus, ſuper Ad Imperatorem miſsis, per Aquenſes, atq; ab Imperatore receptis, [2] Idem Imperator perſiſtit in decretis, atque mandatis à ſua Maieſtate prius aditis, eorumque fieri ſatisfactionem præcipit. [3] Et quamuis Aquenſes denuò ſeſe apud Imperatorem per literas excuſare, cauſamque tumultuum aliter interpretari conarentur: [4] Imperator tamen, ne in minimo quidem, Religioni Catholicæ preiudicari volens, mandatorum ſuorum promptam fieri vult executionem. Sunt, qui Alenconium Imperij ciuitatibus inhiantem, per ſuos huiuſmodi tragedias excitari ſecretò procurare exiſtimant, id an verum ſit, alij iudicent, tempuſque tandem in apricum proferat.	
	FVIT promulgatum in dicta Comitis Haga menſe Iulio, ac Deinde Antuerpiæ, Gallica prius, poſtea Teutonica lingua, conceptum Edictum ordinum Generalium Prouinciarũ Belgij, quas vocant, vnitarum nomine; Cuius argumentum at ſumma ſic habet. Declaratur propter rationes amplè atque diffusè in eo contentas, Rex Hiſpaniæ cecidiſſe Dominio & principatu dictarum Prouinciarum. Et inſuper prohibetur, vſus, in poſterum, eius, in ijſdem prouincijs, inſignium, & Sigilli, & vſurpatio nominis eiuſdem,	10 f Haga.
3 17 Auguſti	SVNT literæ patentes. Cauſas Edicti adfert. Maximam Conſtituit. Principem Prouinciarum, à Deo ordinatum ſupremum caput ſubditorum, vt eos defendat ab omnibus iniurijs & violentijs, non aliter, quam Paſtor ſuas ſeruat oues, eos verò ſubditos, non eſſe a Deo creatos pro Principe, vt illi ſcilicet obediant omnibus, in rebus quas mandare placeat, ſiue ſecundum Deum ſiue contra Deum ea ſint, æquæne an iniuſtæ, vt illi videlicet tanquam ſerui pareant, immò potius, Principem creatum pro ſubditis, ſine quibus Princeps eſſe nequeat, vt eos iure ac ratione regat, & veluti filios amet, tanquam oues paſtor ſuas, qui vitam pro ouibus ponit ſuis, vt eas tueatur.	
4 31 Auguſti	QVOD ſi Princeps non fecerit, ſed eos opprimat, bonis priuet, & Priuilegijs, & ſubditis tanquam ſeruis vti velit, tum, non eſſe habendum pro Principe, ſed Tyranno, nec ſubditos eum pro principe habituros, ita vt eum poſſint iuſtè deſerere, maximè ſi hoc fecerint ex ordinum Prouinciæ iudicio, & in eius locum alium ſibi aſſummere, in Dominũ & Principem, qui eos tueatur & defendat. Eo magis, cùm ſubditi illum ſupplices orarunt, vt a Tyrannicis factis deſiſteret, nec ipſis alia vlla ratio relicta eſt, tuendi ſuam libertatem antiquam, & vxorum ac liberorum ac poſteritatis, qua vt tueantur & naturà & iure obligarentur, vitam & bona omnia exponere.	10 k Antuerpia.

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1581

LOCA

TEMPORA

ID quod multis Prouincijs euenisse videmus ſimilibus ex cauſis, ac ſæpè contigisse, eiuſq; reiecentia adhuc ſunt exempla, eaq; nota. Idem ergo locum habere debet maxime in Belgio, cum Regi id oporteat ſecundum iuramentum à ſuis principibus ex formula præſtitum, cum à Prouincijs recipiuntur, & ſecundum earum ab ijs iurata Priuilegia, cùm poteſtatem illi nullam habeant ea infringendi, & recepti ij ſunt ſub certis conditionibus mutuò iuratis. Quos ſi Princeps infringat, ipſo iure cadit à ſuperioritate Prouinciæ.

10 k Antuerpia

Abanno 1555.

HAC Maxima ſic poſita, Narrat omnes adminiſtrandi actiones & modum, à Caroli in eum ceſſione. Breuiter, eò tendens, vt eas oſtendat fuiſſe Tyrannicas, & eam ob cauſam eo ſuperioritatis & principatus iure ipſum planè cecidiſſe.

ALENCONIVM igitur, qui eos tueatur elegiſſe, ſed Regis actiones pleraſq; mirè ad ſcopum ſuum interpretantur & detorquent. Atq; ſanè Conſilium Hiſpanicum aiunt odium in Belgas concepiſſe, quòd Hiſpanis non liceret in Belgio mandare, & in eo dignitates & magiſtratus gerere, vti poſſunt in Italia, Neapoli, Sicilia, Mediolano, & in Indijs, præcipuè cum Belgium ſit quàm diuiſſimum. Et conſilij quodam Regij ſæpè ſuadere tentaſſe: magis ex eius dignitate fore, Belgium recens acquirere, vt in eo liberè mandaret & citrà exceptionem, iuramentum, & priuilegia.

ID Rex Conſilium ſecutus, omnem lapidem mouiſſet vt Belgium Hiſpanicæ Gubernationi in ſeruitutem ſubderet. Primùm enim Religionis prætextu Epiſcopos nouos creauit & in potentioribus vrbibus eis Abbatias, & ijs inquiſitionis munus attribuit, & Abbatiarum iure, Prima ſuffragia in ordinū cōuentibus laturi erant. Inquiſitionem introduxiſſet, & executionem Concilij Tridentini, quod eſt Priuilegijs contrarium. Morti deſtinaſſet Marchionem Bergenſem, Dominum Montignium, & Comites Egmondanum & Hornium iniuſtè. Miſiſſet Ducem Albanum, qui adminiſtraſſet in omnibus & ſemper Tyrannicè. Cuius actiones copioſè deſcribunt & fuiſſe tales oſtendunt, ac ſi recens ab eo Belgium, armis acquiſitum fuiſſet, vt eius Inſtructio mandabat.

16 m Colonia.

DEIN perſtringunt rationes Requeſenij, qui illi ſucceſſit, ac demum Io. Auſtriaci, quas omnes ad ſuum inſtitutum torquent, & actiones etiam Hieronymi Rhodæ. Sed de his plura ſuo loco.

1 7 Septēbr.

ALENCONIVS (paulò poſtquā Princeps Parmenſis obſidionem ſoluiſſet, ante Cameracum quam magnis impenſarum ſumptibus, tam arcte obſederat, omniaq; itinera ſic impediuerat, vt nihil oppidanis aduehi poſſet, ac proinde rerum neceſſariarum penuria laborarent) lectiſſimo gallorum milite ſtipatus, Cambreſium ab octo Malecontentorum inſignijs occupatum, non ſine clade, vi expugnat. Recuperant ex altera parte Malecontenti, Endhouiam oppidum, à Statuum milite occupatum, inq; fugam eodem die compellunt. Eſpinoy Principem, qui non ſatis copioſo milite inſtructus, oppidum S. Gileni in Hannonia, vulgo ſic ab Abbatia cognominatum, inuaſerat.

8 p Cābreſy.



LIBRESY

1581. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA | LOCA

POSTQVAM haec omnia narrarunt, poſtremo tandem concludunt; Ob illa eadem: ſibi plus ſatis occaſionum fuiſſe præbitum, vt Regem deſererent atq; al quem potentem Principem, ac benignum quærerent, qui ipſis auxilio foret, tuendæ ſuæ libertati. Et eo accedere, ſe iam fuiſſe per annos viginti à Rege deſertos, quo toto tempore fuerint tractati vt hoſtes, & Rex eos tentet vi ſubigere & plane euertere. Explicant etiã quomodo poſt obitum Au, Viaci, Rex eos, prætextu pacis, in naſſam pertrahere, decipereq; volucrit.

DESTITVTI igitur omni ſpe reconciliationis cum Rege: vt ſe iuxta naturæ iura tueantur, extrema neceſſitate preſſi. Declarant Regem cecidiſſe iure ſui dominij principatus uti dictione, & hæreditate Prouinciarum. Proteſtantes ſe illum non amplius recognituros vlla in re concernentem Principem, ſuperioritatem, aut dominium earum. Nec ſe permiſſuros vt quiſquam recognoſcat, Exonerantque omnes à præſtito eidem Regi iuramento. 10 k Antuerpia.

ET quia propter ſuprà ſcripta maxima illorum pars dictarum vnitarum Prouinciarum, ex communi membrorum earundem conſenſu & concordia, ſeſe ſub dominio & Gubernatione Ducis Alenconij ſubiunxerunt, certis conuentis articulis vtrinque, tùm quòd Archidux Matthias reſignaſſet Belgij Gubernationem Generalem in illorum manibus, quàm ceſſionem admiſerunt: tuberem neq; is amplius vtatur nomine, titulo, magno vel paruo ſigillo, contrauerſigillo Regis. At donec abſens erit propter vrgentia negotia Alenconius: quamdiu p rtinet ad Prouincias quæ cum eo tranſegerunt, & alteras quæ cum eodem per formam prouiſionis, vtentur titulo & nomine capitis & conſilij dictarum Prouinciarum vnitarum.

I Septẽbr. 10 g Hollãdia.

INTERIM autem dum ij caput & Conſilium nominabuntur ordinum nomine vtentur. Hollandi tamen & Zelandi, vti prius, Auriaci nomine vtentur & ordinum ſuorum. Poſt ſequitur quod concluſum fuit, ſecundum inſtructiones de eodem Conſilio conceptas, & factas cum eodem Alenconio pactiones. At loco ſigilli Regij vtentur dictorũ Ordinum Sigillo magno & contraſigillo, in negotijs concernentibus Gubernationem Generalem. In alijs concernentibus iuſtitiam, Conſilia Prouincialia vtentur nomine & ſigillo Prouinciæ cuius factum erit, ſub pœna nullitatis expeditionum.

OB hæc ergò mandant omnia Regis ſigilla, ad ordinum manus vbicunque fuerint, & qualiacunque ſint, ad ſe deferri. Item mandant, ne vllis in monetis poſthac ſculpantur Regis inſignia eiuſque nomen; Sed ea quæ præſcribentur. Mandant autem omnibus Præſidibus & Cancellarijs dictarum Prouinciarum, Magiſtris computorum, & omnibus Iuſticiarijs & officiarijs: vt nouum iuramentum præſtent, in manibus ordinum Prouinciæ cui ſubſunt fidelitatis, dictis ordinibus generalibus, contrà Regem & illius adhærentes, ex præſcripta formula. 8 h Zelandia.

DABVNTVR

LOCA

TEMPORA

DABVNTVR dictis Conſiliarijs, Magiſtris computorum, Iuſticiarijs & Officiarijs qui cum Alenconio pacti ſunt noſtro nomine (inquiunt) Acta continuationis officiorum, quæ continebunt loco nouæ commiſſionis, caſſationem præcedentis ſuæ Commiſſionis, ideo, per formam nouæ promiſſionis, donec Alenconius ſcilicet venerit. Alijs verò conſiliarijs, computorum Magiſtris, Iuſticiarijs & officiarijs Prouinciarum, quæ non tractarunt de Alenconio: dabitur noua commiſſio ſub noſtro nomine & ſigillo.

1
20 Septēb.

7 n Tornacū.

POSTREMO additur clauſula mandati executorij, vt in pactis, in communi forma; Loco vulgaris clauſulæ, (Car ainſi nous plaiſt il) ideſt quia ſic nobis placet, ſcribitur (Car pour le bien du pais, auons ainſi trouue conuenir) ideſt, quia pro bono Prouinciæ nos inuenimus id ita conuenire. Nulla in hoc edicto adfertur cauſa Religionis, cur diſcedant à Rege, ſed infractorum priuilegiorum, & tyrannidis, & ſic cauſſa tantum politica. Nec vlla mentio Auriaci tanquam coniuncti ordinibus, Sed ordinum ſolum nomine conceptum eſt. Quemadmodum ediuersò ſcriptum concipitur à Rege, non contrà Status, ſed contrà Auriacū Principem, de quò infrà ſuis quibuſque locis dicetur, ne quod vni tribuere, id alteri adimere videar.

2
30 Septēb.

3
9 Octobr.

AQVENSIBVS ab Imperatoria Maieſtate mandatur, [1] vt non obſtantibus excuſationibus, ac ſubterfugijs illorum per litteras 25. Iulij factis, Reſolutioni ſuæ Maieſtatis 17. Auguſti ad eos perſcriptæ, ſatisfaciant, edantq; debitæ obedientiæ documentum, ſuæ Maieſtati tranſmittendum. Moritur Antuerpiæ [2] Languetus ille, qui prius Germaniæ principibus charus, poſtea ob ſingularem Alenconij ad Belgium occupandum, præſtitam diligentiam illis inuiſus, languore & melancholia perijſſe, dicitur, etiam intimo amico, Comiſſario rerum Belgicarum D. Schvvartzio ipſum atteſtante.

4
11 Octob.

9 f Haga.

5
14 Octob.

SVPPLICANT [3] cum quibuſdam alijs, [4] à Ciuitatibus Imperij deputatis, [5] Aquiſgranenſes, ne Sacræ Cæſareæ Maieſtatis ſuæ Reſolutio exquatur, ſed nihil obtinent ab Imperatore illis ſatisfactionem ſerò inuingente. Interim Parmenſis Princeps cæpit obſidere Tornacū. [6] Inſtant etiā apud Imperatorem Aquenſes Catholici, [7] contrà conciues ſuos Caluiniſtas, ne fortè ſe Galli Caluiniani, cum Caluinianis Germanis coniungentes, tandem etiam totam turbent Germaniam.

6
17 Octob.

7
19 Octob.

10 k Antuerpia.

MATTHIAS Archidux Auſtriæ Imperatoris frater, videns ſe omni adhibita diligentia, apud Status Belgicos, etiam per literas, de quibus ſupra 22. Iulij ſcriptas, nihil efficere potuiſſe, quòminus 29. Iulij in Haga Comitis, ac poſtea etiam Antuerpiæ publicè, Regem ſuū, naturalemq. Principem, abiurarent, alienumq, in dominum aſſummerent, amplius adhærere illis noluit, ſed Antuerpiâ diſcedens [8] bona cum ordinum gratia, per Cliuiam rectà huc appulit Coloniam.

8
29 Octob.

Deß Durchleuchtigsten Ertzhertzogen Matthiæ Q.

den Nilus stunden aufzeig

1581. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA — LOCA

CIRCA finem menſis octobris, ſumptum eſt in Hiſpania ſupplicium de quodam Ioanne dicto de Caſtilia, qui in quatuor partes equis diſtractus eſt, poſtquam lingua prius eſſet. Cauſa fuit, quia comperiebatur miſiſſe Auriaco (à quo annuè 300 coronatos recipiebat) omnes notas & ciffras, quibus ſecretiora literis committebantur, & reliqua ſecreta eidem Auriaco, quæ in Cancellaria Sayæ Secretarij, ſcire nanciſciq; potuit. Sayæ autem rerum Belgicarum expeditio cõmiſſa eſt, iam per totos ſexdecim annos. Ioãnes ille præcipuus erat eius ſcriba, & cui Saras maxima immò omnia confidebat, Hic Ioannes, erat natus Brugis patre mercatore Hiſpano, qui foro ceſſerat. Patrem effecerat præfectum ſolutionis impenſarum, quæ tormẽtorum cauſa fiunt (vulgò Hiſpanicè Pagador del Artilleria) in Belgio. Notas illas ab anno ſeptuageſimo primo, ad hunc uſque annum octuageſimum primum, ipſe Auriaco omnes miſerat. ſoluet verò ſingulis ſemeſtribus, vel etiam trimeſtribus renouari. Integro ergo decennio notas illas Regias prodidit, pecunia nimirum coemptus. In ijs tradendis Auriaco uſus erat opera cuiuſdam militis luſitani, qui vnà cum Hiſpanis præſidiarius fuit Arcis Antuerpienſis. Uterque igitur nunc poſtremò captus eſt in Hiſpania. Hinc, ex illis notarum ſecretarum Alphabetis miſſis Auriaco, liquet, Aldegundum literas Auſtriaci, ab ordinibus per Laroeum interceptas, & aliorum etiam fuiſſe interpretatum, non ex ingenio, nec ſine notis. Indicaſſe quoque per literas, eorum omnium quæ ſcriberentur, & Auriacum monuiſſe etiam literis, eorum omnium, quæ Auſtriacus & alij Legij in Hiſpaniam Regi & alijs perſcribebant, & earum literarum exempla quoq; nonnunquam Auriaco miſiſſe.

1 — 1 Nouẽbr. — 7 l Brugæ.

2 — 4 Nouẽbr. — 2 e Anglia.

3 — 29 Nouẽb

INEVNTE menſe Nouembri, Dux Alenconius ex Francia profectus eſt in Angliam, & ibi manſit, vſque ad initium Februarij anni ſequentis. [1] Interim Imperator Aquenſibus ſeriò literis mandat obſeruationem Religionis Catholicæ & electionem Caluiniſtarum, è ſede regia Romana. [2] Matthias Archidux Auſtriæ poſtquam in itinere à Cliuiæ Duce, pro dignitate magnificè fuiſſet exceptus, & tractatus, deinde Coloniam huc appulit, [3] hicque manſit vſque ad 28 diem Ianuarij inſequentis anni 1582.

14 l Aquiſgranum.

PRINCEPS Parmenſis obſidere cæpit Tornacum 17. Octobris. Poſt aggeres factos, cuniculos etiam actos, aſſultus tentauit, à quibus fuit repulſus. Tandem [4] nouum aſſultum mouit, poſtquam decieciſſet aliquot turres, & propugnaculum cepiſſet, & duas turres, & cuniculos etiam excitaſſet cuniculorum vnus erupit, æquati ad foſſam muri fuere & diruti. Miles igitur aſſiliens, cum in foſſam veniret, & murum conſcenderet: ea pars ad foſſam inferior muri, tecta à foſſa manſerat & à tormentis illæſa. Quamobrem miles murum conſcendere prohibitus, pedem retraxit. A tergo autem petitus, cladem accepit. Adeò, vt ad quindecim caſi, & vulnerati circiter quingenti. Alij, de ſexcentis ſcribunt, alij de ſeptingentis.

4 — 21 Nouẽb. — 16 m Colonia.

MORTVOS quinque præcipui nominis proceres dixerunt. Inter ceteros. Vallius (le Comte de Buſquot) lapide caſus in capite, obijt. Læſi verò, Billius in capite, Montinius in Naſo, Burſius in Tibia, Marchio Verambonus Burgundus in crure leuiter. Tandem obſeſſi [5] de deditione egerunt. Ad muros, ſuprà conſiſtebant, Supplices in genua procumbentes, pileos & Galeros, & pallia deijcientes, vt oſtenderent animum venia cupidum. Scripſerunt itaque literas Raſſengenio, vrbem deditione offerentes.

5 — 29 Nouẽb. — 7 n Tornacũ.

LOCA

TEMPOR.

DICTAE fuerunt hæ conditiones. Miles præsidiarius, vrbe cum armis discederet, vna cum bonis, quæ haberet, ferrèq; posset. Vrbs præsidium reciperet, quod Rex vellet imponere. Ciui cuilibet vrbe discedere liceret, vnà cum mobilibus bonis, vel manere. Iurent, qui manserint fidelitatem Regi; & Catholicæ Religioni.

7 m Tornacũ

PRINCEPS Espinoya, vxor nimirum Principis Espinoy, vrbe vna cum omnibus quæ ad ornatum corporis sunt, veluti, localibus & similibus bonis discedat. Vrbs pendat Regi, centum coronatorum aureorum, qui postoleti dicuntur, millia in solutionem stipendiorum militi. Nemo verò vrbe egredi possit, quin prius quotam sibi impositam, ratione soluendorum illorum centum millium aureorum, penderit. Atque hæ quidem sunt conditiones. 1 30 Nouēb.

8 l Gandauũ

VLTIMA Nouembris, ingressi [1] in Vrbem Regij. Diximus in præfatione ad lectorem huius libri, iam quartò, diuersis temporibus, hoc ipso die, vel captam vel deditam fuisse Ciuitatem Tornacensem. Paulò antequam caperetur, Auriacus venerat Gandauum, vt esset propior obsidioni. Ex populo Gandensi, quidam eum adorti, de non missis auxilijs vrbi, cõquerebantur. Dicebant satis seditiosè, eum nullis vrbibus obsessis, auxilium vnquam tulisse, sed eas Regijs, in prædam, ab eo relictas. Si caperetur Tornacum fore, vt & Gandensium vita & bona, venirent in hostis potestatem. Itaque operam daret, ne quid prætermitteret, quò cumprimùm Tornacensibus auxilia mitterentur. Ex his ciuibus duo capti, & carceri traditi sunt. Populus eos repetijt, ac per vim carceri factam, recepit.

10 k Antuerpia.

AVRIACVS vt populo satisfaceret, dicitur misisse xxx. equites, qui correptis pecunia exculbijs, aciei Germani illis tessera nomen ediderant. Ita ij exercitu in vrbem ingressi sunt. Cũ ciues viderent triginta tantum equites; desperasse feruntur, de auxilijs, & ita de deditione, vnà cum arce ceperunt agere. Quidam tamen dicunt hos xxx. equites missos à Principe Espinoyo, vt significarent, auxilia mitti non posse, ne illa expectarent, sed cum hoste pacisceretur, & cum arce ea de re conuenirent sua. 2 1 Decēbris.

AVRIACVS autem, quò seditionis Gandensis initia compesceret, & ne in vrbe retineretur, sparsit, trecentos equites, Tornacum subsidio ingressos, ex ijs XL. Duces rei militaris dãdos populo. Octoginta magni nominis Duces Regios, in assultu periisse. Alenconium, cum Angla contraxisse sponsalia. Millia quatuor Gallorum aduentare subsidio Tornacensibus: lætitiæ, propter hoc nuntium, causſa, Antuerpiæ pulsata campana maiores. quo fides nuntio haberetur, vbiq; spargeretur, & ab omnibus crederetur. Interim Gandauo Antuerpiam, euasit, ea calliditate vsus, metuens, ne Tornaco capto, ipse quoque caperetur. Postea [2] Statibus scripto quodam in publicum edito, prædicit ruinam, nisi circa finem Ianuarij mensis futuri, prospiciant sibi de supremo quodam capite. Hoc est de Alenconio, quem ipse putauit.

9 h Bergé op-zoom.

BARLEMONTII filius, collectis ex oppido Bredano trecentis militibus, eos Bergam ad Zomam destinauit [3] ita, vt sub porta Beginaria, quam vocant, rusticorum habitu, primùm in oppidum irreperent, postea trucidatis ibi vigilibus idipsum caperent, atque occuparẽt, quòd sanè, forum iam attingentes, præstitissent, nisi, tardior equitum suorum, qui ex altera oppidi parte eodem momento expectabãtur, aduentus, nec non oppidanorum, & præsidiarum gallorum acriter se defendentium virtus, eos, oppidum relinquere, non sine clade tamen coegisset. 3 5 Decēbris


BERGEN

BERGEN OP ZOOM

TEMPORA

LOCA

INCIPIVNT [1] interim tres illæ ſeptimanæ, quibus Auriacus expectat Alenconium, futurum Brabantiæ Ducem, venientem ex Anglia, repudiato Rege Hiſpaniarum Philippo legitimo Belgij Domino, ac Principe naturali. Cuius ſcripti ſummam, vt arcta prom ſi. hoc inſtar Epilogi ſubijciam, Ne Statuum duntaxat ac Principis Auriaci cauſam tractaſſe, Regis verò Hiſpaniarum rationes & ius præterijſſe, videar. Diſtinguam autem enarrationem ita breuibus, vt primùm de ijs referam, quæ ante diſceſſum Regis in Hiſpaniam, Regi de Principe dicenda placuerunt. Deinde de ijs conſequenter, quæ pòſt diſceſſum, diuerſis ordine temporibus occurrebant, in Gubernatione Margarethæ Auſtriacæ, Albani Ducis, Requeſenij, Ioannis Auſtriaci, & Alexandri Farneſij, Regi de Principe dicenda.

1 12 Ianuarij

8 h Middelburg.

MARIA.

ANTE REGIS DISCESSVM.

NOTVM eſſe (inquit Rex) toti terrarum orbi, quomodo immortalis memoriæ Imperator Carolus V. dominus ac pater, cuius Deus miſereatur, gratioſè ſauorabiliterque tractarit Gulielmum à Naſſau, quod ad ſucceſſionem quondam Renati de Chalon Principis Auriaci, cognati ſui pertinet. tum quomodo indè toto ab eo tempore, primæ illius iuuentutis, & adoleſcentiæ quantumuis extraneum ipſe eum promouerit: id quod & ipſe Rex ſemper ſucceſſiuè continuauerit, & magis magiſque auxit QVEM ordini ſuo Aurei velleris inſeruerit, ſuumque locumtenentem Generalem in adminiſtratione Hollandiæ, Zelandiæ, Vltraiecti & Burgundiæ conſtituerit. Et ſuum Status conſiliarium creauerit, cum multis beneficijs & honoribus proſequens, tum propter eidem Regi ab ipſo Auriaco fidelitatis & homagij, quod appellãt, præſtita iuramenta, ratione feudorum, terrarum & dominiorum quæ à ſe diuerſis ſuis in prouincijs, obtinet. ſibi ille admodum ſubmiſſus & obligatus erat, obſequi & inſeruire, datamque ſeruare fidem, porrò: rerum regiarum vtilitatem & commodum procurare, & conſequenter Regis in Prouincijs, atque rerum Statu omnem quietem & tranquillitatem conſeruare.

1542.

M

2 1559.

MARGARETHA AVSTRIACA GVBERNANTE.

NIHILOMINVS ignoraret nemo, ſe, ſcilicet Regem, vix pedem è Belgio extuliſſe, [2] quinis Gulielmus à Naſſau factus, quo dictus eſt modo, Princeps Auriacus, ſiniſtris modis, practicis, aſtutiſque ſtratagematibus tentarit. Primùm eorum voluntates ad ſe protraheret: quos Malecontentos eſſe norat, & nominibus debitiſque grauatos, iuſtitiaque oſores, & rerũ nouandarum ſtudioſos, & eos præ cæteris, qui propter Religionem ſuſpecti videbantur, illis blandiens, & illos ſollicitãs, & ad ſe phaleratis verbis promiſſis, vaniſque perſuaſionibus pelliciens. ADEO, vt fuerit præcipuus auctor, promotor, & inſtructor Primi SVPPLICIS libelli, à nonnullorum iuuenum nobilium indies eius domum & menſam ſectantium manu, exhibiti, [3] immò verò eius offerendi conſilia in illius domo, inita fuiſſe, operam in id ſuam, Ludouico à Naſſau eius fratre ſectariorum Coryphæo nauante.

10 l Bruxella.

3 1566.

AC

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

LOCA		1582 TEMPOR.
	Ac licet idem Auriacus harum inſidiarum ſtructor foret, easq́, dirigeret: nihilò ſecius eodem tempore indies, conſilium ſtatus frequentabat, omnibusq́, habitu in eo deliberationibus & decretis aderat præſens. Qua ex re (inquit Rex) quiuis poteſt eius bonam fidem, præſtitorum iuramentorum obſeruationem, colligere.	1
16 m Colonia		28 Ianuarij
	ITAQVE hic Idem, & eius adhærentes, vlterius progreſſi, hæreticas conciones introduxiſſent, & publicos coetus, multis Regiarum ſuarum Prouinciarum locis; dum MARGARETA Dux Parmenſis tum Regens, & Generalis totius Belgij Gubernatrix charißimæ ſibi dilectißimæq́, ſoror, ad ſe nuntium mitteret: quidnam ad eum illum libellum, decerni cuperet.	
1 k Londinũ.		
	EX ipſius porrò Auriaci ſcitu & conſilijs, cæpiſſe hæreticos, ab his, qui libellum illum ſupplicem exhibuerunt, erectos, quibus Auriacus fauebat, tumultu facto, imagines effringere, & altaria, & eccleſias, resq́, omnes ſanctas profanare, ſacra, etiamq́, à Deo ter Opt. Max. inſtituta ſacramenta. Veruntamen: diuina gratia, & eiuſdem Gubernatricis prouidentia, res ita fuiſſent adminiſtrata, & ea adhibita remedia, vt idem Auriacus planè coactus fuißet, ſe ex Regijs ſuis Belgij Prouincijs ſubtrahere, & earum Gubernationi cedere. Nihilominus, non ſine, cuius plenus tunc fuiſſet, iracundia, vindictã minatus, quam anno proximè ſequenti, armis exequi tentaſſet, ſed fruſtrà. Nam adeò eum Regius ſuus exercitus, acriter eſſet perſecutus, continuò illum ſequens, vt omnibus Regijs ſuis è Prouincijs, fuerit eiectus, ne ipſi vllibi locus vllus relinqueretur.	2 1 Febr.
2 k Rocheſter.		
		3 7 Febr.
	A	
	ALBANO DVCE GVBERNANTE.	
8 k Vliſsingẽ.	69	
	CVM verò pòſt (inquit Rex) ſui ſubditi aliquo modo contrà Ducis Albani, qui eidem Dominæ Margaretæ ſucceſſerat, gubernationem inſurgerent, inter cæteras Hollandiæ, Zelandiæq́, Prouincias, ſuis artibus operam ille dediſſet, vt in eas redire poſſet. In quas nihilominus priùs receptus haud fuiſſet, quàm ſanctè earundem Prouinciarum ordinibus iuraſſet, & vrbibus ſe eas Prouincias, & vrbes, ſibi ideſt Regi, & in obedientia illius cõſeruaturum, nec ſe quicquam, quod ad antiquam Religionem Catholicam & Romanam pertinet, mutaturum, tantum ſe ipſis tanquam Gubernatorem adfore, quò eos contrà Ducem Albanum tueretur; ſi eos Albanus vellet, ad id quod intendebat, cogere, & vim ijs inferre, nimirum: ad decimi & vigeſimi ſolutionem, quam Belgis imponere volebat, rem quidem, quàm Rex ei, id eſt Albano, minimè ſanè mandaſſet, nec fieri voluiſſet, niſi ex dictorum ſuorum ſubditorum voluntate, & aſſenſu. Quam ſolutionem in locum aliarum impoſitionum, à ſe, Rege nimirum, abrogandarum ſubſtitui certè conſtitutum erat.	4 11 Febr.
8 h Middelburg.		
8 h Armuyden.	*SED antequam Regem, de Auraici in Hollandiam & Zelandiam ingreſſu loquentem audiamus; notandum hîc eſt, nobis ordinem temporum quoque continuantibus. Quòd, quamprimùm Archidux Matthias, Belgium reliquens, Colonia diſceſſit, [1] Alenconium, quem Auriacus Middelburgi præſtolabatur, Londino ex Anglia ſuper Thameſi fluuio nauigauit [2] Rocheſtrum: indè peruenit Vliſſingam, [3] hinc Middelburgum [4] ad Principem, poſtea [5] Armuydam pedes, Deindè tandem nauigio Antuerpiam, quam antea Archidux reliquerat, appulit. [6] Atque ita, quod indè ab initio procurauerat hucuſque Auriacus (Deus nouit in quem finem)*	5 15 Febr.
10 k Antuerpia.		6 19 Febr.
	FranCICA CVM BeLgIs ConCVrrVnt fœdera neXV.	

Wie der Hertzog von Alencon vor Anorf kmd in Anorf mit gro
sonderbarer und angenommer

...sein triumph und herlichkeit zu einem Hertzogen von Brabant, gehalten
... Anno 1582. am 19. tag 22. February

LOCA

TEMPORA

DONEC ſanè mortuo magno Caſtellæ Commendatore, quem Duce Albano à ſe ſcilicet Rege, quò ſubditis ſuis ſatisfieret, reuocato, ſuffecerat in gubernationem, res admodum turbarentur, ex laxata diſciplina, militū inobedientia, capta vrbe Zirixea graſſaretur. Hanc enim perturbationem aliquem fauorem illi à Naſſau attuliſſe. Poſtea quæ paulò Belgij ſui ordines generales, cupientes Belli calamitates ſemel ad exitum perduci, ab Auriaco eodem perſuaſi: qui diceret & callidè ſimularet, nihil ſe certè antiquius habere, bono, quiete, & tranquillitate Belgij totius, neque ſe magis quid optare, quàm vt ab externo milite liberaret, & Prouinciam in obedientia Regis contineret, & in ijs etiā antiquam Religionem Catholicam conſeruaret, eo quo in ijs modo, illa perpetuò fuiſſet: exercitata, Priuilegia quoq; eiuſem Belgij tueretur. 1576

I
IOANNE AVSTRIACO GVBERNANTE
263.

ORDINES cum eo, de publica Belgij pace, Gandaui conueniſſent, quæ duobus hiſce fundamentis & columnis niteretur. Nempè id quod expreſsè, diſertèq; in ea cautū fuiſſet: vt eadem illa Catholica Religio ſalua maneret, & integra, & ſubditorum in ſe, Regem ſcilicet, obedientia.

HAEC dum gerecrentur D Ioannem Auſtriacum optimum ſuum ſcilicet Regis fratrem fœlicis memoriæ, in Belgium miſiſſe cum mandatis ex animo componendi, reconciliandique omnes dicti Belgij ſui tumultus, magis miti cōmodaq; ratione, qua fieri poſſet. Idque ipſum præſtitiſſe ſuis, quicquid vllo modo liceret, id omne liberaliter indulgens, ratamque pacem illam Gandauenſem habuiſſe, quam & vbique, & conſueto more promulgari iußiſſet. 1577

10 k Anuerpia.

CVI promulgationi Auriacum omnibus viribus reſtitiſſe (Rex inquit) Cùm verò eam nequiret impedire nunquam ipſis in Prouincijs & locis, quæ obtinebat, eam fieri permiſſe: indignè ſuprà modum ferens, eam ſe non poſſe inuertere, impediréq;, etiamſi Rex poſtea eam confirmauerit probaueritque, & vtramque corcordiam & tractationem ratam habuerit bonuſque ſuus ille frater, & aliorum ordinum delecti, viros probos & præclaros ad eundem Auriacum miſiſſent, quò ei perſuaderent, vt id executioni mandaret, præſtaretque, ad quod tenebatur, & per Gandauenſis pacis capita fuiſſet quidem & eſſet obligatus.

ET quia id excuſaſſet perpetuòque in ore habuiſſet, ſibi deberi integram prouinciæ, cui regendæ præpoſitus eſſet, Gubernationem: tum etiam vt vrbes quæ ipſum, agnoſcere noluerant in Gubernatorem, vel quas pòſt recepiſſet Rex armata manu, & alioquin in ſuam poteſtatem redegiſſet, ea vrbes ſub ſuam id eſt Principis Gubernationem reducerentur. Id probitate & facultate ſuorum (inquit Rex) ordinum, qui nondum eius impoſturas norant & periuria factum eſſe tum temporis, dummodo tamen iuramento firmaret, ſe nihil omninò, de ſuprà ſcripta Religionis Catholicæ & Romanæ forma mutaturum, eaque de re eas daret cautiones, quas Magiſtratus, Conſules, & vrbis incolæ cuiuſuis, poſſent iuſtè poſcere. 1 22 Februar.

POSTQVAM igitur diu diſceptatum eſſet, de ijs cautionibus, quas vrbs qualibet petebat, vt quod ille pollicebatur, id ita præſtaret, vrbes illæ eius Gubernationi reſtitutæ fuiſſet, vt ſuprà dicta & alia in inſtrumentis ſatisfactionum concepta iuraſſet. ☞ Sed Ecce alia, Malenconij, nouaque iuramenta præſtita Antuerpiæ.

1581. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA | LOCA

1 Nouébr. — CIRCA finem menſis octobris, ſumptum eſt in Hiſpania ſupplicium de quodam Ioanne dicto de Caſtilia, qui in quatuor partes equis diſtractus eſt, poſtquam lingua priuatus eſtet. Cauſa fuit, quia comperiebatur miſiſſe Auriaco (à quo annuè 300 coronatos recipiebat) omnes notas & ciffras, quibus ſecretiora literis committebantur, & reliqua ſecreta eidem Auriaco, quæ in Cancellaria Saya Secretarij, ſcire nanciſci, potuit. Saya autem rerum Belgicarum expeditio cõmiſſa eſt, iam per totos ſexdecim annos. Ioãnes ille præcipuus erat eius ſcriba, & cui Sayas maxima immò omnia confidebat. Hic Ioannes, erat natus Brugis patre mercatore Hiſpano, qui foro ceſſerat. Patrem effecerat præfectum ſolutionis impenſarum, quæ tormẽtorum cauſa fiunt (vulgò Hiſpanicè Pagador del Artilleria) in Belgio. Notas illas ab anno ſeptuageſimo primo, ad hunc vſque annum octuageſimum primum, ipſe Auriaco omnes miſerat. ſoluet verò ſingulis ſemeſtribus, vel etiam trimeſtribus renouari. Integro ergo decennio notas illas Regias prodidit, pecunia nimirum coemptus. In ijs tradendis Auriaco vſus erat opera cuiuſdam militis luſitani, qui vnà cum Hiſpanis præſidiarius ſuit Arcis Antuerpienſis. Uterque igitur nunc poſtremò captus eſt in Hiſpania. Hinc, ex illis notarum ſecretarum Alphabetis miſsis Auriaco, liquet, Aldegundam literas Auſtriaci, ab ordinibus per Lanoeum interceptas, & aliorum etiam fuiſſe interpretatum, non ex ingenio, nec ſine notis. Indicaſſe quoque per literas, eorum omnium quæ ſcriberentur, & Auriacum monuiſſe etiam literis, eorum omnium, quæ Auſtriacus & alij Regij in Hiſpaniam Regi & alijs perſcribebant, & earum literarum exempla quoq; nonnunquam Auriaco miſiſſe. — 7 l Brugæ.

2 4 Nouébr. — 2 c Anglia.

3 29 Nouéb — INEVNTE menſe Nouembri, Dux Alenconius ex Francia profectus eſt in Angliam, & ibi manſit, vſque ad initium Februarij anni ſequentis. [1] Interim Imperator Aquenſibus ſcriò litteris mandat obſeruationem Religionis Catholicæ & electionem Caluiniſtarum, è ſede regia Romana. [2] Matthias Archidux Auſtriæ poſtquam in itinere à Liuia Duce, pro dignitate magnificè fuiſſet exceptus, & tractatus, deinde Coloniam huc appulit, [3] hicque manſit vſque ad 28 diem Ianuarij inſequentis anni 1582. — 14 l Aquiſgranum.

4 21 Nouéb. — PRINCEPS Parmenſis obſidere cæpit Tornacum 17. Octobris. Poſt aggeres factos, cuniculos etiam actos, aſſultus tentauit, à quibus fuit repulſus. Tandem [4] nouum aſſultum mouit, poſtquam deieciſſet aliquot turres, & propugnaculum cepiſſet, & duas turres, & nouos etiam excitaſſet cuniculos (cuniculorum vnus erupit, æquati ad foſſam muri fuere & diruti. Miles igitur aſſiliens, cum in foſſam veniret, & murum conſcenderet: ea pars ad foſſam inferior muri, tecta à foſſa manſerat & à tormentis illæſa. Quamobrem miles murum conſcendere prohibitus, pedem retraxit. A tergo autem petitus, cladem accepit. Adeò, vt ad quindecim caſi, & vulnerati circiter quingenti. Alij, de ſexcentis ſcribunt, alij de ſeptingentis. — 16 m Colonia.

5 29 Nouéb. — MORTVOS quinque præcipui nominis proceres dixerunt. Inter ceteros. Vallius (le Comte de Buſquot) lapide caſus in capite, obijt. Læſi verò, Billius in capite, Montinius in Naſo, Burſius in Tibia, Marchio Verambonus Burgundus in crure leuiter. Tandem obſeſſi [5] de deditione egerunt. Ad muros ſuprà conſiſtebant, Supplices in genua procumbentes, pileos & Galeros, & pallia deijcientes, vt oſtenderent animum veniæ cupidum. Scripſerunt itaque literas Raſſengenio, vrbem deditione offerentes. — 7 n Tornacũ.

LOCA

TEMPOR.

DICTAE fuerunt hæ condiciones. Miles præsidiarius, vrbe cum armis discederet, vna cum bonis, quæ haberet, ferrèq; posset. Vrbs præsidium reciperet, quod Rex vellet imponere. Ciui cuilibet vrbe discedere liceret, vnà cum mobilibus bonis, vel manere. Iurent, qui manserint fidelitatem Regi; & Catholicæ Religioni.

7 m Tornacũ

PRINCEPS Espinoya, vxor nimirum Principis Espinoy, vrbe vna cum omnibus quæ ad ornatum corporis sunt, veluti, localibus & similibus bonis discedat. Vrbs pendat Regi, centum coronatorum aureorum, qui postoleti dicuntur, millia in solutionem stipendiorum militi. Nemo verò vrbe egredi possit, quin prius quotam sibi impositam, ratione soluendorum illorum centum millium aureorum, penderit. Atque hæ quidem sunt condiciones. 1 30 Nouēb

8 l Gandauũ

VLTIMA Nouembris, ingressi [1] in Vrbem Regij. Diximus in præfatione ad lectorem huius libri, iam quartò, diuersis temporibus, hoc ipso die, vel captam vel deditam fuisse Ciuitatem Tornacensem. Paulò antequam caperetur, Auriacus venerat Gandauum, vt esset propior obsidioni. Ex populo Gandensi, quidam eum adorti, de non missis auxilijs vrbi, cõquerebantur. Dicebant satis seditiosè, eum nullis vrbibus obsessis, auxilium vnquam tulisse, sed eas Regijs, in prædam, ab eo relictas. Si caperetur Tornacum, fore, vt & Gandensium vita & bona, venirent in hostis potestatem. Itaque operam daret, ne quid prætermitteret, quò cum primùm Tornacensibus auxilia mitterentur. Ex his ciuibus duo capti, & carceri traditi sunt. Populus eos repetijt, ac per vim carceri factam, recepit.

AVRIACVS vt populo satisfaceret, dicitur misisse xxx. equites, qui correptis pecunia exculbijs, aciei Germani illis tessera nomen ediderant. Ita ij exercitu in vrbem ingressi sunt. Cũ ciues viderent triginta tantum equites; desperasse feruntur, de auxilijs, & ita de deditione, vnà cum arce ceperunt agere. Quidam tamen dicunt hos xxx. equites missos à Principe Espinoyo, vt significarent, auxilia mitti non posse, ne illa expectarent, sed cum hoste paciscerentur, & cum arce ea de re conuenirent sua. 2 1 Decēbris

10 k Antuerpia.

AVRIACVS autem, quò seditionis Gandensis initia compesceret, & ne in vrbe retineretur, sparsit, trecentos equites, Tornacum subsidio ingressos, ex ijs XL. Duces rei militaris dãdos populo. Octoginta magni nominis Duces Regios, in assultu periisse. Alenconium, cum Angla contraxisse sponsalia. Millia quatuor Gallorum aduentare subsidio Tornacensibus: latitiæ, propter hoc nuntium, causſa, Antuerpiæ pulsata campana maiores. quo fides nuntio haberetur, vbiq; spargeretur, & ab omnibus crederetur. Interim Gandauo Antuerpiam, euasit, ea calliditate vsus, metuens, ne Tornaco capto, ipse quoque caperetur. Postea [2] Statibus scripto quodam in publicum edito, prædicit ruinam, nisi circa finem Ianuarij mensis futuri, prospiciant sibi de supremo quodam capite. Hoc est de Alenconio, quem ipse putauit.

9 h Bergẽ op-zoom.

BARLEMONTII filius, collectis ex oppido Bredano trecentis militibus, eos Bergam ad Zomam destinauit [3] ita, vt sub porta Beginaria, quam vocant, rusticorum habitu, primùm in oppidum irreperent, postea trucidatis ibi vigilibus idipsum caperent, atque occuparẽt, quòd sanè, forum iam attingentes, præstitissent, nisi, tardior equitum suorum, qui ex altera oppidi parte eodem momento expectabãtur, aduentus, nec non oppidanorum, & præsidiorum gallorum acriter se defendentium virtus, eos, oppidum relinquere, non sine clade tamen coegisset. 3 5 Decēbris


BERGEN

OP ZOOM

LOCA

TEMPOR.

Ac licet idem Auriacus harum inſidiarum ſtructor foret, easq́, dirigeret: nihilò ſecius eodem tempore indies, conſilium ſtatus frequentabat, omnibusq́, habitu in eo deliberationibus & decretis aderat præſens. Qua ex re (inquit Rex) quiuis poteſt eius bonam fidem, præſtitorum iuramentorum obſeruationem, colligere.

16 m Colonia

1 28 Ianuarij

ITAQVE hic Idem, & eius adhærentes, vlterius progreſſi, hæreticas conciones introduxiſſent, & publicos coetus, multis Regiarum ſuarum Prouinciarum locis; dum MARGARETA Dux Parmenſis tum Regens, & Generalis totius Belgij Gubernatrix charißima ſibi dilectißimaq́, ſoror, ad ſe nuntium mitteret: quidnam ad eum illum libellum, decerni cuperet.

1 k Londinũ.

EX ipſius porrò Auriaci ſcitu & conſilijs, cæpiſſe hæreticos, ab his, qui libellum illum ſupplicem exhibuerunt, erectos, quibus Auriacus fauebat, tumultu facto, imagines effringere, & altaria, & eccleſias, resq́, omnes ſanctas profanare, ſacra, etiamq́, à Deo et Opt. Max. inſtituta ſacramenta. Veruntamen: diuina gratia, & eiuſdem Gubernatricis prouidentia, res ita fuiſſent adminiſtrata, & ea adhibita remedia, vt idem Auriacus planè coactus fuißet, ſe ex Regijs ſuis Belgij Prouincijs ſubtrahere, & earum Gubernationi cedere. Nihilominus, non ſine, cuius plenus tunc fuiſſet, iracundia, vindictã minatus, quam anno proximè ſequenti, armis exequi tentaſſet, ſed fruſtrà. Nam adeò eum Regius ſuus exercitus, acriter eſſet perſecutus, continuò illum ſequens, vt omnibus Regijs ſuis è Prouincijs, fuerit eiectus, ne ipſi vllibi locus vllus relinqueretur.

2 1 Febr.

2 k Rocheſter.

3 7 Febr.

A ALBANO DVCE GVBERNANTE.

69

8 k Vliſsingẽ.

CVM verò pòſt (inquit Rex) ſui ſubditi aliquo modo contrà Ducis Albani, qui eidem Dominæ Margaretæ ſucceſſerat, gubernationem inſingerent, inter cæteras Hollandia, Zelandiaq́, Prouincias, ſuu artibus operam ille dediſſet, vt in eas redire poſſet. In quas nihilominus priùs receptus haud fuiſſet, quàm ſanctè earundem Prouinciarum ordinibus iuraſſet, & vrbibus ſe eas Prouincias, & vrbes, ſibi deeſſe Regi, & in obedientia illius cõſeruaturum, nec ſe quicquam, quod ad antiquam Religionem Catholicam & Romanam pertinet, mutaturum, tantum ſe ipſis tanquam Gubernatorem adfore, quò eos contrà Ducem Albanum tueretur; ſi eos Albanus vellet, ad id quod intendebat, cogere, & vim ijs inferre, nimirum: ad decimi & vigeſimi ſolutionem, quam Belgis imponere volebat, rem quidem, quàm Rex ei, id eſt Albano, minimè ſanè mandaſſet, nec fieri voluiſſet, niſi ex dictorum ſuorum ſubditorum voluntate, & aſſenſu. Quam ſolutionem in locum aliarum impoſitionum, à ſe, Rege nimirum, abrogandarum ſubſtitui certè conſtitutum erat.

8 h Middelburg.

4 11 Febr.

8 h Armuyden.

5 15 Febr.

SED antequam Regem, de Auraici in Hollandiam & Zelandiam ingreſſu loquentem audiamus; notandum hic eſt, nobis ordinem temporum quoque continuantibus. Quòd, quamprimùm Archidux Matthias, Belgium reliquens, Colonia diſceſſit, [1] Alenconium, quem Auriacus Middelburgi præſtolabatur, Londino ex Anglia ſuper Thameſi fluuio nauigauit [2] Rocheſtrum: indè peruenit Vliſſingam, [3] hinc Middelburgum [4] ad Principem, poſtea [5] Armuydam pedes, Deindè tandem nauigio Antuerpiam, quam antea Archidux reliquerat, appulit. [6] Atque ita, quod indè ab initio procurauerat hucuſque Auriacus (Deus nouit in quem finem)

10 k Antuerpia.

6 19 Febr.

FranCICA CVM BeLgIs ConCVrrVnt fœdera neXV.

Der Herrzog von Alencon, vor Antorf, sind in Antorf mit gr
sinem Heere und ingenommen

Zum triumph und herligkeit zu einem Hertzogen von Brabant, gemacht
Anno 1261 am 19 tag 22 February.

DONEC ſanè mortuo magno Caſtella Commendatore, quem Duce Albano à ſe ſcilicet Rege, quò ſubditis ſuis ſatisfieret, reuocato, ſuffecerat in gubernationem, res admodum turbarentur, ex laxata diſciplina, militū inobedientia, capta vrbe Zirixea graſſaretur. Hanc enim perturbationem aliquem fauorem illi à Naſſau attuliſſe. Poſteaque paulò Belgij ſui ordines generales, cupientes Belli calamitates ſemel ad exitum perduci, ab Auriaco eodem perſuaſi: qui diceret & callidè ſimularet, nihil ſe certè antiquius habere, bono, quiete, & tranquillitate Belgij totius, neque ſe magis quid optare, quàm vt ab externo milite liberaret, & Prouinciam in obedientia Regis contineret, & in ijs etiā antiquam Religionem Catholicam conſeruaret, eo quo in ijs modo, illa perpetuò fuiſſet: exercitata, Priuilegia quoq; eiuſem Belgij tueretur. 1576

I
IOANNE AVSTRIACO GVBERNANTE
263.

ORDINES cum eo, de publica Belgij pace, Gandaui conueniſſent, quæ duobus hiſce fundamentis & columnis niteretur. Nempè id quod expreſsè, diſertèq; in ea cautū fuiſſet: vt eadem illa Catholica Religio ſalua maneret, & integra, & ſubditorum in ſe, Regem ſcilicet, obedientia.

HAEC dum gererentur D Ioannem Auſtriacum optimum ſuum ſcilicet Regis fratrem fœlicis memoriæ, in Belgium miſiſſe cum mandatis ex animo componendi, reconciliandique omnes dicti Belgij ſui tumultus, magis miti cōmodaq; ratione, qua fieri poſſet. Idque ipſum præſtitiſſe ſuis, quicquid vllo modo liceret, id omne liberaliter indulgens, ratamque pacem illam Gandauenſem habuiſſe, quam & vbique, & conſueto more promulgari iuſſiſſet. 1577

10 k Anuerpia.

CVI promulgationi Auriacum omnibus viribus reſtitiſſe (Rex inquit) Cùm verò eam nequiret impedire nunquam ipſis in Prouincijs & locis, quæ obtinebat, eam fieri permiſiſſe: indignè ſuprà modum ferens, eam ſe non poſſe inuertere, impedireq;, etiamſi Rex poſtea eam confirmauerit probaueritque, & vtramque concordiam & tractationem ratam habuerit bonuſque ſuus ille frater, & aliorum ordinum delecti, viros probos & præclaros ad eundem Auriacum miſiſſent, quò ei perſuaderent, vt id executioni mandaret, præſtaretque, ad quod tenebatur, & per Gandauenſis pacis capita fuiſſet quidem & eſſet obligatus.

ET quia id excuſaſſet perpetuòque in ore habuiſſet, ſibi deberi integram prouinciæ, cui regendæ præpoſitus eſſet, Gubernationem: tum etiam vt vrbes quæ ipſum, agnoſcere noluerant in Gubernatorem, vel quas pòſt recepiſſet Rex armata manu, & alioquin in ſuam poteſtatem redegiſſet, eæ vrbes ſub ſuam id eſt Principis Gubernationem reducerentur. Id probitate & facultate ſuorum (inquit Rex) ordinum, qui nondum eius impoſturas norant & periuria, factum eſſe tum temporis, dummodo tamen iuramento firmaret, ſe nihil omninò, de ſuprà ſcriptæ Religionis Catholicæ & Romanæ forma mutaturum, eaque de re eas daret cautiones, quas Magiſtratus, Conſules, & vrbis incolæ cuiuſuis, poſſent iuſtè poſcere. 1 22 Februar.

POSTQVAM igitur diu diſceptatum eſſet, de ijs cautionibus, quas vrbs qualibet petebat, vt quod ille pollicebatur, id ita præſtaret, vrbes illæ eius Gubernationi reſtitutæ fuiſſent, v. i ſupràdicta & alia in inſtrumentis ſatisfactionum contenta iuraſſet. Sed Ecce alia, Alenconij, nouaque iuramenta præſtita [1] Antuerpiæ.





TEMPORA

LOCA

AT verò, abeſt (inquit Rex) vt iuratas promiſsiones obſeruarit, vt è contrario ipſe ſtatim in eas vrbes, miniſtros concionatores Caluinianos immiſerit, & hæreticos proſcriptos aduocauerit. Ibidemque conſcientiæ libertatem exercuerit, ac demùm ſcandalo nonnullas Eccleſias adfecerit. Mendicantium ordinem imprimis impetens. Deinde Magiſtratus, quos paulatim perſecutus ſit, & in fugam verterit, Pios paſtores, denique vniuerſam Catholicam Religionem, in exilium egerit, eiuſque exercitia prorſus interdixerit.

HAEC verò patrans, conſueta ſua hypocriſi ac ſimulationibus vtebatur, teſtatus ſcilicet; ſibi illa diſplicere, ſed ſe illis nullum adhibere poſſe remedium, Clam tamen ad hæc facinora, ipſum tum per ſe, tum per alios ſuos complices & miniſtros omnes ſeditioſos & hæreticos inſtigaſſe & excitaſſe, & quo hæc ſuorum auxilio faceret, præſidia ſingulis vrbibus contra pacta & iuratas conuentiones impoſuiſſe.

10 k Antuerpia.

INTERIM dictum ſuum nempè Regis fratrem D. Ioannem accuſare non ceſſaſſet, ipſum contra ordines machinari, quod tamen idem frater illius Regis videlicet teſtatus eſſet eſſe falſum, Verùm quidem eſſe, ſe, cum Auriaci obſtinatam malitiam videret, atque detexiſſet, cum alijs communicare forte potuiſſe, quonam modo Auriacus poſſet ad æqua iuſtaque perduci, etiamque impedire ne demùm turbaret omnem Belgij quietem publicam quemadmodum poſtea turbaſſet.

ITAQVE eundem Auriacum, nunquam quieuiſſe, donec proprijs ſuis artibus inter ſuum, eundem nempè Regis fratrem, & Ordines, tanta odia diffidentiamq; fereret, vt nihil quàm maxima & eudens cades metueretur. Quam vt auerteret ſuus ille frater, vel carcerem ſaltem, ſeſe in ſuam vrbem, arcemque Namurcenſem contuliſſe. Eo magis permotus, quod inermis foret. Contra verò certum eſſe, Auriacum per omnes ſuos emiſſarios, & in id paratos miniſtros hoc vnum agere, vt factioſi incitarentur, in eundem ſuum Regis nimirum fratrem, eumque vti anno eodem Conſiliarios ſtatus, quibus Belgij ſui generalem Gubernationem commiſerat Rex, caperent.

1 22 Februa.

TVNC ergò eundem Auriacum, exiſtimantem ſe omnia viciſſe, omnes ex arcu ſagittas emiſſe, artes & arma exercuiſſe, quò populum ſuum nempè Regis, in apertum bellù contra eundem fratrem ſuum quem dicum locum tenentem generalem pertraheret. Sed virorum qui apud eundem fratrem Regis erant, interuentu, & aliorum apud ordines probatorum virorum prudentia res eò deductas eſſe, vt omnia componerentur. Eundemq; fratrem quò omnes diffidentiæ ſuſpiciones vitaret, recepiſſe, ſe Gubernationi ceſſurum, & in Italiam profecturum, quemadmodum & ipſe Rex fieri volebat. Itaq; ordinum delectos apud eum iam fuiſſe, vt vtrimq; oblatas & acceptas pactiones viciſſim ſubſcriberent ac ſubſignarent. Sed malo quodã fato, Auriacum metuentem, ne ex Hollãdia, vbi tum erat, vllis ſuis artificijs vlterius hanc pacem impedire poſſet, eamq; reconciliationem funditùs euertere, ſtatim maturaſſet, cueſtigioque Bruxellam eſſe profectum, vbi ſimulans pacem velle, bellum procuraſſet, nouaſque in medium conditiones de quibus adhuc nullus ſermo fuiſſet habitus, immò ne cogitatum quidem foret, propoſuiſſet.

10 l Bruxella.

Adeò

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1582.

LOCA

TEMPORA

ADEO vt quo collimabat ſcopum attigiſſet, concordiam initam, id quod omnibus notum eſſet, rumpens. Deinde, rebus ita ad bellum apertum atq; crudeliſſimum planè verſis: vi, populariq; tumultu perfeciſſet, vt Brabātiæ protector, quem vulgò Reuvvartum ſiue Reuvvardum vocant, Bruxellæ declararetur.

10 l Bruxella.

(SICVT Alenconius Antuerpiæ, vt ſubſequenti figura patet intuentibus, Dux Brabantiæ.) [2] Ac poſtea quoq; ſecundus quem dicunt locumtenens omnium ſuarum (inquit Rex) inferiorum ditionum. Veluti etiam par Gandenſium & aliquot aliorum locorum quoſdam tumultus, ſe Auriacus in Flandria Gubernatorem eligi curaſſet, fratremq; ſuum germanum, atque ſororis virum, homines exteros, ad ſe adſciuiſſet: quo ipſis alias ſuarum, ideſt Regiarum Prouinciarum adminiſtrationes traderet. Atque ipſe interim vnà cum hiſce & alijs ſuis, miſellum ſuum, intellige Regis populū, diuexet omniq; impoſitionum, exactionum, petitionum, extorſionum quotiſationumque quas dicunt, genere, adeò verò duris, barbaris & tyrannicis, vt tales nunquam auditæ ſint.

EVMQVE Auriacum has executioni ſanè armis violentaq; manu ſine vllo regij (vt Rex inquit) populi cōſcenſu tamē, nullis accepti atq; expenſi, redditis rationibus perquā arroganter mandaſſe. Quod ſi quis de his verba fecerit, ei vel manus injicere, vel expilari eum, malèque tractari, & in carcerem conjici, vel, eum occidi iubere. Contrà verò patere, quod Rex perpetuò præſtiterit quò malè vtrinque accepta, inter ſuprà ſcriptum locumtenentem generalem & ordines componerentur, & ad ſyncera pacis conciliationem reuocari poſſent.

10 k Anuerpia

1 22 Februa.

SED quicquid boni per Regem fratremque ſuum præſtitum fuit, id omne ſuppreſſū occultatumque conſtaret. Iam verè Auriacus & eius aſſeclæ è contrariò mille cudere calumnias, quibus dictos ſuos, Regis nimirum ſubditos magis magiſque fallerent. Maximè quidem, dum victoria Gemblacenſi potitus Rex eſſet. Baronem à Selles, cum æquiſſimis conditionibus Rex obligauerat, quibus dictos ſubditos ſuos in gratiam reciperet, & omnia reconciliaret. Nihil indè ſecutum eſſe, propter impedimenta, quæ attuliſſet ille, licet ſanè eo toto tempore, ſui (Rex inquit) ſubditi, cum ad ſe nimirùm & ad optimum ſuum fratrem, è ſorore nepotem, & alios Principes viros & Reſpub. ſcriberent, quo in contentionibus & ſimultatibus, quas cum dicto locumtenente ſuo generali tum gerebant, ſe iuſtam fouere cauſam pro virili demonſtrarent. Certè ij expreſsè diſertèque proteſtabātur, ſe nihil prorſus in antiqua Catholica Romana Religione, qualis nempe in ſuis Regijs illis prouincijs fuerat perpetuò obſeruata, mutare velle, ſed ea ſalua ſe Regi obedientiam quæ iure tum diuino tum humano deberetur planè præſtituros. Hæc erant vnica duo capita, quæ petierat Rex ſemper, & tunc ab ipſis poſcebat, in quibus conueniebat.

10 m Gemblours.

AT illum Auriacum, ſubditorum cum Rege futuram reconciliationem metuentem, denuo noua commentum eſſe, quibus non ſolùm hæc impediret, verùm rem omnem, qua valeret, ipſe deſperatam & immedicabilem plane redderet. Quod ſe conſecuturum credidiſſet ſi omnia hæreſi corrumperet. Quo ille peruenisſet pluribus in locis tàm malis artibus, aſtutia, improbitateq;, & periurijs quæ & ipſe & omnes hæretici nouiſſent, quā etiā mera vi, vſus ea in re ijſdem rationibus, quibus antea in perdendis Hollandia Zelandiaque Prouincijs.



Digitized by Google

OMNIA tumultibus popularibus miſcuiſſet, & Eccleſiarũ direptionibus, ſacramentorum prophanationibus, Epiſcoporũ, Paſtorum, Ieſuitarum, Religioſorum Religioſarumque, & plurimorum bonorum honoratorum ſecularium (vti nominant) hominum cadibus aut carceribus attendiſſet, Renouans inſuper omnes Magiſtratus, & præter omnem iuris ordinem, ac priuilegiorum, morum & conſuetudinum leges antiquas, mouens priuanſq; ſuis muneribus, Præſides, Conſiliarios, locorum Gubernatores, Balliuos, vti dicuntur, Præpoſitos, Droſſardos ſiue prætores Scutetos, Scabinos, & alios officiarios catholicos ſibi ſcilicet Regi addictos benèq; erga Remp. eiuſque quietem affectos. Eorumque loco, propria authoritate & extraordinariè, ſæpè verò per tumultum populares, quo ille vnicè regnaret & triumpharet, ab ipſo excitari omnis generis quos appellant ſectarios, ſeditioſos, homineſque turbulentos, vitam ex rapinis & direptionibus degentes, & alios ſui ſimiles conſtituens. — 10 k Antuerpia.

ADEO, vt quacunq; in confuſionem, pluſquam tyrannicam, barbaram & ſanguinariam demerſerit, eamq; talem, qua maior nulla ſit vſquam audita. Cuius ciuitates nonnullas catholicas Prouincias taderet, maximè quidem ægreferrent illæ, bonorum conſcientias ſic opprimi, viq; cogi, Eccleſias, clauſtra, Abbatias, Arces, nobiliumq; virorum domos & proborum hominum dirui & euerti, eorundemq; bona præda dari, & exponi ſceleratis omnibus, pro huiuſce extranei hominis (Rex inquit) arbitrio, & vniuerſum Belgij ſtatũ ab eo penitus ſubuerti: eouſque, vt ad ea integras quoque Prouincias, vi ſanè, adigere voluerit, contrà præſtitum ab ijs iuramentum ſecùſque quàm vellent.

A ALEXANDRO FARNESIO GVBERNANTE.

1 — 259.

22 Februa. SE illæ Prouinciæ ſibi (Rex inquit) reconciliandas duxerunt. Cui earum propoſito & facto vndiq; tentaſſet Auriacus obſiſtere, & rem impedire, ſed eum illæ viribus conſtantiaque viciſſe. Etſi autem quod longè grauius eſſet, Romanorum Imperator, obnixè petentibus ordinibus illis Belgicis (nam Supplices ab eo flagitarant) vt inter ſe Regem ſcilicet, & ipſos tanquam mediator & interceſſor, pacem faceret: omni conciliandæ concordiæ negotium in ſe libens recepiſſet: in quam rem, Rex pro ſummo eo deſiderio quo populum ſuum tot hiſce calamitatibus liberari cuperet, acquieſcere minimè ſubterfugiſſet, immò libenter aſſenſiſſet, atque ob eam cauſam Cæſarea eius Maieſtas, eo delectos Commiſſarios, tàm Principes Electores, quàm alios ex præcipuis ſacri Romani Imperij, Coloniam Agrippinam huc miſiſſet, vt de controuerſis capitibus cognoſceret,

ATTAMEN, nec hoc Auriacum vlla in re à factis auertiſſet ſuis animumue illius, prauis pertinaciſq; conatibus geſtisue coercuiſſet. Quinimò ijdem Commiſſarij Arbitri, omnibus quæ in hac controuerſia neceſſario ſciri oportuit, auditis, & maturè diſcuſſis, multoq; tempore, quæ ordines à ſe (inquit Rex) peterent, & quæ ille viciſſim eis offerret, agitatis & expenſis, tandem Articulis, concordiæ decreuiſſent. Quos promulgari iuſſiſſent & edi, vt ab vtraque parte reciperentur. — 15 l Colonia.

FRVSTRA tamen hæc omnia, & irritus ſineque fructu vllo, vel effectu tantus labor, etſi ij articuli, tàm eſſent mites, iuſti & æqui: vt nemo, qui iudicio valeat, planè ſit qui nõ fateatur ſuprà quàm decet idoneos exiſtere, atque ſufficere. Seque Regem plus obtuliſſe, quàm ab illo eius ſubditi vllo iure poſcere debuerint.

DVM

LOCA

TEMPORA

DVM hæc Cæsarei Commissarij Coloniæ tractarent & peragerent, Auriacum (quò cuniculos in his, contrà Imperatorem, & sese Regem euertendis ageret, deploratáq; redderet omnia ipsum aliquod vrbium & Prouinciarum Vltraiecti earum quidem quas inuasisset & in suam potestatem redegisset, conuentum habuisse; vt ea in vrbe nouum fœdus, vel potius manifestum (Rex inquit) notoriamq; coniurationem, contrà suprà dictam Catholicam Religionem & se Regem, faceret. Quod verbis & iuramentis execrabilibus, planèq; detestandis concepisset, nec in eo abstinuisset, ab iniurijs, quibus prædictos Commissarios Cæsareos afficeret.

ri f Vltraiectum.

QVAE quidem vt præstaret, ac præstet, sibi & fratrem germanum, & sororis suæ virum, & alios in id comparatos, tanquam assessores adiunxisse, Rex inquit. Hæc itaque indefessis sollicitationibus, practicis, vt appellant, calumnijs & impertunis pollicitationibus & vi propemodum, pluribus locis extorsisse. Etsi autem ijdem Commissarij eam quā potuerunt diligentiam adhibuissent, vt Prouincijs, de ipsorum iustis & sanctis Decretis articulis componenda concordiæ tàm salutaris, subditis constaret: per suos attamen asseclas, & in id collectos homines, quibus tanquàm instrumentis vteretur, perfecisse Auriacum, vt ijdem articuli multò tempore supprimerentur.

VBI verò amplius ij celari non potuissent, Auriacum non solùm impediuisse ne acceptarentur, reciperenturque, sed & operam dedisse, vt in eos pernicioſi seditioſique libri conscriberentur, mendaciorum sanè (Rex ait) atq; calumniarum refertissimi. Porrò Deputatos illos, quos Antuerpiæ secum haberet Auriacus suæ nimirùm farinæ homines, articulos magis graues, & incommodos, petijsse. Et ò Deus quales? Impertinentes, exorbitantes, scandalique perplenas, & in Deum Optimum Max ac se Regem, eorum legitimum & naturalem supremumque Principem ac Dominum, impietatis testes longè verissimos, tales certè quales peiores esse nequeant.

1 18 Martij.

ATQVE verò, vt vidisset Auriacus, se etiam artibus adhibitis neque persuasionibus & laboribus, illos non posse ad se trahere, tandem Antuerpia egredi eum statuisse, qua ex vrbe, ne biennio quidem integro pedem extulerat, vltraiectumq; profectum esse, quo manum executioni suprà scripti damnosi fœderis imponeret extremam. Et quo omnia immedicabilia redderet, in vniuersum se ita gessisse in omni genere Tyrannidis, vt omnes Ecclesiasticos sedibus proprijs, laribusq;, domesticis expulerit, eosq; funditus exterminarit. Quinimò non aliter præcipuam omnem nobilitatem ac proceres totius (Rex inquit) Belgij sui tractatos, imò sic ab eo habitos fuisse, vt coacti fuerint aliò sese recipere, patriamq; deserere, qui illa in ea interea regnum obtineat, interque furias & tumultus populares liberiùs, absolutèq; dominetur, probis ex ea nempè pulsis, & vt idem ait Rex Hispaniarum hactenus fugatis.

10 k Anuerpia

NVNC Triumphum quo Antuerpiæ exceptus est Alenconius, alij descripserunt, figurisque complicibus in publicum emissis adornarunt. Eundem igitur tribus duntaxat figuris præcedentibus exhibere conspiciendum, ampliusque de eo dicere nihil statui. Conuenientius esse ratus, causam in medium attulisse bucusque facinoris illius, quod in Auriacum Principem Adolescens quidam exercuit Antuerpiæ, memorabile sanè, atque ob id latiori descriptione non indignum.

TEMPORA

LVCAE

ADVENIT modo nobis amicus peregrinus ex Bilsania in Belgium Adolphus quidam nomine tantum tanto genio, Bilsanis Catonibus Mercurialis secundus, & in Gallicis Academiis Caesarianis, interioris, confugiens inedita ex ea gente scitamenta diuina, quale Tritemius Hirsaugiensis Abbas eminens olim vitae ingenui familiam, hos Austriacos ante Ducalem dignitatem, tres ex eisdem reges, modo vbi eos Gallus degebat, Caledonias, Mauritaniae fortes & alacres, Hercynium Syluae, Sicilias, Hispaniarum ac Germaniae, Austriae, ac diuina subinde, ingenio fortasse, ac de indefessa filiolorum cura ardentes, nouae Austriadi, ter, non sibi aequi meritantes nullo minus vultu, & meritis accepit, quos deinde, alios in amplissimum pecuniae dispensatis.

1 Maii. 7 I Iunge.

DISCESSIT vrbi Salem, qua propter forum ex eadem confluentes varijs ex diuersis. * Antequis quam Adolphus ad tam grandia accingeret, Pyrrhi exul, tempestatem clades in eadem nauibus, ad Dan Kirchum ex eadem metu ad Lunam repulsa. Iamdiuum erat de tam nullum flaturorum. Celebratur hic apud animos fa dass, quique eam ad se pulsat propter Religionem nuda de charitate Christiana adolescentem exhortatione, Lucae ad Actorum Apostolorum, quae nouae Christianae Ecclesiae, in Hispaniae filiolos duos, imperatorem Maximilianum Austriacum Ferdinandi.

2 8 Martij.

CVIVS ex, fuga audiam Catholica Romana Religione suis dedicata & ecclesiasticis titulis, ex quam ejus & regina ecclesiae nullum aut quam, Calonae hic imperatore, ac tribunum suis praeuia, ante Adolphum. Nobis quod appellant, cum ipse ex ea ciuitate, quae Episcopale Sanctum Dominicum ab Asia Pelagio ejus nomine confessa est * ecclesiae, Idem ante eum, fortasse quae Sanctis simplo. Quae ita multis testantis nullatenus fuit partem quod a nauis ad flatus eadem ad quae ex, salutat, & ipsa rum ratione Asiatici nobis non relatum.

3 13 Martij.

SOLA ergo Catholica Religione, quam vidit & pertinens perfusio, & fuit, cum, cum impulit ad eam ecclesiae, vel suis publicis fuis terra fuit, quae ex ea ecclesiae ad ecclesiae ex ecclesiae ad ecclesiae ecclesiae ecclesiae, Adolphus de ecclesiae fore ecclesiae. Ecclesiae ex ecclesiae ecclesiae ecclesiae



Digitized by Google

SED eum Holachius Comes medium corripuit. Iguis vultum Auriaco ac barbam combuſsit, globus autem intrans ſub dextera aure exijt, vtram y, maxillam, ictu perforatum vno tantum vel altero dente excuſſo, lingua & cæteris illæſis. adeò, vt Adoleſcentem alloquutus feratur, his verbis. Amice quid in te comiſi? Collabentem autem Comes idem Holachius amplexu fouit & excepit, eumq; cõſolatus eſt. Adoleſcens eueſtigio ab Auriaci præſidiariorum vno, bipenni confoſſus, & à reliquis vulneribus multis cæditur, quorum primum Mauricius Auriaci filius intuliſſe dicebatur. Cadauer occiſi poſtridie [1] in quatuor partes antè domum ciuicam, diſſectum eſt, ſingulæ verò ſuper totidem portas vrbis ſuſpenſæ. de alio quodam vide paginas 349 351. quibi c inceptum ibi perfecit.

13 l Leodium

14 l Aquiſgranum.

POST obitum Cardinalis Leodienſis. Duorumque Imperij Electorum Treuirenſis videlicet ac Mogutinenſis, [2] Auguſtæ Vindelicorum conuentum ſiue Comitia ad certũ diem, [3] quem poſt tres ſeptimanas horribilis ille Cometa ſubſecutus eſt [4] cauda bifurcata, ſignum procul dubiò futurorum in Germania tumultuum euidenſq; præſagium. De quibus in Topographica atque Hiſtorica hac deſcriptione Leonis Belgici, non ſolum Latinè, verùm etiam in Relatione illa Hiſtorica noſtra germanicè, tractauimus.

15 l Colonia

QVOMODO nimirùm, Colonienſes quidam ciues proteſtantes libellum ſupplicem Senatui Colonienſi in eũ finem exhibuerint, [5] vt Imperij Conſtitutionis, Confeſſioniſq; anno 1530. Imperatori Carolo æternæ memoriæ, Auguſtæ vindelicorum oblatæ, & annis ſub ſequentibus 1555. 1559. 1566. eodem in loco, à Cæſaribus, ſacrique Romani Imperij Ordinibus approbatæ & confirmatæ, participes efficerentur, eaq; diſciplina vti poſſent, qualis in Electorum Saxonis, Brandenburgici, ac Palatini ditionibus, & apud alios Imperij Ordines, & Ciuitates permittitur. Neque enim timendum eſſe, aiunt, hac conceſſione vel permiſſione, Magiſtratus Colonienſis auctoritatem imminui, cùm aliarum Ciuitatum Imperij vti Auguſtæ Francofurti, Spiræ, VVormatij, Erfordij, Ratisbonæ, atque alibi. Exempla contrarium arguant, vbi maior obedientia & honor Magiſtratui deferatur, inter ciues pax & vnitas magis coaleſcat, quàm in alijs locis ac ciuitatibus, in quibus Confeſſionis Auguſtanæ doctrina impeditur.

15 q Treuiris

18 q Mogũtia.

PETVNT itaque, vt Coloniæ, Regi gloriæ Chriſto Ieſu portæ attollantur, illiſque Ciuibus proteſtantibus publicum diuini verbi exercitium, certò loco admittatur (hocque Antuerpienſium, Aquiſgranenſiumq; exemplo, quos hac in parte immitabantur faciũt) Cæterùm prudentiſſimus Colonienſium Senatus, nullius quàm Catholicæ Religionis exercitium publicum admiſiſſe, quin eos potius, qui libellum ſupplicem ſubſignarant atque offerebant, carceribus mancipaſſe, concionesq; quoq; Truchſeſio conniuente, & eius Aſſecla Comite Neuenario procurante, tribus extrà Ciuitatem continuis diebus Dominicis in Catholicorum deſpectum continuatas, impediuiſſe, ſuprà diximus.

17 p Palatinatus.

ATQVE inter cætera retulimus, capitulum Eccleſiæ Metropolitanæ Colonienſis iam antea quoq; à Truchſeſio, velut Archiepiſcopo ſuo petijſſe, vt conciones illas ſcandalo plenas amoueret, & audaciam Neuenarij Comitis compeſceret, idipſum etiam non petere ſolum, ſed & velle, vt talem inſolentiam coerceret, quod ſi non fecerit, Capitulum ſuum non intermiſſurum eſſe officium. Hæc ita in vico quodam (Tsherrn Mullem vulgò ſic appellato) Capituli nomine propoſuit Chriſtophorus Comes à Tenghern vicedanus, adiunctis alijs Canonicis Presbyteris in præſentia Truchſeſij, Solmij, Neuenarij Comitum, & Bentheimij. Ita, vt cum Truchſeſius animaduerteret, Capitulo rem eſſe cordi, in illa congregatione [7] Neuenarium compulerit, iuſſeritque à Concionibus huiuſmodi promouẽdis in poſterùm deſiſtat, quod data dextra fidem ſuam confirmante, ſe facturum quidem promiſit, ſed in gratiam Archiepiſcopi duntaxat, non autem Colonienſium. Paulò poſt Lyra, oppidum in Belgio, à Regijs eo ſtratagemate occupantur. [8]

15 k Mullem

10 k Lyra.

1 19 Martij.

2 22 Martij.

3 22 Aprilis.

4 14 Martij.

5 8 Iunij.

6 8. 15. 22. Iulij

7 29 Iulij

8 11 Auguſti

Wat geltde CORTRYCK
Der heer van Pede-tsberge
Gouverneur van CORTRYCK

Digitized by Google

1582. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA

LOCA

COLONIENSIVM postea Senatus consulto decretum est, ' vt omnes aduenæ, qui post annum 1566. in vrbem colonien sem commigrarunt, & ad præscriptum Catholicæ Religionis non viuerent, aut viuere vellent, intrà 4 septimanas vrbe excederent.

1 6 Augusti. *PROTESTANTES Confessionistæ Coloniensium Edicta, ' Augustæ in Comitijs perinde interpretati sunt, ac si iniuria non minima inferretur ciuibus Supplicantibus, quæ & in omnes Augustanæ Religionis Principes & socios redundaret, ex eo, quòd putabāt, Religionem suam, vt damnatam in imperio æstimari, eiusque cultores, reos & indignos honestis officijs & Republicæ dignitatibus indicari, cum Religionis pacificatio (vulgò* Religionstridt) *longè aliter definiat. Quocircà Tabellariū, Augustà Coloniā miserūt expressum, cum literis, quibus inter cætera narrant. Compertum iam multoties esse, Euangelicam Religionem nouissimis istis temporibus, per vniuersum mundum diffundi, in cordibus hominum radices agere, & quotidiana incrementa sumere, humanas vires ad hanc extirpandam nimis esse imbecilles. Omnes Magistratus qui hanc persequendo & suffocando, suas Respublicas tranquilliores reddere voluerunt, nihil præter seditiones, bella, cædes, & extremas terrarum suarum euersiones consecutos esse, seipsos excruciasse, & sanguinis multorum innocentem effusi, reos se fecisse: Neque tamen sic ad intentionem suam peruenisse, Sed tandem stabilem pacem publicum Euangelij exercitiū permittendo, inuenisse, idque Coloniensibus ex vicinis Prouincijs Belgicis maximè, satis constare.* 10 k Belgium.

QVIBVS cogitandū relinquunt, Deum multa animarum millia, in earum ciuitate Coloniensi, sui Euangelij illustrasse infinitaque hominum corda occupasse, multos publicè Christianæ fidei confessionem non erubescere, eos, vt membra eius ciuitatis nihil aliud, quàm publicum sine Religionis exercitium, & alia quæ in eorum supplicatione continentur) petere atque polliceri, Fas igitur esse, Magistratum Coloniensem, suorum concium petitionem, quæ non temporalia, sed immortales animas concernit, clementer exaudire, eique templum, aut alium locum propitium, in quo Augustana Religionis exercitium secure, & cum omni impunitate exercere possint, concedere, confestim pœnas remittere, mulctasque constitutas abrogare.

2 26 August *, DEINDE mittunt Protestantes illi Principes denuò ad Colonienses, Ducem Bipontinum legatum, in eum eundem finem: Cui tandem scripto responderunt. Ex concordia & pace Religionis, consequens non esse, Colonienses ipsos Magistratus, aliosque ordines Catholicorum, ad petitionem Ciuium, aliam Religionem admittere debere: multò verò minus ad aduenarum, qui Coloniam confluxerunt, postulata: Caueri enim pace illa, vt, in quibus vrbibus imperialibus hactenus vtraq; Religio obseruata fuit, in ijs, & vtraque in posterùm obseruetur, nec vnà ab altera explodatur. Cæterū quod Colonienses, aut aliæ ciuitates Imperij, in Catholica Religione fideque constanter perseuerantes, aliam Religionem acceptare, vel admittere teneantur: id neminem ex condicionibus illius pacis posse commercere.*

CVM itaque validis argumentis se obfirmatos esse Colonienses asserant, quibus nimirùm se non vrgeri ad nouam Religionem assumendā, aut permittendum intelligerent, multò minùs tempore hoc infideli ac maligno, quo sub boni prætextu tam multi noui, inq; Imperij constitutionibus expressè interdicti, ac meritò fugiendi errores pullulent, quorū auctores priùs nec quiescāt nec ferientur, quàm antiqua Catholica Religio suffocetur & extinguatur, vnde nihil sequatur, quam fatalis calamitas, pernicies, desolatio, rerumque publicarum interitus. Decreuerunt ijdem Colonienses, se adiutorio gratiàque Dei, in vestigijs laudabilium, fœlicis memoriæ, patrum suorum, perseueraturos, nullamque aduersus illam nouitatem admissuros.

3 16 Septēb. 15 l Cloonia

EXPECTATVR



TEMPORA

LOCA

COLONIENSIVM postea Senatusconsulto decretum est, ' vt omnes aduenæ, qui post annum 1566. in vrbem colonienſem commigrarunt, & ad præscriptum Catholicæ Religionis non viuerent, aut viuere vellent, intrà 4 septimanas vrbe excederent.

PROTESTANTES Confessionistæ Colonienſium Edicta, ' Augustæ in Comitijs perinde interpretati sunt, ac si iniuria non minima inferretur ciuibus Supplicantibus, quæ & in omnes Augustanæ Religionis Principes & socios redundaret, ex eo, quòd putabāt, Religionem suam, vt damnatam in imperio æstimari, eiusque cultores, reos & indignos honestis officijs & Republicæ dignitatibus indicari, cum Religionis pacificatio (vulgò Religionstridt) longè aliter definiat. Quocirca Tabellariū, Argestà Coloniā miserūt expressum, cum literis, quibus inter cætera narrant. Compertum iam multoties esse, Euangelicam Religionem nouissimis istis temporibus, per vniuersum mundum diffundi, in cordibus hominum radices agere, & quotidiana incrementa sumere, humanas vires ad hanc extirpandam nimis esse imbecilles. Omnes Magistratus qui hanc persequendo & suffocando, suas Respublicas tranquilliores reddere voluerunt, nihil præter seditiones, bella, cædes, & extremas terrarum suarum euersiones consecutos esse seipsos excruciasse, & sanguinis multorum innocentem effusi, reos se fecisse: Neque tamen sic ad intentionem suam peruenisse, Sed tandem stabilem pacem publicum Euangelij exercitiū permittendo, inuenisse, idque Colonienſibus ex vicinis Prouincijs Belgicis maximè, satis constare.

10 k Belgium.

QVIBVS cogitandū relinquunt, Deum multa animarum millia, in earum ciuitate Colonienſi, sui Euangelij illustrasse infinitaque hominum corda occupasse, multos pubcā Christianæ fidei confessionem non erubescere, eos, vt membra eius ciuitatis nihil aliud, quàm publicum suæ Religionis exercitium, & alia quæ in eorum supplicatione continentur) petere atque polliceri, Fas igitur esse, Magistratum Colonienſem, suorum conciuium petitionem quæ non temporalia, sed immortales animas concernit, clementer exaudire, eisque templum, aut alium locum propitium, in quo Augustanæ Religionis exercitium secure, & cum omni impunitate exercere possint, concedere, confestim pœnas remittere, mulctaque constitutas abrogare.

2 26 August

DEINDE mittunt Protestantes illi Principes denuò ad Colonienſes, Ducem Biponti num legatum, in eum eundem finem: Cui tandem scripto responderunt. Ex concordia & pace Religionis, consequens non esse, Colonienſes ipsos Magistratus, aliosque ordines Catholicorum, ad petitionem Ciuium, aliam Religionem admittere debere: multò verò minus ad aduenarum, qui Coloniam confluxerunt, postulata: Caueri enim pace illa, vt, in quibus vrbibus imperialibus hactenus vtraq; Religio obseruata fuit in ijs, & vtraque in posterùm obseruetur, nec vnà ab altera explodatur. Caterū quod Colonienſes, aut aliæ ciuitates Imperij, in Catholica Religione fideque constanter perseuerantes, aliam Religionem acceptare, vel admittere teneantur: id neminem ex condicionibus illius pacis posse commercere.

CVM itaque validis argumentis se obfirmatos esse Colonienſes asserant, quibus nimirùm se non vrgeri ad nouam Religionem assumendā, aut permittendum intelligerent, multò minùs tempore hoc infideli ac maligno, quo sub boni prætextu tam multi noui, inq; Imperij constitutionibus expressè interdicti, ac meritò fugiendi errores pullulent, quorū auctores prius nec quiescāt nec feriantur, quàm antiqua Catholica Religio suffocetur & extirpetur, vnde nihil sequatur, quam fatalis calamitas, pernicies, desolatio, rerumque publicarum interitus. Decreuerunt ijdem Colonienſes, se adiutorio gratiaque Dei, in vestigijs laudabilium, fœlicis memoriæ, patrum suorum, perseueraturos, nullamque aduersus illam nouitatem admissuros.

3 16 Septēb.

15 l Cloonia

EXPECTATVR



Digitized by Google

LOCA

TEMPORA

EXPECTATVR interea dum Comitia cùm Electoribus celebrat Auguſta, Truchſeſius Archiepiſcopus Colonienſis, ſed non venit. Quare, vt officio ſuo non deeſſet Capitulũ Colonienſe, mittere ſtatuit Choriepiſcopum ſuum Ducem Fridericum Saxoniæ & Louenburgij ſuo nomine; quod ægrè admodum tulit Truchſeſius, adeò, vt indè initium fons & origo naſceretur, capitalis odij Truchſeſij in Saxonem, quòd ſcilicet legationis munus, non imitus, ſed libenter ac fideliter obire voluerit.

1
18 Septẽbr.

18 k VVeſtphalia.

SED & Truchſeſius ſuos ad Comitia miſit. Illuſtriſſimos videlicet illos atque prudentiſſimos viros, Comitem Chriſtophorum Tengium, Comitem Everardũ Solmium Droſſardium, vt vulgò vocant, VVeſtphaliæ generalem, D. Furſtenbergerum Satrapam Peilſteynium, Burchardum Cancellarium, & Conſiliarium ſuum, D. Michaelem Glaſerum, ſeque ſubſecuturum promiſit: ad Comitia autem Auguſtana venire tam diu diſtulit, donec tandem ſua ex parte, nouos atq; alios legatos mitteret, Comitem videlicet Adolphum Solmium & Doctorem Schvvarzium, qui tentarent an libertatem Religionis, pro populo, proq; Truchſeſio ipſo Matrimonium, ſine iactura adminiſtrationis ſuæ, aliaq; id genus, in hoc conuentu promouere poſſent, ſed nihil ibi effectum eſt aliud, quàm quod paulò pòſt, Supplicatio [1] quædam, ſub nomine VVeſtphaliæ quorundã ordinum Truchſeſio in eum fere finem, quem dixi, porrecta ſit atque à Neuenario promota vel maxime.

2
19 Septẽb.

15 l Colonia.

PROMOVERVNT hanc eandem, [2] Auguſtanæ Confeſſionis Socij, literis atque interceſſionibus ſuis apud Truchſeſium, cauſſamque plurimùm comendarunt, indicantes, magnam eſſe in Diœceſi ſua, maxime autem Coloniæ, multitudinem eorum, qui ad veræ (quàm vocarant Euangelicæ Doctrinæ, exercitium anhelarent, carceribus, infamijs, pecunia, & exilijs multarentur, quod ad iniuriam Ordinum ac Principum Auguſtanæ cõfeſſionis dcriuaretur.

SE quidem ex Comitijs Auguſtanis antea Senatui quoque Colonienſi, in eum finem ſcripſiſſe, maxime, vt Edicta ſua mitigaret, ciueſque ſuos in conſcientiæ negotijs non moleſtaret, ſed templum, aut alium locum, in quo ſuam Religionem ſecure exercere poſſent, permitteret. Cæterum tabellarium inde frigidum imò negatiuum in effectu, reſponſum reſponſum reportaſſe, nec quicquàm de mandatis ſuis in proteſtantes editis remiſiſſe. Se itaque non dubitare, quin hæc Truchſeſio diſpliceant, hanc ob cauſſam ſibi viſum fuiſſe, hæc eidem ſignificare. Rogantes, vt Clericos pro ſua authoritate coerceat, ne Magiſtratum aduerſus Auguſtanæ confeſſionis ſocios irritent, ſed irritatum moneat, vt rigidiora edicta ac placita, illorumque executiones & perſecutiones aboleat. Templum cruibus Auguſtanæ confeſſionis, in quo ſuam Religionem exercere poſſint, concedat. Sin minus fore, vt huiuſmodi perſecutiones in Chriſtum, eiuſque Euangelium inſtitutæ, perturbent Reſpublicas. Ad quod euitandum, efficiat Truchſeſius, rogant domò, vt percepta tentataque media, acem publicã promouere non deſinat. Hinc enim eundem Truchſeſiũ apud ſe, omneſq; palios Electores Principes, & Imperij ordines, gratiam inituruin pollicentur quàm maximam. Atq; ita Auguſtanæ confeſſionis Socij ac Principes, non modò apud Imperatorem 10 Iulij 1581 pro Aquenſibus, apud Electorem Colonienſem iam [2] & antea apud Senatũ 27. Auguſti 1582. pro Colonienſibus intercedendo, Auguſtanam ſuam confeſſionem propagare conati ſunt, idque in Comitijs Auguſtanis, à quibus tandem [3] diſceſſum eſt: Quid poſtea ſecutum ſit, ex ſequentibus patebit: Hic figuram tantùm ſubijcimus eorum, quæ Lochonij contigerunt.

3
20 Septẽb.

14 l Aquiſgranum.

4
24 Septẽb.

14 f Lochum.

LOCHVM

1582. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA | LOCA

INTER cætera, in Comitijs Augustanis actum est quoque de contributione contrà Turcam, coniuratum Christianorum hostem, & à Germaniæ ordinibus Cæsari aliquid concessum sed adeò, vti ferebatur, conditionibus vinctum, vt id admodum sit exiguum. Deinde, qui sunt Religionis Protestantium, vix quicquã persoluturos putabant, nisi Cæsar præstet quæ petunt, & ipsos grauaminibus, quæ nominant, liberet. Porrò, quòd ad Belgium pertinet, petitum est: Aiebant Francum ope Germanorũ prouincia pellendum. Omnes verò vno ore Protestantes potissimum, regasse, Sulium xisse: saltem, & dicto publico, vetaretur: ne quis Imperij ditionis, pro Gallo, contrà Philippum Hispaniæ Regem militaret. Eos verò restitisse, volari enim Germanicam libertatem. Regem ergò, cùm bellum gerat, patrimonij tuendi causſa, & contrà proprios subditos, non esse iuuandum. Francũ ille proprio marte, si potest, ejiciat. Quod sic se habere vix crediderim, nam si vinceret, Regi forte liceret Imperio Belgium subtrahere, nec id amplius, cùm illi contra conuenta, quæ debentur auxilia, negarentur. Hoc etenim nomine Imperio pendit, quantum Electores duo.

1 5 Octobris — 15 l Colonia

PORRO si Francus Belgium occupet, nonne vlterius progredietur? Metim habet & Cameracũ, munitissimas vrbes, per quas ei fieret ad Germanos aditus. Quibus si Traiectum adiungeret, vel Coloniam, illi nempe Germani proculdubio, in maximo periculo suis consilijs versarentur. Neq; enim qui rebus suis studet, desineret Francus, quin in Imperij fines, amicum sibi fœderatumque Turcam vel patronum potius, quà daretur, immitteret. Ergò Belgio pellendus erit francus, de quo dictum est suprà. At verò quòd Protestantes vltrò à Comitijs Augustanis, Halam Saxoniæ discesserint, in eaque contraria, quã Augustæ, Decreta, propijs alteris Comitijs cuderint, fœdusque simul contraxerint, non est verisimile, eos cum Francо coniurgendos, clamque Imperatore, bella & tumultus in Germaniæ excitare.

2 7 Octobr. — 8 p Cameracũ

FINITVM est (vt antea diximus) sub Pio 4 Summo Pontifice Oecumenicum illud Tridentinum consilium, in quo decreta sum omnia, quæ circa Dogmata, & Cleri Reformationem, varie huc inde, ventilata sunt, ab eo tempore, quo scribere cæpit Luiberus spacio scilicet 46 annorum, quibus mysticum Catholicæ Religionis templum est readificatum. Cumque in eodem Concilio Breuiarij quoque atq; Missalis emendatio, Romano Pontifici esset reseruata, eandem 7 ij 1111 successor Pius V. superioribus annis diligenter perficiendum curauit; Ciclumque Lunarem, Breuiario Missalique præfixum, anno 1568. & 1570 suo loco in Calendario, quinque diebus annotum, iterum restituit.

14 f Metz.

3 12 Octobr.

Et quamuis huic suæ restitutioni sic editæ, nihil addendum, detrahendum, aut immutandum esse præceperit: (quemadmodum in Topographica atque Historica etiam terræ Promissionis Descriptione vostra diximus) quia tamen futuris anticipationibus non satis prospectum erat, id opus Pij V. visum est non omnibus numeris absolutum atq; perfectũ, In eam itaque curam eius successor Gregorius XIII. summus post Deũ Ecclesiæ Antistes, vt diem quintum huius mensis Octob. [1] in decimum quintum [4] commutaret, atque ita 10 dies integros omittendos, hoc anno præceperit, quos à primò omnium Paschate (hoc est ab anno mundi 2454) nouilunia: Æquinoctia verò à tempore Concilij Nicæni hoc est ab anno Christi 324, hucusque anticipauerant. Atque ita futuris anticipationibus prospexit, vt modum singularem constituerit, quo in posterùm obseruato, nulla vnquam Nouiluniorum, Æquinoctiorũue incidere queat anticipatio. Sed de his alibi diximus.

4 15 Octobr. — 16 l Bonna.

Nunc hoc adijciamus, quod quinto post die, quàm sacrum, in Nouo Iesuitarum Templo primum celebratur [2] Colonia, Doctori Eickio Prætori, Bonnæ cum Cõsule Sclaunio de clauibus & portis, post Truchsesio custodiendis, lis interuenit, [3] quæ vix dum in Nouembri sopita fuit.

5 29 Octob. — 10 k Anuerpia.

TRVCHSESIVS

ALEXANDRO FARNESIO LEONEM

LOCA

TEMPORA

TRVCHSESIVS, poſtquam clam maiores copias quàm pro more ac conſuetudine ſolebat habere, conſcripſiſſet; VVeſtphalicas prouincias ditioneſq, ad tempus relicturus, atq, ad Rhenanas partes properaturus Aquilæ proteſtanti, Galloque reformato, ac degeneri, Bonnæ locum, ſibi Aſilum ibi conſtituit. Ac ne Catholici interim animaduerterent, illum Religionem Romanam immutaturum, conqueſtus eſt ante ſuum diceſſum

16 l Bonna. ex VVeſtphalia, coram Conſiliarijs, Quædam illic in Eccleſia eſſe collapſa, inter alia pueros eſſe non paucos, qui ſecundum laudabilem & antiquum Eccleſiæ Catholicæ ritum non eſſent confirmati, ideò quod multo tempore Suffraganeus eò loci non fuiſſet, promittit itaque (ſiue imponit VVeſtphalis potius) ſe Coloniæ ſuffraganeum, formamq, viſitationis Catholicam miſſurum. Atq, hæc quidem Eccleſiaſtiaſticis perſuaſit.

1 Nouēbr.

NOBILIBVS verò Catholicis, ne propter nouum conſcriptum militem ſentirent eundem Truchſeſium noui aliquid contrà Religionem ac totam Diœceſim Colonienſem moliri, cauſſam tantarum copiarum eſſe aiebat, vt oppida atq, arces ſuæ Diœceſis, quæ ab

16 h Iſſa. externo milite impetebantur, muniret ac defenderet: quippe, quod ordines Belgici breui ISSAM, Regij vero VDAM arcem violenter occupaſſent, metuendumq, ſit, plura loca paulatim periclitatura, niſi horū ratio haberetur, ſatellitibus ſibi opus eſſe, addens id eò quòd ſciret inſidias ſibi ſtructas.

CONSILIARIIS quos in VVeſtphalia reliquit, interim negotia nondum deciſa committit expedienda, ſicq, Arenſpergo diſceßit. [1] Et vt omnibus Catholicis tantò magis imponeret, ſuumq, propoſitum occultaret, Auerdonckio Conſiliario ſuo preſente, viro

16 h Vda. pio, ac deuoto, ſacrum vti videbatur, etiam piè ac deuotè Truchſeſius audiuit.

BONNAM autem contendens Truchſeſius, Alpeſq, Aquilæ in Aquilone deferens, re cum Comite Alpenſi, ſiue Neuenario, aut ſi mauis Noua aquila, antea communicata, ex itinere præmiſit Caſparum Heyen nobilem VVeſtphaliæ quendam ſuper Aulicos

2 3 Nouēbr. Capitaneum, vt cum Prætore Bonnenſi Doctore Eickio, Truchſeſio cum ſuis Aulicis & Sclopetarijs aditū introitumq, in Ciuitatem præſtrueret, quod perquàm diligenter vterque cum cæteris Truchſeſio addictis (Conſulibus licet cæt, eriſque Bonnenſibus reluctantibus) effecerunt. Nam cum Truchſeſiani ad portam adeſſent, Prætor Bonnenſium Conſuli Schlaunio obijcienti, ex mandato nullum, ſub quouis titulò in oppidum eſſe admittendū, imò ne quidem Electorem ipſum, niſi manifeſtum proferret indicium, reſpondit, Mandatumque Electoris proferens ſuaſit omninò eos eſſe recipiendos, qui ante portam ſubſiſte

20 d Aréſperg. rent, cùm Aulici ac Domeſtici ſint Archiepiſcopi, quod ſi non fecerint, Senatores alijque Bonnenſes videant, vt agant, quod ſe defendere & excuſare poſſe exiſtiment. Interim dū claßicum canit antè portam Truchſeſij Tubicen, & intrà portam perſuaſionibus ac minis agitur, portæ reſerantur, aperiunturque, ita, vt Truchſeſius, & qui cum ipſo erant Aulici ac Domeſtici pedites equiteſque non ſolum, verùm intermixti quoque clanculum Sclopetarij milites oppidum intrarent. [3]

3 4 Nouēbr.

BONNENSES mirati inſolitas militum copias, belli potius inſignia, quàm pacis præferre, ſtatim ad arma cocurrunt, forum domumq; cimicam, atque alia loca publica præſidijs muniunt, & paſſim per oppidum ſtationes diſponunt, Senatores Truchſeſij aſſeclis in faciem quoque non verebantur dicere, oppidum ſe domeſticis armis tueri poſſe,

16 k Sigberg. ſeque tot èquites, ac pedites in ciuium domos recipere nolle, præſtare igitur vt externa copiæ aliò tranſerantur, qua res Truchſeſium ſuoſque valdè perplexos, in ciuitate ſine ordine conſiſtentes reddidit, adeò, vt ſaltem per monaſteria, Eccleſiaſticorumq; familias, & publica diuerſoria ſuos diſponi permittant, petierint.

RHENVS

BONN
T L V

1582. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA | LOCA

METVENS sibi Truchsesius cum suis Bonnæ inter medios ciues consistens, qui non solum in armis stabant, & excubias vndique agebant, vectes & cathenas tendebãt occludebantque, verùm in nobiles etiam Truchsesij petulantiam exercebant, cæpit captare consilia, quibus absolutam vrbis potestatem in se transferre, murumque in ciues imperium consequi posset.

1 4 Nouẽbr. — 16 l Bonna.

PRIMVM quosdam ex suis adiungi petijt, qui vnà cum Senatu clauium custodiam haberent. Senatus aũt occlusis portis, claues oppidi ad se referri præcepit. Deindè vtrũque Consulem D. Eickius Prætor in prandio, ad clauiũ traditionem apertius inducere Truchsesij nomine conabatur. Cæterùm huic responsum est, Claues oppidi, ab eodem Truchsesio Senatui Bonnensi augurationis tempore datas esse & concreditas, quorum custodia priuari nec possent, neque etiam debeant. Adhoc replicatur. Id principi non præiudicare quominus, persona illius periclitante, ius clauium repetere queat. Senatus verò, vt hanc cauillationem remoueret, offert Truchsesio ex optimis fidelissimisque ciuibus, centum, si petat satellites, qui sui corporis custodiam haberent quàm diligentissimam.

2 5 Nouẽbr. — 16 m Dietkirkẽ

3 17 Nouẽb.

CVM autem verbis nihil efficerent, ad rem perueniunt Truchsesiani persuasores: Comitem Solmiũ ad suburbia appellantes, illique portas aperiri postulantes, verũ qui à Magistratu missi erant, occlusa porta, claues, non à Truchsesio missis, qui easdem ad portam exigerent) sed eidem Magistratui retulerunt, qui sine Capituli sententia ac mandato claues reddere, vel etiam ius suum præter consuetudinem violari nequaquã voluerunt. Grauiter admodum id cõtigit Comiti Solmio, cum audisset Capituli sententiam rogari oportere. grauius autem Truchsesio, qui ad finem intentionis suæ tum peruenire non poterat, metuebat enim sibi non à ciuibus tantùm, verùm etiam, ne extra ciuitatem quid contrà illum molirentur Capitulares, quibus non sine caussa, perspectæ fuerãt vtcunque actiones Truchsesij.

4 30 Nouẽb. — 16 m Poppelstorff.

5 2 Nouẽbr.

HINC factum est, vt de hac Bonnensium constantia, apud amicos Coloniæ Solmius Comes cõquerens, breui fore iactauerit, eos molestijs quàm plurimis exagitatos, tandem vltrò claues ipsas concessuros. Quare eum Truchsesius Bonnam nouo conscripto milite quasi circumcingeret, præsidia imponens Monasterio Dietkirchẽ. Castris Poppelstorffio, Godesbergo. Kessenich, pagisque finitimis miles distributus numero indies augeretur, sibi non immeritò metuebant etiam Bonnenses, ne per maiores copias in vrbem cuniculus vel scalis inductas opprimerentur. Interim & Capitulum Colonienſe 5 postea etiam summus Pontifex, cum suspicarentur, quid de mutanda Religione, deque ducenda vxore, retinendoque nihilominus Archiepiscopatu Truchsesius conaretur, per legatos, ac literas, multa quidem fecerunt, sed apud eundem nihil effecerunt. Nam in proposito suo, cum Protestantibus germanis, Reformatisque gallis, ac libertatem querentibus, sed non inuenientibus Belgis, perstitens, Religionem Concilio Tridentino contrariã, per omnes suas liberam permisit. 7 multaque commisit, quæ ex sequentibus lectori, suis quibusque temporibus occurrent.

6 17 Decẽbr. — 16 m Godesberg.

7 1583. 16 Ianuar.

LOCA

TEMPORA

EST autem literarum à Gregorio XIII. ſummo Pontifice ad Gebhardum Truchſeſium 17 die Decembris Anno 1582. ſcriptarum tenor talis.

VENERABILIS frater, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Truchſiorum domum, non minus generis nobilitate, quàm fidei catholicæ ſtudio & conſtantia antehac floruiſſe, teſtis eſt inſignium virorum, qui ex ea prodierunt, tum antiqua, tum recens memoria, præcipuè verò Cardinalis Auguſtani, qui principem in ea locum obtinuit, apud quē tu piè & religioſè, & quaſi in conſpectu ac gremio S. Romanæ Eccleſiæ educatus, non parum olim præbuiſti ſpem, fore, vt dignus tali genere, ac diſciplina euaderes. Hinc noſtra erga te propenſio, noſterque paternus amor initium habuit, qui poſtea, ex grauium virorum teſtimonio, non ſolùm confirmatus, ſed etiam auctus fuit, vt de te nobis vicißim optima & rectißima quæq; polliceremur.

1 17 Decēbr.

15 1 Colonia

SVCCESSIT tempus illud, cum electus fuiſti à Capitulo Colonienſi in Archiepiſcopum illius Eccleſiæ, quæ electio, cum maximis implicaretur difficultatibus, & vehementißimè oppugnaretur, tamen ea ergà te vſi ſumus benignitate, vt, ſublatis omnibus impedimentis, Capituli iudicium, & electionem de te factam, approbaremus, cōfirmationiſq; Apoſtolicæ robur adiecerimus. Ex his putabamus neminem te, aut Religionis orthodoxæ, aut S. huius Sedis, aut etiam diſciplinæ Eccleſiaſticæ ſtudioſiorem, vel obſeruantiorem fore.

SED dolemus, & quidem grauiter dolemus, noſtram ſanè expectationem ex his, quæ de te multorum literis ſermonibus, & fama ipſa, quotidie ad nos perferuntur, non ſolum labefactatam & imminutam, ſed penè deletam, ac illa, quæ circumferuntur talia eſſe, & loco munereq; tuo adeò indigna, vt ſine magno pudore exprimi non poßint.

SVSTINVIMVS nos certè, quoad potuimus, ne quicquam de te indignum eſſet, crederemus. Sed cùm rumor cotidiè magis ingraueſceret, coacti ſumus ſuſpenſo ac ſollicito de te animo eſſe, nec diutius diſſimulare voluimus.

MONEMVS igitur te, vt famæ ac ſaluti tuæ, in tempore conſulas, &, ſi fortaſſe longius quam oportuit progreſſus es, te reuoces. Sin verò falſa ſunt, quæ obijciuntur, quod potius vellemus, animum ac ſenſum tuum aperias & declares, nec patiaris ex malenolorum ſermonibus, perpetuam notam ac ignominiam tibi, tuæq; agnationi, & ordini Eccleſiaſtico inuri: Cogiteſque quid Deo, qui ad te ad iſtum ſublimem gradum euexit, quid Sedi Apoſtolicæ, quæ te ſingulari quodam amore, & gratia complexa eſt, quid patriæ, quid generi, quid Chriſtiano nomini, quid publicæ vtilitati, quid denig, tibijpſi debeas. Qui, cum honorificentißimum locum teneas, non alij magis quàm tibijpſi inimicus fueris, Si ita geſſeris, vt merito indè exturbandus ſis: cum tamen nullo negotio, eum tibi conſeruare, & magnus in Eccleſia Dei, & ſumma cum auctoritate inter Imperij Principes eſſe poßis.

2 17 Ianuarij ſtylo veteri.

10 k Antuerpia.

MEMINERIS quàm difficiles & periculoſi ſint nouarum rerum exitus, & quanto pere cauendum ſit prudenti & pio viro, ne temerè famam, rem, ſtatum, dignitatem, animamque denig, ipſam, in extremum diſcrimen adducat, cuius rei non deſunt noſtra ætate exempla, quibus doceri poßis. (Sed Alenzonij conatus videamus)

TEMPORA

LOCA

METVENS ſibi Truchſeſius cum ſuis Bonnæ inter medios ciues conſiſtens, qui non ſolum in armis ſtabant, & excubias vndique agebant, vectes & cathenas tendebãt occludebantque, verùm in nobiles etiam Truchſeſij petulantiam exercebant, cæpit captare conſilia, quibus abſolutam vrbis poteſtatem in ſe transferre, murumque in ciues imperium conſequi poſſet.

1
4 Nouẽbr.

16 l
Bonna.

PRIMVM quoſdam ex ſuis adiungi petijt, qui vnà cum Senatu clauium cuſtodiam haberent. Senatus aũt occluſis portis, claues oppidi ad ſe referri præcepit. Deindè vtrũque Conſulem D. Eickius Prætor in prandio, ad clauiũ traditionem apertiùs inducere Truchſeſij nomine conabatur. Cæterùm huic reſponſum eſt, Claues oppidi, ab eodem Truchſeſio Senatui Bonnenſi augurationis tempore datas eſſe & concreditas, quorum cuſtodia priuari nec poſſent, neque etiam debeant. Adhoc replicatur. Id principi non præiudicare quominus, perſona illius periclitante, ius clauium repetere queat. Senatus verò, vt hanc cauillationem remoueret, offert Truchſeſio ex optimis fideliſſimiſque ciuibus, centum, ſi petat ſatellites, qui ſui corporis cuſtodiam haberent quàm diligentiſſimam.

2
5 Nouẽbr.

16 m
Dietkirkẽ

3
17 Nouẽb.

CVM autem verbis nihil efficerent, ad rem perueniunt Truchſeſiani perſuaſores: Comitem Solmiũ ad ſuburbia appellantes, illique portas aperiri poſtulantes, verũ qui à Magiſtratu miſſi erant, occluſa porta, claues, non à Truchſeſio miſſis, qui eaſdem ad portam exigerent) ſed eidem Magiſtratui retulerunt, qui ſine Capituli ſententia ac mandato claues reddere, vel etiam ius ſuum præter conſuetudinem violari nequaquã voluerunt. Grauiter admodum id cõtigit Comiti Solmio, cum audiſſet Capituli ſententiam rogari oportere grauius autem Truchſeſio, qui ad finem intentionis ſuæ tum peruenire non poterat, metuebat enim ſibi non à ciuibus tantùm, verùm etiam, ne extra ciuitatem quid contrà illum molirentur Capitulares, quibus non ſine cauſſa, perſpecta fuerãt vtcunque actiones Truchſeſij.

4
30 Nouẽb.

16 m
Poppel-
ſtorff.

5
2 Nouẽbr.

HINC factum eſt, vt de hac Bonnenſium conſtantia, apud amicos Coloniæ Solmius Comes cõquerens, breui fore iactauerit, eos moleſtijs quàm plurimis exagitatos, tandem vltrò claues ipſas conceſſuros. Quare eum Truchſeſius Bonnam nouo conſcripto milite quaſi circumcingeret, præſidia imponens Monaſterio Dietkirchẽ, Caſtris Poppelſtorffio, Godesbergo, Keſſenich, pagiſque finitimis miles diſtributus numero indies augeretur, ſibi non immeritò metuebant etiam Bonnenſes, ne per maiores copias in vrbem cuniculus vel ſcalis inductas opprimerentur. Interim & Capitulum Colonienſe 5 poſtea etiam ſummus Pontifex, cum ſuſpicarentur, quid de mutanda Religione, deque ducenda vxore, retinendoque nihilominus Archiepiſcopatu Truchſeſius conaretur, per legatos, ac literas, multa quidem fecerunt, ſed apud eundem nihil effecerunt. Nam in propoſito ſuo, cum Proteſtantibus germanis, Reformatiſque gallis, ac libertatem querentibus, ſed non inuenientibus Belgis, perſiſtens, Religionem Concilio Tridentino contrariã, per omnes ſuas liberam permiſit. 7 multaque commiſit, quæ ex ſequentibus lectori, ſuis quibuſque temporibus occurrent.

6
17 Decẽbr.

16 m
Godeſ-
berg.

7
1583.
16 Ianuar.

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

LOCA

TEMPORA 1582.

EST autem literarum à Gregorio XIII. ſummo Pontifice ad Gebhardum Truchſeſium 17 die Decembris Anno 1582. ſcriptarum tenor talis.

VENERABILIS frater, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Truchſiorum domum, non minus generis nobilitate, quàm fidei catholicæ ſtudio & conſtantia antehac floruiſſe, teſtis eſt inſignium virorum, qui ex ea prodierunt, tum antiqua, tum recens memoria, præcipuè verò Cardinalis Auguſtani, qui principem in ea locum obtinuit, apud quē tu pie & religioſè, & quaſi in conſpectu ac gremio S. Romanæ Eccleſiæ educatus, non parvam olim præbuiſti ſpem, fore, vt dignus tali genere, ac diſciplina euaderes. Hinc noſtra erga te propenſio, noſterque paternus amor initium habuit, qui poſtea, ex grauium virorum teſtimonio, non ſolùm confirmatus, ſed etiam auctus fuit, vt de te nobis vicißim optima & rectißima quæq; polliceremur.

1 17 Decēbr.

SVCCESSIT tempus illud, cum electus fuiſti à Capitulo Colonienſi in Archiepiſcopum illius Eccleſiæ, quæ electio, cum maximis implicaretur difficultatibus, & vehementißimè oppugnaretur, tamen ea ergà te vſi ſumus benignitate, vt, ſublatis omnibus impedimentis, Capituli iudicium, & electionem de te factam, approbaremus, cōfirmationiſq; Apoſtolicæ robur adiecerimus. Ex his putabamus neminem te, aut Religionis orthodoxæ, aut S. huius Sedis, aut etiam diſciplinæ Eccleſiaſticæ ſtudioſiorem, vel obſeruantiorem fore.

SED dolemus, & quidem grauiter dolemus, noſtram ſanè expectationem ex his, quæ de te multorum literis ſermonibus, & fama ipſa, quotidie ad nos perferuntur, non ſolum labefactatam & imminutam, ſed penè deletam, ac illa, quæ circumferuntur talia eſſe, & loco munereq; tuo adeò indigna, vt ſine magno pudore exprimi non poßint.

SVSTINVIMVS nos certè, quoad potuimus, ne quicquam de te indignum eſſet, crederemus. Sed cùm rumor cotidiè magis ingraueſceret, coacti ſumus ſuſpenſo ac ſollicito de te animo eſſe, nec diutius diſſimulare voluimus.

MONEMVS igitur te, vt famæ ac ſaluti tuæ, in tempore conſulas, &, ſi fortaſſe longius quam oportuit progreſſus es, te reuoces. Sin verò falſa ſunt, quæ obijciuntur, quod potius vellemus, animum ac ſenſum tuum aperias & declares, nec patiaris ex malevolorum ſermonibus, perpetuam notam ac ignominiam tibi, tuæq; agnationi, & ordini Eccleſiaſtico inuri: Cogiteſque quid Deo, qui ad te ad iſtum ſublimem gradum euexit, quid Sedi Apoſtolicæ, quæ te ſingulari quodam amore, & gratia complexa eſt, quid patriæ, quid generi, quid Chriſtiano nomini, quid publicæ vtilitati, quid denique tibijpſi debeas. Qui, cum honorificentißimum locum teneas, non alij magis quàm tibijpſi inimicus fueris, Si ita geſſeris, vt meritò indè exturbandus ſis: cum tamen nullo negotio, eum tibi conſeruare, & magnus in Eccleſia Dei, & ſumma cum auctoritate inter Imperij Principes eſſe poßis.

2 17 Ianuarij ſtylo veteri.

10 k Antuerpia.

MEMINERIS quàm difficiles & periculoſi ſint nouarum rerum exitus, & quanto pere cauendum ſit prudenti & pio viro, ne temerè famam, rem, ſtatum, dignitatem, animamque denique, ipſam, in extremum diſcrimen adducat, cuius rei non deſunt noſtra ætate exempla, quibus doceri poßis. (Sed Alenzonij conatus videamus)



Digitized by Google

wullren

TEMPORA

LOCA

Pergit pontifex.

AT si longius fortassis progressi sumus, amori nostro, dignitatisque ac salutis tuæ desiderio id assignabis. Non enim dubitamus, quin paterna hæc monita nostra, id apud te pondus habitura sint, quod omnibus nominibus, & iustissimis de causis debent, atque reipsa, eam pietatem & reuerentiam erga Sacrã hanc Sedem sis ostensurus, qua nos recreari, te in dilectissimi filij loco, sicut antea, ita & post hac habere, & ea re lætari magnopere possimus.

1 16 Ianuarij

SED hoc literarum officio non contenti mandauimus Venerabili fratri Archiepiscopo Treuirensi, vt ad te proficiscatur, tecumque fusius, eadem de re, quàm diligentissimè agat, ac consilium deliberationemque nostram clarius patefaciat, Cui plenam fidem te habiturum non dubitamus.

10 k Antuerpia.

ATQVE hæc quidem de Truchsesio, qui Coloniam Imperij liberam ciuitatem inquietam reddere conatus est, nunc & Alenzonius Antuerpiam Imperij Marchionatus Ciuitatem infestare nixus est. Is enim 4 Heluetiorum millia, septem Francorum è media Gallia, & Germanos Equites mille quingentos, præter Scotos & Anglos, præclara auxilij specie, ad Antuerpiæ suburbia euocauit, sexcentos porrò Nobiles suæ Religionis, præcipueq; notæ, ex omnibus ijs, qui eadem Lutetiæ die Bartholomei patrarant, [1] & Hugonotas aliquot, eò ad se in vrbem ex Gallia adsciuerat, qui cùm eo erant perpetui. Quo exercitu fingebat se velle Parmensem aggredi, & huius lustrationem se facturum simulant, vrbe egredi noctu tentat, & portarum claues in id petit. [1] Vocatur itaque postridie hora duodecima semis, cum omnes pranderent, [2] ad Iacobi portam, præmittit trecentos equites francos sub vestibus armatos. Hi in porte ponte vtrinq; ad latera ordine militari dispositi consistunt.

15 l Colonia

10 k Belgium

2 17 Ianuarij

ADVENIENS Alenconius ille, pontem per medios suos 300 equites transijt. Deinde Galero suo sursum supà caput iactato, signum illis & exercitui, qui vicimus & in prociuctu erat, dedit, de vrbe inuadenda. Equites portæ præsidiarios euestigiò cadunt, portamque occupant, & duo vtrinque propugnacula, cum mœnibus, & tormentis in vrbem conuertunt. Verùmtamen, quia duplicatum ijs anteà ex suspicione præsidium fuerat, pulsi sunt franci ab exercitu, ad Iacobi captam portam concurrunt, ingressi, tres vicos adoriũtur, & per Meram (vulgo Die Meer Bruckh) in Bursam vsque contendunt.

5 f Gallia.

CLASSICVM campanæ pulsu à ciuibus canitur, vici ferreis catenis transuersis clandumtur, quibus eques, ne transeat vel insultet, prohibetur. Ad classicum vndiq; turmatim ciuis armatus accurrit, in equites qui portam ceperunt, globis etiam maioribus è tormentis in milites foras ciues iaciunt, multique ex ijs francis cadunt, vt ex præcedenti pictura conspicitur.

5 f Parisijs

A mœnibus armorum vi, & crebris sclopetis, per fenestras proximarũ ædium emissis propelluntur, à Catenis intrà vrbem, immanes ædituæ quoque strages, & ad Iacobi portam, & aliàs illas duas, dum miles per eas ingredi vi tentat. Ciues itaque fortiter pugnarunt. Inter eos pistor, nudus ad clamores egressus, multos ad Catenas occidisse sua manu dicebatur, equitem deturbasse, & equo potitum, equitum esse factum.

3 19 Ianuarij

i e Anglia.

NARRABATVR & quidam Serenissimi Princeps MATTHIAE Archiducis Austriæ domesticus nobilis, solus Bursam (in qua mercatores quottidiè conuenire solebant) contra francos, illæsus tamen, quod propè miraculi loco ducitur, defendisse. Sed ad Truchsesium reuertor.

15 l Germania.

ARTICVLI

LOCA

TEMPOR

ARTICVLI CONTRA TRVCHSESIVM.

I.

CONTRA hunc Articulos ſiue grauamina concepit interea Capitulum Colonienſe, hoc ferè tenore verborum, in futuro conuentu proponendos, quibus indicant. Gebhardum Colonienſem Archiepiſcopum & Imperij Electorem, ingentes copias peditum pariter & equitum conſcripſiſſe.

II.

EVNDEM Mancipibus, Portorijs aut publicanis interdixiſſe, ne annuas penſitationes, quibus ea debebantur, ex vectigalibus, ſoluerent: ſed ſibi omnia repræſentarent, nec ab iſtius mandati tempore huc vſque creditoribus quidquam datum eſſe: id facinus non tantùm pactis Diœceſis antiquis aduerſari, ſed Archiepiſcopatum quoque, cui ea ſolutio incumbit, ære alieno plurimùm grauare.

III.

PROPRIA illum manu, proprioque ſigillo primùm Bonna, atque alijs in ciuitatibus: deinde literis quoque typo excuſis, & ſigillo munitis, nouam Religionem, Auguſtanam nimirum confeſſionem profeſſum, eandemque ſubditis permiſiſſe, contrà conuentiones & pacta Prouinciæ: in quibus decretum eſt, Diœceten nullam habiturum poteſtatem, aliquam in ſacra Religione mutationem, Chriſtianæ Catholicæ Eccleſiæ contrariam, ſiue per ſe, ſiue per ſuos faciendi vel admittendi. Nec quid moliri in Eccleſiaſticis vel Politicis negotijs poſſe, electionis conditionibus & articulis, huius Archiepiſcopi tempore ſtatutis, & approbatis & iureiurando confirmatis, contrarium.

IIII.

1581 Colonia

SECVNDVM opinionem vulgi, & non obſcuram literarum ſuarum ſcriptarum impreſſarum ſigillo munitarum, ſparſarum, diuulgatarumq; edicto publico ſignificationem eum ſtatuiſſe matrimonium inire, nec Archiepiſcopatui cedere: id iuri communi, conſtitutionibus Diœceſis, Imperijq; ſtatutis anno 1555 Auguſtæ receptis, approbatiſque, Electionis inſuper conditionibus prædictis reluctari. 1 13 Ianuarij

V.

CAPITVLO maioris Eccleſiæ innotuiſſe, Archiepiſcopum ſuum cum Alenconio Gallo, alijſque Principibus nonnullis fœdus inijſſe, idque eiuſdem Electionis articulis & conuentionibus eſſe aduerſum: Ordineſque perpendere poſſe, quantis periculis & incommodis Prouinciæ per hoc fœdus poſſent implicari.

VI.

EVM externos Dominos & Conſiliarios ad ſe pellicere, cum ijſque conſilia ſua communicare, & ex illorum ſententia, tàm quæ dicta ſunt, quàm quæ dicenda, decernere, atque exequi ſtatuiſſe: cum tamen in Prouinciæ conuentibus ſancitum ſit, vt Diœcetes conſilium perpetuum ſibi deligat, ex Eccleſiaſticis & politicis ſenioribus viris, & ſuarum ditionum incolis.

VII.

MANIFESTVM eſſe eum quoque Caſtrum Cæſaris VVeerdæ externo præſidio muniuiſſe, illud etiam patriæ ſtatutis conuenire.

VIII.

NOVAS recenterque inauctoratas copias Diœceſi magno ſumptui futuras. Militem verò, ſi ſtipendium non accipiat, miſeros ſubditos captiuos abducturum, ſpoliaturum, omnique fortuna exuturum: id vehementer, exemplo Belgarum metuendum eſſe. Stipendia verò ſolui non poſſe, niſi Diœceſis nomina faciat, ſeſeque ære alieno atque in extricabili grauet.



Digitized by Google



Digitized by Google

1583. TEMPORA

TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

LOCA

HIS de cauſis Capitulum Colonienſe literis & legationibus Truchſeſium ſepius quidem admonuit anteà, nihil tamen ab eo impetrauit adeò, vt etiam Imperator ad inſtantiam eiuſdem Capituli Truchſeſium per legationes non ſemel, hac de re admonuerit. Cui autem Truchſeſius in hunc fere modum initiò reſpondit.

RESPONSIO TRVCHSESII.

SE ſollicitum Cæſaris animum, affectumque in ſe beneuolum intellexiſſe, & pro hac Cæſarea ſui ſollicitudine gratias agere immortales. Meminiſſe & Cæſarem & ſe quid priori legationi, Andreæ Gailio Doctori & Conſiliario datæ, reſponſum ſit: poſſe autem Cæſarem adhuc iſtam poſthac fiduciam habere, omnia ſe facturum quæ tunc promiſſa erant: nec aliud nunc ſentire, aut aliò mente intendere, quàm qua tunc ſentiebat & intendebat. nihil ſe à priori legatione molitum, aut etiamnum moliri, quã vt in omnibus rebus & actionibus ſuis vocationi, officioque Archiepiſcopali ſuo, ſecundum inſtitutionem diuinam, ſatisfacere. cum venerabili ſuo Capitulo pacificè viuere, & ditionem, populoſque ſuæ fidei & protectioni commendatos, in omni tranquillitate felicitateq; conſeruare poſſet. Cæſarem tamen celare ſe nõ poſſe, quoſdam pacem & concordiam exoſos (qui tamen ſibi ex iuramento omnem obedientiam debebant) hactenus, non tantum apud ipſum Capitulum & oppida diœceſis hoſtili animo fugilaſſe & criminatos eſſe, tanquàm qui ſibi propoſuiſſet per legitimam electionem adepta Archiepiſcopatus Septemuiratuſque dignitate abuti: ſed & diuerſis inſidijs apertoque marte perſecutos eſſe, omnemque violentiã pro ſua libidine atque inſolentia inſtituiſſe. Horum auteſignanum eſſe Chorepiſcopum Eccleſiæ metropolitanæ Colonienſis Fridericum Saxoniæ Ducem: eum cum ſuis complicibus multa indigna, & neutiquam ſibi toleranda aduerſum ſe conatum: occaſionemq; his ſuis ſtudijs dediſſe, vt ad iniuriam & vim inimicorum ſuorum propellendam, ſeipſum cohorte prætoria munire, in vrbem Bonnenſem (ad quam in omni fortuna Archiepiſcopatus tutum receptum habet) atque in alia oppida caſtraque præſidium deducere, impulſus fuerit latiorem horum omnium cauſam, ſe in proximo conuentu dicturum. Sperare itaque ſe Cæſaream Maieſtatem, non minùs quàm alij Principes fecerant, hanc ſuam neceſſitatem, in meliorem partem interpretaturam. Prædicta verò hoſtilitate, partim ipſo facto partim diuerſis è locis, certis nuncijs, certiſque auctoribus comperta, ſe (ne quid detrimenti ſua dignitas caperet) in omnem euentum, amicos & Principes ſuos, per Imperium ſparſim dominantes, conſuluiſſe, omnemque ipſis fortunam ſuam communicaſſe, atque eã gratiam Deo auxiliante apud ipſos inijſſe, vt ſuarum rerum optimam fiduciam habeat: ſperetque ſe ab inimicorum inſidijs & perſecutionibus Principum commiſeratione defenſioneque tutum fore.

1 13 Ianuarij

151 Colonia

VT autem Cæſareæ May. Electoribus, Principibuſque Imperij & ſuis ſubditis omnis ſcrupulus eximatur, multaque hoſtium calumniæ confundantur, ſibi decretum eſſe ait, animi ſui latebras omnes, intentiones & propoſita, in proximis Comitijs exponere & explicare: ſi quid præterea rem poſtulare cognouerit, id poſt eadem Comitia, Cæſari, Electoribus & Ordinibus alijs perſcribere velle: ſperare autem omnibus ſe ſatisfacturũ: daturumque operam, vt ipſo rerum euentu cognoſcant, ſibi nihil vnquam antiquius, nihil fuiſſe ſanctius, quam vt officij ſui memor (cuius adminiſtrationis rationem in nouiſſimo iudicio daturus eſt) ſic vitam, mores & diſpenſationem ſuam inſtitueret, vt Gloria Dei promoueri, communis Reipub. tranquillitas conſeruari, Diœceſeos antiqua dignitates, priuilegia, iura & inſtituta maiorum non tantùm ſtabiliri, ſed quæ Cæſareæ Maieſtatis indulgentia Electorumque beneuolentia, ſi fieri cum æquitate liceat) augeri, & amplificari poſſint.

ELECTORES

LOCA	LEONIS BELGICI DESCRIPTIO	1583. TEMPORA
	ELECTORES Imperij ad Cæſarem varias cauſſas tranſcripſerunt, cur ij conniuere diutius non potuerint, ſed palam ſuæ Maieſtati explicare, eamq; ſollicitare debuerint. Ne ſcilicet occaſionibus & dilationibus Capituli Coloniẽſis animum ſuum in Truchſeſiũ ob Chriſtianam illam intentionem ſuam accendi ſinat, ſed eò potius rem dirigat, vt Capitulo pax & quies concedatur, & eidem Truchſeſio veluti Archiepiſcopo nullum in ſuo conatu impedimentum moueatur. Fuit autem hac in re cæteris vehementior Elector Comes Palatinus, qui etiam Moguntinum & Treuirenſem Archiepiſcopos literis ſuis, pro Truchſeſio in propoſito ſuo retinendo, interpellauit.	
15 l Colonia.	ORAT Cæſarem Truchſeſius, ne calumnijs & detractationibus inimicorum quorundam locum det, ſed patienter expectet donec poſt inſtantia Comitia illa, purgationem & declarationem ſuam commodè exhibere queat.	1 20 Ianuar.
	ADVENIENTE die conuentus Truchſeſij cauſſam defendebant Comes Adolphus Solmenſis, VVineburgius & Kriechingius. Solmenſis imperterritus, quæ in mandatis habebat expoſuit, adducens inter cætera, non conſultò agere collegium, quod Electoris & Principis ſui ſtudijs tanta contentione reſiſterent, & ſi reluctari pergat, maximos excitatum iri motus, non tantum in Diœceſi Colonienſi tumultus, verùm etiam in toto Imperio, deinde poſtquam ad conuicia deſcendiſſet, multumq; altercaretur, diſceſſum eſt. [2] Poſtridiè [3] Bipontinus & alij Principum proteſtantium legati ordinè auditi ſunt. Dux quoque Iuliacenſis per legatos, monet in conuentu omnes & ſingulos, ne conſtantiam ſuam labefactari ſinant, ſed Truchſeſij machinationibus potius obſiſtant, nullamq; in Religione mutationem fieri permittant, quod ſi fecerint, pollicetur, perpetuam ſibi gratiam & amicitiam cum illis futuram.	2 28 Ianuar. 3 29 Ianuar.
15 k Gulich		
16 m Bruel	PAVLO poſt [4] venit Marchio de Malaſpina, prior Nuncius Apoſtolicus Coloniam, & Cardinalem Auſtriacum aduenturum expectat, cum autem eidem Cardinali à Caſimiro Duce aditus præcluderetur, vt infrà dicetur, fruſtrà à Pontifice reuocati aduentum præſtolabatur. Tandem [5] tria ordinum Coloniẽſium membra Comites. Nobiles & Oppida cum Capitulo ita ſtatuunt atque concludunt.	4 31 Ianuarij
	SE non poſſe aliter præſens negotium in colloquio ventilatum intelligere quàm quòd Truchſeſij nouiter ſuſceptum propoſitum, pactis & conuentis Diœceſis non eſſet conſentaneum, atque ideò à Capitulo Conuentum nunciare fuiſſe optimo inditum. Sententiam atq; voluntatem eſſe ſuam, vt eadem pacta, conuentaq; in omnibus & ſingulis membris ſuis ſacroſanctè conſeruentur, eorumq; nihil prætermittatur, aut quoquomodo violetur, quo ijſdem pactis conuentiſq; comprehenditur. Atq; ita Principes & legati Colonia diſcedunt. [7]	6 1 Februari.
16 h Kayſerſ-vvert.	TRVCHSESIVS videns ſibi rem ex voto nequaquam ſuccedere, apud Electores ſecu lares inſtitit, qui Imperatori inter cætera per legatos ſignificant [8] ſibi iam pleniorem fa.tam eſſe fidem, Capitulum & quoſdam Ordines Diœceſis externa auxilia, Principem ſcilicet Parmenſem aduocaſſe: eum peditatum & equitatum miſiſſe: qui iam arces vrbeſque nonnullas in ſuam poteſtatem redegerit. Hæc ſibi diſplicere, cum talis exercitus Imperio vehementer ſit exitioſus. Quare Capitulo ſeriò mandari cupiunt à Cæſare, vt arma deponat, occupata loca, veluti Bruclam, Cæſaris VVerdenam, & cætera Truchſeſio reſtituat, ſubditos coacto ſacramento exoneret, atque ad dominum ſuum remittat, litiſq; ſuæ deciſionem, ab Imperatore Imperijq; ordinibus expectet: Interim Comes Neuenarius ope Belgarum totam inferiorem Diœceſim latè veſtauit.	7 2 Februarij 8 6 Martij
16 k Hulken-radt.	ECONTRARIO Dux Fridericus, qui aliquandiu caſtrum Hulkenrad (in vngue Leonis Belgici ſitum) oppugnauerat, tandem, deriuatis aliò aquis, foſſiſque exſiccatis, ac tormentis maioribus explosis, muros deijciens, præſidiarium ad deditionem coegit. [9]	9 16 Martij

Digitized by Google

1585. TEMPORA

TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

LOCI.

4 Martii.

*INTERIM Comes Hohenbergius Salentinum in fide Fridtali veteranis Leutz, tum de-cretali, Rotenstadt, absque locorum omnium conscriptione, ut ab Imperatore Caesare decretum. Interea autem cum ex decreto Consilium Viennense a Rudolpho confirmato multorum postulatis, mandauerat, Quòd Trautsonius, nec non cum Consilium, Quod quasi totius Austriae esset, Mar. 20. Iterum scribunt, Imperatorem Rudolphum, ut Consilium Viennense, Trautsonium, Salentinum, Rotenstadium, & reliquos, quos ipse Caesar suis literis, Mar. 4. Ratisbonae datis, Viennam reuocauerat, ad se Ratisbonam mittat, ut ipse Caesar, quae ipsis obiecta sunt, ipsorum responsa audiat, & quae ipsi ad Caesarem scribunt, ipse Caesar ipsorum literas legat, & ipsis ad ea, quae ipsi scribunt, ipse Caesar respondeat. Quod Consilium Viennense, Trautsonium, Salentinum, Rotenstadium, & reliquos, quos

LOCA

TEMPORA

SENTENTIA CONTRA TRVCHSESIVM.

SVMMVS Pontifex,re, cum Venerabilibus fratribus ſuis Cardinalibus communicata, de eorumque cõſilio & aſſenſu,motu proprio,ex certa ſcientia, ac etiam de poteſtatis plenitudine, ſupplens omnem defectum, ſi opus ſit. In conſiſtorio ſecreto. Gebhardum Truchſeſium vti hæreticum notorium, & infinitis propè criminibus maculatum,ac per iurum,& Eccleſiæ Romanæ rebellem & excommunicatum,& anathematiſatum,tanquam membrum putridum ab Eccleſia Catholica corpore ſeparatum, Eccleſia Archiepiſcopali Colonienſi,eumque titulo,officio,dignitate,& iure, quod ſibi ad eam quoquomodo competere poſſet,nec nõ alijs omnibus dignitatibus,Canonicatibus,Beneficijs,officijs,penſionibus,juribus,feudis,actionibus,& Iuriſdictionibus quibuſcunque,quæ eousque quouis modo habuit & poſſedit priuatum fuiſſe,& eſſe declarauit.

15 l Colonia. — 1 1 Aprilis.

2 2 Aprilis.

ECCLESIAM quoque ipſam Colonienſem,& cætera omnia prædicta vacare decernens,ac ad illa,in poſterum obtinenda penitus inhabilem fore ſtatuens,Pontifex idem Colonienſe Capitulum ſeriò monet,vt cùm primùm de tali priuationis Sententia notitiam habuerint, ad Electionem noui Archiepiſcopi, termino competenti ad conueniendum, canonicis abſentibus præfixo,omni mora ceſſante,procedant.

13 e Gelria. — 3 3 Aprilis.

4 4 Aprilis.

INTEREA Salentinus Comes Iſenburgicus, cum Arenbergio vxoris ſuæ fratre in ſuperiori Diœceſi,Saxoniæ verò Dux Fredericus in inferiori,ad ſtudia Truchſeſiorum debilitanda omnem operam conferebant. Hic in pago quodam lanck appellato, cum equitibus centum,& vno peditum ſigno conſedit Linnam expugnaturus. Capitaneus autem Hamel,ex Gelria miſſus ab Hohenſaxio,cum ſua coborte,clàm ſe ſubripuerat, non auſus ol fidionem expectare,præfecto Hontſelaer occaſionem dedit oppidi deditionem faciendi. Truchſeſius rebus ſuis contrà Hiſpanorum (vt aiebat) vim,proſpecturus, Ioannem Caſimirum Ducem inuocat [2] vt equitatu & peditatu ſufficienti ſibi opem ferat. Capitulum verò communibus Canonicorum ſuffragijs,contrà Truchſeſij machinationes Comitem Salentinum,(olim quoque Archiepiſcopum Colonienſem) Imperatorem exercitus crearunt [3] interea dum Engelbertus quidam vander Lypp Reck'inghuſio pro Truchſeſio ponitur. [4]

17 m Linna. — 4 5 Aprilis.

Recklinhuiſen. — 5 8 Aprilis.

PALATINVS quoque Elector frater Caſimiri,ſatis pro Imperio,inter cætera apud Capitulum Colonienſe per litteras inſtat [5] vt Ciuitates & arces Truchſeſio reſtituant. Hiſpanos dimittant,atque omnis controuerſiæ deciſionem à Cæſare cæteriſque Electoribus (quorũ eſſet tales cauſſas cognoſcere) expectari. Idem faciũt per legatos alij duo ſeculares cũ Palatino Electores apud Cæſarem, qui cum certo nuncio literiſque, de excommunicatione Truchſeſij factus eſſet [6] certior, poſtridiè [7] reſpondet trium Electorum legatis; Acta quidem ipſius Truchſeſij in poſterùm eſſe irrita: Conſultiſſimum tamen atque neceſſarium videri,vt ex Electoribus & Principibus Imperij nonnulli aliquo certo loco conuenant,& de bello tollendo conſulant,deque alijs rebus neceſſarijs amicè pro rei temporiſque oportunitate decernant.

17 p Pfaltz. — 6 11 Aprilis.

7 12 Aprilis.

12 h Endhouē. — 8 14 Aprilis, manè hora 7.

POSTEA [8] Endhouium,in quo præſidium fuerat 100. delectorum militum, ſeſe Mansfeldio Comiti Regis nomine dedidit [9] Miles Bonueti Franci Crececordij filij,qui erat vrbis & præſidij præfectus,cum ſignis & armis egreſſus eſt,militum ſubſidio,tormentariaq; puluere deſtitutus.

Digitized by Google


Wirmstad

1583. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA.

TEMPORA

LOCA

IMPERATOR ad Electorum ſecularium inſtantiam, vt exercitus à Principe Parmenſi ſubmiſſus Imperio excedere præciperetur, poſt primùm Mandatum, etiam ſecundò ad vtramque partem literas mittit [1] atque vult, vt omninò ad illarum præſcriptum vtrimque milites dimittantur. Sed Truchſeſius Ducem Caſimirum, vt cauſſam ſuam defendat ac tueatur, receptorem conſtituit [2] omnis pecuniæ quæ tam Auguſtano, quàm VVormatienſi in comuentu ſibi promiſſa fuit proteſtantibus, amplamque illi poteſtatem tradit, publicis Inſtrumenis in forma iuris ſuper hac re confectis, & debitis circumſtantijs, confirmatis.

1
14 Aprilis.

PRAETEREA tres Electores illi ſeculares, Imperatori per legatos indicant, Nouum hoc eſſe in Imperio Exemplum, nec à tempore à inſtituti Imperij vndique auditum, Papã, neſciente Cæſare, incõſultis Eccleſiaſticis & ſecularibus Electoribus pro ſua libidine Archiepiſcopum & Electorem dignitate atque officio ſuo deieciſſe, idque inaudita cauſſa. Petunt itaq; Truchſeſium Archiepiſcopum reſtitui iubeat, ac nouam Electionem prohibeat, Nam ad conuentum quod attinet, de quo Cæſar antea ſcripſerat, aperiè proteſtantur, Si non in eũ finem Principes conuocandi ſint, vt Truchſeſij purgatio audiatur, ſed vt excõmunicationis atque illegitimæ priuationis tanquam executores ſolùm aduocentur, id graue nimis ipſis futurum, anſamque ſuſpitionis non exiguam daturum.

17 P Pfaltz.

2
15 Aprilis.

QVIBVS inter cætera Cæſar demùò ita reſpondet [3] Quicquid de libera Electione & Confirmatione Archiepiſcoporum, quicquid de Electoratus dignitate habent compactata, Diœceſis priuilegia, Imperij Deciſiones, Aurea Bulla, & conditiones pacis religionis datæ ſuæque Maieſtatis Iura; id omne ſe ratum habere, nec apicèm ſe infringere aut violare velle aut poſſe. Inſtigent itaque Gebhardum Truchſeſium, vt (quod iam à Parmenſi factitatum eſſet (atteſtantibus id literis ſuis coram exhibitis) omnia externa auxilia dimittat, atq; Imperij finibus excedere iubeat, neque in poſterum hoſtile quid moliatur.

15 1 Colonia

3
18 Aprilis.

SED & agnati & cognati numero ex præcipuis 8 aut 9 inter quos Mater primum locum obtinet, vnas vno ore literas à ſingulis ſubſcriptas, & proprijs ſigillis teſtatas ad eundem Truchſeſium dedère, quibus eum à cæptis quoque vehementer dehortatur. Cæterùm ijs reſpondiſſe fertur, ſe Chriſtianum opus cæpiſſe quod Deus ſit adiuturus atque fortunaturus, ſeque pro Dei promouenda gloria, non ſolùm vniuerſas ſuas opes, verùm etiam ſanguinem ac vitam, pro qua mortali ipſe immortalem & immarceſsibilem ſibi quæreat, impenſurum.

INTERIM [4] pontificius alter Nuncius (prior erat Marchio Malaſpinæ, hic verò Comes, Epiſcopus Vercellenſis, Coloniam appulit, literas ſecùm à Gregorio XIII, cius nominis Põtifice adferens, quas, cum à Senatu auditus eſſet, beneuolentiæ plenas eidem exhibuit, ad retinendam tuendamque Catholicam Religionem cohortando. Vir ſanè grauis, prudens, modeſtus, & in quo pietatis antiquæ multa remanſiſſe veſtigia mihi videbantur, cum non ſemel eundem ipſe Coloniæ allocutus, liberalemque faciem, & corporis venerandam proceritatem intuitus fuiſſem.

4
20 Aprilis.

11 k Belgium.

HVIC cùm animaduertiſſem Topographicam atque Hiſtoricam Deſcriptionem Leonis Belgici non diſplicuiſſe, Imperatori ac Hiſpaniarum Regi dedicatam. Alterius cuiuſdã viri quoque grauiſſimi, de hac deſcriptione cenſuram Viennæ Auſtriæ factam [5] ſubijciã quò labor hic noſter Lectori magis probaretur. [6] Eſt ſanè (inquit) opus inſigne & Cæſare dignum: cui gratiſſimũ fore ſcio, & D.V. Clariſ. plurimùm gratulor. Ego huius libri lectione præter modum recreor, nec puto hoc ſeculo hiſtoriam inueniri aliquam, planius & cõmodius deſcriptam, Mirum in modum rapit Lectorem pulcherrimus ille rerum omnium Ordo atque Methodus, vt animus legentis ſatiari nõ queat, quin totam ſeriem perluſtret. Ita, vt quilibet lector non impiger, quinque Hiſtoriæ huius Belgicæ partes, totidem diebus commodiſſimè abſoluere, & quaſi ex tabella repetere poſſit, quo nomine C Tuæ D, non poſſum non iterum vehementer gratulari.

5
23 Aprilis.

6 D. Georgius Eder

HABEN-

ALEXANDRO FARNESIO LEONEM


Die belegerung des Hauses WOYDE, nit weit von Bergen auf Zoom Anno Dñi 1583. am 5. und 10. May.

EMPORA

LOCA

IMPERATOR ad Electorum ſecularium inſtantiam, vt exercitus à Principe Parmenſi ſubmiſſus Imperio excedere præciperetur, poſt primùm Mandatum, etiam ſecundò ad vtramque partem literas mittit [1] atque vult, vt omninò ad illarum præſcriptum vtrimque milites dimittantur. Sed Truchſeſius Ducem Caſimirum, vt cauſſam ſuam defendat ac tueatur, receptorem conſtituit [2] omnis pecuniæ quæ tam Auguſtano, quàm VVormatienſi in conuentu ſibi promiſſa fuit proteſtantibus. amplamque illi poteſtatem tradit, publicis Inſtrumentis in forma iuris ſuper hac re confectis, & debitis circumſtantijs, confirmatis.

1
1 Aprilis.

PRAETEREA tres Electores illi ſeculares, Imperatori per legatos indicant, Nouum hoc eſſe in Imperio Exemplum, nec à tempore à inſtituti Imperij vndique auditum, Papã, neſciente Cæſare, incõſultis Eccleſiaſticis & ſecularibus Electoribus pro ſua libidine Archiepiſcopum & Electorem dignitate atque officio ſuo deieciſſe, idque inaudita cauſſa. Petunt itaq; Truchſeſium Archiepiſcopum reſtitui iubeat, ac nouam Electionem prohibeat, Nam ad conuentum quod attinet, de quo Cæſar antea ſcripſerat, apertè proteſtantur, Si non in eũ finem Principes conuocandi ſint, vt Truchſeſij purgatio audiatur, ſed vt excõmunicationis atque illegitimæ priuationis tanquam executores ſolùm aduocentur, id graue nimis ipſis futurum, anſamque ſuſpitionis non exiguam daturum.

17 P Pfaltz.

2
5 Aprilis.

QVIBVS inter cætera Cæſar demùm ita reſpondet [3] Quicquid de libera Electione & Confirmatione Archiepiſcoporum, quicquid de Electoratus dignitate habent compactata, Diœceſis priuilegia, Imperij Deciſiones, Aurea Bulla, & conditiones pacis religionis datæ ſuaque Maieſtatis Iura; id omne ſe ratum habere, nec apicèm ſe infringere aut violare velle aut poſſe. Inſtigent itaque Gebhardum Truchſeſium, vt (quod iam à Parmenſi factitatum eſſet (atteſtantibus id literis ſuis coram exhibitis) omnia externa auxilia dimittat, atq; Imperij finibus excedere iubeat, neque in poſterum hoſtile quid moliatur.

15 l Colonia.

3
8 Aprilis.

SED & agnati & cognati numero ex præcipuis 8 aut 9 inter quos Mater primum locum obtinet, vnas vno ore literas à ſingulis ſubſcriptas, & proprijs ſigillis teſtatas ad eundem Truchſeſium dedère, quibus eum à cæptis quoque vehementer dehortatur. Cæterùm ijs reſpondiſſe fertur, ſe Chriſtianum opus cæpiſſe quod Deus ſit adiuturus atque fortunaturus, ſeque pro Dei promouenda gloria, non ſolùm vniuerſas ſuas opes, verùm etiam ſanguinem ac vitam, pro qua mortali ipſe immortalem & immarceſibilem ſibi quærat, impenſurum.

INTERIM [4] pontificius alter Nuncius (prior erat Marchio Maleſpina, hic verò Comes, Epiſcopus Vercellenſis, Coloniam appulit, literas ſecùm à Gregorio XIII, eius nominis Põtifice adferens, quas, cum à Senatu auditus eſſet, beneuolentiæ plenas eidem exhibuit, ad retinendam tuendamque Catholicam Religionem cohortando. Vir ſanè grauis, prudens, modeſtus, & in quo pietatis antiquæ multa remanſiſſe veſtigia mihi videbantur, cum non ſemel eundem ipſe Coloniæ, allocutus, liberalemque faciem, & corporis venerandam proceritatem intuitus fuiſſem.

4
0 Aprilis.

11 k Belgium.

HVIC cùm animaduertiſſem Topographicam atque Hiſtoricam Deſcriptionem Leonis Belgici non diſplicuiſſe, Imperatori ac Hiſpaniarum Regi dedicatam. Alterius cuiuſdã viri quoque grauiſſimi, de hac deſcriptione cenſuram Viennæ Auſtriæ factam [5] ſubijciã quò labor hic noſter Lectori magis probaretur. [6] Eſt ſanè (inquit) opus inſigne & Cæſare dignum: cui gratiſſimũ fore ſcio, & D.V. Clariſ. plurimùm gratulor. Ego huius libri lectione præter modum recreor, nec puto hoc ſeculo hiſtoriam inueniri aliquam, planius & cõmodius deſcriptam. Mirum in modum rapit Lectorem pulcherrimus ille rerum omnium Ordo atque Methodus, vt animus legentis ſatiari nõ queat, quin totam ſeriem perluſtret. Ita, vt quilibet lector non impiger, quinque Hiſtoriæ huius Belgicæ partes, totidem diebus commodiſſimè abſoluere, & quaſi ex tabella repetere poſſit, quo nomine C Tua D, non poſſum non iterum vehementer gratulari.

5
3 Aprilis.

6 D. Georgius Eder

HABEN-

Die belegerung des Hauses WOVDE, nit weit van Borgen auf Zoom Anno Dñi 1585. am 9. vnd 10. Maij.



LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

LOCA. | TEMPORA

HABENT Colonienſes pro more, vt in ſummo templo, tot baculos ſuſpendant, quot Archiepiſcopus annos Eccleſiam adminiſtrauit, ſingulis enim annis ſingulos baculos ſuſpendentes peregrinis oſtendunt, quamdiu præſens ſemper Archiepiſcopus Colonienſis ſuam dignitatem obtinuerit, quare verſiculum hunc aureis ad templi fores literis adſcriptum, ſublungam.

Quot pendêre vides baculos, tot Epiſcopus annos
Huic Agrippinæ præfuit Eccleſiæ.

1. 26. Aprilis.

15 l Colonia

IAM verò cùm in Truchſeſium, vt antè dictum eſt; [6] Romæ Sententia lata fuiſſet, quâ Archiepiſcopatu Colonienſi priuatur Coloniamque tranſmiſſa, deijcebantur omnes iſti baculi, vno tantum, futuro pro Archiepiſcopo relicto. Poſtea [3] Coloniam venit Chori Epiſcopus Fridericus Saxoniæ Dux, qui cum Capitularibus in concilio Sententiam illam Apoſtolicam contrà Truchſeſium, diligenter diſcutiens atque examinans tandem conſtituit diem ac modum, quo ad noui Archiepiſcopi Electionem, euocatis ad hoc cæteris ſuis Collegis abſentibus, procederetur.

2. 30. Aprilis.

6 Pagina 317

CAESAR, qui ad Truchſeſium auertendum, à ſuo contrà Catholicam Eccleſiam propoſito, nihil obmiſit, eorum, quæ vel literis vel internunijs tentauerat, Baronem Freinerum ad Aulam Cæſaream per expreſſum quendam Hectorem nomine reuocauit, [3] is cum Coloniâ diſpoſitis equis Baro diſcederet, Bonnamque præterret, à Carolo retardatus vel interceptus potius fuit duobus diebus, priusquam illum dimitteret [4].

3. 2. May,

PROPONITVR etiam ab Erneſto principe Senatui Colonienſi, magnifico cõmunio excepto, Primùm, cupere Capitulũ, Senatum eundè certiorem fieri, quòd iubente Romano Pontifice, & Imperatore aſſentiente, diem Electionis conſtituiſſet, Iouem pòſt pembecoſten, Petere itaque Capitulum, vt Senatus, omnibus comitibus, Nobilibus, alijſque, qui ad diem Electionis vocari ſolent, vt nouum Electum obſeruent, præſtet à vi & arreſtis ſecuritatem. Deindè, vt Senatus ipſo Electionis die, tot ciues in armis eſſe iubeat quot ad defenſionem Eligentium, eo rerum ſtatu, neceſſarios eſſe exiſtimaret, cum & antiquo more, præſidium ciuium, electionis tempore, in ſumma æde ſoleat haberi, Poſtea, vt Senatus ſuos ciues prohibeat, ne ſub Electione, in templo inſolentiores ſint, preſertim bombardarum eiaculationibus, id quod aliàs factum eſſe princeps conquerebatur. Vltimò, vt idem Senatus aliquot milites capituli ſumptibus conſcribere velit, qui Senatui fidelitatis iuramento præſtito, vſque ad factã electionem, quotidie capitularibus conſulentibus, conclaue cuſtodirent, & à vi, ſi opus eſſet, ipſos defenderent; quibus omnibus, poſtridiè, Conſules cæterique Senatores annuunt.

4. 4. May

15 q Trier.

CONCEDERVNT circa hæc tempora in finibus Lotharingiæ, atque Diœceſis Treuirenſis aliquot francorum millia: qui, vt conſtans erat fama, Truchſeſio in ſubſidium à Gallo mittebantur, ſed quia maximas prædas agebant, colonos cum pecore capiebant, agros latè vaſtabant, à lotharingia Duce caſi fugati ſunt, qui verò viui in manus illius venerunt, eos ſtatim rapi ad ſuſpendium præcepit.

5. 9. May.

6 m V Voude.

ORDINIS Belgij Vaum arcem vulgò VVoue ceperunt [5], in qua fuerunt 120. Itali præſidiarij & 150. ruſtici, qui poſtquam 150. bombardarum ictus ſuſtinuiſſent, quibus mœnium pars proſtrata, hoſti viam ad ingreſſum fecerat, cum amplius teneri non poſſet arx, de ea dedenda his conditionibus conuenerunt, Vt Itali cum ſolo enſe & pugione egrederentur, ruſtici verò in arce retinerentur.



Digitized by Google

Custom Key

1583

TEMPORA

LOCA.

TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

CARDINALIS Tirolenſis ſiue Auſtriacus ille Andreas Illuſtriſſimus, cũ in itinere Colonienſi, à Caſimiro, quod eſſet Pontificis Maximi à latere legatus, vt Truchſeſium à dignitate amoueret, fuiſſet impeditus, & Oenipontem ad patrem Ferdinandum propterea redijſſet, Pontifex cauſam ad ſe auocauit, Imperator verò cum Caſimiri factum non approbaret, effecit, Vt inter cætera quantum ad Cardinalem, ita Cæſareæ ſuæ Maieſtati Caſimirus reſponderit [1] Quòd ſcilicet Caſimirus, ipſe, atque alij plurimi certiores facti fuiſſent, quámobrem Cardinalis à Pontifice Coloniam legatus fuerat, & quos ipſe ſecum adduxerat, qui non ad pacem ſtabiliendam veniebant: ſed vt Romanis antibus Electorem Colonienſem ſua dignitate ſpoliarent: diſcordiam cauſſa religionis, non tantùm in Diœceſi Colonienſi, ſed in toto deinceps Imperio, non aliter atq; ſuperioribus annis: imòin Regnis atque prouincijs, Francia nimirùm, Anglia, Heluetia, & Belgio: Imò in Maieſtatis ſuæ fratris, hæreditarijs Prouincijs breui fecere, iuxta antiquam ſuam conſuetudinem concitarent, id euentum ipſum docere. Se itaq; partim impellente conſcientia, partim vt maiori malo occurreret, oblatamque pacem inter Electorem & ſuos rebelles (quos vocat, Capitulares) promoueret, Cardinalis tuti itineris cautelam dare noluiſſe.

1 10 May.

1 l Angia

CVMQVE relatum eſſet, nonnullos ex ipſius familia, ſe inuito quaſi vi, peſſus ditiones tranſire voluiſſe, fatebatur quidem ſe, parua manu ſuorum ſubditorum, intra terreſtria, ipſum quoque Rhenum occupaſſe, ne quis violenter tranſire poſſet: nihilominus hoſtile tentatum eſſe, neminem quoque damnum aliquod accepiſſe, vno Cardinalis quidam Magiſtro excepto, qui non ignorans comm eatum Principi ſuo ſuaque familiæ ex Statũ eſſe, illac iter inſtituere auſus erat: etiam veredarium interceptum, iuxta illius conditionem honeſtè tractatum, & paulò poſt, ſine vlla mulcta dimiſſum eſſe.

2 14 May.

11 k Belgium.

HINC certiſſimam ſpem Caſimirus concipit. Imperatorem non tantum hanc ſuam purgationem benignè acceptum: ſed inſuper operam datum, vt reſtituto Archiepiſcopo Colonienſi, ſtabilis atque firma pax conſtituatur, noua electio impediatur, Pontifici Romano ea violentia non permittatur, vt cum ſua Maieſtatis atque Electorum contemptu, pro ſua libidine Electores creet, atque deſtituat, id cum non ſolum in Electores, ſed Reges & Imperatores auſum fuiſſe, & ex ea iniuria maximas ſeditiones, funeſtiſque bella promanaſſe, tantum vt ſuum defenderet primatum. Id abundè ſatis antiquas ommemorare Hiſtorias, Atque hoc pacto ſeſe Dux Caſimirus excuſatum ab Imperatore fore putauit.

3 15 May

15. e Colonia.

CANONICI verò Capitulares Citatione foribus Eccleſiæ Metropolitanæ Coloniæ affixa, omnes quibus ius eligendi competebat, euocarunt, [2] vt niſi ſuffragijs ſuis velint priuari ad diem 22. May præſtò ſint ad eligendum Archiepiſcopum qui ſubditos contrà Truchſeſium tam amorum defendat. Huic ſe publico ſcripto Truchſeſius opponit [3] Ducharus præfectus Dieſtum Brabantiæ vrbem certis conditionibus, Hiſpanorum Regi ſeſe dedidit [4]

4 16 May

12 l Dieſt

5 17 May.

1 q Diepe.

TRVCHSESIVS interim non ſolum per Electorem Saxoniæ, & Brandenburgicum apud Cæſarem [5] verum etiam apud ſuos in VVeſtphalia in conuentu Ruedeſi [6] res ſuas contrà Pontificem, & Capitulares, quos vocat ſuos mitum in medium probare ac promouere videbatur Gallus quoque ſuarum rerum interea non oblitus per matrem cum Amotio quodam nuſitano, eumque Albate Guadani & Domino de Charnes, Diepæ atque Pariſijs mira, contra Regis Hiſpaniæ ſeptem illas Inſulas Azores molitur [7] mittuntur vltrà 1000. francos qui præceſſerant, adhuc 1500. ſed fruſtrà, vt illi enim omnes & quadringentis pluſminus tormentis bellicis, priuati, eò remittuntur Regis Hiſpaniarum gratia, vnde venerant.

6 19 May.

7 10. May

5 f Paris.

EXPECTATVR

ALEXANDRO FARNESIO LEONEM

LOCA

TEMPORA

EXPECTATVR interea Cardinalis Auſtriacus, cuius mora plurimùm Colonienſibus negotijs obfuit, dicta tamen dies [1] qua Capitulum conueniat, ad Archiepiſcopi noui planè neceſſarium electionem. Poſtridiè [2] hora 7. in ſummo Colonienſi templo Capitulares ad eligendum conuenerunt, atq; paulò antè nonam Bauariæ Principem Erneſtum Ducem, concordibus omnium ſuffragijs, in locum Truchſeſij elegerunt, quorum Electionem omni conatu nixi ſunt impedire Caſimirus Dux, & Io. Bipontinus Dux, & Carolus Truchſeſij Gebhardi depoſiti Archiepiſcopi Frater.

1 22 May.

15 l Colonia.

DVO illi Duces Senatui Colonienſi ſcripſerunt [1] datis literis, ne in eorum vrbe eam fieri Electionem permitterent, alioqui ſubituros magna ab omnibus pericula, cum Gebhardus ille ſit legitimus Archiepiſcopus, nec ipſum à Pontifice ſed ab Imperatore, & cæteris Electoribus, ſi quid mereatur deponendum, atq; tamen prius audiendum, indicta cauſſa priuari non poſſe, ſecundum Imperij leges & Decreta, Senatus autem, ne quid tumultus in Ciuitate contingeret bis mille ciues armarat, quadringentos mœnibus tuendis præfecerat, ac totidem variis locis diſtribuerat, & alios quadringentos ſummi templi cuſtodiæ, alteroſq; totidem, qui huc illuc per vrbem diſcurrerent, trecentos porrò præſidiarios domui Senatoriæ delectos impoſuerat, vicosq; ferreis catenis clauſit, & iiſdem catenis militem attribuit ſeruandis. Foris Comites Salentinus, & Arenbergicus peditem & equitem aduersùs hoſtem ſi quas excurſiones, quidue aliud quod minabatur, moliretur. His ita prudenter diſpoſitis, tranquillà planè fuit Electio.

2 23 May.

13 g Leodium

AVRIACVS qui interim non deſinit Belgicos Regi ſuo contrarios ordines excitare, ad adiuuandum pecuniâ & cæteris rebus Gebhardum, palàm teſtatur nihil eſſe, quod magis ipſis curæ eſſe debeat, Catholicis enim Hiſpaniæq; Regi, ni res turbent, contrà ipſos aliquot finitimas prouincias, quæ regno pares eſſe poſſint coniungi, Leodienſem, Colonienſem, Cliuenſis Ducis ditiones atq; VVeſtphaliam, eorum negligentia Leodienſibus & Monaſterienſibus datos Epiſcopos qui ſint illis hoſtes.

3 24 May.

MVLTVM dictis ordinibus & Auriaco, Alenzonioq; deceſſit ex noua fœliciq; Archiepiſcopi Colonienſis electione. Nam per diœceſis Colonienſis Gebhardi ſtudio excitandos motus, in animum ordines induxerant ſuum Belgio in Germaniam, bellum transferre, quò ipſis, turbatis in Germania rebus, tranquillè domi degere liceat, quem ſcopum non minùs quã Belgæ, etiam Gallus ſibi præfixiſſe, ex ijs patebit, quæ ſuo loco dicentur.

4 25 May.

11 k Cliuia.

POSTRIDIE [3] quàm eligeretur Bauariæ Dux Erneſtus, rursùm totius Eccleſiæ Metropolitanæ Clerus, nouum Electum ex Aula ad ſolemne ſacrum ducunt, finitoque eodem reducunt, Vicecomite (qui Prætor vocatur) antiquorum more cum faſcibus præeunte. Hunc Principem in Aula, Conſules, Queſtores, Syndici & aliquot præcipui Senatores, quos ad cõuiuium vocari iuſſerat, expectant, eidem de nouæ huius dignitatis acceſſione gratulaturi.

5 27 May.

TRIDVO poſt Electionem [4] Archiepiſcopus Elector Erneſtus, ad ea Archiepiſcopatus oppida ac loca, quæ Gebhardus non occupabat, vt ea capiat proficiſcitur. Hæc dum Coloniæ, & in vicinis locis aguntur, Truchſeſius iam, vt dictum eſt per Pontificis Sententiam & nouam Electionem ſuo Archiepiſcopatu priuatus, atq; deſtitutus, in VVeſtphalicis ditionibus, omnia ſurſùm verſit atq; deorſùm, templorum ornamenta diripiens, Chriſti, ſanctorumq; imagines confringens, Eccleſiæ ſacramenta pedibus conculcans: in Catholicos, eorumq; bona ſecularia perindè atq; Eccleſiaſtica ſeuiens, vt meritò apud Germanos TRVCHSEß his numeris in vnum coniectis 100. 80. 200. 3. 8. 90. 5. 90. 90. appellari poſcit. Apoc. 13.

5 Iunij. ſt. vet.

10 h VVeſterloo.

COMES Mansfeldius iunior, Carolus nomine, cum exercitu Regis Hiſpaniarum VVeſterloum arcem flumine Niete circumdatam, deditione cæpit, [5] poſtquam exploſis magno cum impetu tormentis & Moſquetis bellicis, præſidiarios arcis ita ſalutaſſet, vt eorũ Capitaneus Vlied ſeſe cum ordinum milite, hac condicione ſubmitteret, vt ſaluus cum ſuis Antuerpiam vſque deduceretur.

Van WESTCAPPEL in Vlaenderen van de Malcontenten

1583. TEMPORA

TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

LOCA

1 Iunij.

2 Iunij.

3 Iunij.

4 Iunij.

5 Iunij.

6 Iunij.

7 Iunij.

8 Iunij.

9 Iunij.

10 Iunij.

11 Iunij.

12 Iunij.

13 Iunij.

14 Iunij.

15 Iunij.

16 Iunij.

ALEXANDRO FARNESIO LEONEM

Digitized by Google

LOCA | TEMPORA

REX Galliæ & Alenzonius interea dum ſubſiſtunt vnà Macerijs, Henricus Rex Nauarræ Neraci, dat [1] mandata Iacobo cuidam Segurio Pardiliano eius legato, ſecretig, ſui conſilij præfecto, ad Sacri Romani Imperij Electores, cæteroſq, Principes & Ordines, qui nouæ, præter Catholicam, Religionis cultum profitentur, pro concordia inter Lutheranos & Caluinianos contrà Pontificios ſarcienda; ETſi an. 1572. die 3. Oct. ad Gregorium XIII. Pontificem Maximum per literas de ſua ad Eccleſiæ vnitatem acceſſione, nouorumq, dogmatum omnium abiuratione facta, teſtatus ſit, atq, hoc idem paulò pòſt, per legatum ad vrbem miſſum, confirmauerit:

2 c Anglia. — 1 11 Iulij.

TAMEN in ijs mandatis (pòſtquàm Pontificis conatus ad extinguendam noui eorum Euãgelij lucem, in Hiſpania, Italia, Gallia, Anglia, Scotia, Belgio, Heluetia, Suecia, Germania ipſa, inq, tractu tandem Colonienſi, recenſuiſſet) Germaniæ principes atque reliquos prædictos ordines compellat, ac per eundem Segurium cohortatur, Vt quod Reip. Chriſtianæ, ac totius Eccleſiæ amplificationi cedat, coniunctionem aliquam animorum & conſiliorum interſeſe, & cum potentiſſima, inquit, Angliæ Regina, & Sereniſſimo Rege Daniæ conſtituant: & ſi res ita ferat, Societatem auxiliorum, non ad inferendum quidem, Pontifici Romano, vel ipſius auctoribus bellum, ſed ad propulſandam, collatis operis & communicatis cõſilijs iniuriam: ne ſi ſeparatim, vt hactenus aduerſus tot inimicorum coniunctas, Pontificum auctoritate & inſultatione, vires & conatus congrediantur, & ſeiuncti ac ſeparati conſilijs rem adminiſtrent, aduerſariorum illa mole obruantur, ac dum ſinguli pugnant, vincantur tandem vniuerſi.

11 k Belgium. — 2 12 Iulij.

CVI ſe Societati, ſuaſque omnes fortunas, vitamq, adeò ipſam, ſi opus ſit, in publicam vtilitatem ad propagãdam Dei gloriam ſe profuſurũ pollicetur, inſuper hoc addens nempè, Cùm ſingulari quodam immortalis Dei beneficio (quod vocat) Duo iam Archiepiſcopi Colonienſes à Romano Pontifice defecerint, temporiſque calamitate, dignitate ſua & fortunis exuti, in optima cauſſa ſuccubuerint. Germaniæ eoſdem Principes exhortatur, ſaltem vt Truchſeſium Electorali dignitate præſignem, ac Religionis vinculo ſibi coniunctum, propter Dei nomen ab hoſtibus impetitum ne deſerant, ſed, prout cæperunt facere, propugnent, atque imprimis hoc cogitent, totius Germaniæ in ſeſe coniectos eſſe oculos & animos, ab euentu belli ſuſpenſos.

3 15 Iulij.

CVI ſi ſecundus, ex voto piorum (quos appellat) contigerit exitus, optima bonorum omnium expectatione erigentur. At ſi Truchſeſius, egregius ille Princeps, deſtitutus erit, & auguſtiſſima Electoralis ſiue ſeptemviralis dignitas Pontificis Romani ludibrijs expoſita fuerit, ſanè & bonorum omnium animi deijcientur, & aduerſariorum creſcet audacia, & cæteros tum Electores, tum inferiorum ordinum Principes à ſimili inſtituto inſœliciſſimum abſterrebit exemplum, neque fortaſſis vnquam tàm oportuna dabitur occaſio conſtituendæ ex eorũ votis & rationibus Reipublicæ, quorum intereſt emendatam religionem quàm tutiſſimo loco eſſe, ac Pontificis artes & auctoritatem ab Imperij finibus procul arcere.

10 k Antuerpia. — 4 18 Iulij.

8 k Vliſsing. — 5 20 Iulij.

AVRIACVS preſtò Antuerpià ſeſe Fliſſingam vnà cum omni ſua familia contulit, [2] vel potius fugit: quòd Antuerpienſibus ciuibus inuiſus eſſet, propter Alenzonium, cui apertè nouam in principem Belgij inaugurationem procurarat, cui ſe quoque non inconſultè oppoſuerunt. Paulò pòſt [3] aliæ à Rege Nauarræo & quidem ſecretiores informationes, proteſtantibus mittuntur.

16 m Onkel. — 6 21 Iulij.

NE autem legationibus ac literis duntaxat res ageretur. Pòſtquàm [4] Minutius à Minutijs Coloniæ negotia ſua expediuiſſet, Romamq, literas perferendas accepiſſet, Petrus Beuterichus Iuriſconſultus Caſimiri delitiæ, primariusq, Conſiliarius, Vaſcones ſuos quibus præerat Bonnæ induxit [5] Poſtridiè cum ſuis illis & quatuor maioribus tormentis indè egreſſus eſt, vt Vnkelium obſideret vicum, à quo factis tribus aſſultibus pulſus fuit, & ipſe in coxa circà pudenda globo traiectus. Bonnam ſuorum ſtrage redijt.

NCKEL
LINTZ

TEMPORA

LOCA

TRVCHSESIVS interim argenteam monetam cudit, quadrata forma Taleri prætio, ac magnitudine, insculpta erat vna parte ei, more maiorum crux, Archiepiscopatus insignia, & super eius medium impositum scutum, tribus illis Leonibus anglicis insignitum; superior verò moneta circumferentia G litera, in quibusdam quater iterata.

EODEM quo VVinociberga capitur in Flandria die, Nauarræus ille Rex per Segurium præterea rogari mandat protestantes Imperij Principes, vt apud se matura cogitatione perpendant, quanti referat, & Christianæ totius Reip. interfit, florentissimas illas Ecclesias Belgij confirmari, Quibus, nisi Christiani Principes; maiori quàm ante hac alacritate suppetias ferant, aut nouo quodam & insperato auxilij genere, illis Deus prospiciat futurum ait, (vates) vt propediem insigni aliqua calamitate obruantur.

12 n Lintz.

QVONIAM verò nosse se profitetur, quanti sit ponderis & momenti, illud COLONIENSE ET BELGARVM negotium, quamuis ab vtriusque belli finibus lõgo interuallo sit dissitus, & alioqui diuturni belli ciuilis Gallici labore, & expensis prægrauatus quamuis etiam pacis publicæ beneficio & otio, & tranquillitate, cum dignitate vitam degere possit: eidem tamen Segurio gemmarum, pecuniarum, & suppellectilis auræ vim aliquam non aspernandam concredidisset, quam scilicet in Germaniam asportaret, & aliquo tuto loco deponeret, vt ex vsu Ecclesiarum, & prout occasio postulabit, insummatur. Si modò Germaniæ illi Principes, in fœderis illius consortium & consiliorum societatem cõuenire velint, & eorum vnusquisq; pro facultatibus suis ad causſam communem symbolum suum conferat. Quod si ab illis præstetur, non modò pecuniam illam Segurij fidei commendatam, sed relinquas suas omnes facultates, vt dictum est, atque adeò vitam ipsam pro salute Ecclesiarũ paratus sit profundere.

1 22 Iulij.

6 l VVinoxberg.

PORRO harum rerum omnium, vt rationes matura deliberatione iniri possint, postulat à Protestantibus conuentum aliquem haberi in Germania, & diem ab ipsis præstitui, quo scilicet AB AQVILONE, Regis Daniæ Legati, vnà cum Principum protestantium legatis adesse possint, Cui conuentui & ipse Nauarræus per suos legatos minimè defuturus esset. Vt aũt hoc fieret facilius, Principes rogat, vt de summa totius legationis inter sese agãt, ac pro se quisq; Segurium suum legatum, ad causſam promouendam, consilio & comendatitijs literis iuuent.

ET quamuis hæc gallorum machinatio, quibusdam Imperij principibus non displicuit (vt ex literis Electoris Brandenburgici Coloniæ ad Spream datis, ad Censorem illum Concilij Tridentini 20. Ianuarij anni sequentis, atq; ex responsione eiusdem censoris Martini Kemnitij data 24. eiusdem mensis die patet) Dicto q; Gebhardo Truchsesio 12. Ianuarij antea exẽplar trãscriptum ex originali per Segurium Cassaliæ datum est: tamen negotium hoc Catholicis imperij Principibus, imò nec ipsi Imperatori quidem placere, vel ex eo facilè animaduertitur, quod Idem Segurius 6. Aprilis anni quoque insequentis, vbi ad Imperatoriam suam Maiestatem scripsisset.

15 l Colonia.

CVM statuissem, inquit, legationis munere perfungi, optimamque Regis Nauarræi voluntatem & studium erga Maiestatem vestram declarare, ipsiusq; officia & obsequia deferre, Cæsaream, V. M. calumnijs quorundam legationi meæ iniquiorem faciam intellexi, & ab eadem ad alios scriptas esse literas, quibus, vt interciperet, & in custodiam conijceret edicebatur: Deinde excusat sese, & respondet ad tria potissimum capita quæ ei obijciebãtur. Quorum primum erat, quòd sine publica Imperij Germanici authoritate peregrinus homo limites ingrederetur. Alterum, quòd insalutata Cæsarea Maiestate cum Germanis Principibus ageret. Tertium & Vltimum, quòd nouis in Imperio rebus studeret. Verùm hæc de gallorum per Germaniam practica hactenus. Nã quæ in insulis Tercerę conati sunt, de ijs suprà dictum est antea 22. Iunij.

2 23 Iulij.

11 k Belgium.

OSTEN-

LOCA		TEMPORA
7 l Oſtenda.	OSTENDAM Flandriæ portum, cum Parmenſis, quòd aggeribus perruptis ea circum vndique copioſis aquis inundaſſet, obſidere non potuiſſet, ea derelicta, ad aliũ portum contendit, cui Dixmuyde nomen eſt. Hic ſe ſtatim, præſidiarijs vrgentibus, dedidit, quo in poteſtatem accepto, exercitum Hypras, ciuitatem præcipuam ac percelebrem duxit, eamq; cinxit. Cuius Principis mater Margaretha, obtenta à Rege venia, in Italiam diſceſſura, ab eodem filio, vt eam ante diſceſſum ſalutaret, inuiſitur.	
7 l Dixmuyda.	Auriacus Vliſſingæ in Zelandia, naualia comparauit, tuendæ contra Dunkerkanos oræ maritimæ, reliquaſque copiarum Alenzonij, quas Ordines nauigijs in Franciam remittere ſtatuerant, manere iuſſit. Gandenſes per internuntios à Caſimiro, cùm multa de multis communicarunt, ſibi remitti Hembiſem vrbis abbinc quadrienniũ conſulem petiere; & Dathenum Caluinianæ religionis miniſtrum, ciues ſuos, qui duo Caſimirum in Flandriæ Comitem inaugurandum procurabant.	1 Auguſti
5 l Duynkerck.	Holachius Comes Campiniam vniuerſam igne, ne quid ad victum regijs ſuperſit, abſumit: Altipennius verò, qui illum coerceat, miſſus. Dux Cliuia de Caſimiri aduentu certior factus; licet nullius partibus addictus, vt tamen limites ſuarum ditionum tueretur, & cuiuſcunque factionis militem ab incurſione prohiberet, numeroſum equitem confecit. Indictus eſt etiam inferioris circuli conuentus, vt de harum prouinciarum defenſione propter motus ingruentes aliquid neceſſariò deceneretur.	
15 h Ordinga.	Erneſtus Princeps Elector Imperij, ne hoſtis in Abbatia Duytienſi munitionem excitaret contra Colonienſes, præſidiarium militem impoſuit, atq; vt ſeſe imminenti ſuo hoſti opponeret; inter cætera, quatuor Eburonum peditum millia, & ducentos conſcripſit, & quingentos equites: Dux Bauariæ, Frater, totidem et, in quatuor menſes miſſurus.	
5 l VVinoxberg.	Saxoniæ Dux Fridericus Chori Epiſcopus, qui Ordingám iam multos dies obſederat, ex Caſtris Coloniam octodecim militibus ſtipatus, veniens, incidit in hoſtiles inſidias equitum quinquaginta, qui eum aggreſi ſuere: Quinq; è ſuis amiſit, captiq; ſuit præcipuus eius equitum præfectus, ipſe autem vno illorum ſua manu cæſo, ſaluus Zonſam euaſit. Ad Hyprenſem vrbem, cùm ſit multò munitiſſima, nec ſtatim expugnari poſſet, ex aduerſò duo propugnacula ab ea non procul erexit Parmenſis, vt cui in eam vrbem nec ingreſſus, nec ex ea egreſſi liceat. Ad VVinocipergam, de deditione acturam, miſſus Caretanus Sequanus, vnus ex ijs, qui Ærario Regio, quos Financiarum Magiſtros appellant, in Belgio ſunt præpoſiti. Metuit enim vrbs, ne ſi facere deditionem recuſet, aperta Dunkerkanâ cataracta nullo negotio ſubmergatur.	2 5 Auguſti.
15 k Zons.	Alenzonius Angliæ Regina per Nobilem virum à ſe miſſum, cauſam ſuæ Dunkerkanæ fugæ quàm leuiter attenuans diſceſſumq; nominans, auxilia ab ea poposcit.	
16 m Bonna.	Sed illius actiones tum incipiebant Anglis diſplicere, metuentibus, ne noui alij in Scotia tumultus oriantur; quod ſecretò quadam ſecundò genitæ Regis Hiſpaniæ filia cum Adoleſcente Rege proponi crederent, & à nonnullis, qui captiuæ Reginæ matri, Franciſque faueant, eos tumultus adiutum irt.	
16 l Duyts.	Bonnenſes Auguſto menſe [3] aduenere Duytium, Neuenario & Solmio Canonicatu priuato comitibus, ducibus, equites ſexcenti ac ducenti pedites: qui id cinxerunt, equites erant, & pedites flammas iniecerunt, Monaſterium in eo vico ąſitum non auſi ſunt oppugnare, in quo inerant Eburones præſidiarij, qui ſeptem ex ijs incendiarijs, quorum vnus torque ornatus erat, eoq; Ferdinandus iunior Truchſeſij frater creditus, tormentis confoderunt, & duos ceperunt.	6 Auguſti mane ante quartã horam.
	Poſt ſextam, clamoribus indicantes Erneſti Principis aduentare militem, cæſis illius ſeptem, vt eos humo mandarent, curru ſecum aueĉtis, adiere Præſidiarij tum demum comitis illius Solmij ædes, ex quibus incendiarii primũ ignem & ſtramina ſumpſerant. Quæ ædes conſtructæ fuerant ad delicias, & in quas Caſimirus ab hinc quinquẽnium ipſe cum copijs in Belgium ad Ordines proficiſcens à Solmij fratre Canonico fuerat exceptus. Has Vulcano vorandas, tota flammas ſpectante Colonia, tradiderunt.	

DEVTSCH

TEMPORA		LOCA
	EST autem Duytium Colonię vrbi, intermedio tantum Rheno (cui ex aduersò ripa imminet) contiguum. Quamobrem nullo negotio tormentis vrbs hostem Duytio abigere potuisset: sed quia se neutri parti addictã profitebatur, ne hostem prorsus haberet, opem illis ferre noluit, tum quòd & vicus ad eam non pertineret. Fundus namq; Electoris est, Iurisdictio verò inter eum & Cliuensem Ducem communis censetur.	15 l. Colonia
6 Augusti.	Coloniam autem Duytienses suam omnem suppellectilem tempestiuè transtulerunt, quòd incolis incendium hostis minatus esset, si præsidia ab Ernesto Principe reciperent. Eodem die [1] Elector alteros centum quinquaginta præsidiarios eò misit, & aggere ac fossa locum munijt	10 h Stenbergē
	Parmensis victoriam persequens Steinbergam portum duobus milliaribus à Berga ad Zoomam portu sitam deditione cepit, quæ magni fuit momenti, cùm per illum portum nauigatio Dordracum & aliò impediri posset. VVinoci Berga quoq;, quæ aliquandiu deliberans restitit, sese illi dedidit. Inerant ei septingenti Franci præsidio, qui deditionem pollicebantur, si tutum ipsis quod vellent iter fieret; denegata illis fuit ea conditio, iussumque, in Franciam rectà discederent, tandem, vi coacti ac metu, assensere.	10 h Bergen op Zom.
11 Augusti	Bironii milites Franci qui Bierfletum consilijs Auriaci venerunt, quo prætextu sese recolligendi, & Caleto in Franciam trajiciendi Zelandiæ reciperentur, reuocti fuerunt, domumque ad Francos redierunt, adeò, vt nullis amplius in Belgio Franci existerent. Arculas omnes ingenii Auriacus suas deprompserat, vt admissi persuaderet per eos Vlißingam, qui eius scopus planè fuisse creditur, occupaturus Zelandiæ portus. Prouinciales fuêre cautiores. Videns autem Auriacus Francos, à Zelandia in quibus asylum constituebat penitus reijci, nec præsidia in vrbibus illis recipere, & Hollandos idem facere; imprimis autem & Antuerpienses, animis vterque anxius noua auxilia apud Angliæ reginam per Noritium sollicitauit, per alios etiam apud Casimirum & Truchsesium.	5 m VVinoxberg.
	Bonnenses, vt acceptam Duytij iniuriam vindicarent, Abbatiamq; excinderent, eò redêre [2] cum 600. equitibus & 1200. peditibus (alij plures, alij pauciores fuisse asserunt) Vasconibus, cum quibus idem Comes Solmius, & Comes Neuenarius, & Carolus Truchsesij frater fuerunt. Duo maiora tormenta secundo Rheno vexêre, ac suprà infraque Duytium ad vnum milliare vigilias & præsidia collocarunt, ne quà ab hoste ex improuisò possent impeti.	8 k Bierfliet.
	Ad Mullemum propinquum Ducis Cliuiæ pagum Bonnenses primùm diuerterant; indè paulò post meridiem mouentes Duytium ordine militari procedentes peruenerunt. Equites acie structa constitere firmi, & pedites alteri, locum diligenter explorant. Præsidiarij Ernestiani quorum Præfectus nomine, natione Florentinus, vicinas Abbatiæ Domos imprimis occupant, & hostem, ne Abbatiæ appropinquet, Mosquetis, quæ nominãt, & cæteris manuarijs tormentis impediunt: Sic vtrinq; certatur, crescente numero oppugnatorum, sese in Abbatiam præsidiarij recipiunt: Hostis maiora tormenta ad muri ruinam displodit, qua facta, fit assultus, quem viriliter præsidiarius miles repulit. Hæc iterantur secundò & tertio & quarto, tandem Bonnenses Abbatiæ portam tormenti maioris fragoso ictu deijciunt, materiam ignem concipientem incendunt. Vndè tantus ex incenso fœno fumus prosilijt, vt quidnam ageretur discernere præsidiarius haud posset: erumpente demùm quinto assultu flamma, nec se, nec locum amplius tueri valuit, cùm & templi testudo ex igne concideret.	4 m Cales. 8 h Vlißinga. 16 m Bonna.
3 12 Augusti		16 l Mullem.
	VASCONES	16 l Duyts.

Mesh	Mesh is a network topology in which each node relays data for the network. All mesh nodes cooperate in the distribution of data in the network. See also Wireless mesh network.	1
Metadata	Metadata is data [information] that provides information about other data.	1
Metasearch engine	A metasearch engine is a search tool that sends user requests to several other search engines and/or databases and aggregates the results into a single list or displays them according to their source. Metasearch engines enable users to enter search criteria once, access many databases simultaneously, and retrieve merged results in a single display. They may access databases available to the public, those requiring paid subscriptions, or both. Metasearch engines search fewer pages than search engines do.	1
Metatag	Metatags are words or phrases inserted in the head section of a Web page that describe the contents of the page. Search engines may use metatags to help them determine the relevancy of a Web page to a user's search request.	1
Microblog	A microblog is a blog that focuses on the creation and dissemination of brief posts. Microblogs can be distributed by many different communication media, including mobile phones, text messaging, instant messaging, e-mail, digital audio, or the Web.	1
Microcomputer	A microcomputer is a small, relatively inexpensive computer with a microprocessor as its CPU. Microcomputers include desktop computers, laptop computers, tablet computers, and handheld computers.	1
Microprocessor	A microprocessor is a computer processor on a microchip. It is also known as a CPU.	1
Microsoft Access	Microsoft Access is a popular relational database management system for Windows.	1
Microsoft Excel	Microsoft Excel is a popular spreadsheet program for Windows workstations.	1
Microsoft Office	Microsoft Office is a popular office suite for Windows and Macintosh computers.	1
Microsoft Outlook	Microsoft Outlook is a popular e-mail client and personal information manager for Windows computers.	1
Microsoft PowerPoint	Microsoft PowerPoint is a popular presentation graphics program for Windows workstations.	1
Microsoft Word	Microsoft Word is a popular word processing program for Windows workstations.	1
Middleware	Middleware is software that connects two otherwise separate applications.	1
MIDI	MIDI (Musical Instrument Digital Interface) is a standard for exchanging musical information between musical instruments, computers, and other equipment. MIDI does not send an actual musical signal. Instead, it sends event messages about pitch and intensity, control signals for parameters such as volume, and timing signals for the exact moment to play a note and how long to play it.	1
MIDlet	A MIDlet is a Java application that is designed to run on a mobile device.	1
MIME	MIME (Multipurpose Internet Mail Extensions) is a specification for formatting non-ASCII messages so that they can be sent over the Internet. Many e-mail clients support MIME, enabling them to send and receive graphics, audio, and video files via Internet e-mail.	1
Mirror site	A mirror site is a Web site that is the duplicate of another Web site. Mirror sites are established to share the traffic load or to ensure availability in case of failure of the original site.	1
Mobile application	A mobile application is a software application designed to run on a mobile device.	1
Mobile broadband	Mobile broadband is wireless Internet access through a portable modem, mobile phone, or other mobile device.	1
Mobile device	A mobile device is a small, handheld computing device, typically having a display screen with touch input and/or a miniature keyboard. Mobile devices include handheld computers, mobile phones, and PDAs.	1
Mobile phone	A mobile phone is a cellular telephone with built-in applications and Internet access. Mobile phones provide digital voice service as well as access to data services such as e-mail, Web browsing, and text messaging.	1
Modem	A modem is a device that converts signals between computer and analog forms so that digital data can be transmitted over analog communications facilities, such as telephone lines. The word modem is derived from the terms modulate and demodulate.	1
Moderated newsgroup	A moderated newsgroup is a newsgroup in which all messages are first sent to the moderator for approval before they are posted.	1
Modulate	To modulate is to change the characteristics of a carrier wave in order to transmit data.	1
Monitor	A monitor is a display device that looks like a television screen.	1
Motherboard	A motherboard is the main circuit board of a computer. It contains the CPU, memory, and other electronic components.	1
Mouse	A mouse is a pointing device that is rolled along a flat surface to move the pointer on the screen.	1
Mouse pad	A mouse pad is a rubber pad that provides a good surface for rolling a mouse.	1
Multicore processor	A multicore processor is a microprocessor that has two or more processing cores.	1
Multimedia	Multimedia is the combination of text, graphics, audio, video, and animation in an application.	1
Multiprocessing	Multiprocessing is the simultaneous execution of two or more computer programs or sets of instructions.	1
Multiprocessor	A multiprocessor is a computer that has two or more CPUs.	1
Multitasking	Multitasking is the execution of more than one task at the same time.	1
Multithreading	Multithreading is the execution of more than one thread at the same time.	1
Multiuser	Multiuser is the ability of a computer to support two or more users at the same time.	1
Music sharing	Music sharing is the practice of distributing digital music files over the Internet.	1

1583. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA | LOCA

LIRENSES tria signa peditum qui Herentalio Bruxellam ibant ceciderunt, & quadraginta quatuor currus omnes deiecerunt, ex quibus sexdecim tantum euaserunt currus. Antuerpiamque salui appulerunt. Ordines Auriaco fœderati Middelburgi, literas Alenzonij per legatum Bruneum allatas acceperunt, quibus mirifica pollicetur Alenconius, sed Piscator ictus sapiebat adeò, vt Antuerpienses etiam, illum audire noluerint. — 11 k Herentals.

1 7 Septembr. INCIPIT interea 2 Conuentus ille Francofordianus, ad reconciliandum Ernesto Principi Truchsesium: missus est eò ab Ernesto Salentinus Isenburgicus, & cũ eo D. Gottardus Gropperus sumi templi Canonicus. Proficiscuntur etiã ad eundem Couentum Gymnichius, prætor Arensbergicus, & Furstenbergerus prætor Peilsterij, ex iurisconsultis verò Doctores MICHAEL GLASERVS & Schenckius Consiliarij. Vbi inter cætera agebatur, vt omnibus liber sit Rhemi transitus, & qui eum impedirent, vt contra hunc tanquam hostem omnes Electores insurgant. Casimirus autem, cum illi fieret in Remerskirchen insinuatio declarationis Banni, quod appellant, Imperialis, vehementer perculsus, Gebhardo per literas significat, se proscriptum iri, nisi confestim depositis armis in sua reuertatur, equites suos stipendia exigere, & vbi Hyberna essent constituenda quærere, petitque, vt quàm citissimè, quid illis responderi velit consulat, consiliumque perscribat. — 8 h Middelburg. — 10 l Brussel.

2 23 Septembr. IMPERATOR etiam Carolo Truchsesio & Adolpho Neuenario scripto declarat. 1 Quamquàm prudenter in suis & sacri Imperij decisionibus cautum sit, & interdictũ, ne quis cuiuscunque status aut conditionis, alium Imperij clientem obruat, violenter impugnet, aut quocunque alio illegitimo modo impetat. Vel vt hæc ab alio fiant, opem aut consilium conferat, nec etiam aliorum negotijs sese ingerat, tum etiam, ne quis sine Cæsareæ Maiestatis consensu, vel in, vel extra Imperium exercitum conficiat, nec per aliorum prouincias ducat, aut ibidem delectum habeat, vel castra metetur: Iam pridem tamen sui Maiestati fidem esse factam, eos se in controuersiam nuper inter Archiepiscopum tunc priuatum, & collegiũ eius, nouumque nuper Electum exortam, intromisisse, cumq; alijs nonnullis, magnas copias tam externas, quam indigenas pro sua libidine cõflasse, easque cum multorum ordinum, eorumque subditorum damno in Diœcesim Colonienſem transtulisse. Præterea cimelia Prouinciæ, Archiepiscopalemque thesaurum & suppellectilem, vnà cum Archiuo hostiliter diripuisse: literas, diplomata, instrumenta, & sigilla in eo reperta, aliò violenter transportasse. — 10 p Frãckfort.

3 9 Octobr. AD hæc duas Electores arces Horenburgum & Berkum, cum oppido & telonio, vrbes quoque & arces, Ordingensem, Recklinghusensem, & VVestenholtium armata manu occupasse, in eaq; Gallica, Scotia, & Anglicana præsidia deduxisse. — 15 h Berck.

IDEM & in vrbe Bonnensi, arcibus Poppelstorfio, & Godesberg, Monasterijs quoque VVilichio & Rinsdorfio feciſſe: Easque vrbes, arces, & munitiones, nouo Electo & Capitulo Colonienſi subtraxisse, & adhuc violenter detinere. — 16 m Bonna.

QVARE Imperator ex authoritate sua Cæsarea, ijsdem Truchsesio & Neuenario videlicet, per iuramentum, quo suæ Maiestati & imperio Romano obstricti essent, sub pœna quoque proscriptionis, amissioneq; omnium feudorum, priuilegiorum & gratiarum, quæ suæ Maiest. aut Imperij liberalitate illis concessa essent, mandat. 1 & vult: — 15 m Poppelstorff.

4 12 Octob. VT euestigiò prædictas Ciuitates, arces, Monasteria, cimelia, suppellectilia, aurum, argentum: literas quoq; ac diplomata octiduò post factam insinuationem, sine vlla conditione, & exceptione, nouo Archiepiscopo Colonienſi cum damni facti pensatione restituant. Cæsareoque mãdato suo per omnia pareant, atque sub pœna indignationis Cæsareæ suæ Maiestatis & proscriptionis obtemperent. — 15 m Godesberg.

PARVIT

LOCA

TEMPORA 1583.

RECESSVS CASIMIRI DVCIS.

PARVIT non ſponte, ſed pecunia omni deſtitutus Caſimirus mandatis Sacræ Cæſareæ Maieſtatis, diſcußis, vt iuſſum erat, vexillis ab equite, ſingulis tres florenos ſemis reliqua ſe numeraturum pollicens, perſoluit. Eodem tempore [1] is miles & Heluetij diſceßere.

1
19 Octob.

21 q Francofortum.

POSTRIDIE [2] & ſequentibus quinque diebus Francoforto, cum aliquot campeſtribus tormentis, tranſierunt, tandem dimiſſi ſunt [3] Vaſcones qui ad ſemimiliare Francofortum venere, excepti ſunt in tribus pagis, arma ruſticis abſtulerunt metu, cùm domum indè irent reſtituerunt; miſſus Beuterchio eorum Tribuno, Hector quidam à Senatu, vt ſine maleficio tranſirent, petens. Commeatus illis miſſus. Indè oppidum quod Hueſt vulgò dicitur, vltrà Mœnum progreßi, Oppenheimum peruenerunt, Rhenum traiecturi, vndè eos Beutrichius in Prouinciam, in qua conſcripti ſunt, reduxit, ita vt Truchſeſius parùm à Caſimiro amplius ſperare potuerit.

2
20 Octob.

16 k Duyts.

CASIMIRVS itaque ſeſe maturè exercitu ſubduxit, & Heydelbergam prætextu exequiarum Electoris fratris mortui, quibus intereſſe cogeretur, iuit. Conuentum principũ proteſtantium, quem frater, Truchſeſij ſtudio, Mulhuſæ ad certum diem [4] & ſi peſtis in vrbe graſſaretur, Erfordiam transferendum indixerat, tanquã Imperij (vt aiebat) Vicarius, reſumpturus, ambitque propter impuberem fratris filium, adminiſtrationem Iuperialis Electoratus dignitatis, quamuis filio pater teſtamentarios tutores conſtituerit.

3
26 Octob.

15 q Trier.

IN eum acriter egit Dux Cliuenſis, damnorum illatorum ſibi ab eius exercitu, & agri igne vaſtati nomine, eoque damna ſibi ſarcienda in Imperiali Camera Spirenſi vehementer contendit. Cum diſceßum Andergauia Caſimirus, fugæ vix abſimilem meditaretur, & Erneſtianus miles illi à tergò ſtaret, Franci illi Vaſcones timore perculſi Velkirchium profugerunt, ſeque in ædem ſacram receperunt, ſed ea flammis data, vſtulati omnes, & qui non fugerunt, cæſi, quadringentorum, vti fuit perlatum, numero, captis circiter trecentis.

4
28 Octob.

16 m Andernach.

ITAQVE eos qui templa combuſſerant, Duitij præſertim, & diripuerant, in templis Deus cæleſti ſua Prouidentia, pœna nomine cremari voluit. Buyus illis auxilio adcurrens captus eſt, vir antiqua primariaque nobilitatis. Germani verò illius equites ac pedites tunc ad Truchſeſium in VVeſtphaliam ire ſtipendiorum extorquendorum cauſſa ſtatuerunt, id quod Caſimiri ad illum literis oct. 12. datis cognoſcebatur. At vni ab alijs auerſi ſunt, ab eo propoſito diſſentientes.

5
1 Nouẽbr.

16 l Bonna.

TRVCHSESIVS autem ſacris, ſacrarum ædium veſtibus ac vaſis, tectorumque plumbo, & argenteis aureiſque Nobilium virorum poculis, pecuniæ conficiendæ gratia, tributum impoſuit. Erneſtiani militares duces exercitu ſic partim fugato, partim dilapſo Confluentiã & Andernacum reuerſi ſunt. [1] occupaturi, in Diœceſi Colonienſi loca, quæ hoſtis retinet. Imprimis Bonnam.

6
2 Nouẽbr.

16 m Poppelſtorff.

CVM Archiepiſcopo Electore Treuirenſi fuit Arenbergicus, Comeſq; Salentinus & alij, Bonnam ad duo milliaria appulit [2] adorturus Popelſtorfium, & Godesbergium, aliaſq; ei vrbi vicinas arces, quibus Bonnenſes intercludat, aſſultu itaque facto [6] amiſſi aliquot è ſuis. Ferdinãdus Bauariæ Dux exercitus, quod Erneſtus Princeps frater Leodij ſit in Prouincia comitijs conſtitutus, & Arenbergicus Comes hora quarta poſt meridiem, duo quoq; monaſteria, & aliam inſuper arcem, qua ſeſe dedidit (Bonna interim milite cincta & obſeſſa [5]) Popelſtorffium, ceperunt.

7
14 Nouẽb.

		Total Budget for Project Period	Amount Requested for Budget Period 1	Amount Requested for Budget Period 2
A.	Senior/Key Person			
	Principal Investigator			
	Co-Investigator			
	Co-Investigator			
	Co-

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1583.

LOCA.

TEMPORA

PRINCEPS Ferdinandus Bauariæ Dux, capto Popelſtorfio Godesbergum arcem vicinam obſidere capit, in qua fuerunt nauæ Belgæ non pauci, & quos vocant Freybeuteri, Latrones, qui multum eam tuebantur, videbanturque hanc ad extremum vſque vitæ ſpiritum defenſuri, Caterùm à puteo, qui Arci in' montu declui ſita ineſt, aquam auerſa ſcaturigine Erneſtiani deriuare conati ſunt, vt aqua inopia coacti ſeſe dedant.

13 f Neomagum.

GELDRIÆ Gubernator Comes Bergenſis, vnà cum filio, & Secretario cubiculi ac duobus tribuſue præcipuis ſuis conſiliarijs captus fuit Neomagi, & Vltraiectum, inde in Ramecken Zelandiæ arcem abductus, Qui conſiliarij & cubicularius, faſi dicuntur à Caluinianiſtis, Illum comitem iam ob eo tempore cum Auriacus eius Sororius Ruardus (quemadmodum nominant) Brabantiæ deſgraretur, habuiſſe cum Parmenſi ſecreta conſilia, iam verò eidem Parmenſi tres potiſſimas Geldriæ vrbes tradere voluiſſe, Propterea q, Parmenſem facto alio prætextu 28. Valonum ſigna, Hiſpanorum 12. & equitum vexilla 10. miſiſſe, quæ quinque hominum milia conſtituebant, vt hac perficeret. Cum verò capto Bergenſi comite excluſum ſe videret hac expeditione, hunc militem tuſſiſſe traiecto Rheno Zutphaniam petere.

8 k Ecloo.

CONSTRVXRE, Parmenſis Princeps Ecloo Vaſæ opido duas munitiones in Scaldi ripa, impedienda ordinibus nauigationi, Ordines verò propugnaculum Ternouſæ è regione Vliſſingæ, qui ordines Auriaci hortatu & artibus dicebantur in Cameracenſi conuentu, Alenzonium ab ipſis recipiendum decreuiſſe. Hoc nomine Regnam Alenzonij matrem cum rege filio, quod fratrem præferat Belgicis rebus implicari velle, nõ parùm obiurgare, ſed inter ſe hac mutuò ſic ſimulari, illi qui cõſilia Francorũ perſecutãtur, exiſtimant.

I. 19 Nouẽb 2. hora poſt meridiem.

NEVENARIVS Comes interim, vt Carolus Truchſſius, Banno imperiali etiam detrectauit obſequi. Nam præter oppida & loca quæ vſurpat, & quæ omnia munit, pertinaciterque defendit, in duabus arcibus præcipua præſidia collocauit, In priore quæ Bedbergum dicitur præſidiarios aluit, qui itinera omnibus intercaperunt & prædas egerunt, huic de quibus ſuo loco dicetur. Altera, cui Huls nomen eſt in qua monaſteria duo, impoſuit præſidio propè trecentos equites, & quadragintos, alij plures aiunt, nempe mille trecentos pedites.

15 k Bebber.

EAM Saxonia Dux Chori Epiſcopus, & Keſpenius vrbis Ruremundæ præfectus & Ayæ Gandenſis præpoſitus obſederunt, quatuor hominum millibus. Obſeſſi nuper equũ claudum dicto duci miſere, cui per religionis Catholicæ contemptum imagines ſanctorũ opprobrioſo elogio notatos impoſuerunt. Illis eum remiſit, cum patibulo, & Germanico in hanc ſententiam diſtycho, Ne mimio, O Geuſei, deſiderio langeſcite, breui enim laqueo peribitis.

TRVCHSESIANI verò cum 1200. equitibus, ac bis mille peditibus quidam illorum quinque alij 8 millia hominum fuiſſe affirmarunt, vt obſeſſis Hulſtenſibus ſuccurrant cum Henrico Brunſvicenſi, ad Berckhum Rhenum traiecerunt.

15 h Hulſt

HI itaq, aggreſſi ſunt [2] ex improuiſo Valones Eburones, qui credebant initiò eſſe auxilia regia, quæ Paezio Hiſpano Duce non duobus tantum millibus aberant; Vbi hoſtes agnouerunt ad equites & pedites Germanos, vt iam in arcem cogerentur, deſertis illis accurrerunt. Qui, quòd ipſos fugere putarunt, ſeſe etiam in pedes coniecerunt, ex arce autem Hulſtenſi equitatus emiſſus, magno numero in eos irruit.

1583. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA | LOCA.

VALONES igitur cæsi propemodum omnes, quorum ducter præcipuus erat Kespenoim, qui vnàcum tribus aut quatuor centurionibus vulneratus, captus; captaque quatuor tormenta, quæ campestria vulgo nominant, & omnia impedimenta, maior pars exercitus altera, fuga delapsa est. Culpam huius cladis in auxiliorum morum reiciunt, quidam excusant fluuij vel tormentis interiectu. Alij cladem Ernestiano contigisse ferunt, eius imperitia, cui cum sua militaria illic esset commissa, ipse imperare rectè non potuit, aut nescuit: Certior enim de hostiu aduentu & eius consilijs factus, castra curribus plus trecentis quos habuit euestigiò munire, haud difficile fuisse quidam perhibent. Saxonia Dux sese & ipse recepit Hulkerradum arcem propinquam, & Præfectus Gandensis Ayta Kempenum, Rifferscheit comes, & alij, aliò se contulerunt. 15 k Hulkè rad.

TRVCHSESIVS exercitum quem misit collegerat ex omnibus præsidijs quæ habebat in VVestphalia, relictis ibi militibus, qui vix oppidis custodiendis sufficiebant; cæteros omnes è territorio Recklinghusensi, comitatu Arensbergensi, alijsque Prouincijs coniungebat. Ei ne suos desereret sed vt traiecto Rheno hostem profligaret suosque ab obsidione liberaret: partem quoq; præsidij, quod in arce VVerlensi erat, euocauit. Adeò, vt Truchsesiani opimam prædam nacti, etiam, duce Alpensi, ex eo conflictu reportauerint, animosq; hoc facto multò in modum suos, suorumq; exercuerint. 20 p Franco fortum

HENRICVS Brunsvviccensis vulgo, Eidel vel Edel Henrich nominatus, cum suis in VVestphaliam redijt. Comes verò Alpensis, vulgo Graff von Neuenaer appellatus, actis gratijs, eos quoq;, qui ex Gelricis oppidis huic expeditioni interfuerant, dimisit, magnaq; cum in Belgio, tum etiam in Diœcesi Colonensi, eorum lætitia fuit ijs, qui Truchsesij partes sequebantur. 1 Nouembris.

DISCVTITVR interim Ernesti Principis causa Francofurti ad Mœnum, mittunturque Comes VVirgensteinius, & Iurisconsultus Schvvartzius, ad Truchsesium, vt intelligant, quibus conditionibus imire concordiam vellet, Respondit Truchsesius, vt Electò talis dignitas, vnà cum VVestphaliæ ducatu sibi dum vixerit relinquatur; Ernesto verò principi titulus Archiepiscopi, & quæ nunc obtinet oppida ac loca, Si hac nõ præstetur, se fortunæ ac belli aleã, quæ facta sit, subiturum, etiãsi Cæsar Ernesto Principi regalia miserit, & ad omnes Imperij Principes, & ordines literas dederit vt illũ tanquam legitimè Electũ obseruẽt, ad Catholicos verò, vt illum etiam consilio, req; iuuent. 9 l Aloſtum.

GANDENSES, quòd in se recepissent, alere præsidia Alosti & Tenere monde, illisque stipendia persoluere, nec tamen id præstitissent, effecerunt, quod Alestanus miles Anglus & Scotus, cum potissimus esset, cæteri verò Valones ac Flandri, secretò cum Parmensi de deditione egerint, certis conditionibus, nimirum 30. coronatorum millibus promissis, media pecuniæ parte numerata, vbi dedisset ol fides. Igitur equitẽ eò misit, qui tentaret, & pollicita deditionis rem exploraret, Hic eques non procul ab vrbe sese prodidit, Tum verò Anglus cum ciuibus, contrà Valones & Flandros coniunctis edixit, vt, qui regios nolint recipere euestigiò discederent, Valones ergo & Flandri loco cesserunt, introiitque fuit miles, numero trecentorum Valonum regius; Eadem deditionis ratio, & ciuibus eadẽ conditiones data, quæ Lira. Est autem Alostum Iurisdictio libera, oppidumque inter Bruxellam & Gandauum itinere situ medio, tanti momenti, cùm opportunitate loci, tũ munitione valida, vt cõmeatum & cõmercia Antuerpiensibus, Bruxellanis & Gandensibus impedia & intercludat. 10 k Lira

AVRIACVS

ALEXANDRO FARNESIO LEONEM.

LOCA

TEMPOR.

AVRIACVS se abijs qui ex parte Regis cum Parmensi stabant, oppressum iri metuens, vt his viribus gallicas opponat, operam dedit in Conuentu ordinum Dordracensi, Alenzonium in Belgij Principem ac dominum denuò recipi, Articulis autem postulatorum Alenzonij propositis per Brunæum multi reluctabantur, quod videns Auriacus, ordinum de hac Alenzonij receptione suffragia mutare, nec illi per omnia assentiri, Comitia illa in aliud tempus [1] distulit, & Hagam comitis Holandici primarij Senatus sedem, est profectus, vt huic receptioni apud priuatos ordines viam sternat, ad futura illa comitia communi omnium Decreto stabilienda, eamq; promoueat, curet atq; perficiat.

1 14 Decembris.

10 g Dordrecht.

INTERIM ordinum res in Frisia valdè percellebantur inque Brabantia, Berga ad Zomam mutabat, quæ mille omnis nationis pedites præsidiarios & equites 150. habuit. Petebant ab ordinibus sex mensium stipendia, & mediam prædam 150. captarum nauium quas in portu detinebant. Si hæc non concedantur, apertè minati sunt, sese, vnà cum vrbe ac portu Hispaniarum Regi dedituros.

PERTENTAVIT Altipennius Gertrudisbergam Auriaci in Brabantia oppidum longè munitissimum, intercipere, scalis admotis mœnibus, iamq; miles ad vallum penetrauerat, verùm repulsus est, amissis non paucis, Auriacus verò, qui ad omnia fortunæ tela occaluit, Comitia ordinum sibi fœderata Dordraco, vt diximus, in Hagam comitis traducens, prosequitur, vti cœpit, Alenzonium, qui per Brunæum suum nihil hucusque intactum reliquit, vt perpetuis bellis, contrà Regem implicet & excitet, in Belgij dominium recipi: eũ se in legitimum Holandiæ ac Zelandiæ comitem & principem, pro se liberisq; suis, & posteris verò eligi procuret. Hoc ille iã diu, ac sepè miris artibus conatus est obtinere. Et quò Antuer piã in fide retineat, Aldegundium suum euexit ad primarium vrbis consulatum, Philippumque Schonhouium in vrbis Marchionem constitui curauit. Scabinos autem omnes, quò illis facilius abuteretur, iuuenes. Delectique iam fuêre Mollerius & Hasselerius qui ad Alenzonium mittantur, eum in Belgium deducturi, maximam enim ordinum partem tandem eius reditum probare & poscere, reliquos si se in viam dederit assensuros sperabatur.

10 f Hagæ.

GODESBERGVM, arx ad Bonnam per aliquot hebdomadas, obsessum obstinatè se defendit, tandem cum expugnationis spes nulla fieret, quòd sit in rupe, editoque loco sita, cuniculis in ea agere visum est, vt iniecto illis pyrio puluere disrumpatur, licet in ea captiui fuerint ex Ernestianis quinque sexue rei militaris præfecti, aliique non vulgares, sed publica cõmoda priuatorum exitio præferenda putabantur.

10 h Bergen op Zom.

INTERIM Leodij Electorem Principem, Regis Poloniæ Legatus, nomine Franciscus Richardus Scadeus conueniens, petijt ex Leodiensi ditione agricolas quos in Liuoniæ partem desertam, deducendis nouis Colonijs, ducat, Conuentusque Electorum Francoforti habitus, re incomposita dissolutus est, dum Truchsesius Arensbergum in VVestphalia munire diceretur.

GODESBERGVM in excelso admodum & præcipiti, ascensuque asperrimo, & difficili, totoque petroso monte situm, quod obsideri & cuniculis oppugnari suprà diximus, tandem captum vi fuit [2] hora prima post meridiem. Magna enim pars sursum dissiliit, iniecto igne in cuniculos, nulloque interiecto interuallo, miles assultu eam impetijt & obtinuit. Præsidiarij etiam pòst cuniculorum eruptionem tormenta in hostem disploserunt, seque fortiter defenderunt plus quàm horam integram.

2 17 Decembris.

15 m Godsberg

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1584.

LOCA

TEMPORA

VRBES in Hollandia maritimæ Amberdamum, Enchuyſa, Hornum, cæteriq; portus ac nautæ, tria præcipuè detrectant, quæ Auriacus circa hæc tempora petijt; inter quæ vnum fuit, quod noluerunt Alenzonium recipere, ſed manere Regis clientes & ſubditi, propter nauigationem eo quàm in Hiſpanijs exercent, quæ ipſis alioqui periret.

1
18 Ianuarij

ALDEGONDVS cùm Alenconij prodit obijceretur, præſtare ait proditorem, quàm Tyrannum, Regem intelligens, admitti. & hoc ſuis perſuaſit. Deindè Auriacum Prouinciæ Gubernatorem ſe quidem laturos aiunt, Comitem principemq; verò prouinciæ fieri, ob eandem cauſſam, recuſant. Poſtremò ſextum bonorum nummum ab illo impoſitum propter bellum quod ipſis imminet ſe ſoluturos pernegant.

10 f
Hollãdia.

ITAQVE tumultuati ſunt, Magiſtratuique minati, ſi quid eorum quæ ſuprà tentetur. Auriacus tum in Haga comitis Hollandiæ fuit valdè perplexus, quomodo ſedari poſſent, tandem per ſuos emiſſarios perfecit, vt hæc controuerſia ſibi & certis nonnullis decidenda componendaq; committeretur.

2
19 Ianuarij.

ALDEGONDVS Liram, proditione tentauit. [1] Re detecta vrbis præfecto, ex præſidiarijs vicinorum locorum Regijs inſidiæ collocatæ fuerũt. [2] Cum igitur appropinquarunt ordinum copiæ, ex Herentalio & Mechlinienſi milite collectæ, Regij in illos irruperunt, & omnes profligarunt. Cæſo in velitatione, vel fuga, filio Leonini Iuriſconſulti Louanienſis, primarij Principis Auriaci Conſiliarij.

10 k
Herentals

BONNENSES præſidiarij Carolum Truchſeſium, & tres præcipuos rei militaris duces ceperunt, & in vrbis curia cuſtodibus adhibitis, detinuerant, vrbiſque claues penes ſe ſumpſere, emiſeruntque viginti vnum ex ſuorum primoribus, qui omnium nomine de deditione agerent cum Erneſto Principe Electore, viciſſim miſſi totidem in vrbem, ab eodem Principe. Petijt miles, vt Erneſtus Princeps oſtenderet ſe legitimè electum eſſe in Archiepiſcopũ Colonienſem, & ab ordinibus Imperij, vti talem approbatum, vt quo titulo gereret hoc bellũ, & vrbem ab illis poſceret, intelligerent. Deinde: vt ipſis nouem decemque menſium ſtipendia, quæ Truchſeſius debeat integrè numerarentur, antequàm vrbem illi traderent. Porrò, abire ipſis liceat cum armis, bonis omnibus, quæ habeant, belloque quæſierunt ſignis explicatis, vtque ipſis Germanis dentur milites, qui ſine fuco ac fallacijs, vtà cum bonis & vxoribus ac liberis, in locum vſque in quo ſecuris ipſis eſſe liceat, deducant.

3
25. 26.
Ianuarij.

10 l
Mechlinia.

ET quia Carolus Truchſeſius ipſos celauit literas banni, quòd appellant, Imperialis in ſe & alios qui Gebhardo militarent, quinimò ipſis ſubdolè perſuaſum fuit, ipſos Imperio militare, ea ob rem ſibi publicam ab Electore fidem poſcere, quò vbique tum domi à Banni pœnis propter iuſtam ignorãtiam, & omni militaris infamiæ nota eſſe tuti poſſint, planèque liberi, ac ſi nihil vnquam in publicas Imperij leges ac mores hoc facto commiſiſſent, ſe vrbem, ſi hæc præſtarentur, Erneſto tradituros in manum, & Carolum Truchſeſium vnà cum tribus aut quatuor rei militaris qui peteretur ducibus.

4
27 Ianuarij.

AD hæc Elector Reſpondit, iniuſtas concordiæ conditiones ab illis exigi, vltrò tamen citròque in vrbem Erneſtiani commeabant, diebus [3] quibus de deditione fuit actum. Tandem conuentum, vt vtrinque certi, ſed qui plures ſeptem haud eſſent, deſignarentur. Itaque vltrò ad Electorem Principem Erneſtum venêre [4] Truchſeſiani illi, quibus apertè dixit, ſe nihil cum ijs eſſe pacturum, nec pecuniã numeraturum vllam, niſi prius Carolus traderetur, in quam rem aſſenſerunt. Poſtero [5] de condicionibus ſub dio meridie, medio inter Popelſtorf & Bonnam loco, conuentum eſt, qui dies erat ſabbati, Carolo magno feſtus ac ſacer, Delectorum ab Electore ad tranſigendum præcipui numerantur, Comes Arenbergicus, D. Iohannes Manrichius de Lara, Hiſpanus, Erlachius Bauariæ militum Legionis præfectus primarius, & Eckenbergerus.

16 m
Bonna.

5
28 Ianuarij.

1584 TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA

LOCA

CAPITA verò Condicionum fuêre, vt quatuor coronatorum millia ex ſtipendijs debita numerentur. His exſolutis, vt Truchſeſianus miles, eodem ſimul tempore, & portarum eius claues Electarum reipſa traderet, & abeunti fides publica, daretur, tutusq; in domum reditus præſtaretur. Carolum & cæteros, de quibus cautum erat, militares præfectos cùm primùm traderet, qui Caroli traditio ſic ſe habet.

1
28 Ianuarij.

EA Caroli Magni die circiter meridiem, [1] ille Truchſeſianus miles Erneſto Principi claues vrbes dedit, & præcipuis aliquot militibus ac ducibus ingreſſum in vrbem permiſit. Ventum deinde ad Carolum, Eumq; ſui milites ſtiterunt Erneſtianis, à quibus, Erneſtianis ingreſſis, demùm extrà vrbis portam deductus eſt, vbi ei ſuus miles valedixit, ab equo ſibi manum porrigi poposcit, quibus militibus ille: Indigni verò milites omni honore nudati mihi videmini, Indigni quibus militis nomen tribui modo poſſit, nec vobis porrigam, veſtrum enim Ducem ac dominum proditis. Hæc vbi reſpondiſſet cæpit tubicen clangere Germanicam, in Geuſeos Coloniæ à pueris decantari ſolitam cantionem, Geuſeos videlicet ad Templum iuiſſe, proprium cemiterium.

16 m Bonna.

2
30 Ianuarij.

QVI Carolus rogatus, num eum Tubicinem noſſet; Equidem inquit, mihi enim fuit captiuus. Cum ergò ita ſit, & tu, reſpondent, noſter nunc quoque captiuus eris. Ac tum Erneſti Principis Hallabardarius ſtipator ei enſem auferre voluit, Sed illum toruè intuitus, Sum inquit, Baro natus. Abſit, hoc à te patiar, non feram. Poſtquam verò Eckenbergerus ad eũ venit, abs te inquit illi enſem adimi mihi facile patiar, æquoque feram animo. Quo ei oblato enſe, perductus eſt ab vrbis porta Popelſtorſium, ad quã vſque arcem, ab vrbe diſpoſiti erant duo militum ordines, vnus ad dextram, alius ad ſiniſtram, per quos medius procedens ad arcem peruenit.

15 m Popelſtorf.

ELECTOR ad arcis feneſtram ſtabat, & eum aſpiciens. At tu, ait, hic ne es; Nunc ſum verò inquit Illuſtriſſime Princeps. Recte ait Elector negotia tua feciſti. Ad quæ fratris mei inquit, Archiepiſcopi Colonienſis & Electoris ius, vti debui, Illuſtriſſime Princeps conſeruaui, nec eſt vir quiſquam militaris, qui factum meum reprehendere, vel de me aliter loqui poſſit. Tum Elector, tecum vlterius diſputare nolo. Vos milites carcerem locumq; ſcitis, cui eum mancipetis. Exequemur, inquiunt, Seremßime tuæ Celſitudinis iuſſa.

3
31 Ianuarij

ARENBERGIVS verò Comes, humeros amica manu pulſos Carolo, ait, ſis bono animo. Non enim malè excipieris, alendus es, nec tibi panis neque vinum deerit. At Comes Riſerſcheitius, carceris in quo à Gebhardo, petente Neuenario comite fuerat detentus, haud immemor, ne quidem verbum, ira plenus, protulit, hac poſt meridiem à prandio geſta ſunt.

4
1 Februarij

POSTEA [2] quatuor coronatorum millia, ſoluendo menſium duorum ſtipendio, militibus miſſa fuêre Colonia Electori, illisq; ſolutum fuit [3] Bonna. In quam vrbem per quatriduum nemo fuit intromiſſus, Bonorũ interea deſcriptio facta eſt. Tum miles Erneſtianus in vrbem eſt [4] ingreſſus. Elector autem die [5] quæ Purificationi Beatæ MARIAE virginis eſt conſecrata, ingreſſus eſt.

15 l Colonia.

5
2 Februarij

VVESTPHALO militi optio, vt tum ferebatur, data, Erneſto Principi ſi vellet militandi, Actum cum Sueuo aiebant, vt nullis acceptis ſtipendijs, diſcederet, remißæ pœnæ banni nomine. Sed quatuor illa coronatorum millia, cum VVeſtphalo partitus eſt, & cuiq; militi data Cartula ab Electore, qua teſtatur neceſſario coactos fuiſſe militare, nec de Banni literis quicquam ſciuiſſe.

PRIMVM

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

LOCA

TEMPOR.

1584

PRIMVM igitur illis innotuit per bauaricos milites, qui cū essent in aggere contrà vrbem exstructo, tamquam illis propinqui, & vnà colloquerentur id significarunt, & illis petentibus alligatum eis exemplum chorda in vrbem attraxerunt, militiq; metum iniecerunt, eumq; ad deditionem excitarunt.

HAEC vrbs dedita, Colonienſibus liberam nauigationem, ac cæteris, aperuit, & ipſi Electori multum pecuniæ ex Telonio à nauibus attulit, quæ plurima fuerunt, Moguntiæ & Confluentiæ expectantes, vt Coloniam descenderent, & indè vicissim Colonia vt ascenderent.

16 m Bonna.

1 28 Ianuarij.

IVSSVS est nam memorabile quoddā omen referam) Erneſti Bombardarius ad nauim Archiepiſcopalem, quæ Bonnæ vrbis mœnia in Rheni littore ſtabat, colimare, eamq; in profundum deijcere. Calum erat nubilum ſecundum tormenti ictum de induſtria direxit in ædes quas habitabat Carolus Truchſeſius, erant autem illæ, Telonium, hoc ictu globus tres muros perforauit, & rectà in Caroli cubiculum penetrauit, in quo inſius enſem ad lectum pēdentem medium fregit, & cuſpidem in aduerſum parietem ſic adegit, & tanta vi fixit, vt amoueri poſtea non potuerit, in eoq; memoriæ cauſſa relinquatur. Porrò Scipionem militaris ſuæ præfecturæ ſceptrum, & inſigne medium quoq; perrupit. Demiq; ex charta deſcriptionis Germaniæ totius ad parietem appenſa, omnem in qua Gebhardus Truchſeſius ſalutis anchoram fixerat ſuæ, VVeſtphaliam pro ſuis auulſit, ſecumq; abſtulit.

HAEC dum fierent (Carolus in inferiori cubiculo illi in quo hoc accidit ſubiecto verſabatur, neque cognita) O inquit MALVM OMEN, alijs eiaculationibus illa natus fuit depreſſa. Poſtridiè euentus prodigium confirmauit. Nam Carolus à ſuo milite fuit captus, Erneſto Principi tradendus, Bonnaque deinde, vt dictum eſt, dedita die Carolo magno ſacra, vndè carmen hac chronicum accipe,

15 h Berck.

Magne tIbI CVnCtI gratantVr CaroLe, Bonna,
PontIfICI preCIbVs, ſerVIt aperta tVIs.

DEDITA vrbe, confeſtim miſſi ſunt equites trecenti, & quingenti pedites ab Electore Betburgum, Neuenarij aliquando arcem, & oppidum, ex qua præſidiarius itinera Leodiū verſus præſertim infeſtauit, & vndique rapinas per excurſiones egit, nimirùm vt eam arcem obſideant, quæ licet trecentos habuerit ab initio præſidiarios, in potestatem tamen Electoris vt infra quoque dicetur tandem venit.

INTERIM in oppido Berck, in quo Neuenarius præſidiarios habebat vltrà quadringentos vndique, omni ex natione collectos, ob ſtipendia nō ſoluta ita tumultuatum eſt, vt militem ad eius vſque lectum veniſſe, eique iugulum petijſſe diceretur, trucidandumque fuiſſe, niſi vxor & ipſe ſupplices in genua procubuiſſent, & polliciti eſſent, ſe intrà triduum omnia ſtipendia perſoluturos, quo lapſo, cum non ſolueretur, pecunia enim deerat, illi omnia eius aurea argenteaque vaſa, torques, annulos, veſtes, reliquamq; ſuppellectilem diripuerunt, captumque detinuerunt: tandem vnum ex familiaribus foras emiſit, qui pecuniam procuraret, intrà certum tempus præſtitutum, quam ſi non attuliſſent, periculū erat, ne milites vrbe vnà cū eo quoque decidiſſent. Erneſto Principi, quemadmodū Bonnenſes Carolum Truchſeſiū.

16 m Bonna.

2 31 Ianuarij.

REFERAM & aliud omen, de quodam Magiſtro Ioanne Norbuſio qui poſtquam manibus pedibuſque firmiſſimè ligatus Bonnam in Rhenum præcipitatus eſſet, tandem, non ſolum Coloniam, verùm in VVeſtphaliam quoque peruenisſe, & à Notario quodā in præſentia teſtium, quos ipſe nominat re vixiſſe dicitur, illisque omnem tragediam narraſſe, quā in formam inſtrumenti redegit notarius, cuius nomen, cùm in inſtrumento non exprimatur, penes lectorem relinquitur iudicium, quid reuerà de hoc Norbuſio liberato ſentiendum ſit, Ego, qui cum Domino Iohanne Mauricho, cuius præcipuè ſit in inſtrumento mentio, hac de re loquutus, nihil pro veritate hic aſſerere potui.

TEMPORA

LOCA

ARDENS quidem nomine, & Somersfeldeus nobiles Angli, prouinciales Couentriæ Londino ad 20 milliaria Germanica dissitæ in necem Reginæ conspirauere, quorum impulsu, non dicebatur, nec cui hæc bono. Somersfeldeus erat annorum 26. duxeratque vxoris Ardentis filiam, Ardens habuerat annuos reditus 6000 coronatorum, Couentriæ in ditione, domi fuere capti, & ducti Londinum, vnà cum vxoribus, qua in vrbe aula tum erat, ad Iacobi & in vrbis turrim, quam vocant coniecti. Deindè ijdem vnà cum vxoribus, ex more iudiciorum regni fuere conuicti coniurationis, in publico fuerat iudicum concessus, ac foro, cui GVILDHALE nomen est, Quæ instituta accusatio hora 7 semis ante meridiem cæpit, quinta pro meridiana finijt.

1 5 Februarij.

EA absoluta, reducti sunt omnes in turrim, tandem ducti sunt duo illi nobiles, ad idem illud Guildsale iudicium, in quo ipsis lecta est in ipsos lata capitis sententia. Indè verò ducti sunt in vrbis portam, cognomento nouam, & in eam (est enim carcer afficiendorum vltimo supplicio) coniecti, sed vnus ab altero seorsum: post duas circiter horas Somersfeldeus in eo carcere sese, confecto ex tibialium ligaminum laqueo, proprijs manibus strangulauit.

1 k Londinū.

POSTRIDIE Ardens ductus est forum nomine Smitfeldeum, ibique suspensus in patibulo, & post quartam horæ partem, secto laqueo fuit in partes quatuor discerptus, & viscera prope patibulum, vti fit, combusta quæ partes quatuor ad 4. vrbis portas singulis singulis affixæ fuerunt. Caput verò tanquam proditoris hastæ fixum in ponte vrbis, qui celeberrimus est locus, positum fuit, in quo ponte, alia circiter 40 proditorum capita diuersis temporibus affixa spectantur.

SOMERSFELDEI quoque caput impositū cauto fuit, & eodem quæ Ardens loci collocatum. Corpus verò in Morsfideo, hoc est immundiciorum campo, sepultum.

16 m Bonna.

REGINA Angliæ vbi captum Somersfeldeum & Ardentem fuisse intellexit, in lachrymas & hæc verba prorupisse ferebatur. O Deus optime quid nam à me vult hic populus? Eum plena libertate, & perpetua tot annorum pace frui sino, nec eis tamen satis fit, metuo equidem ei, à meo excessu non tàm benè fore.

CAPTO Somersfeldeo, Milordus quem appellant, Pagetus, ex Anglia in Galliam profugit vnà cum Asondello quoddā regij cubiculi nobili (non quidem comite sed alterius gentis & familiæ) Multique domi suæ adhibitis asseruabantur, fuerint verò Catholicæ religionis omnes. Hæc coniuratio facta dicebatur illorum proprio motu, non Principis alicuius externi, saltem celebatur consilijs vel præmijs.

BONNAE & Coloniæ omnibus in templis, actæ [1] Deo summæ gratiæ fuerunt, de Bonna dedita, reuocati eo Ciues omnes. [2] Cumque in vrbem solemniter ingressus esset Elector, Carolus Truchsesius etiam eò reductus, iactabat se defensurū fuisse vrbem Bonnam, nisi à suis fuisset traditus, annū integrum, Cuius Caroli Frater Gebhardus Arenspergij in Westphalia, monitus fuit à prouincialibus, ne Electoris aduentum expectet, ne bellum eò attrahat, & vt sibi consulat in tempore, contempsit consilium, nec tamen habebat quo militem aleret, qui prouinciam varijs dispersus locis vastabat.

2 6 Februarij.

15 l Colonia.

CASIMIRVS ad Truchsesium Gebhardum, misit aliquot militiæ præfectos, qui debita stipendia ab eo poscerent, Eos excepit prandio, in quo nihil fuit appositum præter lardum, in cœna, repetitis ijdem porcorum cibi. Cereuisia potus fuit, non vinum. Postridie igitur manè, qui petituri erant ab eo pecuniam, nihil postulantes reuersi sunt domum. An de industria, sic eos exceperit vt pauperitatem suam & frugalitatem testaretur, ne solueret: an verò inopia, incertus hæreo.

EXTRVNT

1858	1	1	1	1	1	1	1	1	1	1	1	1	1
1859	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2	2
1860	3	3	3	3	3	3	3	3	3	3	3	3	3

1584 TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA

LOCA

CÆSI sunt ex Erneſtianis in oppidi (quod ad Erſium flauium, natura magis quàm arte munitum eſt) obſidione, antequam capi poſſet, circiter quadringenti: pars illorum præſidiariorũ recepta eſt ſub ſignis Erneſti, pars, quòd eſſent prædatores aut præmiatores ſeu Latrones quos (vulgò Freybeuter appellant) metu pœnæ fugerunt in Geldriam. Schreckius, quòd Centurionem quendam ex Erneſtianis, & eius ſubpræfectum captiuos benè excepiſſet, honeſtè dimiſſus fuit, noluit tamen Erneſto militare.

15 h Keyſers-vvert.

1 14 Martij. PAVLO pòſt [1] Iohannes Manrichus, qui Cæſari contra Turcam in Hungaria aliquandiu, atque alibi, non ſine laude & gloria militauit, ſuas copias, & haſtatos aliquot equites, Cæſaris VVeerdæ trans Rhenum duxit: vt cum ſumma celeritate, conſternatis iam Truchſeſianis, Recklinghuiſenſe oppidum, cum toto territorio, vulgò die Veſt von Recklinghuiſen nuncupatum, Erneſto Electori reſtitueret Principi, qui capto Bedbergo, conſuluit caput, hoc eſt VVeſtphaliam, eſſe petendum, in qua Truchſeſius ille Gebhardus, ex omnibus vndecunque templis omnia recens diripuerat, & in Arcem ad ſe conuehi pecuniæ conficiundæ, iuſſerat, ſuamque vxorem Agnetam Dillenburgam cum 18. curribus, onuſtis rebus, vt ibi ſeruarentur miſiſſe dicebatur. Gandenſibus interea, ne quid commeatus importetur, regij trium fluminum, qui in eam influunt, vſum ademerunt, Illa enim occuparunt. Nam Audenarda potiebatur, quàm ſcaldis lambit, & Cortraco.

Recklinhuyſen

DEINDE ad Vateren, in eo flumine, Terremonda tribus milliaribus, & Gandauo duabus ſitam, cis & vltra, illius munitiones extruxerunt, & pontem ſtrauerunt, fixis in flumine lingurijs, & ijs catena iunctis, tranſitum probibuerunt, & materiam, quæ ab hoſte, diruendo ponti poſſet vndarum vi demitti, retinuerunt.

AD Eecloum aquas VVaſſæ prouinciæ in vrbem effluentes eaſdem capere, quò fit vt Iohannes Embiſes Conſul, quanto tum in periculo vrbis verſaretur ſecum reputans, a nonnullis, & a Campanio, Cardinalis Granuellani fratre ſollicitatus, cùm videret Auriacum velle Alenconium, cui erat hoſtis, recipi, & eò omnibus neruis, & miris artibus per ipſius æmulos incũbi, eos qui Alenconij Auriacique factioni in vrbe ſtuduerunt imprimis Metkherkium Conſilij præſidem, Hiſpanos potiùs, quam Francos aſciſci oportere, palàm exclamans, ejecerit, & de vrbe reconcilianda regi miſſus ad Parmenſem legatis, egerit.

8 1 Gandauũ

PARMENSIS verò, qui Regis nomine cum eo & vrbis Senatu ea de re conuenirent Manuium, virum nobilem Gandenſem Gubernatorem Audenardæ vrbis, & Seguram rei militaris præfectum Hiſpanum Hembiſi affinitate coniunctum, ablegauit, quibus vrbem ingredientibus, populum PAX. PAX. PAX. acclamaſſe, Hembiſemque præſtandorum, quæ polliceretur cauſſa, duos filios in obſides Audenardam miſiſſe, nuntiabatur.

2 21 Martij. DICTVS Ioannes Manrichus de Lara ſuo cum agmine, interim in pago Buer caſtramentatus eſt. [2] Quod cum Truchſeſio nuntiatum eſſet, ipſe conſeſtim, collecto exercitu, & omni equitatu & peditatu, ad pagum hunc contendit: ſperans ſe copias iſtas cedere, & fugare poſſe. Verùm cum VVeſterholtij Hiſpani Manrichij ſtratagemata non ſatis aſſequerentur, qui in Mullem ad Flauium Rouram caſtra locauit, vt copias augeret, ipſi caſi tandem, atque fugati ſunt.

Buer.

LOCA

TEMPORA

FERDINANDVS Dux, Electoris Colonienſis frater Dorſthenum aducnit [1] cum toto exercitu, erant enim huic oppido eadem nocte à Truchſeſianis ſtructæ inſidiæ, ſperabāt q, ſe, ductu atq, auſpicijs cuiuſdem nouæ Religionis hominis, oppidum occupare, verùm aduentates iam dictæ copiæ vireſque, ipſos ita exanimarunt, vt res Truchſeſianis ob id minùs fœliciter ſuccederent. Vndè Truchſeſius ſibi, ſuiſque metuens, VVeſaliam versùs caſtra mouit, vbi tum temporis morabātur comites Holachius & Nouenarius hos inviſit, & magnam illorum promiſſionibus rerum gerendarum ſpem cōcepit: dum aliquot millia peditum illi, ad expeditionem perficiendam, pollicerentur, admonerentque, hoſti tum numeroſiori cederet tādiu, donec copiæ coniungi poſſent.

1 25 Martij.

15 g VVeſel.

AT Erneſti Electoris milites, inuictis animis, Truchſeſij agmen ſequebantur, donec tandem in pago quodam comitatus Zutphaniæ ad fluuium antiquæ Iſelæ poſitum, illud aſſecuti inſigni victoria ſtrauerint [2] Tanto enim ſilentio, tantaque celeritate iter faciebant, vt nihil minus Truchſeſiani, quàm de hoſtis præſentia cogitarent. Cùm iam quingentis tantum paſſibus abeſſent, Ferdinandus Dux trecentos VValones, quos vocant pedites, omnes equites Sclopetarios, Nicolaum quoque Baſtanum, & Arcanatium, cum Vicario Domini de Montigny, in prima acie conſtituit: in medio copias anteà dicti Ioannis Mauricii de Lana Hiſpani: Ferdinandus verò & aulici, militari ordine, quaſi iam iam ad pugnam parati, ſe his miſcuerunt, quos quinque equitum ſigna, nuper à Bauaro conſcripta ſubſequebantur. Burgundus autem quidam Torayſe, & Capitaneus Ionas, cum ſignis, qui ſub Erlachio militabant, relictis omnibus impedimentis, agminis tergum clauſerunt Omnes qui in agmine fuerunt, præſenti erant animo, & ad prælium promptiſſimi, putabat enim Ferdinandus, hoſtem cum toto exercitu ad manus venturum, & ſtataria cum ſuis pugna dimicaturum.

VERDVGVS etiam Hiſpanus, cui tunc circa Phriſia, Tranſiſulaniæ & Zutphaniæ à Rege Philippo concredita erat, cum octo lectiſſimis ſignis Ferdinando ſubſidio venturus properabat, vt ſi res ad prælium veniſſet, tempori adfuiſſet. Venit tandem Ferdinandus Dux cū agmine municipium Burgenſe: vbi Brunſvicenſis ille, quem alij Nobilem, alij vanum, vulgo Eidel, Henricum appellant, tantum, cum ſexcentis equitibus, & ducentis Sclopetarijs caſtra metabatur.

14 d Iſela.

ILLE, cum per exploratores reſciuiſſet, hoſtem imminere, copias ſuas educit, Biato verò, & qui ſub eo erant leuis armaturæ equites, primam impreſſionem fecerunt. Arcanatius illos ſubſequebatur. Valones autem iam dicti, in ſyluula vicina, à via aberrantes, paulò ſerius venerunt. Initio Bauariani in fugā verſi ſunt. Sed cum Valones illi 300 ſe cæteris adiunxiſſent, prælium redintegratum eſt, diſiecta trabea mole, quæ viam tranſuerſa occludebat, aperto latere impetum fecēre Valones, Equiteſque conuerſa ſigna fortiter intulere, ancipiti prælio aliquamdiu atque acriter aduerſis frontibus pugnatum eſt.

TANDEM Truchſeſiani vulneribus defeſſi, cum diutius Bauarianorum impetum ſuſtinere non poſſent, diſſolutis cuneis, initio pedem referre ceperunt, paulò pòſt, interrupto planè ordine, ſeſe in fugam coniecerunt. Sed quia locus anguſtus erat, & Bauariani illos inſequebantur, nullum elabendi ſpacium illis eſt relictum: hinc amne, illinc hoſtibus claudentibus. Caſi itaque penè omnes, aut capti, aut in flumen adacti, obrutique ſunt.

EX eo prelio octuaginta, vel vt alij volunt quadraginta tantum ſuperfuerunt qui palantes vndique, in proximas ſyluas & ciuitates profugerunt. Quingenti in ipſo conflictu ceciderunt, ex Bauarianis ſeptendecim tantum deſideranti ſunt, vulnerati verò plures, inter quos Arcanatius, cum duobus nobilibus, quorum alter Verdugio, alter Domino de Montigny vicariam operam præſtabat, & Capitaneus Horatius, omnes in capite leſi: Henricus verò Nobilis ille, cùm ſigniferum ſuum Baronem quendam Myſnenſem ex hoſtium manibus liberare vellet, in mediam aciem diſcurrit: tribuſque vulneribus grauiter ictus, tandem comprehenſus eſt.

2 31 Martij.

14 f Burg.

TEMPORA

LOCA

CÆSI sunt ex Erneſtianis in oppidi (quod ad Erſium fluuium, natura magis quàm arte munitum eſt) obſidione, antequam capi poſſet, circiter quadringenti: pars illorum præſidiariorũ recepta eſt ſub ſignis Erneſti, pars, quòd eſſent prædatores aut præmiatores ſeu Latrones quos (vulgò Freybeuter appellant) metu pœnæ fugerunt in Geldriam. Schreckius, quòd Centurionem quendam ex Erneſtianis, & eius ſubpræfectum captiuos benè excepiſſet, honeſtè dimiſſus fuit, noluit tamen Erneſto militare.

1
14 Martij.

15 h Keyſers-vvert.

PAVLO pòſt [1] Iohannes Manrichus, qui Cæſari contra Turcam in Hungaria aliquandiu, atque alibi, non ſine laude & gloria militauit, ſuas copias, & haſtatos aliquot equites, Cæſaris VVeerda trans Rhenum duxit: vt cum ſumma celeritate, conſternatis iam Truchſeſianis, Recklinghuiſenſe oppidum, cum toto territorio, vulgò die Veſt von Recklinghuiſen muncupatum, Erneſto Electori reſtitueret Principi, qui capto Bedbergo, conſuluit caput, hoc eſt VVeſtphaliam, eſſe petendum, in qua Truchſeſius ille Gebhardus, ex omnibus vndecunque templis omnia recens direpuerat, & in Arcem ad ſe conuehi pecunia conficiunda, iuſſerat, ſuamque vxorem Agnetam Dillenburgam cum 18. curribus, onuſtis rebus, vt ibi ſeruarentur miſiſſe dicebatur. Gandenſibus interea, ne quid commeatus importetur, regij trium fluminum, qui in eam influunt, vſum ademerunt. Illa enim occuparunt. Nam Audenarda potiebatur, quàm ſcaldis lambit, & Cortraco.

Recklinhuyſen

DEINDE ad Vateren, in eo flumine, Terremonda tribus milliaribus, & Gandauo duabus ſitam, cis & vltra, illius munitiones extruxerunt, & pontem ſtrauerunt, fixis in flumine linguris, & ijs catena iunctis, tranſitum prohibuerunt, & materiam, quæ ab hoſte, diruendo ponti poſſet vndarum vi demitti, retinuerunt.

AD Eecloum aquas VVaſſæ prouinciæ in vrbem effluentes eaſdem capere, quò fit vt Iohannes Embiſes Conſul, quanto tum in periculo vrbis verſaretur ſecum reputans, a nonnullis, & a Campanio, Cardinalis Granuellani fratre ſollicitatus, cùm videret Auriacum velle Alenconium, cui erat hoſtis, recipi, & eò omnibus neruis, & miris artibus per ipſius æmulos incũbi, eos qui Alenconij Auriacique factioni in vrbe ſtuduerunt imprimis Metkherkium Conſilij præſidem, Hiſpanos potiùs, quam Francos aſciſci oportere, palàm exclamans, eiecerit, & de vrbe reconcilianda regi miſſus ad Parmenſem legatis, egerit.

8 I Gandauũ

PARMENSIS verò, qui Regis nomine cum eo & vrbis Senatu ea de re conuenirent Manuium, virum nobilem Gandenſem Gubernatorem Audenardæ vrbis, & Seguram rei militaris præfectum Hiſpanum Hembiſi affinitate coniunctum, ablegauit, quibus vrbem ingredientibus populum PAX. PAX. PAX. acclamaſſe, Hembiſemque præſtandorum, quæ polliceretur cauſſa, duos filios in obſides Audenardam miſiſſe, nuntiabatur.

2
21 Martij.

DICTVS Ioannes Manrichus de Lara ſuo cum agmine, interim in pago Buer caſtramentatus eſt. [2] Quod cum Truchſeſio nuntiatum eſſet, ipſe confeſtim, collecto exercitu, & omni equitatu & peditatu, ad pagum hunc contendit: ſperans ſe copias iſtas cedere, & fugare poſſe. Verùm cum VVeſterholtij Hiſpani Manrichij ſtratagemata non ſatis aſſequerentur, qui in Mullem ad Fluuium Rouram caſtra locauit, vt copias augeret, ipſi caſi tandem, atque fugati ſunt.

Buer.

LOCA

TEMPORA

FERDINANDVS Dux, Electoris Colonienſis frater Dorſthenum aducnit [1] cum toto exercitu, erant enim huic oppido eadem nocte à Truchſeſianis ſtrucꝛ inſidiæ, ſperabãtq, ſe, ductu atq, auſpicijs cuiuſdem nouæ Religionis hominis, oppidum occupare, verùm aduentates iam dictæ copiæ vireſque, ipſos ita exanimarunt, vt res Truchſeſianis ob id minùs fœliciter ſuccederent. Vndè Truchſeſius ſibi, ſuiſque metuens, VVeſaliam versùs caſtra mouit, vbi tum temporis morabãtur comites Holachius & Neuenarius hos inviſit, & magnam illorum promiſſionibus rerum gerendarum ſpem cõcepit: dum aliquot millia peditum illi, ad expeditionem perficiendam, pollicerentur, admonerentque, hoſti tum numeroſiori cederet tãdiu, donec copiæ coniungi poſſent.

1
25 Martij.

15 g
VVeſel.

AT Erneſti Electoris milites, inuictis animis, Truchſeſij agmen ſequebantur, donec tandem in pago quodam comitatus Zutphaniæ ad fluuium antiquæ Iſelæ poſitum, illud aſſecuti inſigni victoria ſtrauerint [2] Tanto enim ſilentio, tantaque celeritate iter faciebant, vt nihil minus Truchſeſiani, quàm de hoſtis præſentia cogitarent. Cùm iam quingentis tantum paſſibus abeſſent, Ferdinandus Dux trecentos VValones, quos vocant pedites, omnes equites Sclopetarios, Nicolaum quoque Baſtanum, & Arcanatium, cum Vicario Domini de Montigny, in prima acie conſtituit: in medio copias anteà dicti Ioannis Mauricii de Lara Hiſpani: Ferdinandus verò & aulici, militari ordine, quaſi iam iam ad pugnam parati, ſe his miſcuerunt, quos quinque equitum ſigna, nuper à Bauaro conſcripta ſubſequebantur. Burgundus autem quidam Torayſe, & Capitaneus Ionas, cum ſignis, qui ſub Erlachio militabant, relictis omnibus impedimentis, agminis tergum clauſerunt Omnes qui in agmine fuerunt, præſenti erant animo, & ad prælium promptiſſimi, putabat enim Ferdinandus, hoſtem cum toto exercitu ad manus venturum, & ſtataria cum ſuis pugna dimicaturum.

VERDVGVS etiam Hiſpanus, cui tunc cura Phriſiæ, Tranſiſulaniæ & Zutphaniæ à Rege Philippo concredita erat, cum octo lectiſſimis ſignis Ferdinando ſubſidio venturus properabat, vt ſi res ad prælium veniſſet, tempori adfuiſſet. Venit tandem Ferdinandus Dux cũ agmine municipium Burgenſe: vbi Brunſvicenſis ille, quem alij Nobilem, alij vanum, vulgo Eidel, Henricum appellant, tantum, cum ſexcentis equitibus, & ducentis Sclopetarijs caſtra metabatur.

14 d
Iſela.

ILLE, cum per exploratores reſciuiſſet, hoſtem imminere, copias ſuas educit, Biato verò, & qui ſub eo erant leuis armaturæ equites, primam impreſſionem fecerunt. Arcanatius illos ſubſequebatur. Valones autem iam dicti, in ſyluula vicina, à via aberrantes, paulò ſerius venerunt. Initio Bauariani in fugã verſi ſunt. Sed cum Valones illi 300 ſe cæteris adiunxiſſent, prælium redintegratum eſt, diſiecta trabea mole, quæ viam tranſuerſa occludebat, aperto latere impetum fecêre Valones, Equiteſque conuerſa ſigna fortiter intulere, ancipiti prælio aliquamdiu atque acriter aduerſis frontibus pugnatum eſt.

4

TANDEM Truchſeſiani vulneribus defeſſi, cum diutius Bauarianorum impetum ſuſtinere non poſſent, diſſolutis cuneis, initio pedem referre ceperunt, paulò pòſt, interrupto planè ordine, ſeſe in fugam coniecerunt. Sed quia locus anguſtus erat, & Bauariani illos inſequebantur, nullum elabendi ſpacium illis eſt relictum: hinc amne, illinc hoſtibus claudentibus. Cæſi itaque penè omnes, aut capti, aut in flumen adacti, obrutique ſunt.

EX eo prelio octuaginta, vel vt alij volunt quadraginta tantum ſuperfuerunt qui palantes vndique, in proximas ſyluas & ciuitates profugerunt. Quingenti in ipſo conflictu ceciderunt, ex Bauarianis ſeptendecim tantum deſiderati ſunt, vulnerati verò plures, inter quos Arcanatius, cum duobus nobilibus, quorum alter Verdugio, alter Domino de Montigny vicariam operam præſtabat, & Capitaneus Horatius, omnes in capite læſi: Henricus verò Nobilis ille, cùm ſigniferum ſuum Baronem quendam Myſnenſem ex hoſtium manibus liberare vellet, in mediam aciem diſcurrit: tribuſque vulneribus grauiter ictus, tandem comprehenſus eſt.

2
31 Martij.

14 f
Burg.

EMPORA

LOCA

IDEM Henricus poſtea ad exercitus Imperatorem ductus, quem cum nec ipſe nouiſſet, neque ab illo noſceretur, rogatus eſt. Num Chirurgi operam ei præſtet, qui vulnera curaret? reſpondit, ſe illam deſiderare, & quia tam pugnando, quàm ſanguinem copioſum fundendo laſſus, atque ſitibundus erat, hauſtum vini poſtulauit, petijtque, vt à VValonum violentia vita eius vindicaretur.

ANNVIT petitionibus eius Dux Ferdinandus, traditumque liberæ cuſtodiæ humaniter illum habuit, donec tandem in arcem Cæſaris VVerdenſem, abductus eſſet, ibique vſque ad 18: diem Septembris manſiſſet, quo indè Duſſeldorpium vocatus peruenit.

15 h Keyſersvvert.

CVM Bauariani receptui canentes, occupato pago, ad impedimenta & carros veniſſent, ingenti præda potiti ſunt, torques aureas, argenteos pugiones, gladioſque capulis deargentatis, familiaria Germanorum ornamenta, quàm plurima inuenerunt: exuuiarum nec pretium numerus erat vllus. Cùm verò ad currum Ducis exercitus ventum eſſet, compilatis ijs quæ in eo erant, repererunt ſignum prætorium, expanno tramoſerico candido, quem Damaſcenum vocant, confectum: in cuius medio, inſignia Archiepiſcopatus Colonienſis, ingra crux in campo albo, erant depicta, in crucis aũt medio, inſignia Truchſeſiorum in VValburg: in vertice crucis pileus miniatus, electorum ornamentũ, & ſuprà illum DOMINVS, ab vtroq; latere FORTITVDO, infra verò, M E A. aureis literis exaratum conſpiciebatur.

16 k Duſſeldorp.

CONFECTO prælio, equitum Regiorum præfectus Thomas, Grecus natione, cum 7. lectiſſimis equitum cohortibus aduenit, ratus nondum ad pugnam ventum fuiſſe, Bauariani tam inſigni muniti exercitu, Truchſeſium & Alpenſem ſiue Comitem Neuenarium, qui mille adhuc equites ſub ſe habebant, inſequi poſtquam decreuerant, per exploratores cognouerunt, eos metu perterritos, Iſelam primùm: deinde etiam Rhenum traieciſſe, & ſeſe in Batauiæ Inſula, inter Leccam & VVahalum munire.

1 Martij.

MVTATO itaque conſilio incenſoque pago, ob militum tergiuerſationem, Dux Ferdinãdus exercitum in territorium Recklinghuſenſe per pontem iuxta Dorſthenum, reduxit, & Recklinghuſenſe oppidum confeſtim obſedit, circaque veſperem per ſacialem deditionem poſtulauit. Præſidiarijs verò deditionem negantibus, oppugnare ſtatim oppidum præcepit. Sed quia muri nondum diſturbati erant, nihil prima, nihil ſecunda, & tertia oppugnatione actum eſt.

VVaal.

INTEREA dum hac oppugnatione occuparentur Bauariani, præſidiarij, qui in arce Horenburgica erant, extrema annonæ neceſſitate circũuenti, nocte intempeſta, puluere fomentis, maioribꝰ machinis, omniq; apparatu bellico diſturbato, diſiectoq. arcem deſeruerũt, atq; aufugerunt. Ferdinandus Dux, videns maiori diligentia, totiſque viribus in oppugnando Recklinghuſenſi oppido opus eſſe, alijs medijs vti decernit, ingentemque ad oppugnationem apparatum comportari fecit. Quod cùm viderent oppidani, metuerunt: & quia Truchſeſij exercitu cæſo, fugatoque, nullum ſubſidium expectabant, fruſtrà ſe periculis exponere diutius noluerunt: ſed cum Duce de oppidi deditione agere cum optarent, ad colloquium admiſſi ſunt, oppidumque Bauaro tradiderunt, hac conditione, vt quos in fidem recipere vellet, & quos nollet, ipſi liberum eſſet. Interea ab Imperatoris Legatis, Aquiſgranenſium componendæ controuerſiæ cauſſa proponitur, vt perpetua vtrinque amneſtia colatur, & ne vllum religionis exercitium quam Catholicæ admittatur.

16 h Dorſten.

IPRENSES interim, vt quibus a Flandris ſubſidia ſubmitti nõ poterãt, extrema laborabant penuria, atque idcircò vitam, fortunaſque pacti a principe Parmenſi, honeſtis vrbem conditionibus Regi tradiderunt.

6 m Yprę.

GANDENSES

LOCA

TEMPORA

GANDENSES etiam, De pace & reconciliatione cum Rege suo, principe colloqui incipiebant. Beuterichus Iurisconsultus Casimiri Ducis primarius Consiliarius, ne Alenzonius, cui Angliæ Regina clàm, & Auriacus fauebant, eligeretur, librum contrà Alenconium, vt omnes ab eo auerteret, scripserat. Hinc nata est occulta simultas inter Casimirum & Auriacum. Casimirus, exercitu, cui non soluebatur dimisso, ad Angliæ Reginam nauigauit, quæ Hembisi, Beutrichio q, qui ab ea supplex veniam per Sidneum petijt, vehementer fuit infensa. Vbi igitur Casimirus ad suos redijsset Auriacus aliquanto pòst tempore, Gandauum profectus est, & per suos Embisem de dignitatis gradu deturbauit, Beutrichio quem antea acerrimis iniuriq, plenis verbis acceperat supra modum iratus, Senatumq, ac Magistratum ex suis constituit.

15 f Gandauũ

HEMBISI veniam petenti egrè vixq, dedit. At Hembises, iniuriam permoleste ferens, relicto Belgio Franckentalium Casimiri oppidulum ad Datbenum suum se contulit, vbi plusminus biennium vixit. Tandem cùm Casimirus in Colonienſem ditionem, cùm Augusto proximo superiore opem Truchsesio vt ferret appulisset [1] Hembisis factioni dediti, nomine Senatus Gandensis, legatos ad Casimirum expediuerunt, qui Hembisem ab ipsis electu in Consulem reducerent Gandauum vnà Casimirum accersentes, ab eoq, suppetias numerata, vt ferebatur, aliquanta pecunia, poscentes. [1] 8 Aprilis.

ITAQVE dum rediit Embises, sine vlla spe aduentus Casimiri in Flandriam, vel eius auxiliorum, Consulari autem potestate potitus, eos, qui se absente, vrbis Gubernationem arripuerant remouit, nouumque è suis magistratum creauit, etiam eos, qui eam regi potius reconciliari ciuitatem quàm Alenzonium recipi suadebant, capi iussit, inter quos fuit Rimmius Iurisconsultus Consilij priuati regij Consiliarius, qui felissimæ memoriæ Imp. Maximil. Legatus ad Turcam fuit, & Borlutius, Borleus proconsul. tum alij; Homo enim natura ambitiosus, hanc faciendæ pacis gloriam sibi præripi, qui consul esset, noluit.

QVAPROPTER eo spoliatus, cũ se Casimiro destitui videret, Auriacum verò Principem ipsum sibi pessimè cupere, & se esse in maximo Alenzonij odio, cepit ille, quod animo coquebat, de vrbe Regi reconcilianda cum Principe Parmensi per legatos agere, & Caluinianos, ipse Caluinianus, magistratu remouit, eisque Catholicos Regi fauentes, substituit. Manuiũ Gandensem, & Seguram Hispanum mitti sibi petens. Præcipua huius tàm subitæ mutationis caussa fuit, quod literas Auriaci nuper interceperit, quibus Auriacus ipsum, vnà cùm ei confœderatis comprehendi, & in carcerem ad pœnam detrudi iusserat, quas literas vltra modum exacerbatus in Auriacum, publicè perlegi præcepit, suo inquiens ipsius iudicio peribit, verùm tandem vterque perijt, vt infra dicetur, & Auriacus Princeps, & Hembises Auriaci vates.

15 l Colonia.

HABVIT hoc tempore [1] initium, illud dissidium Capituli Argentoratensis. Georgius enim à Sein VVitgensteinius Comes, præpositus Colonienſis Hermãnus Adolphus. Solmensis, & Ioannes VVinuebergius Baro, cum per excomunicationem, se etiam Argentorati, vt Coloniæ, præbendis suis priuandos, atque vnà cum Truchsesio suo ibidem Decano, mulctandos sentirent, sese Præposito Christophoro Ladislao comiti Nellenburgio, Baroni in Tengren cæterisque canonicis ac toti capitulo Catholico, opposuerunt.

TRVCHSESIVS quoq; cum vidisset se vbique infausto marte pugnare, Ernestum verò Bauariæ Ducem Serenissimum, Electorem Principem fœlicibus victorijs fortunatè sæpius in bello potiri, præsertim, cum Brunsvicensis ille Henricus Nobilis, qui suas Truchsesij partes fideliter secutus fouebat, Sclopeti & gladij vulneribus acceptis, caperetur, exercitus cæderetur, fugareturque, tandem in vicinum vltimæ pugnæ oppidum Doetecum se recepit, Indè in Hollandiam ad Principem Auriacum, sibi atque Alenzoniõ confœderatum Delphos, velut ad sacram Anchoram, inglorius profugiens, gloriosè exceptus est. [2] vbi licet adhuc vitam agit priuatam, necdum tamen spem retinendi Archiepiscopatus abiecisse, à quibusdam commemorabatur. [2] 26 Aprilis.

14 f Doetecũ.

1	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. I.	1865
2	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. II.	1865
3	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. III.	1865
4	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. IV.	1865
5	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. V.	1865
6	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. VI.	1865
7	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. VII.	1865
8	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. VIII.	1865
9	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. IX.	1865
10	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. X.	1865
11	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XI.	1865
12	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XII.	1865
13	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XIII.	1865
14	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XIV.	1865
15	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XV.	1865
16	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XVI.	1865
17	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XVII.	1865
18	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XVIII.	1865
19	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XIX.	1865
20	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XX.	1865
21	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XXI.	1865
22	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XXII.	1865
23	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XXIII.	1865
24	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XXIV.	1865
25	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XXV.	1865
26	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XXVI.	1865
27	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XXVII.	1865
28	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XXVIII.	1865
29	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XXIX.	1865
30	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XXX.	1865
31	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XXXI.	1865
32	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XXXII.	1865
33	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XXXIII.	1865
34	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XXXIV.	1865
35	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XXXV.	1865
36	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XXXVI.	1865
37	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XXXVII.	1865
38	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XXXVIII.	1865
39	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XXXIX.	1865
40	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XL.	1865
41	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XLI.	1865
42	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XLII.	1865
43	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XLIII.	1865
44	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XLIV.	1865
45	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XLV.	1865
46	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XLVI.	1865
47	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XLVII.	1865
48	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XLVIII.	1865
49	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XLIX.	1865
50	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. L.	1865
51	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. LI.	1865
52	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. LII.	1865
53	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. LIII.	1865
54	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. LIV.	1865
55	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. LV.	1865
56	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. LVI.	1865
57	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. LVII.	1865
58	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. LVIII.	1865
59	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. LIX.	1865
60	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. LX.	1865
61	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. LXI.	1865
62	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. LXII.	1865
63	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. LXIII.	1865
64	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. LXIV.	1865
65	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. LXV.	1865
66	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. LXVI.	1865
67	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. LXVII.	1865
68	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. LXVIII.	1865
69	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. LXIX.	1865
70	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. LXX.	1865
71	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. LXXI.	1865
72	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. LXXII.	1865
73	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. LXXIII.	1865
74	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. LXXIV.	1865
75	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. LXXV.	1865
76	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. LXXVI.	1865
77	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. LXXVII.	1865
78	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. LXXVIII.	1865
79	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. LXXIX.	1865
80	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. LXXX.	1865
81	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. LXXXI.	1865
82	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. LXXXII.	1865
83	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. LXXXIII.	1865
84	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. LXXXIV.	1865
85	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. LXXXV.	1865
86	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. LXXXVI.	1865
87	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. LXXXVII.	1865
88	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. LXXXVIII.	1865
89	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. LXXXIX.	1865
90	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XC.	1865
91	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XCI.	1865
92	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XCII.	1865
93	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XCIII.	1865
94	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XCIV.	1865
95	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XCV.	1865
96	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XCVI.	1865
97	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XCVII.	1865
98	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XCVIII.	1865
99	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. XCIX.	1865
100	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. C.	1865
101	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CI.	1865
102	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CII.	1865
103	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CIII.	1865
104	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CIV.	1865
105	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CV.	1865
106	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CVI.	1865
107	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CVII.	1865
108	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CVIII.	1865
109	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CIX.	1865
110	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CX.	1865
111	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXI.	1865
112	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXII.	1865
113	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXIII.	1865
114	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXIV.	1865
115	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXV.	1865
116	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXVI.	1865
117	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXVII.	1865
118	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXVIII.	1865
119	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXIX.	1865
120	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXX.	1865
121	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXXI.	1865
122	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXXII.	1865
123	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXXIII.	1865
124	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXXIV.	1865
125	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXXV.	1865
126	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXXVI.	1865
127	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXXVII.	1865
128	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXXVIII.	1865
129	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXXIX.	1865
130	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXXX.	1865
131	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXXXI.	1865
132	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXXXII.	1865
133	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXXXIII.	1865
134	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXXXIV.	1865
135	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXXXV.	1865
136	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXXXVI.	1865
137	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXXXVII.	1865
138	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXXXVIII.	1865
139	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXXXIX.	1865
140	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXL.	1865
141	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXLI.	1865
142	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXLII.	1865
143	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXLIII.	1865
144	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXLIV.	1865
145	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXLV.	1865
146	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXLVI.	1865
147	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXLVII.	1865
148	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXLVIII.	1865
149	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXLIX.	1865
150	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CL.	1865
151	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CLI.	1865
152	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CLII.	1865
153	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CLIII.	1865
154	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CLIV.	1865
155	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CLV.	1865
156	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CLVI.	1865
157	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CLVII.	1865
158	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CLVIII.	1865
159	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CLIX.	1865
160	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CLX.	1865
161	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CLXI.	1865
162	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CLXII.	1865
163	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CLXIII.	1865
164	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CLXIV.	1865
165	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CLXV.	1865
166	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CLXVI.	1865
167	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CLXVII.	1865
168	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CLXVIII.	1865
169	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CLXIX.	1865
170	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CLXX.	1865
171	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CLXXI.	1865
172	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CLXXII.	1865
173	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CLXXIII.	1865
174	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CLXXIV.	1865
175	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CLXXV.	1865
176	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CLXXVI.	1865
177	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CLXXVII.	1865
178	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CLXXVIII.	1865
179	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CLXXIX.	1865
180	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CLXXX.	1865
181	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CLXXXI.	1865
182	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CLXXXII.	1865
183	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CLXXXIII.	1865
184	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CLXXXIV.	1865
185	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CLXXXV.	1865
186	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CLXXXVI.	1865
187	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CLXXXVII.	1865
188	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CLXXXVIII.	1865
189	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CLXXXIX.	1865
190	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXC.	1865
191	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXCI.	1865
192	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXCII.	1865
193	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXCIII.	1865
194	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXCIV.	1865
195	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXCV.	1865
196	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXCVI.	1865
197	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXCVII.	1865
198	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXCVIII.	1865
199	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CXCIX.	1865
200	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CC.	1865
201	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCI.	1865
202	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCII.	1865
203	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCIII.	1865
204	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCIV.	1865
205	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCV.	1865
206	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCVI.	1865
207	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCVII.	1865
208	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCVIII.	1865
209	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCIX.	1865
210	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCX.	1865
211	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXI.	1865
212	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXII.	1865
213	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXIII.	1865
214	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXIV.	1865
215	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXV.	1865
216	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXVI.	1865
217	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXVII.	1865
218	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXVIII.	1865
219	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXIX.	1865
220	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXX.	1865
221	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXXI.	1865
222	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXXII.	1865
223	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXXIII.	1865
224	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXXIV.	1865
225	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXXV.	1865
226	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXXVI.	1865
227	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXXVII.	1865
228	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXXVIII.	1865
229	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXXIX.	1865
230	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXXX.	1865
231	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXXXI.	1865
232	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXXXII.	1865
233	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXXXIII.	1865
234	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXXXIV.	1865
235	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXXXV.	1865
236	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXXXVI.	1865
237	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXXXVII.	1865
238	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXXXVIII.	1865
239	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXXXIX.	1865
240	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXL.	1865
241	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXLI.	1865
242	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXLII.	1865
243	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXLIII.	1865
244	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXLIV.	1865
245	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXLV.	1865
246	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXLVI.	1865
247	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXLVII.	1865
248	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXLVIII.	1865
249	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXLIX.	1865
250	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCL.	1865
251	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCLI.	1865
252	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCLII.	1865
253	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCLIII.	1865
254	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCLIV.	1865
255	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCLV.	1865
256	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCLVI.	1865
257	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCLVII.	1865
258	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCLVIII.	1865
259	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCLIX.	1865
260	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCLX.	1865
261	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCLXI.	1865
262	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCLXII.	1865
263	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCLXIII.	1865
264	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCLXIV.	1865
265	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCLXV.	1865
266	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCLXVI.	1865
267	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCLXVII.	1865
268	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCLXVIII.	1865
269	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCLXIX.	1865
270	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCLXX.	1865
271	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCLXXI.	1865
272	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCLXXII.	1865
273	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCLXXIII.	1865
274	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCLXXIV.	1865
275	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCLXXV.	1865
276	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCLXXVI.	1865
277	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCLXXVII.	1865
278	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCLXXVIII.	1865
279	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCLXXIX.	1865
280	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCLXXX.	1865
281	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCLXXXI.	1865
282	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCLXXXII.	1865
283	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCLXXXIII.	1865
284	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCLXXXIV.	1865
285	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCLXXXV.	1865
286	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCLXXXVI.	1865
287	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCLXXXVII.	1865
288	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCLXXXVIII.	1865
289	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCLXXXIX.	1865
290	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXC.	1865
291	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXCI.	1865
292	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXCII.	1865
293	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXCIII.	1865
294	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXCIV.	1865
295	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXCV.	1865
296	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXCVI.	1865
297	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXCVII.	1865
298	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXCVIII.	1865
299	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCXCIX.	1865
300	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCC.	1865
301	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCCI.	1865
302	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCCII.	1865
303	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCCIII.	1865
304	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCCIV.	1865
305	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCCV.	1865
306	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCCVI.	1865
307	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCCVII.	1865
308	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCCVIII.	1865
309	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCCIX.	1865
310	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCCX.	1865
311	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCCXI.	1865
312	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCCXII.	1865
313	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCCXIII.	1865
314	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCCXIV.	1865
315	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCCXV.	1865
316	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCCXVI.	1865
317	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCCXVII.	1865
318	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCCXVIII.	1865
319	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCCXIX.	1865
320	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCCXX.	1865
321	Ranulf Higden's Polychronicon, with Trevisa's English Translation. Vol. CCCXX

Bank of England.

Bank of England.

Bank of England.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

LOCA. TEMPORA

BRVGENSES reconciliationis cum Rege, per ſuos apud Parmenſem legatos conditionibus [1] *ſubſcripſerunt, eaſdemq; ſimul per eoſdem iureiurando firmauerunt. Qui legati poſtridiè* [2] *cum Burchio Regio cõſiliario, qui a reliquis in vrbe Quinoni præſtitiſſent iuramenta reciperet, Brugas gaudio pleni ſunt reuerſi; vt ea reconciliatio per Tubicines in vrbis publicis locis, ſolemni more plenisque buccis vti, factum eſt, ediceretur* [3] *magnis populi acclamationibus excepti fuêre a Brugenſibus pacis illi legati, VIVAT inquiebant VIVAT REX, & Arcus Tryumphales verſibus de Rege perillustres, & eius insignibus ſtructi, ſubitò fixa paſſim etiã eadẽ Brugũ die insignia, celebribus locis erecta. Decãtatus Hymn⁹ ille TE DEVM LAVDAMVS, in Templis muſico diuinorum apparatu, ter vibis omnia tormenta diſploſa, campanæ omnes pluſatæ, & ignes publicè conſtructi, fuſiles eiecti porrò in aera. Nihil publicæ letitiæ prætermiſſum fuit. Pueri & faminæ nouorum etiam concionatorũ templa omni ſupplectili nudarunt, TANTVS fuit ordinum Belgij metus, ſuſceptis per Brugenſes pacificationis conditionibus ne illos cetera vibes illecta earum æquitate & clementia ſequerentur, vt crudelitate Regios ad crudelitatem excitantes duxerint ſic fore vt vtrinque per eam exaſperatis animis omne pacis ſtudium deſponeretur. Etſi enim res illorum inclinabant, vna tamen ſalus victis, nullam, quod ait Poeta, ſperare ſalutem.*

7 l Brugæ

1 22. Maij.

2 23. Maij.

15 f Gandauum.

HINC euenit, vt ex compoſito Gandenſes, cùm nondum tamen inducia plenè expiraſſent, bellum Hiſpaniæ Regi, & eius ſocijs, in omnibus vrbis compitis per tubicines indixerint. Deindè Hiſpanos duos, & Italem vnum, & Germanum ceperint. Hiſpani & Italo naſum, aures, & dexteras truncarunt, eoſque in Parmenſis caſtra remiſerunt, tanquam crudelis animi ergà hoſtem ſui teſtes. Italus mille coronatos obtulit, vt ſe liberaret ſed plus potuit illorũ truculentia, Germano dexterã abſciderunt, ac pedem rediret in Germaniam.

10 l Bruxella.

3 25. Maij.

BRVXELLANI ſub hoc quoque tempus, tres regios equites, equis ſuis adhuc inſidentes ſtranguluerunt. Antuerpiani porrò: Hiſpanos duos, Sequanos duos, Italos quatuor, & quatuor Flandros eodem tempore ſtrangularunt.

4 16. Iunij.

MILES Parmenſis a Gandenſibus illatam ſuis iniuriam vlturus, eorum ciues octo alij de duodecim dixerunt, qui etiam fide publica muniti ſe tutos arbitrabantur Gandenſiũ exemplo, auribus & dextera truncauit.

10 k Antuerpia.

ERNESTVS Princeps Elector res in VVeſtphalia, in quarum omnium potitur, conſtituit, & maximè, quæ ad Catholicã Religionem pertinent, Nam omnes Eccleſiarum paſtores Edicto Arensbergum accerſiri iuſſit [4] *& ſingulos ſuæ Religionis confeſſionem apud quoſdam Theologos in ad ab eo delectos edere. Quos decontrouerſis fidei articulis diligenter interrogati, & illos etiã reſpondere præcepit, Quædã oppida neq; pauca religione ſuſpecta paſtores ſuos eo ire noluerũt, ſibiq; Auguſtanæ confeſſionis libertatẽ indulgeri flagitarunt, eamque vehementer vrſerũt. Indixit aut adhac illorum poſtulata, Gieſekenì oppido diem* [5] *in quo conuentu de re deliberetur, atq; decernatur.*

5 18. Iunij

HOLACHIVS Comes Imperator exercitus ordinum, qui vndiq; ex eorũ preſidijs eſt collectus ad Zutphamã habuit numerum equitum circiter quatuor millium alij trium tantum fuiſſe crediderunt, & pedites pluſminus octies mille. Regij vrbe egreſſi [6] *hoſti victum quandam munitionem interceperunt, tormenta autem in Rhenum cùm illa ſecum auchere non poſſent, precipitarunt.*

14 e Zutphẽ

6 1. Iluij

1584. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA — LOCA.

HOLLANDI nisi ea vrbs capiatur valde sibi metuebant, cum Auriaco igitur deliberarunt, ne quod Respub. detrimentū patiatur, de reconciliatione cū Rege se enim per Zutphaniam patere hostis excursionibus, hosti per eā securam viam perpetuo sterni in Frisiam, & Gelriam in eius potestatem esse vēturam qua accessa, quantū momenti Regiorū rebus adferretur esse in confesso. Quinetiam Berchū & Ordingam oppida, qua bellum contrà Regem Hispania, & Ernestū Electorē alūt defectura cum eorū firmitas, robur totaq; salus Gelria auxilijs, à qua velut muro magna ex parte eingantur, propendeat. — 14 e Zutphm.

1 — 20. Iunij. OB has quoq; causas, Regij, non incomodam operam nauarunt, quò Zutphaniam obsidione liberarent. Vrbi Verdugus septingentos delectos imposuit, & eis Taxium prefecit, in ea militum omnis numerus fuit duorū milium, Immunitate ad vrbem tuendam erecta quam, Holachius comes obsedit, fuerūt decem signa peditum in presidio, quorum prestantes rei militaris duces, Auriacus reliquias etiam exercitus Truchsesij & Henrici Brunsvicensis eò misit, & ex Holandia militem quemcunq; suis omnibus ex oppidorū presidijs colligere potuit, Comitem Neuenarium fuisse in eo exercitu & Truchsesium (quem alij cū Auriaco tamē Delphis remansisse pro certò affirmabant) Illos, alterū aggerem quos Verdug. ex vrbe ad fluuiū, ne ipsa, nauigationis, & aqua vsus, & annona posset intercipi, perduxerat, expugnasse. — 13 d Frisia.

2 — 22. Iunij. VERDVGVS itaq; vrbem obsidione non aliter liberandam iudicans quàm pugna, cui se non audebat accingere, nisi nouis auxilijs iuuetur, quòd suo militi multorum mensium stipendia debebantur, eoq; nomine fortasse illi diffideret, effecit, vt Parmensis ex eo bisce locis Ioannem Manrichium Laram, Comitem Arenbergium, Nicolaum Bostium, Toraisium Sequanum, alios cum equitatu ac peditatu scriptis ad eos literis euocauerit. Manrichius qui precipuus Dux Colonia eó profectus est. [1] — 12 e Gelria.

PRINCEPS Auriacus Imitum nouo bello facturus Delphis [2] sub magnis, infractoribus infligendis pœnis, Edictum concepit, posteaq; [3] publicauit. Quo interdixit omnibus ordinum prouincijs omni commercio cum prouincijs Regijs fœderatis & socijs ne annona commeatusue vllus, aut cuiuscunq; generis aliud quicquam importaretur. Ne hostis vrbes quas obtinet retinere, vel incastris exercitum sustinere possit. — 15 g Berck.

3 — 30. Iunij. INTERPRAETABANTVR quidam hoc Edictum, tanquam monopolium, hæ potissimum ob causas emanasse: Primùm, vt Auriacus maris veluti prefectus, naues quas repperiat accepta pecunia dimittat, quas nolit verò capiat, & hac astutia ille sibi omniū fortunas imperioq; suo subijciat & arbitrio, vnde potentiā suā augeat, & auctoritatem: Deinde res ordinum prouincijs euehendi qua pecunia emebantur propter hoc edictum prorsus aboleretur, vt qui eam pòst volet redimere, multò carius adillum commodum sit empturus: Postremò Caluiniani quidem Coloniæ & in Clivia aliisque aliarum prouintiarum locis, magnam frumenti, caseorum, & reliqui commeatus vim congesserunt, vt lucrum cum Auriaco, vt aiebant, & ordinibus partituri, multa maiore pecunia diuendant. Verùm hoc Edictum ordines, Holandi præsertim & Zelandi, non admodum diu seruauunt; Illorum enim cumprimis intererat colligendæ ad bellum illud nouum quod Princeps cum quibusdam Anglis, Gallis & Germanis moliebatur contra Hispanæ Regem, pecuniæ, sua distrahere, vt pace, quæsine assiduis commercijs non valeat rectè consistere. Sed ad fatum Auriaci [4] iam tandem accedamus. — 10 f Delfft. — 15 h Ordingē. — 15 l Colonia.

DE CEDE

4 pagina 345

DE CAEDE PRINCIPIS AVRIACI.

PROTVLIT Guilielmus quondam Comes Naſſouius Principis Auriaci Pater, filiorum quos habuit genituras, Philippo Melanchtoni, vt de ſingulis, illius exquireret iudicium, Vbi Melanthon eam, quæ fuerat Auriaci, nati Anno 1533 die vero 13. Aprilis perueſtigaſſet, patri Guilielmo reſpondens prædixit, Gulielmum eiuſdem Gulielmi filium, primùm ad magna præ ceteris fratribus peruenturum: multaq; deindè moliturum grandia: at vitam cum morte tandem, ex infalici rerum ſucceſſu permutaturum. Idem quod & Cornelius Gemma Louanienſis medicus, aliiq; Aſtrologi, ex natiuitatis ipſius Themate iudicarunt. Quæ eadem etiam, ex priori noſtra editione, vir Clariſſimæ & peruetuſtæ nobilitatis Henricus Ranzonius inter exempla ſua Aſtrologica retulit. Natus Princeps.

10 f Hollãdia. AT QVE hæc ita accidiſſe (vt erat prædictum) euenìſſe, ex ijs facile colligi poteſt quæ inter cetera, de Auriaco Principe hactenus, diuerſis in locis Topographicæ huius atq; Hiſtoricæ Deſcriptionis noſtræ, dicta ſunt. NOTVM eſt enim, Gulielmum eundem Principem Auriacum, multis à Carolo V. laudatiſſimo Imperatore, honoribus, opibus, & dignitatibus cumulatum & ornatum fuiſſe, quas potentiſſimus etiamnum adhuc viuens Hiſpaniarũ Rex Philippus Caroli filius, ita auxit: vt eum prouinciarum inſuper aliquot, Hollandiæ videlicet, Zelandiæ, Vltraiectique inferioris Gubernatorem creauerit, quibus verò princeps ita præfuit, remq; cum ſuis eòuſque perduxit, vt à Rege tandem proſcriberetur anno 1580. die 15 Martij. Adeò, vt non deerat, niſi qui Sententiam proſcriptionis exequeretur, ſeq; iuſtitiæ miniſtrum offerret:

8 g Zelandia. TENTAVERAT id quidem pòſt introitum Alenzonij, Antuerpiæ, Cantaber ille (de quo ſupra 15. Martij 1582. retuli) nec tamen propoſitum ad ſcopum, tùm peruenire poterat: IAM verò, quia tandem Iræ dei phiala, ſuper Belgium penè effuſa, & ad pacem, quietem, & tranquillitatem res omnis tendere videbatur. Quidam Nobilis Burgundus origine, matre Biſontina 27. circiter annorum Adoleſcens Balthaſar nomine Gerardus, Franchiuillæ oppido natus, eruditione, iuxta ac facundia, agendarumque rerum dexteritate (vt fertur) in ſignis, longè memorabili facto præſtitit. 1 Iulij. 10 Iulij.

11 e Vltraiectum. IS etenim, poſtquàm à tempore dictæ proſcriptionis, indefeſſo animo, eadem Principis Auriaci meditatus eſſet, tandem Belgium ab eius adminiſtratione liberauit. Poſteaquam enim Auriacus, fœlicem Principis Parmenſis ſucceſſum, in Brabantia, & Flandria videret, ſibi metuens, Antuerpiâ, Vliſſingam, indeq; Delphas Batauorum, in monaſterium D. Agathæ commigrauit. Interea moritur Alenzonius Dux, cuius obitum, vt mater Auriaco per nuntium & literas ſignificaret, hunc Balthaſarem, tanquam principi familiarem, & in eius aula annos ſeptem educatum, in Hollandiam ablegauit. 2 Hora pro-meridiana

13 b Leovvarden. HAESIT hic in aula inter nobiles, Nobilis admiſſus, captabat opportunitatem perficiendi, quod iam dudum animo ſuo deſtinauerat. Decimo 1 itaq; Iulij huius anni 1584. cùm Auriacus prandere quodam cum Leovvardienſi conſule. Adoleſcens hic dimiſſus, & iam iam ad redeundum in franciam (vt putabant) expeditus, celerem equum extrà vrbem in omnem euentum iuſſit ſibi præparari. Circà horam ſecundam, cum iam principem à menſa ſurrecturum arbitraretur, in aulam reuerſus, & ab excubatoribus, ſub prætextu principem ob quædam oblita conueniendi admiſſus, Auriacum ad ipſius cenaculi gradus deſcendentem expectat, Sclopetum habens ſub pallio, tribus globulis illito veneno infectis, & ſub inuicem concatenatis oneratum, in cor illius collimans exonerauit. 2

10 f Delfft. Mortuus Princeps.

TEMPORA | LOCA

SVB maxilla ſiniſtra, vulnus latitudinis digitorum duorum inflixit; globuli penetrantes, ſtomachum atque omnia inteſtina perruperunt, & dilacerauerunt, ita, vt accepto vulnere, Princeps Auriacus ſtatim in terram corruens, & ad vnius tantum dominicæ orationis ſpatium, ſolis labijs nonnihil palpitans, vitæ finem impoſuerit. [1]

1 10 Iulij. PRÆSIDIVM autem audito Sclopeti ſono, & exvociferantium clamore, intellecta domini ſui moſore, dũ inter ſe tumultuatur, & facinoris huius authorem inquirit, Balthaſar per ſtabulum horto vicinum fugiens, iam penè ad Ciuitatis portam peruenerat, equum ſuum conſcenſurus, niſi ex Auriaci prætextatis Aſſeclis, vnus, qui patrata cædi præſens interfuerat, illum inſecutus, tandem comprehendiſſet, tantumque ei colluctando exhibuiſſet negotij, vt ab alijs ſuperuenientibus, captus, & in carcerem abductus ſit, ex quibus ille, omni trepidatione depoſita (cum ſibi elabendi viam præreptam cerneret, ſtatim percunctatus eſt, an Auriacus mortuus eſſet, & ijs id affirmantibus intrepidè reſpondit; Se quidem haud neſcium eſſe, certò ſibi moriendum fore, verùm impensè gaudere, ſe id iam perfeciſſe, quod antè tot annos, vt faceret, mente deliberatum, atque concluſum habuiſſet: morteinque ſe, & perlubente animo oppeturum, re ea fortiter patrata, quam alij nonnulli, antè ſe, etiam vita amiſſa, perficere non potuiſſent. Antuerpiæ poſt introitum Aleuz. orij, eam ipſe abſoluiſſet, poſt introitum Truchſeſij in Hollandiæ Ciuitatem Delphenſem, de qua ſuprà diximus. [2] — 10 f Delfft.

NVLLIS tamen tormentis extorqueri ab eo potuit, quis eum ad hanc cædem patrandam impuliſſet, conſtanter enim diſertèque perpetuò reſpondit, ſe eam nullius principis, alteriuſue conditionis viri gratiâ, ſed proprio tantum motu & inſtinctu feciſſe, Primùm propter Dei gloriam: Deindè vt deterrimam (inquiebat ipſe) Reipublicæ peſtem, ac Belgij Tyrannũ è medio tolleret: Poſtremò, vt eſſet Hiſpaniæ Regi commodo, à quo tamen nulla pecunia, nullaue alia re corruptus feciſſet. Vtraque ſaſſum accepiſſe, eadem eam modo non edidiſſet, perfecturum fuiſſe. Atque ita bonus Auriacus, fatum ſuum obire fuit coactus, eodem quidem die menſis, licet anni fuerint diuerſi, quo Mauritius Dux Saxoniæ (cuius filiam vxorem habuit) ſclopeto itidem ictus periit, quoque Henricus II. Rex Galliæ mortuus eſt, cũ quibus duobus ſecreta quædam conſilia cõmunicaſſe, ex ſuperioribus liquet, quæ narrauimus. Eademque in Ciuitate moritur, in qua Status eum peculiariter cuſtodire, ne periret, ſatellitibus conati ſunt: in qua etiam Regis cauſſam iniuſtam, Principis verò Auriaci, contra proſcriptionem, iuſtam fuiſſe, publico ſcripto Status ijdem conteſtati ſunt: ipſeq; Princeps ibidem procurationem ſubſcripſit, ſigilloque firmauit, cuius virtute 15. alias prouincias, ad Hollandiæ & Zelandiæ fidem ac Religionis profeſſionem attraheret. — 2 Pagina 345.

2 11 Iulij. EIVS corpus Balſamo conditum fuit, Deinde expoſitum populo, eo in Xyſto, quo tranſus erat, per triduũ. Aliquamdiu deliberatũ, num Dillembergum mitteretur, vt maiorum ſepulchro conderetur. Verùm tandem fuit populo perſuaſum metu religionis, ne fieret. Nam id Hiſpani exhumare & tanquam hæreticum vrere, vel etiam in itinere intercipere vellent. Ad euitandam igitur hanc ſuſpicionem, Delphis Princeps eſt ſepultus Auriacus, in noua quam dicunt Eccleſia ciuitatis. — 18 l Dilleberg

POST

LOCA TEMPORA

POST exequias actas Auriaco, Ordines detulerunt Mauricio, eius ex Saxonica filio, Gubernationem tamquam hæredi, & ne diu duce carcerent, omnia quibus pater potiebatur munera, Adoleſcenti ſeptemdecim vel, vt alij volunt, nouendecim annorum reſignarunt, Qui gratias ordinibus egit, quod eum patri ſubſtituiſſent, pollicitus ſe operam daturum, vt eam, quam pater, fidem ac diligentiam adminiſtrandis rebus adhibeat, hoſtemq; perſequatur, vt & illis ſatisfaceret, & cædem patris vindicaret. Admonitus fuit, vt patris veſtigijs inſiſtat & ijs dein: quibus cõſiliarijs vtatur, nec quicquam, niſi ex eorum auctoritate, iudicio, ac ſententia (quoniam adhuc ſit Adoleſcens) moliatur, faciatue.

1
11 Iulij.

DE POENA ET CONSTANTIA PERCVSSORIS AVRIACI.

CAPTVS eſt autem Nobilis ille Balthaſar, qui cædem Auriaci patrauit, atq; ductus in carcerem, hilari tum vultu, cum audiret principem mortuum, iam de me ait, quod vobis videbitur ſtatuite, omnia tormentorum genera non inuitus experiar, quæ tanta conſtantia deinde excepit, vt nullum vnquam afflicti animi ſignum vel clamorem, vel lachrymas ediderit. Eum inquit occidi, quòd præſtet duos potius (Auriacum nimirum, ſeque ſignificans) mori, quàm tot hominum myriades, quorum cædis ille cauſſa fuerat, multoq; plurium, ſi ſuper vixiſſet porrò foret, interire.

2
12 Iulij.

QVARE prima nocte [1] in eculeo ſuſpenſum, quinque vicibus crudeliſſime virgis ceciderunt, alijſq; diuerſis pœnis affecerunt, & tandem in vanno poſitum manibus pedibuſq; colligatis, ne ſomnum capere poſſet, impeditum tenuerunt. Succedentibus poſthac diebus & noctibus, [3] ſuſpenſo, iterum in eculeo, centum & quinquaginta librarum pondus pedum digitis alligauerunt, horrendisq; illum alijs pòſt alios cruciatibus terribiliter exagitauerũt, quæ omnia conſtanti animo, vultuq; imperterrito pertulit, adeò, vt ſortis ita atque inuictus, querentibus, quid inter tanta tormenta cogitaret? reſponderit. Bon Dieu donne moy patience; Bone Deus, Largire mihi tantum patientiæ donum, Rogatus deinde, qua ratione ad tantas pœnas & cruciatus, non amplius moueretur; piorum preces id efficere dixit. Cõſul Delphenſis perſeuerantiam huius Balthaſaris admiratus, conſtantiam inquit meam, in obeundo morte clariùs intueri licebit, Atq; hac quidem in ipſis cruciatibus nobilis ille pertulit.

10 f Delfft.

3
13 Iulij.

EXTRA torturas autem poſitus, liberè & blandè cùm ſingulis loquebatur, Carnificibus etiam ipſis, tàm præſentem animum, hilaremque vultum admirantibus, & ſpectatorum permultis iſta non ſinè lachrymis, contuentibus, angelicam eum potius quam humanam naturam induiſſe videretur. Sæpius ergò examinatus, & varijs exquiſiti generis queſtionibus tortus, tandem de morte ſibi imminente certior factus eſt, & poſtridie [4] audita condemnationis ſuæ ſententia, placidiſſima voce DEO GRATIAS dixit. Miniſtrum Caluinianũ qui datus ei fuerat, vt eum in agone mortis conſolaretur, audire noluit, eique, ſe qua apud Deum eſſet gratia, rectè ſcire. Carnifex ei in Theatrum perducto, inſecto rudique ac ſicco corio factos calceos pedibus induit, & inter ferreas duas ardentes laminas, pedes ſic inuolutos, incluſit, & ita amboſti vſtulatique ſunt. Deinde eius manus intrà ferreas quoque duas laminas candentes compreſſit, & exuſtulauit ſe tamen prius ille, crucis ſigno munierat. Adhæc ardenti forcipe, coxæ muſculos ei detraxit, ac demum brachijs & mamillis, ad quod ſolum coxarum tormentum, paululum ac leuiter ſuſpirium edidit. Porrò bombardula, qua Auriaco latus perfoderat, eius caput contudit & eam dein: longè abiecit. Ad extremum, pectus eius fidit, eiq; adhuc viuo cor auulſit.

4
14 Iulij.

LOCA

TEMPORA

DE LVCTV POST CAEDEM PRINCIPIS AVRIACI.

LVXVERVNT in Belgio (quos vocant generales, Regi ſuo aduerſantes) ordines, ſanè non immeritò, mortem Auriaci. Illius etenim, vtpote cui ſe ſemel addixerunt, Principis abſentia, mali ſemper quid illis portendiſſe animaduerſum eſt, ſiue retrò ad praterita reſpexeris, ſiue futura tandem (de quibus poſtea dicemus) antè conſideres. Reliquit, vt prius narrauimus, paulò pòſt Alenzonij è Belgio diſceſſum vltimum Princeps Idem Auriacus Antuerpiā, ſeq; cum tota ſua familia Fliſſingam contulit in Zelandiam, indè Dordracum, Hagam Comitis, in Hollandiam Delphos vſq; peruenit, Ad eum, licet ex Francia & Germania multi (imò Truchſeſius etiam ipſe Gebhardus Colonienſis quondam Archiepiſcopus & Elector) vndiq; confluxiſſent, multaque Regi Hiſpaniarum contraria tractaſſent, rotante attamen fortuna ita factum eſt, vt fugiente pòſt Alenzonium, etiam ex Antuerpia Auriaco Principe, tandem VVinociberga, Dixmuyda, Steinberga, integra inſuper Vaſſea Prouincia, Aloſtū Hypra, Brugæ, imò tota ferè Flādria (excepto Gandauo) in Philippi Regis poteſtatem, Parmenſis virtute, idq; adhuc viuente, ſed abſente tamen Principe Auriaco, redacta ſit.

15 1 Gandauū.

POST mortem autem illius Auriaci Principis, Ordines, quos dixi generales, etiam Teneramundam 17 Septembris: Bruxellam conſequenter 10 Martij. Mechliniam 19 Iulij, & Antuerpiam etiam 27 Auguſti, atque ita totam quaſi Brabantiam, amiſerunt, vt patebit ex ſequentibus, vnde facilè animaduertitur, quid illis ſcilicet ordinibus, conſilia Principis, ad Regi Philippo reſiſtendū profuerit, & quàm parùm pòſt abitum illius ex Antuerpia in Hollandiam ac Zelandiam, Status ſiue ordines profecerint: minùs verò poſt obitum mortemque eiuſdem Auriaci, contra legitimum Regem ac dominum ſuum, eiuſq; locum in Belgio tenentem Principem Parmenſem effecerint.

NIHILOMINVS autem adhuc conſtantes in concepta ſua opinione reſiſtendi ordines illi perſeuerant, vt vel hoc nomine, tantòquoq; maiorem lugendi habeant occaſionem, Quod, Rex Francie, licet à Rege Daniæ, Saxoniaque Duce imperij illo Electore Auguſto per literas (de quibus ſuo loco) ne faceret, admonitus fuerit: Edicto tamen publico nihilominus, omnes illorum reformata, quos vocant Religionis homines, Regno excedere expreſsè mandauerit ac iuſſerit. Rexque tandem Nauarreus, vt antea Regina Anglia, à Pontifice Romano proſcribatur, eiuſque ditiones, & Regina, primo occupanti à Pontifice Romano concedā-tur.

1 3 Auguſti.

LVCTVS itaque, vel ſi mauis pompa funebris, & ordo ſiue apparatus Delphis Batauorum, talis ſpectandus fuit exhibitus: qualem hac ſequens depicta figura monſtrat. Quam vt lector facilius intelligat, totiuſque proceſſus velut ad viuum expreſsi imago appareat. Hic nomina eorum, qui alter alterum ſibi inuicem ſubſecuti ſunt, numerorum, vtrinque & hic, & in ipſamet figura, pariter obſeruandorum ordine ſubijciam.

10 f Delfft.

1. PRIMVM Ciues Delphenſes armati, ſed lugubri tamen habitu procedebant. 2. Deinde Tubicines. 3. Poſtea Gerardus quidam Schotenſis, qui primum equum, ex illis octo duxit. 4. Paulus VVytz. ab equi illius primi latere inceſſit. 5. Dominus in Dirixlands, Grutere vocatus vexillum poſt equum primus tulit. Reliqui poſtea ſequuntur. 6. Roulles. 7. Delphenſis dictus. 8. Iohannes Egmondanus. 9. Sprangen. 10. Doctrum, Caſtellanus VVordanus. 11. Roſue. 12. Florus Serclais. 13. Petrus Rhonenſis Balliuus ſiue præfectus puttemus. 14. Iaſpar à Poelgeeſt. 15. Iacobus Almondanus. 16. Dominus Raephorſt. 17. Gerhardus vander A. 18. Cornelius à VVingaerde. 19. Dominus Lindanus. 20 Lancillot. 21. Philippus vander A. 22. Hermannus à VVittenhorſt. 23. Cornelius à Swede. 24. Iohannes Bax, præfectus caſtri Heuſdenſis. 25. Theodoricus du VVoorde præfectus Brielenſis. 26. Dominus Marquettus.

27. Mansart. 28. Ryhouen. 29. Io. à Naldvvick. 30. Baro in Petterschem. 31. Deure. 32. VVenceslaus à Botzelaer. 33. Io. ab Assendelfft Dominus in Cralingen. 34. Iacobus Egmondanus. 35. Daniel à Botzelaer. 63. Duytz Capitaneus custodiæ. 37. VVolfart à Brederode. 38. Brecht. 39. Maldree. 40. Comes Ouersteinius. 41. Baro Craingius: Postea subsequuntur Oeconomi tres. 42. Andemfort. 43. Dominus de Viery. 44. Vander A. Deinde 45. Io. Burgundus. 46. Dominus de Fromont. 47. Dominus VValraue. 48. Io. à Merode. 50. Soeter VVoude. 51. Commissarius Rossellius. 52. Elector quondam Colonienſis Truchsesius. 53. Comes Mauricius filius Principis Auriaci. 54 Comes Holachius. 55. Souffelt dictus, Comitis Mauricij gubernator. 56. Gulielmus Nassouius. 57. Philippus Nassouius, Comites. 58. Comes Solmius. Atque hi quidem nomine expressi hactenus. Consequenter procedunt. 59. Status generales. 60. Consiliarij Status. 61. Ordines Hollandiæ. 62. Magnum Consilium. 63. Præses Curiæ Prouincialis Hollandiæ cum alijs Senatoribus omnibus, eiusdemque Curiæ Secretarijs, mox Domini (quos appellant) rationarij. Deinde Consules, reliqui erant Magistratus Delphensis, post hos ministri, ac Decani eiusdem Ciuitatis. Quos tandem ordine sequebatur eques ille qui præfuerat stipatoribus Principis dum viueret. cum alijs quibusdam militibus honorationibus Vltimo loco hominum, vulgus absque ordine incedens, pompam cõcludit. 10 f Delfft.

ACCEDIT huic luctui Belgico aliorum præterea, reformatorum scilicet in francia dolor haud exiguus, eò quòd 18. Iulij, illi è gallia regno excedere publico Regis Edicto iussi sint, in contrarium nihil hactenus operantibus, in eorum fauorem, tam ab Augusto Electore Saxoniæ Duce 3. non. Febr. quàm etiam à Friderico 2. Daniæ Rege Idibus martij datis literis, quibus Regem monent, rogant, & obtestantur: Ne maleferiatorum (quos dicunt) perditissimorumque quorundam hominum vocibus, aures præbeat, qui tranquillitatem Regi inuidentes, nihil cupiant aliud, quàm præclara illa & salutaria Regis eiusdem Edicta, quibus pax Galliæ nuper fuisset restituta, cum perniciæ & interitu potentissimæ nationis Gallicæ violari: Pontificiam (quam vocant) tyrannidem restaurari, & intestinorum bellorum calamitatibus Regem implicatum, eò tandem redigi, vt ad Imperium & nutum Romani præsulis, ea facere, & statuere cogatur, quibus & salus animarum, & omnes subditorum fortunæ euertantur. 1 18 Iulij. 1585.

NEVE se Rex, contra suos fideles, & (vt Reformatos in francia appellant) pietatis veræ amantes ciues, qui omnia hactenus passi fuissent, vt, & Deo suum honorem, & Regi debitam obedientiam & subiectionem præstarent, incitari patiatur, ab huiusce modi seditiosis ac irrequietis hominibus (pontificios intelligunt) qui reformatos in francia, ob hanc solam causſam odissent, & funditus extirpatos vellent, vt exhaustis & proculcatis regni gallici viribus, Regem ipsum cum summa sua, tam rerum, quàm existimationis, & quod caput est, animæ etiam iactura irrecuperabili, Romani exponeret libidini pontificis.

CVIVS iugo, vt se Rex, & regnum suum eximat, inque libertatem suam, à turpissima, videlicet, magno & excelso animo vindicaret, adhortantur. Eosque qui diuersum suaderent, non aliter, atque manifestè deprehensos hostes, dignitatisque Regiæ & Reip. Gallia præsentissimas pestes, auersetur & abigat, ita suadent; vt suadere nihil melius possint, si eorum ipsius, & patriæ suæ dignitas ac salus ageretur. Edicta in fauorem Hugenotorum promulgata, tandem in Catholicorum gratiam, iterum antiquauit. vt sic luctus Belgicus, Gallicum luctum apud reformatos siue Hugonotos exceperit. Nunc ad Antuerpienses redeamus. 5 f Paris.

PVBLICATVR

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO 1584.

LOCA. TEMPORA.

PVBLICATVR [1] Antuerpiæ Edictum, quo præcipitur omnibus oppidi ciuibus & incolis, ne sine expresso Magistratus consensu, se quisquam absentet, sub pœna confiscationis omnium bonorum. Commiserunt in hoc edictum numero 78. quorum nomina subscribam, vt lector intelligat, quàm perplexos multos reddiderit mors Auriaci, quo viuente fortaßis illi diutius hæsissent, qui Sequuntur.

Seger Boel / Peter vander leyen / Niclas Rypet / Hanß verhieſt / Peter verſtraeten / Adrian van Hochſtraten / Tobias von Houe / Andries du Can / Jan vanden Berghe / Eſaias Reyns. Gaſpar du Viuier / Niclas le Bock / Laureys vanden Bogaert / Hanß Herman Niclaß / Robert Leuwes / Adrian van Miroep / Adam vryſpenning / Hans Ryff / Jan Retteau / Peter Luls / Heinrich vander Borcht / Peter Wachmans / Melchior de Noefville / Francois Schillemans / Steuen Schlechtkens / Adrien Henyn / Balthaſſer Bouters / Hans vanden Veecken / Guillame Formentrou / Jan Joppin / Jan Boulengier / Henrick Goris Graencoper / Gielis Dorenhouen / Abraham de Maree / Jaques Boeten / Quirin Boel / Denis le Maiſter de junger / Floris van Dale / Antoni von Dortmont Maldemer / Peter Pouſſyn / Floris van Anwyn / Gielis Mercy / Melchior Londen / Antoni Aeers / Hans Maengÿart / Dierick Riff / Glaude Ophogen / Hans Ykens / Michiel Gieles / Marten Drinckhorn / Peter Taelmans / Gulielm Geleyns / Jan Satin / Niclaes Gruel / Jaſper van Vffel / Willem Verheyden / Francois Ratel / Gielis Buyſen / Hans Broers / Dauid de Loemel / Hans Rind Crudenier / Emanuel van Baſſeode / Niclas Paſſeuin / Francois Lemmens / Wouter Franckē Veltbloeter / Niclas de Clerck / Francois van Houe / Rembout Jacobs / Jan de la hors / Jan vanden Broeck / Wouter Cornelis / Francois de Behault / Gielis Hantkert / Peter vanden Moere / Jan Benoit / Robrecht van Eekeren / Francois van Romen / Meſter Iacob Hornmarcker: Verùm hi, ne periculum amantes in eo perirent, tutius Antuerpiam relinquere cenſuerunt, reuocati tamen ſunt 29. Decembris, ad diem 11. Iannarÿ anni inſequentis 1585.

10 k Antorff — 1 — 17 Iulij.

15 k Horſt — 2 — 27 Iulij

PAVLO pòſt [2] Neuenarÿ Comitis, Geldriæ Præfecti miles Horſtum Erneſti arcem Noueſio ad milliare propinquum longè munitiſſimum intercepit. Dux quoq; Caſimirus cum vxore, Saxoniæ Ducem Electorem ſocerum, inuiſit, qui ad duo Moguntiam milliaria in Ringouia curandæ valetudinis cauſſa ad aquas acidi ſiue vinoſi fontis Sualbachi hæſit, inde Moguntiam Electorem inuiſurus, progreditur, tandem ad Landgrauium Caſſellas. Statuerat Princeps Erneſtus Electores, Saxoniæ Ducem, Moguntinū & Treuirenſem, qui ſimul erant Mogūtiæ excipere honoris, & colloquij ergò, Andernaci; niſi tanta oppidum peſtis inuaſiſſet, vt non licuerit.

15 k Nuyſs.

GANDENSES Hembiſem ſuum Conſulem, capite truncarunt, quòd pacem ſtuduiſſet promouere, eiusq; caput haſtæ ſuffixum populo ſpectandum per ignominiam expoſuerunt [3]. Hic primus vniuerſam Flandriam ad ſeditiones ac res nouas impulit (de quo ſuprà quoq; retuli. Pagina 330.) duxq; fuit, vt omnes in Regem, ijs Flandriæ, viciniſq; locis inſurgerent: Verùm hoſtis Regis acerrimus, ab hoſtibus Regis, infami traditus eſt ſupplicio, qui multos antea necādes iuſſerat. Sic inter ſe Regis hoſtes diuino quodam Dei iudicio mutuò ſæuiunt, vt ſe Rex de inimicis ſuis, per inimicos ſuos vindicet, hoc anno 1584. de quo rectè dici poſſit illud pſalmi 10. ÆqVItate MVIDIt VVLtVs eIVs Atq; illud pſal: 20, DoMIne In VIrtVte tVa LetabITVr reX. Cùm anni numerus vtriſque in Pſalmorum verſiculis, contineatur 1584. Regij quoq; cadis Auriaci beneficio, res ſuas promouent. Nam Princeps Parmenſis Scaldim fluuium, ſtructis ad eius ripam munitionibus, Antuerpianis & Gandenſibus incipit intercipere, adeò & illorum naues ei flumini, non ſine maximo periculo ac metu ſe committant. Nauis enim ad eos recès appulit, qua quinq; Bombardarum ictibus ex ripa perfracta fuit. Itaq; Baſſerodiū infrà Lilleum pontē, ſuper Scaldim ſtrauit, & lignis in flumine defixis tranſitū prohibet.

8 l Gādauū — 3 — 3 Auguſt.

9 h Lillo

PHILIPPI REGIS NOMINE GVBERNANTE CIↃIↃXXIII.

1584. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA. LOCA

CALOI vna munitio est, cui præsidiū imposuit. Altera erigitur Ordami, & ad defensionem perficitur. Interim operi instant cum suis militibus Comes Mansfeldius & Mondragonius. Exercitum verò Lilloo traduxit [1] Terremondam, vrbem totius Flandriæ lōgè munitissimā, Castra ipse habet ad Lebecum, pagum ab vrbe semimiliari, qua die [1] facialem vrbis præfecto, ac militibus misit, vrbem Regi Domino traderent, ni facerent, se ipsos vi tandē ferro ac flamma persecuturum, & alia quæ eò pertinent exposuit, electus vrbē cùm primùm fuit facialis, ac responsum à præfecto Richouij, qui tunc absens erat, vicario natione francō, se regem non nosse, nec vllos quàm ordines in Dominū agnoscere. Quare Ciuitatem postea [2] tormentis quatere cœperunt. Postridiè quàm Gordanus Caleti præfectus, ex Spaa fonte Coloniam, vrbis videndæ causſa, homo francus claudus, alte rog, crure ligneus appulit. Die insequenti Franciscus Burchardus Bauarus Electoris Ernesti, & aliorum, qui eum præcesserunt Electorum quoq, Colonienſium Cancellarius Bonnæ obijt: Successit Prudentissimus Dominus Doctor Geyl. Assessor antea in Imperi Camera Spirensi, Postea Consiliarius quoq, Cæsaris, & Legatus ad pacificationem inferioris Germaniæ conficiendam, controuersiam quoq, inter Truchsesium & Capitulum Colonienſe sopiendam, ab Imperatore missus.

1 5 Augusti — 10 k Ordam

REGII propter effusas à perforatis per Hollandos aggeribus stagnantes aquas Lilloum reliquerunt, cui Teliguius Lanoei filius præficitur, Mondragonius ex aduerso Lilloi munitionem occupat, quam cum tentarent Ordines recipere, ex suis amiserunt centum. Postea sese Deremonda (vrbs totius Flandriæ, imò Belgij longè munitissima, & ad scaldim sita (cùm CCC. militum præsidio, tantùm teneretur, & Regij dissolutis retinaculis fossas siccassent) dedidit [4] Primùm enim miles propugnaculū, quod extrà vrbem protendebatur, cœperat [3] amisſis solis 10. Hiſpanis & 30. vulneratis, cuius oppugnatio tres horas durauit.

2 11. Augu. — 10 l Denre. monda.

DEDITIONIS Condicionès hæ fuerunt; Eis, Mortagnio præsidij præfecto petente, ac militibus, vt liceret, quo liberet abire, armatis enſe tantum & pugione, Parmenſem eos VVillebruckum curaturum deduci, Secum nullos captiuos ducent. Cū Magiſtratu ac Ciuibus sic pactum. Eos in Regis protectionem recepit, Admiſſa quæcunque, eis condonant. Vrbē cùm primū Parmenſi tradent, & intrà trimeſtre ei 60 florenorum millia numerabunt, ex eius arbitrio, quibus velit impendenda, Illum in eos omni posthac vsurū Clementia: Si quis eorum vnà cum Præsidiario milite volet discedere, liberum esto. Centum quinquaginta milites, vrbe sunt egreſsi, magno mulierum & puerorum numero. Retenti duo Caluiniānæ Religionis ministri. Vnus, qui sacerdoti confiteri peccata noluit submersus, alter Confeſsus est, verùm tamen laqueo fuit strangulatus.

3 15 Augusti — 13 m Spaa

4 17 Augu. — 16 m Bonna.

IN Geldria aūt, triduo nimirum antè captam Terremondam, Regijs contra ordines, hoſtes, Zutphaniam inopia commeatus preſsam obſidentes, victoria ſine cæde ac vulnere, peroptata contigit. Ordinū Copiæ tam equitū quàm peditū circiter 10. millia. Regij verò quinq, tantùm millium. Vbi igitur ordinum miles pridiè per exploratores accepiſſet, regios eò animo appropinquare, vt manus cùm ipſis consererēt, postridiè vasa concla mauit, deſertisq, castris aliò pedem retulit. Erat verò cis & vltrà flumen, ne aliundè Cō meatus, in eam posset inferri, Maior, pars Dauentriū, & Iſſela loca versus diuertit, pars aliò.

5 21 Auguſt — 9 h Lilloo.

ALIQVOT equites Arnhemium venēre, quos populus malè, quia fugerant, excepit. Illi culpā in pedites reiecerunt, eos enim, quòd ſtipendia nō ſoluerentur detrectaſſe prælium: Comes ipſe Neuenarius, Dux ordinum Berckum rediit, Regij igitur Zutphaniam ſunt ingreſsi cum commeatu, nec quisq, illis reſtitit. Hoſtem, ex itinere ſeſsi, perſequi non potuerunt. Egreſsi verò postridie, deprehenderunt eum ordinum milite Iſſelam fluuium traieciſſe, eſſeq, in tutò.

14 c Zutphē.

14 c Deuēter

15 h Berck

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1584.

LOCA		TEMPORA
10 f Delfft.	ORDINES cùm vidiſſent Hiſpaniæ Regis maiores eſſe vires, quàm vt ſe contrà illum tueri valeant, planè ſtatuerũt aduocari in auxilia Francos, vel Anglos, aut vtroſq;, Rex Frã corum ordinum legatis fertur reſpondiſſe, ſe bellum nullum contrà Hiſpaniæ Regem ſuſceptu rum, Brunæum verò ad eos, cum ampliſſimis tranſigendi mandatis miſſus Delphos appulit, poſtridiè fuit auditus. [1]	1 22 Auguſti
8 k Sluyſs.	PETVNT illi à francia Rege auxilia, Hiſpaniæ Regi bellum inferat, annonam etiam Regijs vbi prohibeat, ſe quoque, ne ex Germania importetur, curaturos. Offerunt, ſe Coronæ regni francia in perpetuum vnituros Prouincias, quas tenent, & quas demùm ipſi, vel Rex ille conquirent, tradentq; franco cautionis nomine Excluſam & Oſtendam, Verùm tamen plura, maiuſue petit, Vliſingam nimirũ (vt quidam aſſerunt) quo portu qui potiretur Ocea ni Dominus hiſce locis euaderet.	2 27 Auguſti
6 k Oſtendé.	NON deſunt tamen, qui Francum cum illis agere diſputarunt, & habere nihilominùs communia, cum Hiſpaniæ Rege conſilia. Sed Brunæus luculentam orationem ad eos, licet fu ci plenam habuit, mirificè Regis ſui humanitatem, æquitatem, potentiam & opes, extulit, & beneuolum ergà illos animum eius, ac fidem probauit, Hiſpaniæ Regis robur extenuauit. Ac poſtremò prolixè pollicitus eſt ordinibus Regis ſui ſubſidia.	
8 h Vliſsing.	ORDINES interim Paulum Buſium, cum aliquot alijs, ad Angliæ Reginam ablega runt, Idem quod à Franco petentes. vt ſi vnà inter omnes non conuenerit, cum alterutro ſe coniungant, cum eo videlicet, qui ipſis pleniores ac firmiores, æquioreſq; conditiones præſta bit, Anglis magis affici credebantur, eſſe enim viciores ac potentiores mari Francis, Anglo rumq; Regina, tum plus quàm vnquam pecuniæ ſuppeditabat, & Herlaum in Germaniam, & in Belgium, aliquot militum millia, miſsiſſe ferebant.	3 3 Septemb.
10 k Antuerpia.		
16 l Bonna.	PARMENSIS Princeps à 27. die Auguſti Beure baſit, ad duo Antuerpiam in Scal di milliaria cum exercitu, [2] & Mondragonius ex altera parte fluminis, eò ſpectabant, vt flumen interſcindant catenis & operibus, ac porrò nauigijs in ripa contrà tranſeuntes obie ctis. Cæperat tum Parmenſis, Bruxelleuſium quoq; flumen (Die Nevv Vart) appellatum, qui ducit Antuerpiam. Erneſtus Princeps Elector Colonienſis, vbi magnificè Leodij, Archie piſcopum Treuirenſem excepiſſet, nec non & Electorale Iuramentum apud eundem præſti tiſſet, Bonnam reuerſus eſt. [3] Poſtridie Leodio Melrous ad Ordines Belgij literas vtriuſ que Electoris, Erneſti videlicet Colonienſis & Treuirenſis illis deferens, quibus eos ad pacem hortantur, & cum ſuo Rege reconciliationem, operamque, ea in re ſuam offerunt, & cætero rum Electorum, quinetiam ſe auctoritate Cæſaris vſuros promittunt. At parui admodùm fe cerunt ordines hanc legationem. Nam expectantes, etiam Daniæ Regis oblata auxilia, & naues, præter Franci & Angli ſubſidia, iactabant; Anglam daturam angelotos, Francum milites, & Danum naues, tribuſq; hiſce rebus, pecunia, videlicet belli neruo, milite, & naui bus ſeſe defenſuros.	5 17 Septẽbr.
8 p Camera cum.		6 19 Septẽbr.
4 g Graueling gen.		
8 l Gãdauũ.	INTERIM dum Cameracenſes excurſionibus Arteſiam & Hannoniam depopulantur & Rex Francia, iniuſſu ſuo fieri reſponderet, atque diſſimularet, Parmenſis Princeps, artem arte perſimili delufit. Nam Motta Grauelinganus præfectus in Bononienſem agrũ irruit, & maximis prædis onuſtus domũ redijt, Francis conquerentibus Parmenſis reſpondit. Hæc Mottam proprio marte facere.	7 22 Septẽbr.
16 g Keiſers vvert.		
15 h Ording.	RECONCILIATIO Gandenſium cùm Rege certis conditionibus (de quibus ſuo loco dicemus) confecta [5] et Gandaui promulgata [6] ex Regijs 10 Sequanorum, ac totidem Germanorum, totidemque Valonum millia intromiſſa. [7] Paulò pòſt [8] oportuno quo dam die, ſub aurora Blancarto Leodienſi, qui erat Cæſaris VVerdenæ, oppido militiæ præ fectus duce, Ordinga capta fuit.	8 1 Octobr.

TEMPORA

LOCA

CAPTIVVS eius munitionem diligenter perſcrutatus, locum per quem in penuarium ingredi quos petierat obſeruauit, redemptus cum ſex alijs, in id ingreſſus eſt, reliquos deinde ſocios intromiſit, caſis pluſminùs octuaginta præſidiarijs, arce eſt potitus. Stuperus oppidi & arcis præfectus, cuius frater Bonnæ laqueo, Erneſti iuſſu, pœnam luit, abfuit, Eius culpa oppidum in hoſtis venit poteſtatem ' cum 200 ſtipendiarios haberet. Et ad duodecim aut plura talerorum millia, quibus ſi voluiſſet ſoluere ſtipendia potuiſſet. Ita vt Ordinga capta, in tractu Rheni, nunc Berck ſolum ſuperſit; & in VVeſtphalia Limburgum.

15 h Ordingē.

CONDICIONES.

QVIBVS Gandenſes in gratiam Regis à Principe Parmenſi recepti ſunt.

IMPRIMIS Magiſtratui, Conſiliarijs, Decanis, Officiarijs, Ciuibus & incolis, publicam perpetuamque condonationem & obliuionem omnium, nullo penitùs excepto, tumultuũ, exceſſuum, criminum, malefactorum & abuſuum, vltimis hiſce motibus ab ipſis patratorum, indulgere: Itaque omnium eorundem admiſſorum memoriam, ac ſi nunquam accidiſſent abolere. Ergò ne in eos vnquam de ijs inquiratur, vel ipſis à quoquàm, vlla ex occaſione, ſi feratur moleſtia, aut quicquàm quis exprobret, modò ſe in poſterùm, vt probos Regis vaſſallos ſubditoſque decet, gerant, decernere. II.

Reconciliatio Gādenſium

PLACERE, vt ab huius tranſactionis die, ciues integrè, pacificèque, bonis ſuis omnibus, ac ſi nunquàm offendiſſent, vtantur, fruantur.

III.

AC ne fortè vrbem depopulari velle videatur: Ciuibus licere, vt in vrbe, at modeſtè ſineque ſcandalo degere, biennium quo interim deliberent, nùm ipſi ex ſanctæ, antiquæ Catholicæ, Apoſtolicæ, Romanæque Religionis præſcripto viuere velint: Sin verò minus, ſeſe liberè extrà Belgij Prouincias recipere, quo caſu illis liberam, integramque bonorum ſuorum omnium fruitionem permitti, vt qua commodius videbitur via, de ijs diſponere, ea aliò tranſferre, vendereue, aut alienare, vel per alios quibus commiſerunt adminiſtrare recipereque valeant.

1 Octobris

IIII.

15 h Berck.

QVARVMCVNQVE cæptos litium proceſſus, latasque ſententias, ijs Iudicibus qui tanquàm Flandriæ Conſiliarij, vel vrbis Magiſtratus, ea in vrbe ſederint, vitandæ confuſionis cauſſa, inter eos, qui præſentes adfuerunt, & illorũ Iuriſdictionem approbarum tenere. Condempnatis tamen, appellationis ad magnũ Conſiliũ remedio, ſi eo vti volent, prouideri, & illis Iudicis eius impetrare literas minimè denegandas. Idemque Gandenſibus contrà ſententias, quæ in ipſos foris latæ ſunt, concedi. V.

VRBEM ſecundum hæc, ad præſtandum Regi, eam quam prius obedientiam reduci, quæ ex Regiæ Maieſtatis auctoritate, ad eum, quo ante poſtremos hoſce tumultus modum gubernetur. VI.

Limburg

REGEM ad Domina regreſſurum ſua, Prælati, quinetiam omnes, & Collegia, Capitula, Monaſteria, Hoſpitalia, locaque pia, tùm cæteri, qui eius partes ſunt ſecuti, in quæcunq; ſua bona reſtituantur, vel ſe quidem illi, in prouinciam locaue, quæ neutrius ſunt partis, quo ijs vti antèà, plenè liberèque potiantur, fruantuèue recipient. Nihilominus ex immobilium bonorum perceptis fructibus, aut redditibus, qui ex Magiſtratuum iuſſu auctoritateue fuerint expenſi, nulla reſtitutio competet, niſi ſingularium quorundam lucro ſine Magiſtratus aut ſuperiorum auctoritate, cuius rei ad ordinarios Iudices cognitio pertinebit, ceſſerint.

VII.

PORRO Parmenſis, quoniam certior redditus eſt, ea quæ in vrbe acciderent, non ſine magno miſeri populi dolore, à paucis ſeditioſis, ijs maximè, qui eò aliundè proſcripti profugerunt, nec vrbis Ciues ſunt fuiſſe patrata, ea propter communi vrbi condonando, ad lenitatem potius accedens, ſex viris, ex illis 12 quos petierat à ſe nominandos, (traditione quorum, tribus vitam tamen donet) eſſe contentum, reliquos tres proarbitrio, quo conueniet exceptorum.

9 l Gendt.

DENIQVE

LOCA. TEMPORA

VIII. DENIQVE, vt ſuprà ſcripti Magiſtratus, Ciues, & Incolæ, gratitudinis (ob clemẽtiam quà in eos vtitur) nomine, tùm quò parti expenſarũ, quas exercitui circa eorũ vrbem tamdiu alendo ſubijt ſufficiat: Trecenta Coronatorum millia perſoluant, Eamque ſummam ex vrbis incolarum tam externorum quàm caterorum collatione cõficiẽdam, nec cuiq; ex vrbe, niſi facta ſolutione, vel ex Magiſtratus permiſſu, egreſſum patere, velle.

IX. QVA re præſtita, Gandenſibus polliceri, ſe illos in poſterùm, vti probos, fideles que Regũ ſubditos, ac Vaſallos gubernaturum.

X. POSTREMO, vt FRIDERICVM PERRENOTVM Campagniũ Cardinalis Granuellam fratrem: & Crucium, captiuos liberent, Vicißim Gillium Borluitium. & Iohannem Damaum donatũ in libertate.

LIBERATVS itaque fuit iam dictus Perrenotus, & ad Parmenſem deductus, in cuius exercitu, podagra ex carcere cõtracta, aliquandiu decubuit, Melroius, quem Delphos cum Erneſti Principis & Electoris Treuirenſis literis, quò eos ad ineundam pacem hortaretur, profectum fuiſſe dixi, nõ fuit ab ordinibus auditus, ſed reſponſi vice monitus, etiam ſi abſit, ſatis illis eſſe exploratorum, proindè ad ſuos rediret. Interim Hollandis & Zelandis Angli ac Franci montes aureos, ne cum Rege Philippo paciſcantur, promittunt. Holandique Antuerpienſibus 122. nauigia omnigentus cõmeatus, quorum à Regijs vnum depreſſũ fuit, mittũt [1]; & paulò pòſt [2] altera 150 quorum duo in flumen Regij demiſerunt. 1 4 Octobr

8 l Gendt STEVVICHII, Friſiæ Regij præſidiarij: trecentos ordinum milites Velua prædatũ egreſſos, equitibus triginta cæſis, in fugam verterunt. Et cum hi, qui Coloniæ dignitatibus, præbẽdiſq; priuati fuêre Comites, Argentorati etiam ſuis beneficijs deſtituti Sentẽtia expontificis Decreto lata, cõdemnarentur, Horreo Capituli vim fecerunt, frumẽtaq; occupant ac vendunt, Ciuitas tanquàm per tranſennam hac aſpiciens, quaſi nihil ad ſe pertineant, diſſimulat.

10. f Delfft. ANTVERPIENSIVM, Bruxellenſium & Mechlinienſium legati, ad ordinis Delphis congregatos appulerunt, quò cummunem omnium cum Rege faciendam reconciliationem procurent, quod ſi negligent, ſe ſeorſim ſingulos cum eò pacturos oſtendũt eò precipuè, quòd Holandos in Hiſpania, de ſe reconciliandis agere, meritò, certòq; ſuſpicentur Inſtat interea Parmenſis operibus in Scaldi flumine perficiendis, quò hoſti tranſitum intercipiat, Hæret Beure Antuerpia non procul cum exercitu, mittuntur Gandauo ad opera eadem vrgenda quæ inter Lillorum & eam vrbem, Parmenſis capit agere, centum lignarij fabri & ſexcenti foſſores.

13 c Stevvyk. DE his operibus varia ſententiæ iactantur, Vnis perfici quidam poſſe, & vtilia fore diſſerentibus, Alijs eorum vſum irritum diſputantibus, atq; oportuiſſe Parmenſem hac opera priùs iueunte vere nunc exacto inſtituere, vt ijs æſtate frui poſſet. Hyemem enim ingruere; vel ad gelu diſtuliſſe, quò in Ver patata foreni & expedita. Periti nihilominus Mechanici, ex Scaldis fluuij conditione, vtiliſſima (ſed vereor ne Antuerpienſibus inuitilã) futura teſtantur. Qui quidem Antuerpienſes, his operibus, aduerſam, magnum, nauim robuſtam, machinis confirmatam, arcis quadratæ forma extruxêre, qua Parmenſi in Scaldi opera euertant: Qua, flumini immiſſa. Holandi & Zelandi aggeres ad Ternouſam perrumpere ſi non poterunt, Parmenſis opera adorienda proponunt. 2 7 Octobr

10 k Antuerpia. ANTVERPIANI cum inter ſe in conſilio diſceptarẽt quidam ſic locutus eſſe fertur Fingite (inquit queſo) Parmenſem operibus ſuſceptis flumen non eſſe clauſurum, Anne eum munitiones ad ripam ſtruxiſſe videmus; à quibus pelli vix poteſt, imò ne quidem poteſt. Deindè agris iam potitur atq; dominatur, habet exercitum victorem ac potentem, Aggeres in altum protulit, ne campi inundentur tempeſtate. Negociatione vrbs modo deſtituitur; Quare ſequitur, nobis adhunc modũ obſeßis, pacem atq; reconciliationem cũ Rege, eſſe planè neceſſariam, ni funditùs perire velimus

1584. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA

LOCA.

CONSTANTER interim prosequitur instituta opera, occludendo Antuerpianis Scaldi, Princeps Parmensis, in eam rem munitiones ad eius fluminis ripam erigens naugia Caloum, Gandauo & Temremonda ad se accersendo 22. militaria naugia qua Berchto Antuerpia Flādriam versus millari, eiusdā fluminis ripam sito, per prata ab Antuerpianis arcendo submissa aduenerunt, quorū inspērato quidē appulsu adeò vrbs Antuerpia perturbata fuit, vt plebs publicè exclamauerit, Annona, Negotiatio, Pax, &c. licet nullū animi turbati signum Magistratus ad hunc clamorē ediderit, neq; etiam ministri Euangelij sui, quod contrà Catholicam profitentur Ecclesiam.

10 k Antuerpia

1 27. Octobris

MAXIMAM enim spem in arce illa sua lignea quadrata collocant, eam sustinent vacua dolia ferreis veligata circulis simul colligata, quorū quodlibet vim plaustrum capiat singula ergò in aqua mille sexcenta põdo cõmodè sustinent, 24. maiora bellica tormēta arx vehit, quibus Parmensis opera, munitionesq; Burgūdica cruce in præcedēte figura signatas (alia enim cruce nouo signata rebellantium ordines concernunt) concutiant, In superiori arcis tabulato sunt Mosquetarij, quos vulgò, dicunt, tanq; speculatores, In inferiori bombardæ, quas displodant, suntq; nouo quodam inuento, certa materia laterum pestes ac trabes eius arcis, sic munitæ, vt globus hostiles, qui in eam à Regijs torqueantur, innoxiè excipiāt. Sed hac Parmēsis Princeps magnanimus vilipendit, adiū gens viginti duobus illis naugijs, altera tringinta quinq;, quò certius ac firmius occupet.

2 30. Octobris

ECONTRARIO expectant Antuerpiani (quòrum in eadem figura, qua præcessit, munitiones semi Burgundica cruce signantur) subsidio aliquot instructas naues ex Holandia & Zelandia, quibus ad constantiam animantur, illis maximè naugijs, per quæ ad Tronoulam aggeres, sic cæteru destituantur auxilijs, ad extremum perforent. Ex Gallia relatum est, omnes Guisianæ gentis proceres migrare in Lotharingiam nec illos intra biennium in Galliam redire statuisse, Causas narrarunt, rumores, sed imbecilli fundamento, vt videtur, scilicet Regem nunc fauore Borbonios, cum quibus illi simultates & veteres & nouas gerunt, prosequi, Tùm, quòd is Rex vxori libellum repudij vt aiunt, dare cogitet, ideò, quòd ex ea prolem non gignat.

14 f Hollandia

LIESFELDIVM Brabantia, per ordines factum Cancellariū, ex sanioribus, potioribus, ac prudentioribus quidem Antuerpiani, numero 54. exhibito supplici libello adhortantur, vt ab ordinibus, cùm Rege faciendam pacem cum illis nomine peteret. Quare intellecta, illi qui rerū in vrbe potiuntur, pacis osores, classicū cāpana sono cecinēre, totaq; in armis vrbs fuit, adq; mœnia cū suo quisq; præfecto cōstitit, qui ex illis 54 capi possent, capti numero 30 Inter quos quidē condemnāti bonis fisco addictis quidam pecunia mulctati.

3 1 Nouem

8 g Zelandia

EDICTVM paulò pòst promulgatur, Ne quis deinceps de pace verba faciat, qui fecerit bonis priuetur, & corpore porrò pœnam luat, Interim Antuerpiani Mechlinienſibus suppetias necessariaq; ferunt: nondum enim vltrò citròq; commeandi facultas illis sicut Bruxellensibus erat adempta: Hollandi, Zelandi, Brabantique interim vnà, aggerem inter Lillcum & Antuerpiam situm, niuntur deijcere, quod eius beneficio annona Parmensi aduenter, quo perrupto ipsum inopia commeatus pressum iri, ideoque cessurum loco sed præter consuetudinem Parmensis hoc putant,) qui nisi obtineat, a loco discedere non cessauerit hactenus, præsertim cum aggerem plusminus 50. tormentis teneat.

4 2 Nouembris.

NIHILOMINVS tamen à die vigesima septima [1] huius mēsis vsq; ad eius penultimam [2] Antuerpienses liberè quocunque libuit, flumen Scaldim tranarunt, præcipuè autem illis ex Zelandia & Holandia, iam recens sexdecim, ac demùm quatuorde cim naugia, bonus & commeatu onusta aduenēre. Paulò pòst [3] horrendum Antuerpiensibus proponitur Iuramentum præstandum [4] Nimirùm, se perpetuò Hispaniæ Regem & omnes ei fœderatos & hærentes pro hoste habere, habituros esse, nec se vnquam pacem cum eo, vel eius assecla facturos, quin, ne quidem de ea publicè vel priuatim con-

9 h Lilloo

ALEXANDRO FARNESIO LEONEM

LOCA.

TEMPORA

cipienda, vllo vnquam tempore vllaue ratione, verba facturos, eamq; oblatam ſuſcepturos. Qui autem quomodocunq; de ea verba fecerit, is vltimo ſupplicio, proſcriptis quibuſcunque bonis, cùm primùm afficiatur.

10 k Antuerpia.

ET quò populum Antuerpienſem ac plebem ab ea magis auerterent, eidem plebi perſuaſerunt. Parmenſem Gandaui in Caluinianos contrà deditionis pacta (de quibus anteà 630.) ſuprà modum ſæuire, carcerisq; plurimos mancipare. Propinquis qui eos, ſi quid peccauerint puniri, ſin minus abſolui, ſupplicibus libellis flagitabant, reſpondere, ne vllos amplius libellos offerant, aliàs, ſe in illos ſeuere animaduerſurum.

1 2 Octobr.

14 h Venlo.

DEINDE Aldegondij cohortatorijs rationibus, in ſupremo vrbis Senatu (vulgò dem Breytten Rath appellato) propoſitis. Antuerpienſium, qui priùs nùm ſe tueri velint nutabant, animos attollere docens, ait: Sedhuc per ſemeſtre viriliter defendant, nec vanis pauoribus diſtinebatur, oppida tantiſper etiam teneant, promptamque pecuniam, præſidiarijs eorum alendis, cuius inopia res earum in anguſtias aliquas ſunt redactæ, comparent, Breui fore: non ſolum vt hoſtem à ceruicibus repellant ſuis, verùm, etiam firmis externorũ potentiſſimorumque Principum viribus, certò vincant. Anglia Reginã omnia polliceri, præſtaturamque: Franciæ Regem illos in tutelam recepiſſe. Nam ordinũ legatos ad eum præclara de illo perſcribere, ſaluos enim Regẽ ad apuliſſe. Inter illos, Longoliũ & Paeſium Iuriſconſultos, Geldriæ nomine, eidem Regi prouinciam, vnà cum cæteris ſubijci poſtulaſſe, eique præcipuas eiuſdem prouinciæ vrbes, Venloum, Geldru, ac Buram, quas proprio præſidio teneat, obtuliſſe. Brabantiæ vrbibus Berga ad Zomam, & Gertrudi berga præſidiũ imponat. Flandriæ quoque vrbibus Oſtenda & Excluſa. Zelandi Vliſſingam & Mittelburgum; Hollandi Enchuſum Regi trandituri eſſent; & neſcio quæ præterea.

2 25 Octob

15 g Gelder.

12 f Buren

10 g Bergen op zom.

11 g Gerdruitsberg.

POSTEA tamen conuentum fuit, vt licet eos Rex Gallia in defenſionem ſuſciperet, ipſe tamen illis portus & vrbes, numerata certa pecunia ſumma relinquat. Hæ vrbes non ſolùm illorum, verùm etiam Angliæ Reginæ conſilio ſunt exceptæ. Nolunt enim Francum ijs potiri, ne ipſis dominium maris, id quod ei alioqui caderet, eripiat. Itaque Hollandi & Zelandi cautè, in ſocios Flandros, Brabantos & Geldros, bellum, vt id à ſe amoliantur hoc modo, reijciunt, Ideò vero Antuerpienſes, illos ſibi adiungunt, quò illis contrà hoſtem vtantur veluti propugnaculo. eandemque ob cauſam, ijdem Bergam ad Zomam, quòd illorum propter vicinitatem interſit, Prouincia addiderunt ſua, eamque munierunt, equitumque vexilla aliquot præſidio collocarunt, Atque ad BVrgerholtz. Antuerpiæ propinquum pagũ octingẽtos Anglos, qui fines tueantur, immiſerunt

3 1 Nouẽbr.

8 h Sluys.

7 k Oſtendẽ.

8 h Vliſſingẽ.

PARMENSIS tamen optimi Ducis munus obiens, conſtanter operibus illis inſiſtit ſuis, quinimò ſic hoſtem ſe deſpicere præſefert, vt cùm ab ordinibus quidã in eius caſtra miſſus eſſet, illa expluraturus, ad ſe perductus, bono animo vt eſſet hortaretur, eique tandem illa oſtenderet, & locũ illic, in quo mori ſibi potius ſtatuiſſet, quã illa intermittere aut deſerere. Hoc Antuerpiẽſibus pro certo deferat, & ni laqueo vitã finire velit, ad eos redeat.

4 6 Nouem

9 h Mittelburg.

METVEBANT autem Magiſtratus Antuerpiæ, ne populus ad pacem accipiendã pronus, efficeret, quominus rerũ potirẽtur atque authoritate ijdẽ: & miniſtri Religionis ſuæ protextu populũ ſeducerent. Ideò Nouã Iuramenti formulã, qua omnium in vrbe linguã, & de pace ſermones coerceret, ex Conſulũ & Scabinorũ authoritate 25. Octob. die firmarunt.

5 12 Nouẽb.

12 g Enchuſa.

INTERIM, dum præter eas, quas ſuperioribus diebus transijſſe monui, altera centũ & viginti naues onuſtæ [2] bobus, tritico, & omnis generis annona ſaluæ Antuerpiam appulerũt [3] Neuenarius Comes Truchſeſio confœderatus, in VVeſtphalia Limburgum arcem in editiore rupe ſitam amittit. [4]

Limburgum.

1584. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA		LOCA.
	EAM enim acrem, Ernestus Dux Elector per deditionem capit, cui præfectus impositus erat Germanus quidam Hessus, qui eam cum suis præsidiarijs fortissimè defendit, Tandem cum videret puluere pyrio, sursum exactis cuniculis præstruendam, & euertendam, eā militari more, vnà cùm suu discedens, hosti reliquit. Hac ex omnibus vna erat (vt dixi) reliqua in VVestphallia, qua Electoris Imperiū detrectarat, eaq; ex omniū sententia propemodum, arx inexpugnabilis.	9 h Lilloo
1 13 Noueb.	TRANSFVGERVNT triginta ex Antuerpianis præsidiarijs Angli, noctu ad Parmensem, quorum singulu, duo coronati fuêre dati, monuerunt, quatuor Anglorum signa si velit, ad eum defectura, maiorem igitur ex ea quoq; occasione fructū Regi, querès Princeps Parmensis, Antuerpiensium tribubus literas dedit [1] quibus eos ad reconciliationem cum Rege faciendam hortatur, Daturum se operam, vt ad eam clementer recipiantur.	9 l Gendt.
2 17 Noueb.	ACCIDIT paulò pòst [2] vt cùm Telignius Lauoei filius, qui æstate superiore Lillooū defenderat, Antuerpiam proficiscens cùm 10 nauibus, & vna triremi annona mercibus onustis, ad opera Parmensis transire conaretur: ex insidijs ad aggeres dispositis, impetitus tormentis à Regijs in Principis Parmensis potestatem, cum ijs nauibus ac triremi, & 12. centurionibus peruenerit, missusque Gandauum indè Tornacum fuerit. Qui fœlix rei successus, tanto acrius Parmensem excitat, ne cepta sua opera contrà Antuerpienses in Scaldi flumine deferat, Quin potiùs stat ei sententia, operibus, vti aliàs solet, immorari.	7 m Tornick:
3 21 Noueb.	FVIT aiūt, Senatui populoq; Antuerpiensi, iactatis rumoribus, persuasū, Parmensem nolle vniuersalè cùm fœdetatis mutuò Prouincijs & Vrbibus pacem constitui, sed cū singulis vrbibus seorsim, quò cōiunctos seiungat, molli pacis cōcordiaq; separatos cōtractus, si eam vna cū omnibus formula simul peragere sibi statueret, peterent Hispanum dimitti ex Belgio diffidentia caussa, & sibi liberū publicumque reformata, quam vocant, hoc est Caluiniana Religionis exercitium, quod Rex, qui modò præclaru victorijs potitur, nunquam permitteret.	10 k Antuerpia
	INTERIM Pardilianum, de quo suprà diximus, per Hollandiam nuper transeuntem quadam maximi momenti molituru Nassouiæ Regis nomine affirmabatur, quæ si quando erumpent, pessimos motus, nouasq; rerum mutationes, ab Anglia, & fœderis illorum consilijs, proculdubiò afferent.	10 l Vilford.
4 23 Noueb.	INSTRVXERVNT Hollandi & Zelandi classem, quæ Antuerpiam onusta mercimonijs & commeatu adnauigaret, cum milite, Hi scilicet Zelandi mora impatientes præcesserunt, Atq; 140. nauibus Antuerpiam appulerunt, quo die [3] Antuerpiani in Principis classem & agggeres inciderunt Postridiè [4] respondent Antuerpiani literis à Parmensi missis, se, quæ scripsisses ea cū Rege Francia, cumq; alijs & vrbibus confœderatis antea communicaturos, quàm ad pacificationis siue reconciliationis propositæ negotium absolutè respondeant. Parmensis ex Scaldi perducta fossa, stationem portumuè ad opera sua, classi sua prudenter constituit, ne scilicet per Hyemem fluminibus & cæteris aquis gelu concretis, ic demùm dissoluto gelu, glacies illam impetat, & frangat, sed vt tempestates etiam vitet. Gandauu reformatus fuit omnis Magistratus, suspecti amoti, suffecti in eorum locū Catholici constantes, vti antea Brugis factum, armis Caluinianis adempta, ex fidis ciuibus signa quatuor delecta, qui vnà cum præsidiarijs regijs excubias agerent vrbem custodirent, Cuius arx, quæ antea, vt dixi demoliebatur, nunc restauratur, detecta porta, qua illi immineb at, & incommodo fuit non mediocri, quò caperetur. Mechlinia 100. currus onustos anno na immisit, Bruxellu, vbi reuerterentur, a præsidio suo derelicti in regiorum Villefordanorū potestatem venêre. [5]	7 k Brugæ.
5 28 Noueb.		

SVNT

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO 1584

LOCA		TEMPORA
	SVNT autem depreſſæ à Regijs duæ naues, & tres captæ, dum ex Hollandia venirent [1] magno numero Antuerpiam, & quidem armatæ. Edicto namq; ſanxerunt ordines, ne niſi armatæ ſeſe in viam darent nauigia, ſcriptoq; rationes omnes inierant, quomodo ſe contra Regem defenderent, & opera illa Parmenſis funditus extirparent, quamobrem collecta ducentarum nauium & triremium claſſe, eò ſe parabant, vt aggeres ad Ternouſam perfoderent, quò Flandriam, imprimis Vaſſeæ prouinciam, ex qua Parmenſis annonã comparabat, Gandauũ & Brugas inundent, qua inundatione ſe conſecuturos putabant, vt Parmenſis opera non ſolùm corruant, verùm etiam vt ſtent inutilia tandem, fruſtraneaq; reddantur, & ob id cogatur ille mari committere prælia, in quo præ ceteris, ipſi Hollandi & Zelandi, & corporis robore & animis, freq; nauali ſcientia, tùm etiam experientia ſe præſtare exiſtimarant.	1 2 Decẽbr.
9 l Gendt.	MORITVR interim in Italia Brunſvvicenſis Dux Ericus, Princeps multis pro Hiſpaniarum Rege expeditionibus victorijſq; clarus.	2 26 Decẽb.
7 k Brugæ.	RESCRIBIT Parmenſis Magiſtratibus, & vrbis Antuerpienſiũ membris, iure nõ licere populo, ſupremo ſuo, legitimoq; Principi, cui ſit ſubditus, qui cquã contra veteres, quas iurarit, leges præſcribere, multò minus arma ſumere. Et quod iactent Franciæ Regem illos in ſuã tutelam ſuſcipere, ſecùs ſe rem habere, & eius Regis ad ſe poſtremò ſcriptam Epiſtolam illis miſit, qua hoc teſtatur, quinimò illos grauiter reprehendere, quòd ſint ſuo Principi rebelles. Itaque cum eò reconcilientur. Si hoc velint, operam illis apud Hiſpaniæ Regem, ea in re ſuam offerre ac polliceri, quas literas ſuis Parmenſis adiunxit, Vnde Franciæ Regis fucus, ſi ſit, detegeretur, ne duas perſonas vtrique Scenæ ſeruiens induat.	3 29 Decẽb.
15 l Colonia.	ANTVERPIANI eas literas ordinibus, quid facto ſit opus poſcentes, miſerunt, nec ſe aperuiſſe ideò finxerunt, ne populus, qui reconciliari [2] expetit, contrà Magiſtratum excitetur. Interim mittit Rex Franciæ Parmenſi quoq; legatum, in eum, vt ſuſpicabatur, finem, quò Regijs perſuadeat Francum nolle ſe ordinibus tuendis immiſcere.	1585.
9 l Bruſſel.	CONVOCANTVR hoc tempore ab Archiepiſcopo Argentoratenſi ordines inferioris & ſuperioris Alſaliæ, ſimul atque Capitulum ſuum ad comitia Seleſtadium. Vbi pontificis & Cæſaris mandata leguntur, excommunicationis cauſſæ proponuntur, atque oſtenditur; Comites per Epiſcopum Vercellenſem Coloniæ excomunicatos, non tàm quòd Catholicam Religionem deſeruerant, quàm quod etiam Colonienſi belli ſe implicuerant, damnatos fuiſſe. Fiunt Decreta, ſed à Canonicis proteſtantibus, Senatu quoque Argentoratenſi contemnebantur.	4 4 Ianuarij
10 k Antuerpia.	HOLACHIVS Comes, qui octingentis equitibus peditibuſque multis ſtipatus Bruxellenſibus comeatum induere conabatur, à Regijs Corandino Italo duce fuſus eſt, [2] illius equites circiter 250 cæſi, capti etiam 250 reliqui proſtrati omnes, ipſe verò fuga ſeſe in campiniam Brabantiæ in quandam arcem recepit.	5 6 Ianuarij.
12 g Hertzogboſs.	ALDEGONDVS Antuerpienſiũ Conſul habita prolixa in Conſilio [3] oratione eueſtigiò quatuor nouos conſtituit [4] ex infima plebe delectos Colonellos ſuæ farinæ homines, Arnoldum Helman, Franciſcum Hercq, Balthaſſarem Mucheron, & coctorem quendam cereuiſiæ in noua ciuitate Antuerpiæ, ad quiduis audendum, ac patrandum idoneos. Deindè reuocantur ad certum diem [5] omnes illi, qui contrà edictum, Antuerpiâ exceſſerant, Cameracenſes cum Artesijs & Hannonijs etiam annales inducias edicto publico ſanxerunt. [6]	6 11 Ianuari
	ORDINES cum viderent Antuerpiam obſideri, omni vi & ope contenderunt, vt Buſcoducum, vrbem omnium eius prouinciæ munitiſſimam, proditione caperent, cum ciuibus nõnullis hoc egerunt, & Comiti Holachio, eius intercipiendæ curam demandarunt.	

TEMPORA

LOCA

CAPTIVVS eius munitionem diligenter perſcrutatus, locum per quem in penuarium ingredi quos petierat obſeruauit, redemptus cum ſex alijs, in id ingreſſus eſt, reliquos deinde ſocios intromiſit, caſis pluſminùs octuaginta præſidiarijs, arce eſt potitus. Stuperus oppidi & arcis præfectus, cuius frater Bonnæ laqueo, Erneſti iuſſu, pœnam luit, abfuit, Eius culpa oppidum in hoſtis venit poteſtatem [1] cum 200 ſtipendiarios haberet. Et ad duodecim aut plura talerorum millia, quibus ſi voluiſſet ſoluere ſtipendia potuiſſet. Ita vt Ordinga capta, in tractu Rheni, nunc Berck ſolum ſuperſit; & in VVeſtphalia Limburgum. 15 h Ordingē.

CONDICIONES.

QVIBVS Gandenſes in gratiam Regis à Principe Parmenſi recepti ſunt.

IMPRIMIS Magiſtratui, Conſiliarijs, Decanis, Officiarijs, Ciuibus & incolis publicam perpetuamque condonationem & obliuionem omnium, nullo penitùs excepto, tumultuũ, exceſſuum, criminum, malefactorum & abuſuum, vltimis biſce motibus, ab ipſis patratorum, indulgere: Itaque omnium eorundem admiſſorum memoriam, ac ſi nunquam accidiſſent abolere. Ergò ne in eos vnquam de ijs inquiratur, vel ipſis à quoquàm, vlla ex occaſione, inferatur moleſtia, aut quicquàm quis exprobret, modò ſe in poſterùm, vt probos Regis vaſallos ſubditoſque decet, gerant, decernere. II.

Reconciliatio Gādenſium

PLACERE, vt ab huius tranſactionis die, ciues integrè, pacificèque, bonis ſuis omnibus, ac ſi nunquàm offendiſſent, vtantur, fruantur.

III.

AC ne fortè vrbem depopulari velle videatur: Ciuibus licere, vt in vrbe, at modeſtè ſineque ſcandalo degere, biennium quo interim deliberent, nùm ipſi ex ſanctæ, antiquæ Catholicæ, Apoſtolicæ, Romanæque Religionis præſcripto viuere velint: Sin verò minus, ſeſe liberè extrà Belgij Prouincias recipere, quo caſu illis liberam, integramque bonorum ſuorum omnium fruitionem permitti, vt qua commodius videbitur via, de ijs diſponere, ea aliò tranſferre, vendereue, aut alienare, vel per alios quibus commiſerunt adminiſtrare recipereque valeant.

1 Octobris

IIII.

QVARVMCVNQVE captos litium proceſſus, latasque ſententias, ijs Iudicibus qui tanquàm Flandriæ Conſiliarij, vel vrbis Magiſtratus, ea in vrbe ſederint, vitandæ confuſionis cauſſa, inter eos, qui præſentes adfuerunt, & illorũ Iuriſdictionem approbarunt tenere. Condemnatis tamen, appellationis ad magnũ Conſiliũ remedio, ſi eo vti volent prouideri, & illis Iudicis eius impetrare literas minimè denegandas. Idemque Gandenſibus contrà ſententias, quæ in ipſos foris latæ ſunt, concedi. V. 15 h Berck.

VRBEM ſecundum hæc, ad præſtandum Regi, eam quam prius obedientiam reduci, quò ex Regiæ Maieſtatis auctoritate, ad eum, quo ante poſtremos boſce tumultus modum gubernetur. VI.

REGEM ad Domina regreſſurum ſua, Prælati, quinetiam omnes, & Collegia, Capitula, Monaſteria, Hoſpitalia, locaque pia, tùm cæteri, qui eius partes ſunt ſecuti, in quacunq; ſua bona reſtituantur, vel ſe quidem illi, in prouinciam locaue, quæ neutrius ſunt partis, quo ijs vti anteà, plenè liberèque potiantur, fruantur ue recipient. Nihilominus ex immobilium bonorum perceptis fructibus, aut redditibus, qui ex Magiſtratuum iuſſu auctoritateue fuerint expenſi, nulla reſtitutio competet, niſi ſingularium quorundam lucro, ſine Magiſtratus aut ſuperiorum auctoritate, cuius rei ad ordinarios Iudices cognitio pertinebit, ceſſerint. Limburg

VI.

PORRO Parmenſis, quoniam certior redditus eſt, ea quæ in vrbe acciderent, non ſine magno miſeri populi dolore, à paucis ſeditioſis, ijs maximè, qui eò alundè proſcripti profugerunt, nec vrbis Ciues ſunt fuiſſe patrata, ea propter communi vrbi condonando, ad lenitatem potius accedens, ſex viris, ex illis 12 quos petierat à ſe nominandos, (traditione quorum, tribus vitam tamen donet) eſſe contentum, reliquos tres proarbitrio, quo conueniet excepturum. 9 l Gendt.

DENIQVE

LOCA.

TEMPOR

VIII. DENIQVE, vt ſuprà ſcripti Magiſtratus, Ciues, & Incolæ, gratitudinis (ob clemẽtiam quà in eos vtitur) nomine, tùm quò parti expenſarũ, quas exercitui circa eorũ vrbem tamdiu alendo ſubijt ſufficiat: Trecenta Coronatorum millia perſoluant, Eamque ſummam ex vrbis incolarum tam externorum quàm caterorum collatione cõfici, nec cuiq; ex vrbe, niſi facta ſolutione, vel ex Magiſtratus permiſſu, egreſſum patere, velle.

IX. QVA re præſtita, Gandenſibus polliceri, ſe illos in poſterùm, vti probos, fidelesque Regij ſubditos, ac Vaſallos gubernaturum.

X. POSTREMO, vt FRIDERICVM PERRENOTVM Campagniũ-Cardinalis Granuellam fratrem: & Crucium, captiuos liberent, Vicißim Gillium Borlutium. & Iohannem Damæum donatũ ſu libertate.

LIBERATVS itaque fuit iam dictus Perrenotus, & ad Parmenſem deductus, in cuius exercitu, podagra ex carcere cõtracta, aliquandiu decubuit, Melrotus, quem Delphos cum Erneſti Principis & Electoris Treuirenſis literis, quò eos ad ineundam pacem hortaretur, profectum fuiſſe dixi, nõ fuit ab ordinibus auditus, ſed reſponſi vice monitus, etiam ſi abſit, ſatiùs illum eſſe exploratorum, proindè ad ſuos rediret. Interim Hollandis & Zelandis Angli ac Franci montes aureos, ne cum Rege Philippo paciſcantur, promittunt. Holandique Antuerpienſibus 122. nauigia omnis gentis cõmeatus, quorum à Regijs vnum depreſſũ fuit, mittũt [1]; & paulò pòſt [2] altera 150 quorum duo in flumen Regij demiſerunt.

8 l Gendt

STEVVICHII, Friſiæ Regij præſidiarij: trecentos ordinum milites Velua prædatũ egreſſos, equitibus triginta ceſis, in fugam verterunt. Et cum hi, qui Colonia dignitatibus, præbẽdiſq; priuati fuêre Comites, Argentorati etiam ſuis beneficijs deſtituti Sentẽtia ex pontificio Decreto lata, cõdemnarentur, Horreo Capituli vim fecerunt, frumẽtaq; occupant ac vendunt, Ciuitas tanquàm per tranſennam hæc aſpiciens, quaſi nihil ad ſe pertineant, diſſimulat.

10. f Delfft.

ANTVERPIENSIVM, Bruxellenſium & Mechlinienſium legati, ad ordinis Delphis congregatos appulerunt, quò cummunem omnium cum Rege faciendam reconciliationem procurent, quod ſi negligent, ſe ſeorſim ſingulos cum eò pacturos oſtendũt eò precipuè, quòd Holandos in Hiſpania, de ſe reconciliandis agere, meritò, certòq; ſuſpicentur Inſtat interea Parmenſis operibus in Scaldi flumine perficiundis, quò hoſti tranſitum interciplat, Haret Beure Antuerpia non procul cum exercitu, mittuntur Gandauo ad opera eadem vrgenda quæ inter Lillorum & eam vrbem, Parmenſis capit agere, centum lignarij fabri & ſexcenti foſſores.

13 c Stevvyk.

DE his operibus varia ſententiæ iactantur, Vnis perfici quidam poſſe, & vtilia fore diſſerentibus, Alijs eorum vſum irritum diſputantibus, atq; oportuiſſe Parmenſem hac opera priùs iuuente vere nunc exacto inſtituere, vt ijs æſtate frui poſſet. Hyemem enim ingruere; vel ad gelu diſtuliſſe, quò in Ver patata forent & expedita. Periti nihilominus Mechanici, ex Scaldis fluuij conditione, vtiliſſima (ſed vereor ne Antuerpienſibus inutilẽ) futura teſtantur. Qui quidem Antuerpienſes, his operibus, aduerſam, magnum, nauim robuſtam, machinis confirmatam, arcis quadrata forma extruxêre, qua Parmenſi in Scaldi opera euertant: Qua, flumini immiſſa. Holandi & Zelandi aggeres ad Ternouſam perrumpere ſi non poterunt, Parmenſis opera adorienda proponunt.

1 4 Octobr

2 7 Octobr

10 k Antuerpia.

ANTVERPIANI cum inter ſe in conſilio diſceptarẽt quidam ſic locutus eſſe fertur Fingite (inquit queſo) Parmenſem operibus ſuſceptis flumen non eſſe clauſurum, Anne eum munitiones ad ripam ſtruxiſſe videmus; à quibus pelli vix poteſt, imò ne quidem poteſt. Deindè agris iam potitur atq; dominatur, habet exercitum victorem ac potentem, Aggeres in altum protulit, ne campi inundentur tempeſtate. Negociatione vrbs modo deſtituitur; Quare ſequitur, nobis adhunc modũ obſeßis, pacem atq; reconciliationem cũ Rege, eſſe planè neceſſariam, ni funditùs perire velimus

1584. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA | LOCA.

CONSTANTER interim prosequitur instituta opera, occludendo Antuerpianis Scaldi, Princeps Parmensis, in eam rem munitiones ad eius fluminis ripam erigens naugia Caloum, Gandauo & Tenremonda ad se accersendo 22. militaria naugia quæ Bercheto Antuerpia Flādriam versus millari, eiusdā fluminis ripam sito, per prata ab Antuerpianis arcendo submissa aduenerunt, quorū inspērato quidē appulsu adeò vrbs Antuerpia perturbata fuit, vt plebs publicè exclamauerit, Annona, Negotiatio, Pax, &c. licet nullū animi turbati signum Magistratus ad hunc clamorē ediderit, neq; etiam ministri Euangelij sui, quod contrà Catholicam profitentur Ecclesiam.

1 — 10 k Antuerpia

MAXIMAM enim spem in arce illa sua lignea quadrata collocant, eam sustinent vacua dolia ferreis religata circulis simul colligata, quorū quodlibet vini plaustrum capiat singula ergò in aqua mille sexcenta pōdo cōmodè sustinent, 24. maiora bellica tormēta arx vehit, quibus Parmensis opera, munitionesq; Burgūdica cruce in præcedēte figura signatas (alia enim cruce nouo signata rebellantium ordines concernunt) concutiant, In superiori arcis tabulato sunt Mosquetarij, quos vulgò, dicunt, tanq; speculatores, In inferiori bombardæ, quas displodant, suntq; nouo quodam inuento, certa materia laterum postes ac trabes eius arcis, sic muniti, vt globus hostiles, qui in eam à Regijs torqueantur, innoxiè excipiāt. Sed hac Parmēsis Princeps magnanimus vilipendit, adiū gens vigintiduobus illis naugijs, altera tringinta aquinq;, quò certius ac firmius occupet.

27. Octobris

2 — 14 f Hollandia

ECONTRARIO expectant Antuerpiani (quòrum in eadem figura, quæ præcessit, munitiones semi Burgundica cruce signantur) subsidio aliquot instructas naues ex Holandia & Zelandia, quibus ad constantiam animantur, illis maximè naugijs, per quæ ad Tronoulam aggeres, sic cæterū destituantur auxilijs, ad extremum perforent. Ex Gallia relatum est, omnes Guisianæ gentis proceres migrare in Lotharingiam nec illos intra biennium in Galliam redire statuisse, (aussas narrarunt, rumores, sed imbecilli fundamento, vt videtur, scilicet Regem nunc fauore Borbonios, cum quibus illi simultates & veteres & nouas gerunt, prosequi, Tùm, quòd is Rex vxori libellum repudij vt aiunt, dare cogitet, ideò, quòd ex ea prolem non gignat.

30. Octobris

LIESFELDIVM Brabantiæ, per ordines factum Cancellariū, ex sationibus, potioribus, ac prudentioribus quidem Antuerpiani, numero 54. exhibito supplici libello adhortantur, vt ab ordinibus, cùm Rege faciendam pacem eiusmi nomine peteret. Quare intellecta, illi qui rerū in vrbe potiuntur, pacis osores, clausis ū cāpana sono cecinēre, totaq; in armis vrbs fuit, adq; mœnia cū suo quisq; præfecto cōstitit, qui ex illis 54 capi potuere, capti numero 30 Inter quos quidē condemnāti bonis fisco addictis quidam pecunia mulctati.

3 — 8 g Zelandia

1 Nouem

EDICTVM paulò pòst promulgatur, Ne quis deinceps de pace verba faciat, qui fecerit bonis priuetur, & corpore porrò pœnam luat, Interim Antuerpiani Mechliniensibus suppetias necessariaq; ferunt: nondum enim vltrò citròq; commeandi facultas illis sicut Bruxellensibus erat adempta: Hollandi, Zelandi, Brabantique interim vnà, aggerem inter Lillcum & Antuerpiam situm, niuntur dejcere, quod eius beneficio annona Parmensi aduentet, quo perrupto ipsum inopia commeatus pressum iri, ideoque cessurum loco sed præter consuetudinem Parmensis hoc putant,) qui nisi obtineat, a loco discedere non cessauerit hactenus, præsertim cum aggerem plusminus 50. tormentis teneat.

4 — 9 h Lilloo

2 Nouembris.

NIHILOMINVS tamen à die vigesimaseptima [1] huius mēsis vsq; ad eius penultimam [2] Antuerpienses liberè quocunque libuit, flumen Scaldim tranarunt, precipuè autem illis ex Zelandia & Holandia, iam recens sexdecim, ac demùm quatuorde cim naugia, bonis & commeatu onusta aduenēre. Paulò pòst [3] horrendum Antuerpiensibus proponitur Iuramentum præstandum [4] Nimirùm, se perpetuò Hispania Regem & omnes ei fœderatos & hærentes pro hoste habere, habituros que esse, nec se vnquam pacem cum eo, vel eius assecla facturos, quin, ne quidem de ea publicè vel priuatim con-

ALEXANDRO FARNESIO LEONEM

LOCA.

TEMPORA.

10 k Antuerpia.

14 h Venlo.

15 g Gelder.

12 f Buren

10 g Bergen op zom.

11 g Gerdruitsberg.

8 h Sluys.

7 k Oſtendē.

8 h Vliſsingō.

9 h Mittelburg.

12 g Enchuſa.

Limburgum.

cipienda, vllo vnquam tempore vllaue ratione, verba facturos, eamq; oblatam ſuſcepturos. Qui autem quomodocunq; de ea verba fecerit, is vltimo ſupplicio, proſcriptis quibuſcunque bonis, cùm primùm afficiatur.

ET quò populum Antuerpienſem ac plebem ab ea magis aueterent, eidem plebi perſuaſerunt. Parmenſem Gandaui in Caluinianos contrà deditionis pacta (de quibus anteà 630.) ſuprà modum ſaeuire, carcerq; plurimos mancipare. Propinquis qui eos, ſi quid peccauerint puniri, ſin minus abſolui, ſupplicibus libellis flagitabant, reſpondere, ne vllos amplius libellos offerant, aliàs, ſe in illos ſeuere animaduerſurum.

1 2 Octobr.

DEINDE Aldegondij cohortatorijs rationibus, in ſupremo vrbis Senatu (vulgò dem Breytten Rath appellato) propoſitis. Antuerpienſium, qui priùs nùm ſe tueri velint nutabant, animos attollere docens, ait: Seadhuc per ſemeſtre viriliter defendant, nec vanis pauoribus diſtineātur, oppida tantiſper etiam teneant, promptamque pecuniam, præſidiarijs eorum alendis, cuius inopia res earum in anguſtias aliquas ſunt redactæ, comparent, Breui fore: non ſolum vt hoſtem à cervicibus repellant ſuis, verùm, etiam firmis externorū potentiſſimorumque Principum viribus, certò vincant. Angliæ Reginā omnia polliceri, præſtaturamque: Franciæ Regem illos in tutelam recepiſſe. Nam ordinū legatos ad eum præclara de illo perſcribere, ſaluos enim Regē ad apuliſſe. Inter illos, Longolii & Paeſium Iuriſconſultos, Geldriæ nomine, eidem Regi prouinciam, vnà cum cæteris ſubijci poſtulaſſe, eique præcipuas eiuſdem prouinciæ vrbes, Venloum, Geldru, ac Buram, quas proprio præſidio teneat, obtuliſſe. Brabantiæ vrbibus Bergæ ad Zomam, & Gertrudis bergæ præſidiū imponat. Flandriæ quoque vrbibus Oſtendæ & Excluſæ. Zelandi Vliſsingam & Mittelburgum; Hollandi Enchuſum Regi tranditurі eſſent; & neſcio quæ præterea.

2 25 Octob

POSTEA tamen conuentum fuit, vt licet eos Rex Galliæ in defenſionem ſuſciperet, ipſe tamen illis portus & vrbes, numerata certa pecuniæ ſumma relinquat. Hæ vrbes non ſolùm illorum, verùm etiam Angliæ Reginæ conſilio ſunt exceptæ. Nolunt enim Francum ijs potiri, ne ipſis dominium maris, id quod ei alioqui caderet, eripiat. Itaque Hollandi & Zelandi cautè, in ſocios Flandros, Brabantos & Geldros, bellum, vt id à ſe amoliantur hoc modo, reijciunt, I deò vero Antuerpienſes, illos ſibi adiungunt, quò illis contrà hoſtem vtantur veluti propugnaculo. eandemque ob cauſam, ijdem Bergam ad Zomam, quòd illorum propter vicinitatem interſit, Prouinciæ addiderunt ſuæ, eamque munierunt, equitumque vexilla aliquot præſidio collocarunt, Atque ad BVrgerholtz. Antuerpiæ propinquum pagū octingētos Anglos, qui fines tueantur, immiſerunt

3 1 Nouēbr.

PARMENSIS tamen optimi Ducis munus obiens, conſtanter operibus illis inſiſtit ſuis, quinimò ſic hoſtem ſe deſpicere præſefert, vt cùm ab ordinibus quidā in eius caſtra miſſus eſſet, illa expluraturus, ad ſe perductus, bono animo vt eſſet hortaretur, eique tandem illa oſtenderet, & locū illic, in quo mori ſibi potius ſtatuiſſet, quā illa intermittere aut deſerere. Hoc Antuerpiēſibus pro certo deferat, & ni laqueo vitā finire velit, ad eos redeat.

4 6 Nouem

METVEBANT autem Magiſtratus Antuerpiæ, ne populus ad pacem accipiendā promus, efficeret, quominus rerū potirētur atque authoritate ijdē: & miniſtri Religionis ſuæ protextu populū ſeducerent. Ideò Nouā Iuramenti formulā, qua omnium in vrbe linguā, & de pace ſermones coerceret, ex Conſulū & Scabinorū authoritate 25. Octob. die firmarunt.

5 12 Nouēb.

INTERIM, dum præter eas, quas ſuperioribus diebus transijſſe monui, altera centū & viginti naues onuſtæ [2] bobus, tritico, & omnis generis annona ſaluæ Antuerpiam appulerūt [3] Neuenarius Comes Truchſeſius confœderatus, in VVeſtphalia Limburgum arcem in editiore rupe ſitam amittit. [4]

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

LOCA		1584 TEMPORA
	SVNT autem depreſſæ à Regijs duæ naues, & tres captæ, dum ex Hollandia venirent magno numero Antuerpiam, & quidem armatæ. Edicto namq; ſanxerunt ordines, ne niſi armatæ ſeſe in viam darent nauigia, ſeriòq; rationes omnes inierant, quomodo ſe contra Regem defenderent, & opera illa Parmenſis funditùs extirparent, quamobrem collecta ducenta tum nauium & triremium claſſe, eò ſe parabant, vt aggeres ad Ternouſam perſorent, quò Flandriam, imprimis Vaſſeæ prouinciam, ex qua Parmenſis annonā comparabat Gandauū & Brugas inundent, qua inundatione ſe conſecuturos putabant, vt Parmenſis opera non ſolùm corruant, verùm etiam vt ſtent inutilia tandem, fruſtraneaq; reddantur, & ob id cogatur ille mari committere prælia, in quo præ ceteris, ipſi Hollandi & Zelandi, & corporis robore & animis, ſeiq; naualis ſcientia, tùm etiam experientia ſe præſtare exiſtimarant.	1
9 k VVaſs		2 Decébr.
9 l Gendt.	MORITVR interim in Italia Brunſvvicenſis Dux Ericus, Princeps multis pro Hiſpaniarum Rege expeditionibus victoriiſq; clarus.	2 26 Decéb.
7 k Brugæ.	RESCRIBIT Parmenſis Magiſtratibus, & vrbis Antuerpienſiū membris, iure nō licere populo, ſupremo ſuo, legitimoq; Principi, cui ſit ſubditus, qui æquā contra veteres, quas iurarit, leges præſcribere, multò minus arma ſumere. Et quod iactent Franciæ Regem illos in ſuā tutelam ſuſcipere, ſecùs ſe rem habere, & eius Regis ad ſe poſtremò ſcriptam Epiſtolam illis miſit, qua hoc teſtatur, quinimò illos grauiter reprehendere, quòd ſint ſuo Principi rebelles. Itaque cum eò reconcilientur. Si hoc velint, operam illis apud Hiſpaniæ Regem, ea in re ſuam offerre ac polliceri, quas literas ſuis Parmenſis adiunxit, Vnde Franciæ Regis fucus, ſi fit, detegeretur, ne duas perſonas vtrique Scenæ ſeruiens induat.	3 29 Decéb.
15 l Colonia.	ANTVERPIANI eas literas ordinibus, quid facto ſit opus poſcentes, miſerunt, nec ſe aperuiſſe ideò finxerunt, ne populus, qui reconciliari expetit, contrà Magiſtratum excitetur. Interim mittit Rex Franciæ Parmenſi quoq; legatum, in eum, vt ſuſpicabatur, finem, quò Regijs perſuadeat Francum nolle ſe ordinibus tuendis immiſcere.	1585.
9 l Bruſſel.	CONVOCANTVR hoc tempore ab Archiepiſcopo Argentoratenſi ordines inferioris & ſuperioris Alſaliæ, ſimul atque Capitulum ſuum ad comitia Seleſtadium. Vbi pontificis & Cæſaris mandata leguntur, excommunicationis cauſſæ proponuntur, atque oſtenditur; Comites per Epiſcopum Vercellenſem Coloniæ excomunicatos, non tàm quòd Catholicam Religionem deſeruerant, quàm quod etiam Colonienſi belli ſe implicuerant, damnatos fuiſſe. Fiunt Decreta, ſed à Canonicis proteſtantibus, Senatu quoque Argentoratenſi contemnebantur.	4 4 Ianuarij
10 k Antuerpia.	HOLACHIVS Comes, qui octingentis equitibus peditibuſque mulcis ſtipatus Bruxellenſibus comeatum Indutere conabatur, à Regijs Corandino Italo duce fuſus eſt, illius equites circiter 250 caſi, capti etiam 250 reliqui proſtrati omnes, ipſe verò fuga ſeſe in campiniam Brabantiæ in quandam arcem recepit.	5 6 Ianuarij.
12 g Hertzogboſs.	ALDEGONDVS Antuerpienſiū Conſul habita prolixa in Conſilio oratione eueſtigiò quatuor nouos conſtituit ex infima plebe delectos Colonellos ſuæ farinæ homines, Arnoldum Helman, Franciſcum Hercq, Balthaſſarem Mucheron, & coctorem quendam cereuiſiæ in noua ciuitate Antuerpiæ, ad quiduis audendum, ac patrandum idoneos. Deindè reuocantur ad certum diem omnes illi, qui contrà edictum, Antuerpiā exceſſerant, Cameracenſes cum Artesijs & Hannonijs etiam annales inducias edicto publico ſanxerunt.	6 11 Ianuari
	ORDINES cum viderent Antuerpiam obſideri, omni vi & ope contenderunt, vt Buſcoducum, vrbem omnium eius prouinciæ munitiſſimam, proditione caperent, cum ciuibus nōnullis hoc egerunt, & Comiti Holachio, eius intercipiendæ curam demandarunt.	

TEMPORA		LOCA
1 18 Ianuar.	HIC Comes Holachius circiter quatuor vel tria hominū millia ex ſuis & alijs præſidijs collegit, quos ad inſidias certo loco diſpoſuit, ex quibus ducentos equites Germanos, & Sclopetariorum cohortes aliquot, ad vrbem miſerat, [1] eorundem quinquaginta delecti, media nocte duas caſas, quæ vrbis portæ præcipuæ propemodum hærebant, ſelonijs recipiendis, magno ſilentio occuparunt, vbi cum hora octaua diei [2] portā Antuerpienſem (Vulgò die Vuchter port) ciues aperuiſſent, quinquaginta illi, egreſſos ad ſpeculandum occiderunt, & ſtatim portæ cuſtodes, eiuſque turrim, illorum quinque ſubeūt, ne quis clatratam portam (aliàs den Schoßgatter) ex ſuperiori contignatione deijceret, ad impediendum, ea, per portam ingredienti quominus venturo militi pateret, In ea vnus tantum ab ijs inuentus, idemque ſenex, cui tot inflixêre vulnera, vt ipſis animam exhalaturus breui videretur.	12 g Bolduc vel Therzogēboſs.
	PER id tempus ducenti, quos dixi, equites & Sclopetarij Holachij, vrbem per portam illam à ſuis captam, ſunt ingreſſi, & maximis editis clamoribus, VRBS acclamabant capta, & vrbs victa eſt. (La ville gaignè gallicè) His vocibus quinque illi milites, qui turrim conſcenderant excitati, relicta turri, & vulnerato ſene illo, accurrerunt direptioni vrbis, quam Holachius illis ex promiſſo donarat, interfuturi.	10 k Antuerpia
2 19 Ianuar.	AT pridiè in vrbem venerunt quadraginta Lanceārij Sequani & Itali, equiteſque Sequani & Bombardarij, & aliquot ſclopetarij, non vt vrbem tuerentur, ſed vt merces quorundam ac bona in eam tutò commearent, atque deducerent, id quòd ſæpè antea facere conſueuerunt. Hi ad captæ vrbis hoſtiles exclamationes, hora autè meridiem octaua quæ imminebat, confectis ſuis rebus diſceſſuri, equos, quibus iam frena iniecerant, conſcendunt, & conſertim facto agmine, Hoſtem qui in foro alijsque tribus locis conuenerat impetunt, & equitatum prius ſunt aggreſſi. Acriter ita vtrinque pugnatum fuit.	
3 27 Ianuar	HOSTIS tandem cum aſpiceret Ciues ſe illis adiungere, & duo illorum præſidiariorum ſigna, neque cuiquam parci, animis cecíderunt, ſeque proditos credentes, fugam cæperunt, tanta cum animorum perturbatione, vt propè ducenti ſeſe ex mœnibus in foſſas ſaluti conſulturi ſuæ ſeſe precipitarint, quibus ex foſſis indè extracti ſunt permulti, Inter hoſtes non pauci erant viri nobiles, Cæſorū numerus ad quingentos æſtimatur, præcipui nominātur, Truchſeſij Frater Ferdinādus Colonienſis Canonicus, & Nobilis quidā Attrebas Marchettus nomine præfectus Oſtendæ, Auriaci porrò Principis filius quidā illegitimus, & alter quoq; Caſimiri, naturalis vt dicum frater etiam illegitimus, & aliquot alij non diſſimilis generis nobiles. Holoſericis quoque veſtibus induti, & plerique aureis, & torquibus ornati. Ex ijs qui proditionis conſcij fuere circiter 25 laqueo ſuſpenſi. Holachius Comes ſtatim ſub initium, equo mutato, celerrimè ad eos, quos foris numero trium millium ad inſidias collocarat accurrit, vt vrbem, quàm eſſe iam ſuam putabat, ingrederentur. At vbi adueniſſent, portam clatra clauſam reperiunt, ſuoſque ex mœnibus ſeſe ad fugam præcipites dare, coram palamque vident, Tum demùm Holachius, vnà cùm Iſſelſtenio Hueſdenæ Gubernatore, ſuiſque Tribunis, muliebrem pedem retrahit, fugaque ſibi familiari, Getrudisbergam (vti anteà Antuerpiam) ac deinde Dordracum redijt.	6 k Oſtenda. 11 g Gertrudsbergen. 10 g Dordrecht.
4 7 Februar.	BRVXELLENSES, tandem legatos ad Parmenſem expediuerunt [4] reconciliationis obtinendæ cauſſa, cum tanta premerentur annonæ penuria, vt vltrà 20. aut triginta homines ibidem famæ perirent indies. Res ſanè miſeranda, quòd necdum in petita reconciliatione media propoſiti erint quæ Parmenſi Regis nomine acceptanda fuiſſent, quin potius re infecta, magna cum Principis indignatione Bruxellam redierint. [5] Nominantur ex legatis quatuor præcipui. Graphiarius nimirùm, vrbis Conſul Brayerus, Varouſius, & Petrus, quidam præſidiarium ductor primarius, Sergant mayor gallicè aliàs appellatus.	
5 9 Februar.	IMPLORABAT	10 l Bruſſel.

LOCA

TEMPORA

IMPLORABAT interea, Capitulum Ecclesiæ Argentoratensis Metropolitanæ Senatus ibidem patrocinium contrà Præpositum Coloniensem Comitem de VVingenstein, Solmensem, & VVinneburgium excomunicatos, vt diximus, qui non cessabant frumenta & vina, quæ ad cõmunitatem pertinebant, diuendere, alienare, & transportare, Saxoniæ quoque Ducis Friderici, Decani nuper electi prouentus, ex agro in vrbem per Ciues aduectos, similiter distrahere, ceteris Canonicis annuos reditus negare, & alia multa in totius Collegij præiudicium facere. Verùm capitulum à Senatu nihil obtinens, cùm excommunicati se contrà Magistratui purgare viderentur, petierunt vt Senatus Aduersariorum suorum querelas, in posterum tanquam iniustas non admitteret, quod à fautoribus suis haud granatè impetrauerunt.

10 k Mechlinia.

1 10 Februa.

ANTVERPIENSES à reconciliatione tantum obstiterunt, vt iuramenti cuius anteà mentionem feci formulam quà ne quis de pace verba faciat vetatur, renouarint multoq; strictius, recens sanxerint, atque in hanc sententiam iurauerint.

10 l Bruxella.

IVRAMENTI FORMVLA.

IVRO ego, me perpetuò pro viribus, communem protectionem, Belgij ordinum Generalium, qui dicuntur, sententia & decreto, contrà Hispaniæ Regem, & eidem hærentes, ac Belgicarum ditionum inimicos & hostes subscriptam, defensurum, cunctisq; corporis ac bonorum viribus tutaturum, eamque me nunquàm, vlla omninò ratione deserturum, neque vnquàm, vlli, cum iisdem hostibus concordiæ, vel pacificationi assensurum, de eaue locuturum quicquam, vel penitus communicaturum, negotiaturumue, neque me ei vllo modò secretò palamue admixturum. Quinimò huiusmodi concordiæ, reconciliationi, pacificationi, negociationiue, nisi id mihi ex mutuo fœderatorum Belgij prouinciarum decreto ac permissu licebit, quantumcunque dabitur, prorsus obsistam, meque viriliter opponam. Si quid huic iuramento contrarium, quomodocunque fieri, geri, vel promoueri sciuero. Sanctè iuro me id omne euestigiò, ad Consules & Scabinos tanquam supremum vrbis magistratum, vicinumque militares præfectos, tribunosque & eorum vicarios delaturum.

10 k Antuerpia.

HORRENDVM circà hoc tempus facinus nunciabatur, mulierem scilicet quandam, prolem habentem numerosam, cum omnia iam consumpsisset, & pueri assiduo ploratu eiulatuque famelici & moribundi animum maternum cruciassent, venenum lethale sibi comparasse, mixtoque poculo indè primam bibisse, & iam morituram, pueris suis propinasse, atque ita omnes miserrima morte interijsse.

10 f Hollãdia.

PARMENSIS interim opera sua prosequitur. Glacies quòminus tũc perficiatur obfuit. Sed primo verè absolutum iri crederunt, Hollandi & Zelandi, qui classem ad opera illa deijciendũ struebant, rem suis tam rem agebant. Primùm quòd impensæ (quæ potens futura & par conatibus) eram maximæ. Deinde, quod facile sibi persuaderent frustrà Parmensem operum absolutionem tentare, nec adhuc ipsis necessarium videri, illa, vt deijcerent, aggredi, cum iter ipsis nõdum occluderetur. Tantisper igitur illic Parmensem distinendum, ne aliam expeditionem sibi multo fœliciorem, ab hac liber moueat. In vtriusque ripæ aggeribus tormenta collocauit, transeũtibus nauibus impetendis. Et in castris habuit alia maiora, qua draginta, quasi Antuerpiam obsidere velle videretur.

8 h Zelandia.

2 12 Februa.

1585. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA — LOCA

BLIXELLENSES inopia frumenti supra modum laborabant, ob quam & immunes obsidionis discrimen vrbe multi tentabant profugere. At Parmensis vi bis pertinacia peruasus non patiebatur, eos quin capi trucidarique iussit, qui in militis potestatem venerint. Duo etiam ciuium Antuerpiensium militum Tribuni, quos Columnellos nominant, sua bona vicinetes aliorum nomine, conuasarant, & nauibus impoſuerant, alio propter periculum quod metuebant, vehenda impediji gelu, tum Nauis, nescio quid expilantes, ne ovam soluerent. Interim, re cognita fuere detenta & addicta fisco. Quam ob causam Edicto constituerum sub pœna capitis, ne quis vrbe alio migret, quinque, qui tentarunt, laqueo credebantur iugulãdi; Ecce libertas

7 P Cameraci

1 13 Februar.

POPVLVS pacem optabat quidem, sed poscere non audebat. Auxiliorum spe, ab Aldegundio Consule, qui Antuerpienses breui liberandos iactabat, in officio ciues continentur. Nõnullos vrbe, tanquam suspectos ejici iubet. Deinde paulò pòst eos reuocat, Plena illic metus ac suspicionum omnia. Interim Parmensis Fœcialem cum literis mittit, pendi maximumque quas dederat exemplum adiungit, quod, inquit, videat, eas cum ipsis non fuisse communicatas. Hæc fieri à paucis seditiosis, qui bellum alant, & bona sua Antuerpiæ augeant, vt imminente grauiori periculo, relictis illis, alio se recipiant, eorum capitibus ad priuata sua commoda prorsus abutentes. Ergo videant, ne tanta illorum perfidia ad exitium propripiantur, dum adhuc ipsis est integrum, oblatam à se reconciliationem obuijs vlnis amplectantur, ne serò, vt phryges sapiant. Nam, quòd ab ijs seditiosis persuadentur, Francum illorum causam esse susceptum, illos errare toto cœlo.

9 g Briel.

QVIN & Hispaniæ Regis Legatus Mendoza, Henrico Regi Francorũ exposuit, ipsum salua eius dignitate, ordines audire non posse, suo Regi rebelles, hoc ad omnem remp. Christianam, quæ talium hominum seditionibus perturbetur, pertinere maximè. Deinde, ad iniuriam, omnibus Regijs ac Principibus viris, quorũ interest, ne quis ipsorum rebelles audiat, nedum recipiat, aut iuuet palàm fieri, Et quod insuper ad Hispaniæ Regem attinet, pacem quam eò pepigit & hoc nomine, quò propinquior foret, affinitatem & amicitiam, qua de re diserte contestaretur, à franco violari.

3 m Bolonia.

AD hæc Henricus (aiunt illi) respondit: Se ordinum legatos non tanquàm Rebelles, sed vt oppressos auditurum. Oppressis audientiam Christianos Reges negare non solere, nec posse nec debere, præcipuè, quos suo naturali vero q principi reconciliet. Illos enim referre, se Hispaniæ Regi multos supplices in id misisse, & vt licuit potuisse libellos, & ad nullum ipsis fuisse responsum. Itaque esse cuilibet integrum, à denegata iustitia prouocare.

3 p Abeuil

REGINA mater, quò fortassis datam ordinibus fidem probaret, eosque excitaret, & in spe retineret, se Cameracum, eius vrbis, non iure nuper occupatæ, possessionem sibi capiendam [1] profectura dicebatur, Sed & de legatis ordinũ Belgij indies varia narrabantur. [2] Nã Regij illum nolle ipsorũ defensionem suscipere confirmabant, pacem velle colere, & in gratia Reipublicæ quietem conseruare: Ordines verò, illam amplexuram, & ipsis præclara polliceri, plenis buccis iactare non verentur.

2 p Diepe.

MISSOS enim ab illis aiebant legatos, vt illi offerrent perpetuæ clientelæ obsequiũ, pro se, ac liberis, & posteris eorum, duodecim viros præcipuos. Primi erant ordinum fœderatorũ proprij, alij verò Ciuitatum, cum mandatis, vt earum nomine, quæ primi illi paciscerentur, rata haberent, subscriberent, & seorsum etiam consensum præstarent, & de ijs omnibus literas franco quilibet traderet, proprio ciuitatis sigillo confirmatas. Verùm cum Legati Briela discederet, antequam Diepam appulissent, atq; ad Henricũ Regem pergressi, Idij, nouem Lutetiæ miliaribus oppidum peruenissent, (malo omine) magnis cum maris tempestatibus luctantes, Boloniam reiecti sunt, terra igitur Abauillam appellentes, nõ illustres, vt sperabant, 72 nauigijs ad Regem, non suum, sed alienum venerunt.

5 f Paris.

2 14 Februa.

5 r S Lis.

10 k Antuerpia.

CAETERVM

LOCA

TEMPORA

CAETERVM quòd ad legationem ordinum Battauicam ad Francum miſſam attinet, appulerunt, vt antè dixi, Legati Senliſium, & auditi ſunt à Rege Franciæ, qui eos ad Reginã matrem remiſit. Latè ſanè illius legationis fama peruagabatur, & proteſtatium Principes, ſi Francus ordines velit defendere, vno omnes ſeſe fœdere, & Nauarræum, contra Hiſpaniæ Regem coniuncturos, Dicebant Iacobum Pardilianum Segurium, de quo antea dixi Nauarrei Regis legatum, & Anglam, quæ ſecretum etiã in Germaniam legatum in id ad Principes miſiſſe dicebatur, communibus conſilijs hoc agere. 1 13 Februa.

11 c Enchuiſẽ. ETSI autem ordines tanto conatu legationem illã ſuſceperunt ad Francum; eam tamen vrbes quædam improbant: Nam Enchuſiani Hollandiæ, quorum Conſul Catholicæ religioni fauet, & Hornenſes conteſtati ſunt, ſe à Franco auxilia non poſcere, quoniam ſi bellum fieri ne ceſſe ſit, ſe ſuis viribus id geſturos, Si pax ſuſcipienda querendaue, ſe eam per ſe à ſuo Rege, non per Francum impetrare velle: Idem præterea ſenſerunt Nouiomagenſes Gelriæ, & Venlonenſes. 2 15 Februa.

11 d Horn. VELVA Geldriæ pars minimè contemnenda, in Principis Parmenſis tandem etiam peruenit, pro Rege ſui poteſtatem. Idque virtute Verdugi Gubernatoris Friſiæ atque eius locumtenentis Taxij, qui hoc nomine relicto Oldenſelio, profectus eſt cum ſuis militibus Zutphaniam vſque, atque ibidem Iſelam penetrans, in Veluam ad eam obtinendam properauit, feliciterque, vt ex eius ipſius literis [2] accepi, rem peregit. 3 18 Februa.

13 g Neumegẽ REGINA Franciæ mater, ad quam Rex ordinum Belgij legatos remiſit, per duas integras horas patienter ac benignè eos audiuit [3] Senatus prouinciarum quos illi parlamenta vocant, ſuo expoſuerunt Regi, honeſtè illum Ordines Belgij ſuo Domino rebellantes tueri, niſi exemplo malo, nec poſſe, nec etiam decere, Hinc Regi Hiſpaniarum addicti Belgæ aſſerũt, nolle Francum eorum cauſſam ſuſcipere. Ipſi verò recalcitrantes, Francis confiſi, magnos ſibi ſummentes ſpiritus, Regem velle affirmant, fortaſſis ex eo quoque, quod cum Lutetiam 60: equis ordinum Legati appuliſſent, ibidem ſe Regis imperſis exceptos ſenſerunt, atque à Rege & Regina matre, adicas ſuas Rhedas, quibus ad aulam perhonorifice veherentur miſſas viderint, aliaque humanitatis ſigna perceperint. 4 19 Februa.

14 f Venlo. INTEREA dum expectatur Angliæ Reginæ legatus, Tex qui ordines Lutetiæ pluſquam horam integram audiuit, illos ne egreferrent reſponſum ſibi tamdiu differri, rogauit: Se enim expectare Comitem ſuæ Ducem Arbium ex Anglia, cum quo priùs rem oporteat communicari: Qui paulò pòſt cum 100 equis, & egregio commeatu m ſſus aduenit, Regi gratiſſimus, ordinem Caligulæ Anglicum (quem Gartier vulgo vocant) adferens, cuius præcipua mandata, licet ſecreta, fuiſſe aiunt, Francum ordinibus propicium redderet, ne ordines deſerat, eumque cohortetur, vt eos ipſe pro virili tueatur, cum eius interſit magnopere, Illum ipſi & auxilia quæcunque ſuppeditarum, quibuſcunque tum quantiſcunque viribus neceſſe videbitur, quod Franco ſanctè polliceatur, reipſa teſtetur ac confirmet, omninòque perſuadeat. 5 25 Februa.

13 e Velua. PRINCEPS Chimeius Arſcoti Ducis filius ſeſe Eccleſiæ Catholicæ Romanæ, à qua ad reformatam, vt appellant, defecerat, Tornaci publicè reconciliauit, Nam in ſummam vrbis (cuius Epiſcopus factus eſt Maximilianus Morillonius) ædem ſacrã, ſolemni more profectus, in ea miſſam audiuit vti Catholicus, Et domeſticos, qui idem non fecêre dimiſit, nec amplius domi recepit. 6 26 27 18 Februarij.

7 m Tornacũ. PARMENSIS vt opera ſua acceleraret, nec occaſiones vllas occludendi Scaldim amitteret, edixit [4] vt quotquot ſunt nautæ in Flandria, ij omnes Calloum ad certum diem [5] venirent. Interim capitur Gulielmus de Bloys Terlonius Præfectus maris ex parte Ordinũ conſtitutus, de quo paulo inferius dicemus, adeò, vt eius prætextu, quinq; [6] diebus integris, Antuerpiæ ab Adegundio Conſule porta clauſa, tenerentur [7] ne quis conſiliorum Terlonij conſcius vrbe, ſi qui forte fuerint, poſſet effugere. 7 1.2. Martij.


HORST
Gosfeld
Lun
A Rond Battery



1585. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA — LOCA

ARX, Horſtum nomine, iam ſatiſdiu obſeſſa, ſeſe tandem Ernesto Principi Electori Colonienſi dedidit, [1] Miles, cuius numerus erat centum quinquaginta, vita ſalua, cinctus enſe, cum ijs quæ ferre potuit, loco cesſit.

EODEM die [1] Nouenarius Comes Geldriæ datus ab ordinibus Gubernator, Nouiomagum cum tribus equitum vexillis, ac totidem peditum ſignis factioni ſuæ ſuppetias lanarus venit. Nam Regij per Catholicos, qui in ciuitate ſunt, effecerant, vt templa ſibi certa præſtituta die peterent, quo per eam occaſionem, orta contra Caluinianos contentione, Regij à Catholicis adiuti, vrbem occuparent ſubitò & ex improuiſo. At hi cum præcipitata celeritate aduenirent, Ruſtici ex agris in vrbem confugientes illos detexerunt, Ciues qui cum ijs cõuenerant, etiamſi Catholici, tamen neſcio quibus ex ſuſpicionibus metuerunt, ne ijs vrbem diriperent Regij, Se igitur mutata animi ſententia, ad ſe mutuò tuendum, Caluinianis inopinatò comunxerunt, Regioſq; tùm fruſtrauerunt.

1 6 Martij. — 13 g Nouiomagum.

SCHENKIVS oppido quaſcunque poteſt ſtruxit inſidias, ac cum Camillo quodam Italo rei militaris Duce, haud procul munitionem ad flumen figere conatur, qua hoſti trãſitum abripiat, & vrbem ad acceptandas conditiones adigat. Locus is eſt vbi Rhenus in duo cornua ſeſe diuidit, & ob hoc à Virgilio Rhenus Bicornus appellatur.

BRVXELLENSES ſe tandem cum Rege per Parmenſem Principem, ijs fere quæ ſequuntur condicionibus reconciliarunt, [2] Ciues quidem per ſe à præſidia ijs ſeorſim, quarũ condicionum capita ſunt clementiæ ſanè & æquitatis, ſi res expendatur plena, quibus.

BRVXELLENSIBVS.

OMNIA condonantur, Templa, & Religionem Catholicorum in integrum reſtituent: Ablata Regis Sacello reddent: Salua illis priuilegia, ſed quæ ex ijs anſam ſeditionum præbent, ea ex ordinũ auctoritate recognita corrigentur: Nulla illis pecuniæ mulcta, ob ea quæ tumultibus admiſſa ſunt, imponetur: Quos eorum vrbe Antuerpia, redditus habent, ac cenſus ſalui manent. Biennium nouam Religionem profeſſis, ad expedienda ſua negotia permittitur. Rex in ſua redintegrabitur. Ædes Cardinalis Granuellani à ſe corruptas, Comitis Mansfeldij, cæterorumq; Regiorum procerum reſtaurabunt, & ijs ſurrepta quæ ſolo mouentur bona reſtituent, damnaq; ſarcient. Tributa ab ijs indicta, non iniuſta, donec ea debentur ſatisfecerint, tolerabuntur, Antuerpianis & Mechlinianis pactiones ſuſcipere licere dummodo tempeſtiuè, conceditur.

2 10 Martij. — 10 l. Bruxella.

PRAESIDIARIIS.

CVM Milite vrbis præſidiario ſic conuentum eſt. Externus cum liberis, armis, & bonis, quo Parmenſi lubebit diſcedat, Hoc interno minimè datur, Quid debetur ſi poteſt recipiat, ne vi tamen auferat: Templius vrbis præſidij Præfectus ne in Brabantia Mechliniaue contra Regem intrà ſex menſes militet. Nec tres item alij militares eius qui nominantur Duces. Præſidiarius verò, ne intra menſes quatuor. Fuit autem præſidiariorum numerus præter equites, vt aiunt, triginta duo peditum ſigna. Quorum perſoluendis quatuor menſium ſtipendijs. Montium vrbs pecuniam mutuò dare creditur Bruxellanis.

RICHARDOTVS Artheſij Præſes, vir rerum agendarum peritiſſimus, & Garnerius ille Regis rerum Status Secretarius, hiſce condicionibus iam breuiter relatis, executioni mãdandis Bruxellam ſunt ingreſſi [3] quarta vel quinta die poſt illorum ingreſſum, dicebantur præſidiarij milites tota vrbe exceſiſſe, eosq; in Galliam Cameracum verſus contendiſſe.

3 12 Martij. — 6 m Artheſia.

NVNC

ALEXANDRO FARNESIO LEONEM

LOCA

TEMPORA

NVNC priuſquam de Noiomagenſibus dicere pergam vlterius, Torlonij (de quo ſuprà me dicturum pollicitus ſum) cauſſam paucis expediam, Ordines Reg. Hiſpaniarum necdum reconciliati, detexerunt ex Anglia, & Hiſpania, & ex Gallia (cuius in Hiſpania Legatus) Guilielmum de Blois, Torlonium, ſuum maris præfectum Philippo 2 Hiſpaniæ Regi præcipuos Hollandiæ Zelandiæq; maritimos portus vnà cum inſtructis quadraginta nauibus, quibus præerat, tradere eis conditionibus, voluiſſe.

1
13 Martij.

13 g Nieumegē

NIMIRVM ſi ei Rex admiſſa condonaret. Si aurei velleris ordine, torque, & inſignibus donaretur, ſi quæ denique mari ipſe quæſijt, ea omnia ſibi ſalua reſponderentur (Dicitur autem vltra ſexcentena millia lucratus) inuenta ſunt domi ſuæ quingenta in numerata pecunia, habebat etiam pretioſam ſuppellectilem omnem illam præcipuè, quam Duce de Medina (alio miſſo à Rege in Belgij Gubernatorem mari eripuerat tempore Ducis Albani. Emerat etiam feudum longè ditiſſimum in Zelandia, ſplendidèq; viuebat ac delicatè.

HIC erat vt dixi, maris Hollandici & Zelandici præfectus, VValkraq, Inſulæ Zeldiæ, Gubernator, Natus Briela, quem portum, vnà cum Marchia Comite Lumeo, de quo suo loco tractaui, [2] ſub tumultuum initia Auriaco capit, multa tum in eo licet natali ſolo vſus crudelitate. Cum igitur poſtremo in mari degeret, Ordines eum ad ſe ſpecie de rebus, quas eorum ad Francum Legati monerent conſultandi Mittelburgum accerſiuêre.

2
16 Martij.

10 f Hollādia.

ADVENIT nihil metuens, eueſtigiòq, captus eſt, & cum eo ſeptem militaris rei maritimæ Duces, Ordinumq, tredecim, quos vocant Officiarij. Captus quoque fuit Altæus militum prædiariorum Fliſſingæ Præfectus, & alius quidam Nobilis ex præcipuis, Torlonius ſtatim detruſus fuit in infimum carcerem eodem Mittelburgi oppido. Accuſatur, artificioſe obſtitiſſe cùm ei tamquam maris præfecto cura eſſet demandata opera Parmenſis ad Scaldim, ac naues deijcere, ne fieret perpetuò procraſtinans, vtcunque modò, aliam poſtea cauſſam attuliſſet, & multos fidos ordinibus nautarum, ac rei militaris præfectos exauctoraſſet, eiſque aptos ſuæ coniurationis, vt dicunt ſubſtituiſſet.

3
17 Martij

8 g Zelandia.

CATHOLICI qui Neomagi ſibi templa concedi flagitarunt Regios, qui ea ex occaſione ingreſſuri erant, metu direptionis, vt dixi [1] antea non admiſerunt. Neuenarius Comes veluti Geldriæ Gubernator, opem ſuæ quoque factioni laturus, Noiomagum venit, ibi duo priſtini molitores, vt relatum eſt, à fronte in eius pectus, ex ſclopetis, globos duos ſunt eiaculati, verùm tamen quod armatus eſſet, irritis ictibus, à tergo autem vnà eum impetiſſe narrabatur duo Tereniſtarij, vnus ei caput ſecuri diffindere nixus eſt, ſed hunc ictū ei auerti quidam Catholicus, alter eum punctum Hallabarda, quam vocant, tranſigere tentauit, ſed fruſtrà, et ſi dorſum petiiſſet, quoniam armatus Vrbe aūt tumultuante Catholici Schenckium, qui prope ceteris erat, cum milite euocarunt, [1] quo Caluiniani refiſteret vndè factum eſt vt tandem Caluiniani à Catholicis vrbe Noiomago expellerentur, ipſeq. Schenckius in vrbem vltrò citròque ingrederetur & egrederetur [2] Mitterentque ad Parmenſem Principem, qui cum ipſis ad reconciliationem cum rege conferat itaque vrbs, etſi nondum [3] erat conuentū pro Rege tamen ſtare certò affirmabatur. [4] Maximi ſanè momenti res cōtra Ordines, & Hollandos, qui cum pulſi ſunt Velua, hoc porrò traiectu, obtenta hac ciuitate, prohibeantur.

4
22 Martij.

10 k Antuerpia.

Iam verò propter Pontem, ECCE, à Parmenſi mirando ſtratum atque munitum artificio, nauium quaſo poſthac Antuerpienſibus quis accedet?


A
B
C
D
E
Scalde
A. Die Fort van Oosten leyt met 11. Canonen.
B. Die Fort van Callo leyt met 12. Canonen.
C. Die nye Fort beyden Callo leyt met 9 Canon.
D. Die Wester Fort, leyt met vel geschutz.
E. Eyken Schip met kruyt munition ouf 4 seylen die voor
F. Die Vaert met gesponden der Scalde.


A
B
C
D
E
F
Antwerpen
Citadel
Cattle
Gate
Ravelin
Gate
Ravelin
Gate
Ravelin

TEMPORA

LOCA

ANTVERPIA verò etsi perpetuò sui similis non cadit, magnis tamen incommodis afficitur, nam negociatione omni & commercijs, à quibus solis gloriam & opes captat, excluditur, & inopia commeatus ac lignorum, & reliquis necessarijs sensim premitur, iam enim intrà trimestre plus minùs, in eam vrbem aliundè naues non aduauigarunt, Trecentæ nempè illæ, quæ isthuc ex Hollandia, cursum rapuerunt, propter fractam flumine glaciem domum reuerterunt, merces apud suos, & quæ vehebant omnia exonerarunt.

1 Aprilis.

10 k Antuerpia.

AC licet Nautæ Hollandi, se non amplius reuersuros minantur, quòd quoties ab hinc tribus ferè mensibus hactenus transitum tentarint, prosper sese ventus stiterit, ne progrederentur vlterius, ac si esset, inquiunt) Æolus Regijs contrà Ordines confœderatus.

ATTAMEN conātur miseris illis (qui antea fuere ditissimi) persuadere quidam, ex hoc Ponte Parmensis strato, illos nihil omninò incommodi sensuros, vtque fucatæ suæ persuasioni colorem obducerent. In Scaldi ventum concitatum esse narrant, qui & imbrium tempestate accedente, Principis Parmensis (quæ ad viuum exprimit imago præcedens) opera disiecerit. Addunt illorum fragmenta nonnulla Antuerpiam vsque vecta. Duas etiam naues ex multis quas ad Lillorum in hostem Princeps habebat, ea tempestate etiam eiectas. Spargunt præterea, ne plebis animus deficiat, Franciæ Regem Ordinum prouincias & vrbes defendendas suscepisse, eoque exercituum comparare, quem in procinctu iam esse asserebant. Atque his quidem verbis vana spe aluntur Antuerpienses.

10 f Hollādia.

IAM verò, non verbis solum, verùm etiam rebus ipsis, Antuerpiensibus imponere student. Nam magnam nauem lapidibus oneratam, quasi verò hac eadem efficere possent, vt opera illa tam fortiter coherentia firmiterque consistentia Parmensis obruerent, Deinde omnem picem, aliamque igni conficiendo materiā, vno vbique die tota Hollandia & Zelandia coemerunt, aut saltem se coemisisse finxerunt, ac nautas aliquot, qui rem perficerent vrbe cum nauibus & ijgnibus emiserunt, nauibus & operibus illis Parmensis, cum primùm vrendis. Quæ quidem quatuor ferè sunt quibus Antuerpiensibus simplicioribus imponitur.

2 5 Aprilis.

NAM etsi Lintres illinc Antuerpiam ab undis deuectas, atque ducentis ferreis anchoris onustas Statibus fuentes asserunt: è contrario tamen partim id negant Regij, partim affirmant. Parmensem scilicet Ducem octo sexue nauibus instructis ac triremibus, aliisque nauigijs ac lintribus 12. quibus hosti flumen occludat ne transeat, suppleuisse operum defectum.

10 h Lilloo.

ALENZONIVS quoque, licet ordinum causſam tempore mortis suæ, Regi Henrico Fratri multùm commendauerit, atque per testamentum 18 Iunij confectum ita inter cætera dixerit. Inferiores prouincia mihi perquam charæ, Ducis Comitisque quod adhuc mihi debetur nomen vendiderunt, Ergò si quid apud illos possum, rogo, vt id omne in te, mi Domine, transferant. Cui ego etiam posteriq; tuis ac successoribus omnia, quæ in illis Prouincijs, iura habeo prætendone, vigore contractuum, quos cum illis solemniter inij, relinquo ac dono. Et quoniam Cameracum huic Regno tamquam propugnaculum viribus tuis a me quæsitum seruire potest, ego verò cos ciues ex contractu teneor defendere. Supplex a te, mi Domine, Deoque opt. max. flagito, vt quid iuris in ea vrbe mihi est & authoritatis, acceptes tanquam probum populum ab omni quoque iniuria appressioneue defendas, &c. Item Angliæ Regina per Ducem Arbium pro ordinibus multum apud Regem Franciæ intercessit, vt antea dixi. Ficti tamen omnia hæc a Rege Reginaque Franciæ fieri cum ordinum Legatis, quo decipiantur, Regij asserunt.

3 9 Aprilis.

7 p Cameracū

ANTVERPIENSIVM

LOCA

TEMPORA

ANTVERPIENSIVM Conſul Aldegundus Tubicem fictum ex Francia Antuerpiam ingredi procuraſſe dicebatur, qui nuntium ferret (ne plebs, clauſo anno 25 Februarij menſis præteriti, commoueretur) Henricum ſcilicet Regem Francia, ordines, ciſq; fœderatos tueri velle, iamque defendendos ſuſcepiſſe, vbi verò literas nullas traderet, falſi fuiſſe facile ſuſpectum: Nam & de comburendis operibus Parmenſis, quid tentauerint, quodq; tandem nauem lapidibus oneratam vi fluminis, in opera Parmenſis, vt ea deſtruat, tranſmiſerunt, nihil operæpretium per illos effectum eſt, nam incaſſum & fruſtrà tentarunt omnia, vanaque ſpe lactarum facilè credentes, opera nimirùm Parmenſis & pontem poſſe dirui de quo in Scaldi fluuio ſtrato (cum non parua hominum admiratione ſit abſolutus) hæc quæ ſequuntur, ad inſolitæ rei memoriam ſubieci. In vtraque fluminis ripa orientali Brabantica videlicet, & occidentali nimirùm Flandrica, munitiſſimum erat ædificatum propugnaculum, illud munitio Ordamenſis hoc Caloenſis à vicinis pagis dicebatur, erantq; in hoc duodecim, in altero quindecim maxima tormenta, quartones dicta, ordine diſpoſita, ex vtraq; munitione pons ſublicius in Scaldim ad quadringentos aut quingentos pedes procurrebat, cuius extremæ trabes pedum erant quinquaginta, quod fluminis reliquum erat, altiùs fuerat quàm vt vado trabes infigni poſſent in extremitate vtriuſque ſublicij pontis, alia munitio erat, multis etiam tormentis arta: Inter vtramque hanc munitionem in ipſa fluuij profunditate XXXI. maiora nauigia recta ſerie erant diſpoſita, quorum puppes puppibus, & proræ proris, cathenis ferreis ex maximis rudentibus erant compilatæ atque deuinctæ, ferri verò aſſeribus latè conſternati per eundem pontem in vtranque munitionem commodiſſimum tranſitum prebebant, ſingulæ naues duabus anchoris vna ex prora altera ex puppi proiectæ ſtabant, duoque ſingula maiora tormenta, & triginta milites habebat.

10 k Anuerpia.

10 k Brabantia

1 4 Aprilis.

AD defenſionem verò nauium iſtarum ſeu pontis iſtius nauals, ne ab hoſtili claſſe diſſolueretur, ab vtraque parte qua pons Antuerpiam, & qua mare reſpicit, aliud opus ex quingentis & vltra malis quæ haberi poterant maximis concathenatis compaginatiſque ex duodecim anchoris natabat, ſpacio inter hanc molem & pontem mille pedum intermedio, vt impetus aduenientis claſſis, antequam ad pontem veniret, hac retardaretur.

7 l Flandria

TOTIVS vere pontis tàm ſublicij, quàm nauals longitudo pedum mille quingentorum nonaginta octo, quo ſpacio propugnacula ad ſe inuicem diſtabant. Ab vtroque verò vtriuſq; propugnaculi latere, decem præſidiariæ naues omni apparatu bellico inſtructæ, ſtabant ad omnem expeditionem paratæ. Habebat & Parmenſis ab vtraque pontis parte, in vtraque fluminis ripa plures munitiones, nec pauciores, bis illis Antuerpienſes Hollandi habebant.

QVI quidem Antuerpienſes, pontem (de quo diximus & cuius imaginem præcedens & ſubſequens figura exhibet) conuellere nitentes, ingentem nauim in eum demiſerunt. Erat hæc nauis tecto teſtudineato fornicis in modum, ex Sarcophagis, lapidibus molaribus, aliiſque grandioribus ſaxis facta, in alueum verò nauis multa pulueris tormentarij vaſcula erant miſſa, eſque fomentum igniarium additum tantæ longitudinis, quanta comburi poſſet.

10 f Hollãdia.

INTEREA dum nauis in itinere eſſet, cũque iam ad pontem deueniſſet, ignis ad puluerem iam proſerpens eum incenderat, quod ita factum eſt, vt comonſtrat figura, quæ ſequitur ad vnum expreſſa.

FLAN
DRI

BRA
BAN
TI
A

1585. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA | LOCA

PVLVIS enim ab igne incenſus, vi flamma incluſa, tectum nauis dilacerauit & ſaxa ingentia, omnem in partem ad dimidium & vltrà miliare, tanto cum fragore diſiecit, vt terrã moueri, aut mundi machinam diſſolui, hi qui in caſtris erant, exiſtimarent, multi qui in ponte erant, è ſaxorum ramentis perierunt, & pons ipſe multis in locis iſte diſſolutus. [1]

1
4 Aprilis. | 10 k Antuerpia.

INTERierunt hoc Stratagemate Marchio de Robaix, praterea Dominus de Billij, cum alijs quindecim nobilibus, & quinquaginta gregarijs militibus, quorũ cadauera poſtea partim reperta ſunt, partim in profluentem aquam deturbata, & à fluctibus abrepta. Horũ obitum Parmenſis ita luxiſſe ſcribitur, vt in mortuis, quantum eos viuos amauit, & quanti ſemper eorũ virtutem fecit, oſtenderet. Illuſceſcente die altera, pontem reſtaurari iuſſit Princeps magnanimus ille Parmenſis, tanta cum diligentia, vt paucis horis inſpectante & adiuuante exercitu, totum opus iterum compaginatum, coneatenatumque fuerit.

NON multò poſt Gregorius XIII. eius nominis, & IIII. in ordine Romanorum pontificum, eorum videlicet, quorum tempora, in hoc noſtro Leone Belgico deſcribuntur, poſt innumerabilia ſua in Eccleſiam beneficia (cum iam tredecim annos exegiſſet) in domino placidè obdormiuit, & terrenum hoc exitum celeſti patriâ commutauit. [3] Ad hunc, vt ei tanquam Pontifici Romano obedientiam præſtarent, paulò ante obitum ipſius venerunt ex vltimis terris Legati & conſanguinei Regum IAPANAE, Eſt aut Iapania longa & lata in oriente vltra Sinarum populos in gradu latitudinis 30, longitudinis verò 170 ſita, à Paulo Veneto Chriſe dicitur, inque varia regna N. R. M. I. I. diſtinguitur, Hæc à Franciſco Xauerio Societatis IESV Theologo, ad fidem Chriſtianam noſtra ætate adducta eſt. | 6 m Robaix.

2
5 Aprilis.

HVIVS incolæ, etſi Chriſtianiſmum magna ex parte iam dudum amplexi eſſent: Reges tamen & Principes difficulter induci potuerunt vt Chriſto crederent. Ante ſeptem tandem annos ab hoc anno 1587 retrò Chriſtiani facti ſunt tres eorum, FRANCISCVS nimirum Bungi Rex, Arimanarũ Rex PROTHASIVS, & BARTHOLOMAEVS Princeps Omuranorum. Horum Legati ad Gregorium miſſi, trinas in Conſiſtorio Romæ literas exhibuerũt, quarum inſcriptio, tenorque atque ſubſcriptio, ex parte Regis Bungi erat talis. | AIAPN.

ADORANDO, ET COELI REGIS LOCVM IN terris obtinenti magno & Sanctiſsimo Papæ.

SVMMI Dei auxilio ſupplicter implorato, magna cum humilitate ad ſanitatem veſtram ſcribere ingredior: DOMINVS Rector Poli, terræque, cuius imperium ſuper ſolem, lunam, & ſtellas ignoranti mihi, & profundis immerſo tenebris, claritatis ſuæ lumen iuſſit ſplendeſcere, ac noſtratibus præcipuè populis reſeruans arcam ſuæ miſericordiæ atque gemmarum, dignatus eſt ante annos quattuor & triginta deſtinare in hæc Iapaniæ Regna Patres è Societate IESV, quorum è ſalutari & diuina ſemente, nonnihil in meam quoque, dei benignitate, cecidit pectus. Quod tã inſigne beneficium, aliaque multa, ô Sanctiſſimè, totius Chriſtiani populi parens, veſtra potiſsimùm precationi meritiſque accepta equidem refero. Ac proinde niſi me bella, ſenium, & affecta valetudo impedirent; cor ferre ipſe me ad viſenda ac vene- | I.N.R.M.I.

3
10 Aprilis.

ALEXANDRO FARNESIO LEONEM

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

LOCA

1585.

TEMPORA

veneranda ſacratiſſima iſthæc loca ac ſimul obedientiam exhibens, pedes V. Sanctitatis, poſt pia ipſorum oſcula, capiti meo ſuper imponerem & ſanctiſſima veſtra manu pectus meum ſigno Crucis muniendum curarem.

SED quoniam iis, quas dixi cauſis impedior, ſororis meæ filium D. Hieronymum Regi Fiungæ filium cogitabam legare pro me. Verùm quando is in præſenti longe abeſt, & P. Viſitatoris inſtat profectio, D. Mancium, eius conſobrinum, eodem nomine mittere viſum eſt, à V. Sanctitate magni beneficij accipiam loco, ſi pro ea qua fungitur in terris Dei vice, meq, & Chriſtianum hunc gregem, vt facit, fouere atq, adiuuare perrexerit. Reliquiariam Thecam, per eundem P. Viſitatorem a V. Sanctitate mihi dono tranſmiſſam, accepi libens ac meo vertici venerabundus impoſui, atq, ob id V. Sanctitati gratias ago habeoque tantas, vt explicandis iis nullæ neque linguæ, neque ora ſufficiant. Non ero longior: quippe tum de regni huiuſce rebus, tum de meipſo coram ex P. Viſitatore & ex D. Mancio plura cognoſcet Sanctitas V quam ego verè & ex animo adorans, multò cum timore ac tremore haſce litteras exaraui XI. de Ianuarij Anno poſt Domini aduentum 1582. Subſcriptio: Sanctiſſimi pedibus beatitudinis veſtræ ſubſtratus, Franciſcus Bungi Rex.

I. Rex Búgi.

1 30 Martij

EX PARTE PROTHASII EXHIBITA EST IN Conſiſtorio Epiſtola talis.

CVM Dei gratia demiſſè & humiliter haſce literas offero Sanctitati V. Ante hoc biennium, qui fuit annus ab Aduentu Domini 1580 per Quadrageſimam, quibus maxime diebus pretioſa paſſio Domini noſtri IESV Chriſti recolitur, in magnis belli tumultibus, magna mearum rerum, familiæque meæ perturbatione, denique in profundo Gentilium tenebrarum iacenti mihi, dignatus eſt pater miſericordiarum, lucem veritatis, & rectum ad ſalutem iter oſtendere per Venerabilem Viſitatorem, alioſq, verbi Dei prædicatores è Societate IESV, qui enixè me adiuuerunt, perque Baptiſmi Sacramentum, ſuper me meoſque diuina gratia vorem è calo deuocarunt. Pro quo tali ac tanto beneficio mirè latus infinitas Regi cælorum ago gratias. Cumq, Sanctitas Veſtra Chriſtianum gregem vniuerſum moderetur & paſcat; valde mihi optatum, iſthuc venire, coramq, hum ſtratus, magna cum ſubmiſſione exhibere illi obedientiam; & poſt pedum oſcula beatorum, eoſmet meo capiti ſuper imponere. Sed quoniam rebus varijs impedito id mihi non licet, mitto cũ eodem P. Viſitatore, patruelem meũ D. Michaelem, vti pro me hoc munere pietatis officijq, fungatur. Ex eo ipſo mea vota, & alia cognoſcet V. Sanctitas: ac proinde non ero fuſior. Quam ego ex animo ſyncero & humili venerabundus adoro. Die 8. Ianuarij, Anno poſt domini aduentum 1582. Supſcriptio. Sanctitatis Veſtra ſubſternitur calceis D. Prothaſius. Huius Regis litera quas hìc inſerui, talem habebant Inſcriptionem, ad Gregorium XIII. Romanum Pontificem, directa.

II. Rex Arimanorũ.

REDdatur Epiſtola magno illi, & Sancto Domino, quem adoro Dei vices gerentem, Sed hactenus quidem de duorũ Regum Bungi ſcilicet, atque Arimanorum literis ſatis, nam Bartolomæi Principis Omuranorum literas poſt, in perpetuam conuerſionis gentium memoriam quoque proferam, vbi prius de recuperata Arprati caſtro in Diœceſi Colonienſi ſito breuibus hoc attulero, quòd nimirum miles præſidiarius Truchſeſij Gelria excedens ſubitò idipſum occupauit, tandem verò, ex parte Principis Erneſti Electoris Colonienſis. Saxo. Schvvartzenburgius & Groesbeck idem caſtrum obſidentes, à milite deditione facta, receperunt [2] maioreque atque vigilantiore præſidio munierunt.

15 c Erpradt.

1 menſe Aprilis.

1585. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA — LOCA

ARX, Horſtum nomine, iam ſatiſdiu obſeſſa, ſeſe tandem Ernesto Principi Electori Colonienſi dedidit, [1] Miles, cuius numerus erat centum quinquaginta, vita ſalua, cinctus enſe, cum ijs quæ ferre potuit, loco cesſit.

EODEM die [1] Nouenarius Comes Geldriæ datus ab ordinibus Gubernator, Noviomagum cum tribus equitum vexillis, ac totidem peditum ſignis factioni ſuæ ſuppetias laturus venit. Nam Regij per Catholicos, qui in ciuitate ſunt, effecerant, vt templa ſibi certa præſtituta die peterent, quo per eam occaſionem, orta contra Caluinianos contentione, Regij à Catholicis adiuti, vrbem occuparent ſubitò & ex improuiſo. At hi cum præcipitata celeritate aduenirent, Ruſtici ex agris in vrbem confugientes illos detexerunt, Cives qui cum ijs cōuenerant, etiamſi Catholici, tamen neſcio quibus ex ſuſpicionibus metuerunt, ne ijs vrbem diriperent Regij, Se igitur mutata animi ſententia, ad ſe mutuò tuendum, Caluinianis inopinatò coniunxerunt, Regioſq; tùm fruſtrauerunt.

13 g Noviomagum.

1 6 Martij.

SCHENKIVS oppido quaſcunque poteſt ſtruxit inſidias, ac cum Camillo quodam Italo rei militaris Duce, haud procul munitionem ad flumen figere conatur, qua hoſti iter ſitum abripiat, & vrbem ad acceptandas conditiones adigat. Locus is eſt vbi Rhenus in duo cornua ſeſe diuidit, & ob hoc à Virgilio Rhenus Bicornus appellatur.

BRVXELLENSES ſe tandem cum Rege per Parmenſem Principem, ijs fere quæ ſequuntur conditionibus reconciliarunt, [2] Ciues quidem per ſe à præſidiari ijs ſeorſim, quarū conditionum capita ſunt clementia ſanè & æquitatis, ſi res expendatur plena, quibus.

BRVXELLENSIBVS.

OMNIA condonantur, Templa, & Religionem Catholicorum in integrum reſtituent: Ablata Regis Sacello reddent: Salua illis priuilegia, ſed quæ ex ijs anſam ſeditionum præbent, ea ex ordinū auctoritate recognita corrigentur: Nulla illis pecunia mulcta, ob ea quæ tumultibus admiſſa ſunt, imponetur: Quos eorum vrbe Antuerpia, redditus habent, ac cenſus ſalui manent. Biennium nouam Religionem profeſſis, ad expedienda ſua negotia permittitur. Rex in ſua redintegrabitur. Ædes Cardinalis Granuellani à ſe corruptas, Comitis Manſfeldij, cæterorumq; Regiorum procerum reſtaurabunt, & ijs ſarrepta quæ ſolo mouentur bona reſtituent. damnaq; ſarcient. Tributa ab ijs indicta, non iniuſta, donec ea debentur ſatisfecerint, tolerabuntur, Antuerpianis & Mechliniensis pactiones ſuſcipere licere dummodo tempeſtiuè, conceditur.

101 Bruxella.

2 o Martij.

PRAESIDIARIIS.

CVM Milite vrbis præſidiario ſic conuentum eſt. Externus cum liberis, armis, & bonis, quo Parmenſi lubebit diſcedat, Hoc interno minimè datur, Quid debetur ſi poteſt recipiat, ne vi tamen auferat: Templius vrbis præſidij Præfectus ne in Brabantia Mechliniaue contra Regem intrà ſex menſes militet. Nec tres item alij militares eius qui nominantur Duces. Præſidiarius verò, ne intra menſes quatuor. Fuit autem præſidiariorum numerus præter equites, vt aiunt, triginta duo peditum ſigna. Quorum perſoluendis quatuor menſium ſtipendijs. Montium vrbs pecuniam mutuò dare creditur Bruxellanis.

6 m Artheſia.

3 Martij.

RICHARDOTVS Artheſij Præſes, vir rerum agendarum peritiſſimus, & Garnerius ille Regis rerum Status Secretarius, hiſce conditionibus iam breuiter relatis, executioni mādandis Bruxellam ſunt ingreſſi [3] quarta vel quinta die poſt illorum ingreſſum, dicebantur præſidiarij milites tota vrbe exceſſiſſe, eosq; in Galliam Cameracum verſus contendiſſe.

NVNC

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1585

LOCA

TEMPORA

NVNC priu'quam de Nouiomagenſibus dicere pergam vlterius, Torlonij (de quo ſuprà me dicturum pollicitus ſum) cauſſam paucis expediam, Ordines Reg. Hiſpaniarum necdum reconciliati, detexerunt ex Anglia, & Hiſpania, & ex Gallia (cuius in Hiſpania Legatus) Guilielmum de Blois, Terlonium, ſuum maris præfectum Philippo 2 Hiſpaniæ Regi præcipuos Hollandiæ Zelandiæq; maritimos portus vnà cum inſtructis quadraginta nauibus, quibus præerat, tradere his conditionibus, voluiſſe.

1
13 Martij.

13 g Nieumegē

NIMIRVM ſi ei Rex admiſſa condonaret. Si aurei velleris ordine, torque, & inſignibus donaretur, ſi quæ denique mari ipſe queſijt, ea omnia ſibi ſalua vel inquirerentur (Dicitur autem vltra ſexcentena millia lucratus) inuenta ſunt domi ſuæ quingenta in numerata pecunia, habebat etiam pretioſam ſuppellectilem omnem illam præcipuè, quam Duce de Medina Cali miſſo à Rege Belgij Gubernatorem mari eripuerat tempore Ducis Albani. Emerat etiam feudum longè dit ſimum in Zelandia ſplendidèq; viuebat ac delicatè.

HIC erat vt dixi, maris Hollandici & Zelandici præfectus, VValkræq, Inſulæ Zelandiæ, Gubernator, Natus Briela, quem portum, vnà cum Marchiæ Comite Lumeo, de quo suo loco tractaui, [2] ſub tumultuum initia Auriaco cæpit, multa tum in eo licet natali ſolo vſus crudelitate. Cum igitur poſtremo in mari degeret, Ordines eum ad ſe ſpecie de rebus, quas eorum ad Francum Legati monerent conſultandi Mittelburgum accerſiere.

2
16 Martij.

10 f Hollādia.

ADVENIT nihil metuens, eueſtigiòq, captus eſt & cum eo ſeptem militaris rei maritimæ Duces, Ordinumq, tredecim, quos vocant Officiarij, Captus quoque fuit Altanus militum prædiatorum Fliſſingæ Præfectus, & alius quidam Nobilis ex præcipuis, Terlonius ſtatim detruſus fuit in infimum carcerem eodem Mittelburgi oppido. Accuſatur, artificioſe obſtitiſſe cùm ei tam quam maris præfecto cura fuiſſet demandata opera Parmenſis ad Scaldim, ac naues deijcere, ne fieret perpetuò proceraſtinans, vanam modò, aliam poſtea cauſſam attuliſſet, & multos fidos ordinibus nautas, ac rei militaris præfectos exauctoraſſet, eijque aptos ſuæ coniurationis, vt dicunt ſubſtituiſſet.

3
17 Martij

CATHOLICI qui Neomagi ſibi templa concedi flagitarunt Regios, qui ea ex occaſione ingreſſuri erant, metu direptionis, vti dixi [1] antea non admiſerunt. Neuenarius Comes veluti Geldriæ Gubernator, opem ſuæ quoque factioni laturus, Nouiomagum venit, ibi duo priſtini molitores, vti relatum eſt, à fronte in eius pectus, ex ſclopetis, globos duos ſunt eiaculati, verùm tamen quod armatus eſſet, irritis ictibus, à tergo autem vnà eum impetiſſe narrabatur duo Cereuſiarij, vnus ei caput ſecuri diffindere nixus eſt, ſed hunc ictū ei auertit quidam Catholicus, alter eum punctum Hallabarda, quam vocant, tranſfigere tentauit, ſed fruſtrà, et ſi dorſum petiſſet, quoniam armatus Vrbe aūt tumultuante Catholici Schenckium, qui prope ceteris erat, cum milite euocarunt, [1] quo Caluinianis reſiſteret vndè factum eſt vt tandem Caluiniani à Catholicis vrbe Nouiomago expellerentur, ipſeq; Schenckius in vrbem vltrò citròque ingrederetur & egrederetur [2] Mitterentque ad Parmenſem Principem qui cum ipſis ad reconciliationem cum rege conferat itaque vrbs, etſi nondum [3] erat conuentū pro Rege tamen ſtare certò affirmabatur. [4] Maximi ſanè momenti res cōtra Ordines, & Hollandos, qui cum pulſi ſunt Velua, hoc porrò traiectu, obtenta hac ciuitate, prohibeantur.

4
22 Martij.

8 g Zelandia.

10 k Anuerpia.

Iam verò propter Pontem, ECCE, à Parmenſi mirando ſtratum atque munitum artificio, nauium quaſo poſthac Antuerpienſibus quis accedet?



Digitized by Google


BRABANT
ANTWERPEN
F
D
E
A

1585. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA | LOCA

ANTVERPIA verò etsi perpetuò sui similis non cadit, magnis tamen incommodis afficitur, nam negociatione omni, & commercijs, à quibus solis gloriam & opes captat, excluditur, & inopia commeatus ac lignorum, & reliquis necessarijs sensim premitur, iam enim intrà trimestre plus minùs, in eam vrbem aliundè naues non aduauigarunt, Trecentæ nempè illæ, quæ isthuc ex Hollandia, cursum rapuerunt, propter fractam flumine glaciem domum reuerterunt, merces apud suos, & quæ vehebant omnia exoneraruut.

1 Aprilis. — 10 k Antuerpia.

AC licet Nautæ Hollandi, se non amplius reuersuros minantur, quòd quoties ab hinc tribus ferè mensibus hactenus transitum tentarint, prosper sese ventus stiterit, ne progrederentur vlterius, ac si esset, inquiunt) Æolus Regijs contrà Ordines confœderatus.

ATTAMEN conātur miseris illis (qui antea fuêre ditissimi) persuadere quidam, ex hoc Ponte Parmensis strato, illos nihil omninò incommodi sensuros, vtque fucatæ suæ persuasionis colorem obducerent In Scaldi ventum concitatum esse narrant, qui & imbrium tempestate accedente, Principis Parmensis (quæ ad viuum exprimit imago præcedens) opera disiecerit. Adduxit illorum fragmenta nonnulla Antuerpiam vsque vecta Duas etiam naues ex multis quas ad Lilloum in hostem Princeps habebat, ea tempestate etiam eiectas. Spargunt præterea, ne plebis animus deficiat, Franciæ Regem Ordinum prouincias & vrbes defendendas suscepisse, eoque exercituum comparare, quem in procinctu iam esse asserebant. Atque his quidem verbis vana spe aluntur Antuerpienses. — 10 f Hollādia.

IAM verò, non verbis solum, verùm etiam rebus ipsis, Antuerpiensibus imponere student. Nam magnam nauem lapidibus onerarunt, quasi verò hac eadem efficere possent, vt opera illa tam fortiter coherentia, firmiterque consistentia Parmensis obruerent, Deinde omnem picem, aliamque igni conficiendo materiā, vbique die tota Hollandia & Zelandia coemerunt, aut saltem se coemisisse finxerunt, ac nautas aliquot, qui rem perficerent vrbe cum nauibus & ijs ignibus emiserunt, nauibus & operibus illis Parmensis, cum primùm vrendis. Quæ quidem quatuor ferè sunt quibus Antuerpiensibus simplicioribus imponitur.

2 Aprilis.

NAM etsi Lintres illinc Antuerpiam ab undis deuectas, atque ducentis ferreis anchoris onustas Statibus fuentes asserunt: è contrario tamen partim id negant Regij, partim affirmant Parmensem scilicet Ducem octo sexue nauibus instructis ac triremibus, aliisque nauigijs ac lintribus 12. quibus hosti flumen occludat ne transeat, suppleuisse operum defectum. — 10 h Lilloo.

ALENZONIVS quoque licet ordinum causam tempore mortis suæ, Regi Henrico Fratri multùm commendauerit, atque per testamentum 18 Iunij confectum ita inter cætera dixerit. Inferiores prouinciæ mihi perquam charæ, Ducis Comitisque quod adhuc mihi debetur nomen vendiderunt, Ergò si quid apud illos possum, rogo, vt id omne in te, mi Domine, transferant. Cui ego etiam posteriq; tuis ac successoribus omnia quæ in illis Prouincijs iura habeo prætendone, vigore contractuum, quos cum illis solemniter inij, relinquo ac dono. Et quoniam Cameracum huic Regno tamquam propugnaculum viribus tuis a me quæsitum seruare potest, ego verò eos ciues ex contractu teneor defendere. Supplex a te, mi Domine, Deoque opt. max. flagito. vt quid iuris in ea vrbe mihi est & authoritatis, acceptes tanquam probum populum ab omni quoque iniuria oppressione defendas, &c. Item Anglia Regina per Ducem Arbium pro ordinibus multum apud Regem Franciæ intercesserit, vt antea dixi. Fieri tamen omnia hæc a Rege Reginaque Franciæ fieri cum ordinum Legatis, quo decipiantur, Regij asserunt. — 7 p Cameracū

3 Aprilis.

ANTVERPIENSIVM

LOCA

TEMPORA

ANTVERPIENSIVM Conſul Aldegundus Tubicem fictum ex Francia Antuerpiam ingredi procuraſſe dicebatur, qui nuntium ferret (ne plebs, clauſo anne 25 Februarij menſis præteriti, commoueretur) Henricum ſcilicet Regem Franciæ, ordines, eiſq; fœderatos tueri velle, iamque defendendos ſuſcepiſſe, vbi verò literas nullas traderet, falſi fuiſſe facile ſuſpectum: Nam & de comburendis operibus Parmenſis, quid tentauerint, quodq; tandem nauem lapidibus oneratam vi fluminis, in opera Parmenſis, vt ea deſtruat, tranſmiſerunt, nihil oneris pretium per illos effectum eſt, nam incaſſum & fruſtrà tentarunt omnia, vanaque ſpe lætarum facilè credentes, opera nimirum Parmenſis & pontem poſſe diruì de quo in Scaldi fluuio ſtrato (cum non parua hominum admiratione ſit abſolutus) hæc quæ ſequuntur, ad inſolitæ rei memoriam ſubieci. In vtraque fluminis ripa orientali Brabantica videlicet, & occidentali nimirùm Flandrica, munitiſſimum erat ædificatum propugnaculum, illud munitio Ordamenſis hoc Caloenſis à vicinis pagis dicebatur, erantq; in hoc duodecim, in altero quindecim maxima tormenta, quartones dicta, ordine diſpoſita, ex vtraq; munitione pons ſublicius in Scaldim ad quadringentos aut quingentos pedes procurrebat, cuius extremæ trabes pedum erant quinquaginta, quod fluminis reliquum erat, altius fuerat quàm vt vado trabes inſigni poſſent in extremitate vtriuſque ſublicij pontis, alia munitio erat, multis etiam tormentis arta: Inter vtramque hanc munitionem in ipſa fluuij profunditate XXXI. maiora nauigia recta ferie erant diſpoſita, quorum puppes puppibus, & proræ proris, cathenis ferreis ex maximis rudentibus erant combinatæ atque deuinctæ, ferri verò aſſeribus latè conſternati per eundem pontem in vtranque munitionem commodiſſimum tranſitum prebebant. Singulæ naues duabus anchoris vna ex prora altera ex puppi proiectæ ſtabant, duoque ſingula maiora tormenta, & triginta milites habebat.

10 k Anuerpia.

10 k Brabantia

ADDefenſionem verò nauium iſtarum ſeu pontis iſtius naualis, ne ab hoſtili claſſe diſſolueretur, ab vtraque parte qua pons Antuerpiam, & qua mare reſpicit, aliud opus ex quingentis & vltra malis quæ haberi poterant maximis concatenatis compaginatiſque ex duodecim anchoris natabat, ſpacio inter hanc molem & pontem mille pedum intermedio, vt impetus aduenientis claſſis, antequam ad pontem veniret, hac retardaretur.

1 4 Aprilis.

7 1 Flandria

TOTIVS vero pontis tàm ſublicij, quàm naualis longitudo pedum mille quingentorum nonaginta octo, quo ſpacio propugnacula ad ſe inuicem diſtabant. Ab vtroque verò vtriuſq; propugnaculi latere, decem præſidiariæ naues omni apparatu bellico inſtructæ, ſtabant ad omnem expeditionem paratæ. Habebat & Parmenſis ab vtraque pontis parte, in vtraque fluminis ripa plures munitiones, nec pauciores, his illis Antuerpienſes Hollandi habebant.

QVI quidem Antuerpienſes, pontem (de quo diximus & cuius imaginem præcedens & ſubſequens figura exhibet) conuellere nitentes, ingentem nauim in eum demiſerunt. Erat hæc nauis tecto teſtudineato fornicis in modum, ex Sarcophagis, lapidibus molaribus, aliiſque grandioribus ſaxis facta, in alueum verò nauis multa pulueris tormentarij vaſcula erant miſſa, eſque fomentum igniarium additum tantæ longitudinis, quanta comburi poſſet.

10 f Hollãdia.

INTEREA dum nauis in itinere eſſet, cũque iam ad pontem deueniſſet, ignis ad puluerem iam proſerpens eum incenderat, quod ita factum eſt, vt comonſtrat figura, quæ ſequitur ad vnum expreſſa.

FLAN
DRI


BRA
BAN
TI
A

LOCA TEMPORA

veneranda ſacratiſſima iſthæc loca ac ſimul obedientiam exhibens, pedes V. Sanctitatis, poſt pia ipſorum oſcula, capiti meo ſuper imponerem & ſanctiſſima veſtra manu pectus meum ſigno Crucis muniendum curarem.

SED quoniam ijs, quas dixi cauſis impedior, ſororis meæ filium D. Hieronymum Regis Fiungæ filium cogitabam legare pro me. Verùm quando is in præſenti longe abeſt, & P. Viſitatoris inſtat profectio, D. Mancium, eius conſobrinum, eodem nomine mittere viſum eſt, à V. Sanctitate magni beneficij accipiam loco, ſi pro ea qua fungitur in terris Dei vice, meq; & Chriſtianum hunc gregem, vt facit, fouere atq; adiuuare perrexeris. Reliquiariam Thecam, per eundem P. Viſitatorem a V. Sanctitate mihi dono tranſmiſſam, accepi libens ac meo vertici venerabundus impoſui, atq; ob id V. Sanctitati gratias ago habeoque tantas, vt explicandis ijs nulla neque linguæ, neque ora ſufficiant. Non ero longior: quippe tum de regni huiuſce rebus, tum de meipſo coram ex P. Viſitatore & ex D. Mancio plura cognoſcet Sanctitas V quam ego verè & ex animo adorans, multò cum timore ac tremore haſce litteras exaraui XI. de Ianuarij Anno poſt Domini aduentum 1582. Subſcriptio: Sanctiſſimi ſpedibus beatitudinis veſtra ſubſtratus, Franciſcus Bungi Rex.

I. Rex Bũgi. — 1 30 Martij

EX PARTE PROTHASII EXHIBITA EST IN Conſiſtorio Epiſtola talis.

CVM Dei gratia demiſſè & humiliter haſce literas offero Sanctitati V. Ante hoc biennium, qui fuit annus ab Aduentu Domini 1580 per Quadrageſimam, quibus maxime diebus pretioſa paſſio Domini noſtri IESV Chriſti recolitur, in magnis belli tumultibus, magna mearum rerum, familiæque meæ perturbatione, denique in profundo Gentilium tenebrarum iacenti mihi, dignatus eſt pater miſericordiarum, lucem veritatis, & rectum ad ſalutem iter oſtendere per Venerabilem Viſitatorem, alioſq; verbi Dei prædicatores è Societate IESV, qui enixè me adiuuerunt, perque Baptiſmi Sacramentum, ſuper me meoſque diuina gratiarum è calo deuocarunt. Pro quo tali ac tanto beneficio mirè latus infinitas Regi calorum ago gratias. Cumq; Sanctitas Veſtra Chriſtianum gregem vniuerſum moderetur & paſcat; valde mihi optatum, iſthuc venire, coramq; humi ſtratus, magna cum ſubmiſſione exhibere illi obedientiam; & poſt pedum oſcula beatorum, eoſmet meo capiti ſuper imponere. Sed quoniam rebus variis impedito id mihi non licet, mitto cũ eodem P. Viſitatore, patruelem meũ D. Michaelem, vti pro me hoc munere pietatis officijq; fungatur. Ex eo ipſo mea vota, & alia cognoſcet V. Sanctitas: ac proinde non ero fuſior. Quam ego ex animo ſyncero & humili venerabundus adoro. Die 8. Ianuarij, Anno poſt domini aduentum 1582. Supſcriptio. Sanctitatis Veſtræ ſubſternitur calceis D. Prothaſius. Huius Regis litera quas hîc inſerui, talem habebant Inſcriptionem, ad Gregorium XIII. Romanum Pontificem, directa.

II. Rex Arimanorũ.

REDdatur Epiſtola magno illi, & Sancto Domino, quem adoro Dei vices gerentem, Sed hactenus quidem de duorũ Regum Bungi ſcilicet, atque Arimanorum literis ſatis, nam Bartolomæi Principis Omuranorum literas poſt, in perpetuam conuerſionis gentium memoriam quoque proferam, vbi prius de recuperata Arprati caſtro in Diœceſi Colonienſi ſito breuibus hoc attulero, quòd nimirum miles præſidiarius Truchſeſij Gelria excedens ſubitò idipſum occupauit, tandem verò, ex parte Principis Erneſti Electoris Colonienſis. Saxo. Schvvartzenburgius & Groesbeck idem caſtrum obſidentes, à milite deditione facta, receperunt [2] maioreque atque vigilantiore præſidio munierunt.

15 c Erpradt. — 2 menſe Aprilis.

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

LOCA

TEMPORA 1585

Strael. SCHENCKIVS & Benthemius Stralenſis oppidi præfectus è Batauia in Veluam traijcientes, cum copijs ſuis in Arnhemenſium conſpectum venerunt, qui erumpentes, cum hoſtibus prælium inierunt, dimicatum eſt vtrinque fortiter: Arnhemenſes paſſim ceciderunt, ex Regijs etiam deſiderati non pauci, Adeò vt Schenkius idem grauiter læſus, curruq; Nouiomagum deductus fuerit.

13 f Arnhem. TAXIVS Verdugi apud Friſios vicarius, cum parte exercitus Regij, Diœceſim Vltraiectenſem irruit, conſedit q; in Emenerſen pago quodam ſic appellato, indè miſit ex ſuis, qui à vicinis pagis tributum exigerent. Goilandi verò indictionem huiuſmodi non ferentes, armatiq; reluctantes eidem Taxio occaſionem prabuerunt, exercitum in ſex illorum pagos ducendi, multoſq; ruſticos occidendi, plures magna cum præda capiendi. 1 1 May.

13 g Nieumegẽ ORDINES Hiſpaniarum Regi in Belgio reſiſtentes, cùm haud obſcurè intelligerent Gallorum Regi non eſſe integrum illis auxilia præſtare, vel etiam eorum (aut Regis potiùs Hiſpaniæ) Prouincias Belgicas in tutelam ſuſcipere, demùd ad Angliæ Reginam Legatos mittunt, eius opem auxiliatricem implorantes, omneſq; dictas Prouinciaseidem offerentes.

11 e Vtrecht. Antuerpienſes interim illam nauale m (de qua poſtea dicturus ſum) in conſpectum propugnaculi Ordamenſis, quod Regij tuebantur, duxerunt, [1] quo cùm peruenisſet, aquæ penuria vado immota ſubſtitit, [2] donec tandem Antuerpianis illam repetere non audentibus, à Regijs capta in caſtra deduceretur. 2 4 May.

11 e Gallia. HOLACHIVS Comes & Iſelſteinius, quibus ſtatutum erat aggerem, Couvenſtein appellatum perforare, triginta nauibus lectiſſimam militum manum, multoſque foſſores eò vehebant, [3] vt nauigia minora iuxta Lilloum perſtagnantes aquas, ponte & operibus Parmenſis deſpectis, vel remulco trahere, vel remis etiam impellere, poſſent. Sed expoſitis ante auroram in terram militibus, & iam fodere incipientibus Hiſpani ſuperuenerunt, & cum hoſte manum conſerentes trecentos trucidauerunt, quadraginta comprehenderunt, & naues aliquot maioribus tormentis, adeò, vt Comes Holachius & Iſelſteinius, Scapha elabi cogerentur, ad ſuos reuertentes.

1 k Anglia

10 k Antuerpia. COMES quoq; Nouenarius ex altera parte, ſigna peditum equitumq; turmas aliquot è Gelria oppidis, & è Bercka euocauit, atque ad Noueſium per inſidias occupandum eaſdem copias adduxit, [1] vbi intempeſta nocte ſcalis muro illi iuxta Rhenenſem portam à Ciuibus, Senatus imperio, ſemidiruto, quendam aſcendere & vigilias explorari iubet, ille obambulans totum illum tractum, neminem excubias agentem inuenit, cùmque in vrbe magnum eſſet ſilentium, Reuerſus Nouenario nunciauit, qui duas admoueri ſcalas præcepit, adeò vt multi ſimul in oppidum ſeſe demitterent, portamq; martellis grandioribus & malleis, diſiectis ſeris aperirent. [4] 3 7 May.

10 k Lilloo.

12 e Gelria. NOVENARIVS cum equitatu ſtans in ſuburbio portam obſeruat, his vbi viam ſibi patefactam videt, audito tertio ſclopeti ſono (quod ſignum ſibi dari iuſſerat) accurrit. Ciues equorum tinnitu & ſtrepitu boſtiumque clamore expergefacti, arma quaq; obuia rapientes ſeminudos hoſtibus ſeſe obijcium, quibus, quòd non talem Hermannum, qualem olim ſub Friderico 3. iam hoc tempore Rhudolphi 2. Imperatoris admiſiſſent, obijcitur.

14 k Nuyſs. nVssIa de nIhILo Vano sIC noMIne dICta
nVnC Verò nIhIL eſt, nILqVe deCorIs habet. 4 9 May.

Digitized by Google



1585. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA | LOCA

IN eadem vrbe cum vna tantùm platea catbena transuersa esset ad quam aliquandiu pugnatum est, catera verò paterent, equites forum occupant. Ciues extra ordinem pugnantes triginta circiter occidumtur, inter quos præcipui fuerunt Consul Stalius, Arnoldus Fratius, Melchior in Milendonck, & hospes in Dulcken, aliique multi, qui è mœnibus sese demiserunt, ac natantes per fossas euaserunt; hostes vero Ciuitate potiuntur.

15 k Colonia

1 10 May. *DISPOSITIS exculijs, manè iam facto, in ciuium ædes ruunt, Ciues capiunt pretiosa quæque diripiunt, [1] & in vtriusque sexus homines sine discrimine truculenter admodum desæuiunt, præter aurum & argentum, præter omnem suppellectilem, annonam, & mercimonia quæ hostis rapuit, insuper seipsos, vxores & liberos intolerabili pecuniarum summa redimere coacti sunt. At ne hoc quidem fuit satis, sed singulis penè septimanis præsidia mutauerunt, vt prioribus, qui præda iam erant onusti, abeuntibus, noua succederent, à quibus magis magisque Ciues depilarentur. Et quia omnes rusticorum opes, omnium Nobilium & monasteriorum Thesauri, cimelia, & ornamenta, imò quorundã quoque Ciuium Colonien sium diuitiæ in eadem erant vrbe Nouesij apud amicos depositæ, (nulli etenim tutiore loco quàm huic concredenda existimabant) Opulentißima igitur & penè incredibilis erat præda quam in hac vrbe, nouus ille Nouesiorum Hermanus, Neuenarij siue Alpensis Comes cum suis militibus inuenit & abstulit.*

14 k Nouesiũ.

EX solo Canonicorum Regularium Monasterio præter annona magnam copiam, præter admodum pretiosa ornamenta, atque argentea vasa plurima, calices etiam argenteos ac deauratos nouemdecim rapuerunt. Erat hoc monasterium à primis fundatoribus in agro suburbano quondam ædificatum & initio tumultus Truchsesiani ab ipsismet Nouesianis dirutum,

14 d Oueriſſel.

2 18 May. *[1] prætexentibus, ne forte quid ex eo Ciuitas detrimenti pateretur, miseri sanè, campos suburbanos defensuri, qui nec mœnia sua, nec forum defendere potuerunt.*

VACAT interea Episcopatus Monasterienſis, per renunciationem ab Illustriſſimi Guilielmi Cliuiæ etc. Ducis filio Ioanne factum, Quare omnes illos, ad quos ius pertinet nouum eligendi Episcopum, Canonici Monasterienses euocarunt, qui ad præstitutũ diem, [2] comparentes, inuocata spiritus sancti gratia, Bauaria Ducem Ernestum Archiepiscopum Colonensem elegerunt; ambiuerat quidem hunc Episcopatum Henricus Saxo Lowenburgicus, Bremensis Archiepiscopus, sed morte præuentus, è viuis migrauit.

13 d Friſia.

VERDVGVS Frisiæ præfectus, cùm Regis Hispaniarum nomine, paulò antè, Rha, Rechtern, & Rutenbeck in Transiselano dominio occupasset, duoque postea maiora tormenta ad arcem Sculemburgensem, natura & arte munitam attrahi iussisset, arcem trepidante præsidiario milite, deditionemque faciente, capit. [2] Regij verò aliam arcem Stickenburgũ ab incolis appellatum, inter Steenwichium & Kueneram sitam, amiserunt; locum sanè Regijs peropportunum septem fluuis imperatum temporibus cogendum.

13 e Stenvvick

3 1583.

HOLACHIVS

10 k Beuern

ALEXANDRO FARNESIO LEONEM

LOCA

TEMPORA

HOLACHIVS poſtquam ſuis cum Hollandis Parmenſem Principem caſtris exuere non poſſet, conducta eſt [1] duorum proditorum opera, qui eundem Principem ex inopinato proprijs in caſtris interficerent. At verò cùm flagitioſi homines illi in caſtra veniſſent, ex ſuſpitione obſeruati, atq; detecti in vincula conijciuntur. Poſtridiè capite plectitur [2] capitaneus qui munitionem Lief kenshuck inimico tradidit. 1 20 May.

13 g Bleiebeck

MARTINVS Schenckhius, cùm Hiſpaniarum Regi iam aliquot annis, multa fortiſſimo milite digna gerendo, militaſſet, indignèq; tuliſſet, ſuam operam, à Rege non ſatis compenſari, propterea, quòd à Parmenſi (qui eius fidelitati fortè non adeò confideret, vel alios Schenckhio digniores exiſtimaret) vrbium & Prouinciarum gubernacula quæ petierat, non obtineret, à Rege defecit, & clàm cũ Neuenario Comite, contrà eundem Regem hoſtile fœdus iniit, caſtrumque ſuum Bleiembeck appellatum, eidem Comiti tradidit. [4] Ac primum fidelitatis ſuæ teſtimonium exhibuit, in detegendis nonnullis, qui in oppido Venlonenſi, tunc cum adhuc Regias ipſe partes ſequebatur tectè ſecum de oppidi deditione, egerant. Profectus itaq; cum Neuenario Venlonem hos in vincula coniecit. Alterum verò teſtimonium præſtitit in eo, quod proditionem in vrbe Neomagenſi moliebatur, qua tamen detecta Schenkbij ſtudium fuit eluſum, captis authoribus, qui patriam ſuam, ſuis hominibus iterum prodere conati ſunt. 2 21 May.

14 h Venlo.

ANTVERPIENSES pontem in Scaldi à Parmenſe conſtructum nouo ſtratagemate perrumpere conati, 16 naues compaginarunt, & proram maximis ferreis forcipibus roſtris dentatiſque ferramentis ad confringendas catbenas rudenteſque, & ſoluendam trabeam molem ponti præſtructam peridoneis armarunt, has refluxu maris, & vento ſecundo in operam permiſerunt, tanto cum impetu, vt mole iſta, Cathenæ rudentesq; rupta ſint atq; diſiecta, quo tamen in opere, vis aduenientium illarum nauium ita fracta eſt, vt ille nullo impetu ad pontem natantes ſtatim à regijs ſint receptæ. 3 22 May.

HAS Naues alia nauigia quatuor ſubſecuta, quorum alueis multa pulueris nytrati vaſa arctiſſimè erant incluſa, his nautæ Parmenſis, nauiculis occurrunt, vnumque arripientes in cõſpectu propugnaculi, cui à ruſticis nomen contigit, alligata anchora ſiſtunt, quod paulò poſt ab appoſito fomento ignem concipiens, magna cum Antuerpienſium clade diſiliit; reliqua verò tria accenſo puluere, magno fragore crepuerunt, damno nullo illato.

13 g Neumegẽ

POSThæc duo alia maiora, magno cum impetu in pontem ferebantur nauigia, quibus Regij viam per pontem faciunt, vbi cum tranſiiſſent, fomento ad puluerem iam combuſto, vnum illorum incenſum, etiam in munitiſſimas partes, damno Regijs nullo illato, crepans diſiectũ eſt: Aliud autem Regij inſecuti capiunt, in quo fomentum querentes, ignem iam penè ad puluerem peruenisſe viderũt. ſubtracto itaque fomento, centum circiter vaſa pulueris tormentarij, & ingentem ſaxorum impoſitorum aceruum inuenerunt, atq; ita ingeniosè hoc modo excogitatum ab Antuerpienſibus ſtratagemma incaſſum abijt. 4 25 May.

VENIT etiam [3] Hollandus quidam miles in caſtra Regis, qui fingebat ſe Comitem Holachium ob prædam iniuſtè ſibi ereptam ea nocte interfeciſſe, quod cum poſtridie falſum eſſe, atque Comitem illum adhuc viuere compertum fuiſſet, mendax ille ſuſpenſus impoſturæ pœnam luit.

io k Anuerpia.

ANTVERPIENSES demùm duodecim naues in pontem ſeſe miſiſſe, non contenti, nocte circa horam tertiam aliam claſſem in Aggerem Cauvvenſtein impellunt, idem ab altera parte fecerunt Hollandi, qui ſub Lilloum in anchoris ſtabant, primùm enim incenſas aliquot naues, æſtu maris ſecundo, in operas Parmenſis mittentes, mox cum centum circiter nauibus veterano milite plenis, aggerem adoriuntur. [5] 5 26 May


Een seer Cranenburx Vloot, groot
Ende sy overlopen in Brabant
Den Hertoch sy met Schelt stil
Wederom sluyten, alst Vrijden gelt

Als Parma de gouvernues hier
Vlot en sun hulde wou wil zyn stier
Als dan sond en groot vreeden sticht
Dedeen wil man, Lof, vrede, gunst

TEMPORA

LOCA

TANtam telorum globorumq; copiam, tantũ glandium imbrem, ex iſtis nauibus in vtrumq; aggeris latus eiaculantur, vt Regij in plano atq; aperto aggere ſe tueri amplius non poſſent, ſed multis è ſuis deſideratis, ſtationes deſerere, & ad tutiora ſeſe recipere loca cogerẽtur.

INTEREA hoſtes appulſis nauibus, in terram deſcendunt, & cum multos ſaccos terra, lana, aliiſque materijs plenis adduxiſſent, incredibili celeritate, gerras, aliaque ſepimenta ca ſtrenſia tumultuario opere extruxerunt, vt iam collotenus vallis & propugnaculis munirentur, nauium deinde ope magis magiſque progreſſi, pluſquam dimidium aggerem occuparunt, quem vndecim in locis perforare cæperunt, ſtationes ſuas defendebant ſex horis cõtinuis, quibus victores Regiorum ſortiſſimos quoſque milites ſtrauerunt. Tantam enim globorum vim tantamque copios in regiam immiſerunt, vt propugnaculis illorum conuulſis, etiam tormenta ferè omnia lacerantes inutilia reddiderint.

CVM iam Regiorum res penè deplorata eſſet, Princepſque Parmenſis ipſe vmbilicotenus in aquis ſtricto gladio milites ſuos in hoſtem cogeret, Hiſpanus quidam Petrus de Padilla ex legione quæ ſub D. Petro de Paz militarat, cũ octo ſocijs, reſumpto ſpiritu in hoſtem primam fecit impreſſionem, qui fortiter pugnando ab hoſte dextra mani mutilatur. Holachius verò Comes & Aldegundius qui pugna intererant, in Scapham deſilientes, manum hanc in victoriæ teſtimonium Antuerpiam adduxerunt.

REGII collectis interim viribus, omni conatu in hoſtium munitionem, quam Antuerpienſes extruebant irruerunt, & tria tormenta, quæ adhuc erant integra, in ea direxerunt. Erat initio denſiſſima nebula quæ paulatim diſſipabatur, ita, vt tormentorum magiſter èminùs hoſtium caſtra videre, rectiuſque in ea collimare poſſet. Bis Regij munitionem hanc oppugnantes, bis reiecti fuerunt, tertiò tandem ſumma contentione pugnantes vallum ſuperarunt, omneſque qui in munitione reperiebãtur interfecerũt, qui verò aggerem relinquentes ad naues properabant, illi partim occiſi, partim capti, partim etiam cæſi ſunt. 10 k Antuerpia.

1 27 May

INSIGNIS in hoc prælio Germanorum virtus enituit, de quorum viribus iam deſperabant omnes, Qui in nauibus erant cedere nolentes tandiu pugnarunt, donec eſtu recedente naues aquà deſtitutæ, è vadis emergere non poſſent, Captis itaque trigima tribus nauibus, ingens hoſtium ſtrages edita eſt, ingenſque tormentorum apparatuſq; bellici copia intercepta, In nauibus multa quoque mortuorum cadauera inuenerunt, eorum videlicet, qui maioribus ex aggere tormentis erant interfecti.

EX captiuis intellexerunt Regij duo millia Antuerpienſium pugnando occubuiſſe, multos etiam eſſe ſubmerſos, captam item fuiſſe nauem inter ceteras, qua ditiſſimorum mercatorũ filij vehebantur, defenſoribus in eadem omnibus occiſis, ex Regijs quadringenti circiter aut vt alij voluerunt, trecenti ſunt deſiderati tantum, Hiſpanis atque Italis inter quos egregij belli duces & militum præfecti, qui ex Hollandorum nauibus plerique læſi ſtratique fuerunt.

Comes Holachius interim in vrbe magnificentiſſimo conuiuio ab Antuerpienſibus excipitur, & à Caluinianis pretioſiſſimis donarijs cumulatur, ob victoriam quam illis perſuadebat, inde petulantiores effecti Catholicis diranabantur quidã eos in flumen præcipitandos, alij ſuſpendẽdos, quidã iugulãdos, alij paulò mitius conſulentes, vrbe Catholicos eijcendos eſſe ſua debant, Aderant conuiuanti Holachio multæ virgines, quas omnes in ſequentem diem inuitauit, dicens, ſe pinguem ex Hollandia vitulum adnexeiſſe, eum ſe mactaturum. Cumque vna ingemiſcens de ſequentis diei lætitia ſe dubitare deceret. Ecce repète fama adfertur, Regios victoriam conſecutos, omnes Antuerpienſes occidiſſe, naues que eorum aut cæpiſſe aut depreſſiſſe. Vrbs repentè in tumultum verſa Holachio occaſionem dedit, vt ſibi metuens, relicto conuiuio, tumultuantium ciuium nauibus elaberetur.

HOLLANDI

LOCA

TEMPORA

HOLLANDI & Zelandi, quia putabant penes ſuos eſſe victoriam iamq; nauigationem minus impeditam, alias naues onerarias commeatuque plenas ad Lilloenſe propugnaculum adduxerunt, ibique cum eluſos ſeſe intellexiſſent ſubſtiterunt, [1] Princeps Parmenſis actis Deo gratijs pro tanta victoria, omnibuſque tormentis quæ in caſtris erant bis exoneratis, incenſiſque vaſis piceis, multiſque lætitiæ ſignis exhibitis, tandem in Beueren reuerſus eſt, vbi quam primùm ex equo deſcendens, mox templum adijt TE DEVM LAVDAMVS cantari iußit. Antuerpienſe vulgus paulò pòſt ab initio [2] videlicet Iunij in vrbe præter panem ex auena, byne gluma, & furfure, quo veſceretur nihil habere incipit.

10 k Lilloo. — 1 27 May.

IN Gallia interim Principes Catholici, Regem Henricum 3 à Rege Henrico Nauarræo & ſuis, omnibus modis abalienare conantur, ex quibus Dux Aumalius (interea dum ad hanc rem perficiendam non modo Cardinales duo, Borbonius videlicet & Guiſius, cum Duce Guiſiano & capitaneis vniuerſæ penè Galliæ maximis coeunt) ad Remenſem vrbem excurrit [3] ex qua ad exercitum ſuum eodem veſpere abijt, qui quidem exercitus propè vrbem in vicinis pagis commorans, ſex millium picardorum eſſe dicebatur, præter alium militem qui magno vndique numero colligebatur pro Catholicis. Nauarræus Rex, vt apud Regem Galliæ gratiam retineret Scriptum Declarationi Principū Catholicorum 24 Febr & 20 Aprilis publicatæ contrarium ſcriptum edidit. Regiq; ſuo Henrico 3 per duos Cleruāt, & Chaßincourt appellatos, tranſmiſit. Vbi ad omnia quæ à Catholicis principibus allegantur prolixè reſpondet, dicens ſe neque Hæreticum, neque Relapſum, neque Eccleſiæ perſecutorem; offert Duci Guiſio, pro cauſa ſua iuſtificanda, Duellum.

10 k Beuern. — 2 11 Iunij.

Antuerpiæ interim tumultuatur plebecula, & vel panem bonum vel pacem poſtulat, quod ſi vtrunque negetur, aliam ſe rationem inituram vociferatur, adeò, vt ſemel bis mille circiter feminæ ſiue ab alijs impulſæ, ad Aldegundij vrbis Conſulis ædes accurrent, [4] magnis illum probris afficientes clara voce dicerent, eum vnicum eſſe vrbis calamitatum authorem excidiumque populi importaſſe. Quo factum, vt, vitandæ populari ſeditioni Alter vrbis Conſul Vanderveerf, accepta fide publica primum ad Parmenſem in caſtra miſſus ſit, de pace cum rege ineunda conſilia capturus.

Reims. — 3 3 Iunij.

Comes Holachius è propugnaculo iam antea dicto Liefkenshuck erumpens, munitionem vicinam, quæ à Centurione VVitzleben Regis nomine, oppugnauit, ſed à Regijs, ſe ſtrenue gerentibus, hoſtium nonnulli ſtrati, etiam bini, quibus Holachius conſequenter inſidebat equi ſub ipſo interfecti ſunt, adeò, vt, cum pugna hæc ad duas iam horas ſumma vi continuata. Idem Holachius receptui canens, in caſtra ſua reuerteretur. [5]

10 k Antorff. — 4 10 Iunij.

TRYVMPHVS.

Cum primum Duſſeldorpij fama increbuiſſet Marchionis Badenſis filiam IACOBAM, IOANNI Iuniori Duci Cliuiæ nupturam incolumem in terram Montenſem aduenijſſe, & iam in loco vicino ab incolis Himelgeiſt dicto, morari, repente magnificus in vrbe factus eſt apparatus, adducti ſunt ſericis phaleris equi generoſißimi, plumis & criſtis ſplendidè inſigniti, terni & terni in ordine procedentes, Princeps Sponſus cum Duce Bipontino ceteriſq; proceribus, quorum copia aderat infinita, ſolemni pompa ſponſæ obuius equitabat, vbi ad Sponſam ventum eſt. Sponſus ex equo in terram deſiliens, illam Ducali conſuetudine excipit. Ciues omnes in armis erant, & Sponſum ſponſamque reduces præſtolabantur. Cumque iam vrbis portas ſubirent Sclopetarum ingens auditus eſt ſtrepitus, grandiorum tormentorū feſtiua tonitrua, & tela ex nytrato puluere cōfecta artificioſa per aera paßim peritiores quique eiaculabantur, [6] nec quicquam prætermiſſum eſt, quod ad tantæ feſtiuitatis magnificentiam pertinere videbatur.

15 k Duſſeldorp. — 5 11 Iunij. — 6 15 Iunij.

Digitized by Google



1585. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA | LOCA

Nihil præter tormentorum reboatum, nihil præter equorum hinnitum, nihil præter tubarum clangorem tota vrbe resonabat, Tanto, tamque vnanimi procerum nobilium vrbium Legatorum, totiusque patriæ subditorum applausu Sponsa cum Sponsa Dusseldorpium ingressa, ab Illustrissimo Duce Vilhelmo in arcem latis complexibus est recepta. [1]

1 15 Iunij. *Altera die solenni ritu Sponsa aureis fibulis & gemmis ornata, strictum manu gladium tenente, qua ceremonia potestas regiminis illi conferebatur in arce celebratum est.* [2] *Conuiuium mox secutum apparatu Regali exquisitissimum, in secunda verò mensa omnia regia quoque magnificentia splendebant. Interfuerunt huic conuiuio Principes principesque atq; vrbium Legati diuersi. Hic Cæsaris Rudolphi. Regisque Hispaniarum Legati sedebant, illic Ferdinãdi & Caroli, Ernesti, etiam Matthiæ, & Maximiliani Archiducum Austriæ, pòst illos Ernesti & Gulielmi Bauariæ Ducum, Saxonis quoque Vinariensis; & Borussiæ Principis Legationes accumbebant.* 15 k Dusseldorff.

2 16 Iulij. *Aderat Dux Bipontinus cum coniuge & liberis, Badensis Marchio cum Marchione de Rodenbach. Comites verò plurimi, atq; inter alios Comes de Luchtenbrug, Otto Comes Rheni, Hermannus Manderscheidt & Comes Lippius, Hohenzollern, Bembem, Geroldstein, Falckenstein, & Leiningius, sua præsentia tam celebres nuptias condecorarunt. Nobilium verò, & diuersarum vrbium atque oppidorum, non erat numerus. Conuiuio peracto, vbi aliquandiu saltatum esset, sub noctem in Rheno insignis habita est naumachia & ingens nauis pice ac bitumine illita medio flumine combusta.*

3 17 Iunij *Tertia die* [3] *iterum conuiuijs, musica, & choreis aula perstrepuit, & media nocte, noua omnis generis spectacula maximo sumptu in Rheno exhibita fuere. Videbatur ibi infernus, Caliser ♈ ♉ ♌ ♐ ♒. ALTAS, Cælum stelliferum, Hercules, Draco septiceps, Cerberus triceps, Syrtis, Lynx, & Cete, mira industria atque artificio fabricata, quæ sub finem huius solennitatis in Rheno combusto fuere.*

4 18 Iunij *Die quarta* [4] *Principes armati, sumpto iam prandio, campo se martio commiserunt & propositis aureis argenteisque brauijs, quorum magnus erat numerus, de annulo ferreo concitatissimis cursibus hastis excipiendo concertarunt, quo in certamine Sponsus ille Dux Illustrissimus primùm victoriæ præmium sortitus est.*

Aderat ibi spectatorum ingens numerus, Mons Veneris præclaro ingenij acumine ibi factus conspiciebatur, in cuius vertice, Orpheus & Amphion modulabantur, à multis viris inclusis, qui videri tamen non poterant. Hic mons ad sponsam primùm deportatus fuit, indè per omnem campum circunductus.

5 19 Iunij *Quinta die* [5] *in aula varijs ludorum generibus indultum est, foris autem factum est nihil, sed & altum erat vbiq; per vrbem silentium.*

Sextapoerò die [6] *iterum in campo Martio hastis & gladijs concurrentes Principes acriter pro gloria dimicarunt, hastæ verò quorundam post conflictum, quæ clàm igne concepto, ex puluere nytrato incluso ingentem flammam fumosque euomuerunt.*

6 20 Iunij *Hæc atque similia exercitia, multis, præter eam quam hic antea premisi, figuris graphicè depictis expressa, sunt per aliquot dies continuata, Nuptijsque tanti principis ita peractis, Principes, Legatique principum in sua reuertuntur.*

Nouesiani, qui ante centum annos DEO, Ecclesiæ suæ Catholicæ, vrbis Patrono S. Quirino, eiusdemque tum etiam nominis Gulielmo Cliuiæ Principi honorem exhibuerunt, nunc à prima deuotione atque obedientia deflectentes, iam parùm decoris obtinere æstimantur; licet enim è regione, ac velut in conspectu Dusseldorpiensium sita sit eorum ciuitas, ea tamen lætos hos triumphos, vicinasque lætitias) quas singulari quodam libro latissimè, doctissimus D. Theodorus Gramnæus germanico idiomate descripsit) videre non meruit. 14 k Nuyss.

PARMENSIS

LOCA

TEMPORA

PARMENSIS die Sacroſancta Euchariſtiæ ſacro, venerabile Chriſti corpus cum ſolennitate iuſſit per omnia caſtrorum loca circumferri, ipſeq; cum alijs proceribus & maiori exercitus parte, incredibili pietate & attentione animi ſubſequebatur, quo peracto in honorẽ tanti Sacramenti, quæ in caſtris erant, omnia diſploſa ſunt, militari quadam congratulatione, tormenta bellica.

10 k Beuern. In Gallia Principes Catholici, qui Sacrum fœdus inierunt contra Caluinianos, quorum fautor atque director Nauarræus Rex, ab Henrico 3 eius nominis Rege poſtularunt. Primũ vt in vniuerſo Regno vnà tantùm ſit Religio, eaq; Catholica, Apoſtolica, Romana. Deindè, vt arma vtrinque collecta in Hugonotos conuertantur & contrà illos bellum geratur: Tertiò vt fœdus quod Rex cum Geneuenſibus hactenus continuauerat abrumperetur. Quarto, vt Rex ſtudium eorundem Principum approbet, atque arma in Maieſtatis ſuæ ſeruitium eſſe interpretetur, ac militi à Guiſianis collecto ſtipendia ſoluat. Quintò vt miniſtri Caluiniani vnius menſis ſpacio ſuas ſedes deſerant regnoque excedant, cateri verò incolæ qui arma cõtrà religionem non ſumpſêre tranquillè citrà Religionis tamen Caluinianæ exercitium vſque ad Ianuarium anni 1586 domi ſuæ viuant, quo tempore ſi ad gremium Eccleſiæ Catholicæ nõ reuertantur in exilium compellantur. Sexto, vt tàm ex Regis quàm ex ſacri fœderis collectis copijs peditum 16000. equitum verò 3000 exercitus colligatur, cui abſente Rege Dux Guiſius præficiatur, quiq; expeditus ſit ad occupandum ciuitates quæ inuito Rege ab Hugonotis adhuc detinentur. Ultimò tandem, vt vrbes quæ modo parent ſacri fœderis proceribus, ea ipſis pro maiore ſecuritate maneant. VICTORIA.

1 20 Iunij.

5 f Paris.

14 f Tſherenberg. Dum hæc in Francia poſtulantur, Regij in Belgio propugnaculum tandem in capite vt vocant Montenſi exadificatum poſtquam non ita diu oppugnaſſent, & iam cuniculos ſub ipſũ vallum produxiſſent, deditione cæperunt, qui enim in eo erãt vitæ ſuæ metuentes, ſupplices vitam orabant, nudiſq; capitibus, & omnibus armis relictis dimiſſi ſunt, ac niſi præcibus milites ſuos continuiſſet Verdugus, toti Friſiæ datus Gubernator & Germanica 10 Legionum Columnellus, vt appellant, ad vnum omnes fuiſſent contrucidati, qua victoria parta Idem Verdugus Rhenum traijcit & oppidulum vulgò Tſhercmberg obſidere ſe velle ſimulans, alio loco exercitum per fluuium traductum Arnhemium verſus ex inopinato ſub vicario ſuo Taxio miſit, ipſe Groningam contendit.

11 f Arnem.

Neuenarius & Schenckhius duo Ordinum præcipui duces nihil prætermiſerunt quo in Gelria Regios exſcindere poſſent. Cum ergò in Velua eſſent, & ad aliquid moliendum lectiſſimas militum copias ac vires colligerent, is quem dixi Taxius Zutphaniæ præfectus, eos auertendos cenſuit, partem equitum peditumq; præmittens, partem ad inſidias in vicina ſylua quadam collocans. Die [2] itaque S. Blaſij Epiſc. pòſt meridiem in vico Amerongen Vltraiectinæ Dioeceſeos Vicoduroſtadio non procul, aggreſſus eſt. Qui in vico ſeu pago erant Neuenariani cum hoſtes eminùs cernerent collecti in ordinem obuiam procedunt, Regij paulatim pedem retrahunt, donec iam Neuenarij omnes pago exierant atq; concitatiori in recedentes hoſtes animo ferrentur.

14 b Groningé

Interea qui in inſidijs erant Regijè ſylua erumpentes, à tergo hoſtiũ cuneos cingunt, & qui fugere videbantur pedem ſiſtunt, claßicum canitur, ſigna conferuntur acriterq; pugnatur vtrinque ac dimicatur, Neuariani quidem Regiorum equitatum ſic preſſerunt, vt viciſſe propemodum viderentur. Sed ecce cum duo Comitis Bergenſis, cui Auriaci ſoror nupſerat filij, qui deſertis (quod patrem Gelriæ adminiſtratione amouerint) ordinibus ad Regem defecerunt, quadringentis equitibus ſubſidio Regijs aduenijſſent, Neuenariani à fronte & à tergo caduntur donec ſex peditũ ſignis interfectis, & quadringentis equitũ vexillis captis, cateri in fugã verterentur. Captuſq; Vilerius Vltraiectinæ Prouinciæ gubernator, vir, vt aiũt, in re militari nõ impiger, & octo centuriones, cũ 25 nobilibus, egregia Taxio victoriã reliquerunt.

2 23 Iunij

11 e Amerongen.

Digitized by Google

Vulgus Schenckhij gladium, & Equum, à ruſtico inuentum, & allatum Arnhemium, quinimò, eum tùm Neuenarium Comitem in pugna cecidiſſe circumtulit, Et quo duorum illorum Ducum cades credibilior videretur, currum duobus cæſorum cadaueribus onuſtum, eò noctu adductum, & in Regis palatium vectа, magnoq; cum circumſtantium luctu conſpectа cadauera. Verùm tamen non cæſos eſſe alij narrant. equis fortè excuſſos, pedites Vltraiectum euaſiſſe, Neuenarium enim Vltraiecti eſſe ac viuere. Schenckhium verò munitionem ad Vaertum (eſt foſſa ex Rheno, ad nauigationem Vltraiecto deducta) ſtruere, ex qua agros inundare demùm conetur. 13 f Arnem.

3 23 Iunij

Dum hæc gererentur [1] Gulielmus Naſſouius Ioannis filius Comitis, duas friſiæ munitiones inter Groningam & Levvardiam ſitas, quòd potiore militum parte qua Taxio ſuccurreretur fraudata eſſent, intercepit, quare denuo à Verdugo in Friſiam obtenta hac tam inſigni victoria, reuocati ſunt. Cuius quidem victoriæ fama, cũ per vicinas vrbes increbuiſſet, Geusij furore correpti, iram ſuam in Catholicos euomentes acuerunt, Ambſtelredamenſes ſtatim 48 e primarijs ciuibus vrbe exturbarum, ceteros dearmarunt, idem quod & Amorsfortiæ alijſq; in Ions factum eſt. 11 g Vtrecht. 14 b Groning. 13 b Levvardē

Neuenarius & Schenckhius copijs ſuis ſic denudati Vltraiecti aliquandiu latuiſſe ſcribitur, & propugnaculum inter Vltraiectum & Vianam in ipſa Rheni ripa (vbi traiectus eſt) erexerunt. Paulò poſt quinquaginta circiter equites Regij ex victoria redeuntes, dextrum Rheni cornu iuxta Teloniũ tranſmiſerunt, trajicientes. Præſidiarij qui in oppido Tſherenberg erant, audito eorum euentu centum & triginta emittũt, qui eos ex inſidijs adorirentur, Regij autem detectis inſidijs in eos inuecti elapſo duntaxat vno, cæteros omnes trucidauerunt. 11 e Ambſterdam.

Fuerunt hoc tempore, qui crederent ab Anglis ac Francis contra Sacrum aduerſantium ipſis Catholicorum illud fœdus cum præcipuis etiam proteſtantium Principibus percutiendũ, atq; de hoc fœdere iciendo nonnihil etiam Carlebemi, quod oppidum eſt Saxoniæ ditionis Electoris Brandenburgici, initum iri ſuſpicarentur. Ac licet eò conuenire exiſtimarent per ſe vel per Legatos Daniæ Suetiaque Reges, Saxonem & Brandenburgicum Electores & Pomeraniæ, Luneburgi & Brunſvvici Duces, ac Proceres aliquot alios. Electores tamen illi duo, motus fortaſſis metuentes, in ſuis prouincijs, vel ſubeſſe fraudem, interdixêre, ne quis, quàm ſibipſis militet. Nauarraus enim Rex 9 equitum germanorum millibus, peditum ad trocinetum numeraſſe, procuraſſeq; credebatur. Affirmabãt etiam ab eodem Rege, in Angliã Legatos duos nobilibus viris 20 comitatos appuliſſe, qui inter cætera de ſe mutuò & ordinibus Belgij, ſeruò tuendis, agerent cum Regina, firmandoque nouo fœdere. Ordinum ad Angliam Legatos tempeſtatibus aliò ex itinere reiectos, aliquamdiu à Nauarreis expectatos Londinũ tandem aduenisſe. Vnde mira ſibi polliceantur Hollandi, & auxilia petentibus Antuerpianis, animoſe reſponderunt ſe daturos, nec ſemel opera Parmenſis inſcaldiſe aggreſſuros, ſed bis, ter, quaterue, ac ſæpius, ſi primò non ſuccedat. 12 k Amers. fort. 11 f Viana. 14 f Tſherenberg.

2 24 Iunij

At verò Parmenſis Antuerpianis vndique ipſis circùm vicinos vicos, imprimis Burgerholtz ſuburbia vrbis eripuit, & munitionibus quoſdam munijt, [2] ne ipſis annona Bergoadzomam terra poſſit importari. Hinc factum eſt, vt illa de ſe tuendis Antuerpienſium pertinatia, ſuſceptaq; de ſe nunquam dedendis deliberatio, tandem molliretur. Vt antea dictum eſt. 1 k Londen. 10 k Antuerpia.

NAM

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

LOCA		1585. TEMPORA
	CVM diligentius duas poſteriores ſibi clades & earum magnitudinem expenderent admoniti atq; ab Hanſeæ Societatis ciuitatibus potißimùm ad reconciliationem excitati facile remiſerunt. Nam Gedanenſes, Lubecenſes, Hamburgenſes aliæq; dictæ Societatis ciuitates incommoda qui ipſis hoc bellum adferret nec poſſe ferre nec velle nuntia eſſe feruntur. Proinde ſi pacem cum Rege nunc amplecti Antuerpienſes nolint omnes Hanſeæ ciuitatum homines ac bona vrbe ſinant egredi.	1
10 k Beuern.		9 Iulij.
	Itaque Aldegundius vrbis Conſul, Dufflinc Merodius, Schonhouius, Andreas Heſſelius, Brabantia Graphiarius, acceptis à Parmenſi fidei publicæ literis, in caſtra [1] Beuern de reconciliatione pacturi veniunt. Vbi Aldegundius ad ſemihoram in duorum millium hominum copia dixit, & ad alteram ſemihoram Parmenſis Princeps reſpondit. Ac dein: Parmenſis ſemotis arbitris cum eo diſſeruit. Poſtridie [2] Aldegondius Antuerpiam eſt reuerſus, propter nonnulla quæ Parmenſis ab Antuerpienſibus poſcit, breui rediturus, à quo Parmenſi vicißim multa poſtulauit Aldegundius, inter cætera templum vnum, in quo reformatam, quam illi vocant, Religionem exercere ſuis liceret, concedi: Deindè ne arx vrbi noua imponeretur, nec deiecta reſtauraretur. Rex Franciæ, inſtantibus Cardinale Borbonio ſibiq; fœderatis Catholicis, Edictum fecit, quo (non obſtante Declaratione Nauarræi Regis (de qua ſuprà [3]) iubet omnes toto Francia regno Catholicam Religionem profiteri, & alterius cuiuſuis religionis exercitio penitus interdicit, [4] ac porrò qui Catholicæ Religionis non eſſent, ij omnes ab omnibus officijs & dignitatibus, muneribuſque publicis arcentur tanquam inhabiles & indigni. Idem præterea Rex poſt prælectum promulgatumque Edictum, ſe illud, in ſupremo Pariſienſi Senatu, in parium quoque qui nominantur Regni, & officiariorum corona conſeſſu, palam iurauit atque conteſtatus eſt, ſanctè & inuiolabiliter obſeruari velle. Quod ſi quæ fiat eius reuocatio aut interpretatio, Edicit diſtrictè ne ratio penitus habeatur, ſed & in eiuſdem item	
5 f Paris.	Edicti obſeruationem, directè Deo, cui ipſe ac ſubditi primàs deberent, Regni pares Coronæ officiarios rerumq; Status conſiliarios omnia parlamenta prouinciarum, Vicarios Ballios Seneſcallos, & eius officiarios reliquos, diſertè plenèque iurare fecit. Eaſdem denique vrbes quas Regi detinent ab ijs repetit. Fœdus quoque, quod cum Allobrogum vrbe Genena ferijt, & eius vrbis protectionem, abiurauit, exiſtimans cõſiſtere non poſſe, vt qui hæreſes exſtirpet, vrbem earum fontem, vnde illæ in vniuerſum Regnum, aliòque manant, conſeruet integram.	2 10 Iulij
	Et quoniam non ignorabant Borbonius, eique fœderati, Edicto ſolo manum non tolli, antea cum Edicta quinque ſingularia ſoleunibus verbis ſancita fuêre, paulò poſt tamen reuocata & antiquata fuerint, poſcunt propterea, vt Rex Edictum hoc exequi cùm primùm, ſine vlla exceptione procraſtinationeq; mandet, Miniſtros, qui dicuntur, Caluinianos intrà menſem ſub pœna capitis regno iubeat excedere. Cæteris 40. dies præfigat, intrà quos de amplectenda Catholica religione deliberent, quod ſi ſequi nolint, ex omni francia abeant, ſexque menſes vendendis ſuis mobilibus & immobilibus bonis attribuat, omniaque alia edicta ſuperiora, quibus vllum Caluinianæ Religionis exercitium, à ſe vel alijs franciæ Regibus indultum fuit,	
10 k Antuerpia.	planè penitusque reuocat. Hinc factum eſt, quod Rex Franciæ cum Catholicæ fidei principibus conueniens, arma in extirpandis hugonotarum reliquijs conuertenda decreuerit.	
	Interim Antuerpienſes arcem illam natatilem, quam FINEM BELLI appellant, è vado enatantem Antuerpiam reducere conantur, magno quodam cum nauigio ac duabus triremibus, verùm à Regijs ſuperati occiduntur caduntur que.	3 18 Iulij.


Fin de la


guerre

TEMPORA

LOCA

MECHLINIENSES inedia compulsi dimisso seditioso suo milite Regis præsidium sub præfecto Domino de Proeuene nobili Flandro acceperunt, ciuibus omnium delictorum concessa est venia. Qui Catholico ritu viuere nollēt ijs permissum est bona sua diuendere, aut alò transportare, & intra 15 dies extra Regis Prouincias commigrare. Fuerunt in vrbe 12 peditum signa & peditum signa & equitum turma vna, his stipendia sunt à ciuibus numerata, ipsiq; dimissi liberi. Sex vero ex ijs signa, videntes res ordinum desperatas, accepta à Parmensi vnius mensis stipendio, Regi sese sacramento obstrinxerunt.

1 19 Iulij. — 10 l Mechl.

Antuerpiensium Legati, postquam eius membra pacem cum Rege ineundam constituissent, postulata hora pòst meridiem quarta ab ijs receperunt [2] inque Parmensis castra postea venerunt [3] Ex Magistratu Aldegundus Schonhouius, Matthæus Lanoyus, Ex ordinibus Brabantiæ, Duffelius, Andreas Hesselius, Ludouicus Meganc, Ex Scabinis Cornelius Brugman, Philippus Landtmeter, ex vicorum Magistratu Hadrianus Bardinus, Ioannes Vordius, Gillius Satinius, Ex decanis Henricus Vffelius, Guilielmus Chotenus, Arnoldus Boudvvinus, Ex opificum Collegio Iohannes Godinius, Ex Columnellis Iohannes Rademacherus, Ludouicus Malepart aut alius suo nomine, Hermannus Dalemburgius, Ex centurionibus siue Capitaneis Henricus Dixius, Io. Garinius, Theodorus Aquensis, qui omnes, pòst communicationem hinc inde factam [4] tandem reconciliati Regis nomine, pacem, certis conditionibus, 27 articulis comprehensam, à Principe Parmense, qui paulò ante, aureo vellere (quod in ponte operibusque suis erectis magna solennitate accepit) à Rege decoratus, [5] Antuerpienses obtinuerunt [6] sanè quàm clementissimam, Decimo die pòst [7] ipsemet Parmensis, magno cum applausu populi, tryumphans Antuerpiam ingreditur, eodem scilicet die, quo ante 40 annos in hoc mūdo nasceretur, Felix reuera Princeps, cui talis dominus atq; Rex contigit, qui non solum ab aduersantibus subditis iam tandem, verum etiam ab hæreditario hoste Turca met obseruatur, vtpote cui idem ipse Turca missis diuersi generis maximiq; pretij muneribus quæ breuitatis causa prætereo, etiam his verbis scripsisse, mihi Insignis ille Iurisconsultus, Ioannes Matalius METELTVS Sequanus, mihi familiaris inter cætera Coloniæ hic retulit. [8]

2 24 Iulij. — 10 k Antuerpia.

3 26 Iulij

4 3 Augusti. — 15 l Coloniæ.

Heli (inquit Amurathes) Soliman Otthomannicæ gentis dominus, omnium totius Regnam ac Principum Imperator atque Dominus, Dux ac defensor legis Ala Machometis prophetæ nostri, nobis patefacti nomine Gloriosissimo, omnium Christianarum Principum Principi, omniumq; causarum Nazarenorū arbitro & opitulatori, Potenti honoratoque Domino omni virtutum genere cumulato Regi. Domino Philippo, cuius finis, posteaquam pax fuerit inter nos amicè constituta, sit felix, Salutem mittit.

5 11 Augusti — Inscriptio

Fama (inquit prætereà) virtutum, animo etiamsi religione tantopere dissidemus. Honorate Domine illuxit meo, ne glorioſos tuos conatus impetcrem, neue occultis tuis inimicis, qui à me sibi subueniri cupiebant, auxilio esse vellem. Colligebant itaque ex hac, à se, mea secessione quoniam tuos exercitus potentibus meis classibus, & validissimis copijs non impediuerim, te à me iuuari, quo tui illi exercitus victoriam consequantur.

6 17 Augusti

7 27 August — Tenor literarum.

Quam victoriam, tibi à Deo tuis illis in Regnis opto contingere, quemadmodum ergò qualibuscunque viribus eam contra meos hostes obtinere valeo: ita, tu etiam tuos eò redige, ne quid in posterum tibi sint molesti, per me siquidem non obierit, quin quæcunque Bassa meus cubicularius tecū conuenerit, perficiantur, cui integra plenaque fides habeatur. DOMINVS orbis vniuersi. Haly Solyman.

8 7 Septemb. — Subscriptio.

QVI

LOCA

TEMPORA

QVI nam occulti ſint illi Regis Hiſpaniarum inimici, haud difficulter ex ijs colligi poteſt, quæ ſuis locis antea diximus. Sanè ANGLIAE Regina, quæ à Pontifice Romano vt hæretica proſcripta eſt, Regis Philippi Catholici amica cenſeri non poteſt, vt quæ multis rebus, & terra & mari decretis hoſtilem erga Philippum animum prodidit, hoſtes ſuos ac perduelles fouit, & tum Pecunia, tum commeatu ac milite iuuit, claſſem hoſtilem in Oceanum miſit, Antonio Luſitano auxilia ſubminiſtrauit, & aurum ac naues ex Indijs per vim ſubduxit, aliaq; Regi aduerſa procurauit, vt non immeritò caudam Belgicus Leo in Angliam protendat.

1 k Anglia

P

GALLIAE Rex an Philippo fuerit ſyncerus, vel ex eo quoq; dubitari poteſt, quod fratrem Alenzonium in Belgicas Regis ditiones armis irrumpentem, non modò non perhibuerit, ſed milite, commeatu, pecunia, armis robur auerit, eoque nomine inſulas ſuas Azores, gallicis armis ac ſignis hoſtiliter inuaſerit, claſſem ſuam oppugnarit, Antonium hoſtem ac perduellem, non modò regno atq; hoſpitio exceperit, ſed armis etiam ac milite iuuerit: quod Belgas ipſos, omnibus belli præſidijs, quoad potuit, ſuſtentauerit, adeò, vt rectè fortaſſis Leo Belgicus etiã tres pedes ſuos Pariſienſibus, Remenſibus, ac Metenſibus infigere pingatur. GERMANIAE quidam ex principibus Regi Philippo quoque amici vix æſtimari poſſunt, vtpote, quos vidimus Principi Auriaco contra eundem Regem auxilia tuliſſe, alioſque, vt diximus, in Belgio non ſolùm, ſed etiam in Archiepiſcopatu Colonienſi militaſſe, quos à Romani pontificis obedientia deſciuiſſe Catholicus ille Rex, vt hæreticos deteſtatur, vel certè cum ijs qui deſcuerũt, fœdus inijſſe, ſibique infenſos atque ob id inimicos eſſe non ignorat, vt idcirco Leo ille, non tam oculos & linguam, quam pedem quoq; anteriorem ſcilicet dextrum ab Antuerpia vſque, per Traiectum ac Leodium extendat, vltraque Moſam & Rhenum extenſum à Scaldi iam porrigat, ſimulque litteras illas (P. A. R. M. per PARMenſem, qui Antuerpienſium cor, Regis nomine obtinet) recolligat.

9 f Gallia.

A

Sunt autem in tribus potiſſimum illis Regnis Angliæ ſc. Galliæ ac Germaniæ non pauci, qui potentiam Philippi Regis magnam quidem eſſe fatentur, ſed eiuſcemodi tamen, vt eius omnia fundamenta, Regum ac Principum non Catholicorum ſed Pontifici Romano aduerſantium virtute, conſenſioneque labefactata, facilè ſint ruitura. Omnes enim, inquiunt, Regis Catholici ditiones multis magniſque locorum interuallis interſe diſſita iacent, & facile ſit illis commeatum intercludere, auxilia interuertere, vires denique frangere: atq; in exemplũ huius adducentes, aiunt, quantulis viribus, quàm parua manu, quàm contemnendis principijs Auriaci principis, magnos Hiſpani Regis exercitus, & vaſtos illos conatus, irritos atque inutiles reddiderit. Quanto tempore Belgij prouincia omni auxilio deſtituta, atque omnibus nudata præſidijs, tanti Regis impetum ſuſtinuerint, quàm propè abfuerit, vt dudum quidem Ioh. Auſtriacus, nuper autem etiam Parmenſis, cum omnibus ſuis copijs ex omni Belgio eiecti fuerint: & niſi quidem inteſtinis diſſenſionibus pleraque prouincia (Artheſia, Hannonia &c) à communi fœdere deſciuiſſent, aulicorumque poſtea quorundam perniciofis conſilijs Alenzonius, fortunam quam in manibus habebat elabi ſibi paſſus fuiſſet, non modò è Belgio diſceſſuri fuerint Hiſpani, ſed Imperij ſui vires intrà Iberum fortaſſe terminaturi.

16 l Germania.

I
11 Auguſti

R

At verò Parmenſis interim, his omnibus non obſtantibus, Regi ſuo in Belgio, vtilem nauans operam, & Prouincias & Ciuitates inſigni virtute ac dexteritate, maiori ex parte recuperans, digniſſimũ reddidit, quem, vt fratrem aurei velleris, Rex condecoraret: Quod quidem aureũ vellus, non in Antuerpienſium ipſa Ciuitate (in qua Philippus Rex idem, ante annos 29. primum poſt patrem Carolum V. Imperatorem conſfratrem ſuorum habens comentũ alios in demortuorum locum conſtituit) Sed extrà tryumphans ad Pontem, quem mirabili conſtruxit artificio, Parmenſis, ab Erneſto Comite Manſfeldio, ſolenni cum lætitia, accepit.

10 k Antuerpia.

10 k Pons in Scaldi.

M

Digitized by Google

1585. VENETORA

TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

LOCA

7 p Camerti

7 n Valdorne

7 m Tornaci

8 l Andenar.

11 f Dendra

9 l Dendra

7 q Sedilli

10 k Antuerpia.

Qua quidem Comes Tornacensis templum, & in eodem prius annum 1085. Ecclesiam Sancti Petri Collegiatum, ex omni Gallia & Angliarum insulis nobilissimum instituit, ac ditauit, quibus ita Parochiae Dom. Camerini pertinebant Alexandri, & cum Amandino Comite Egmondano (de quo alibi dicemus) & Gerardino Comite, ratione Patronatus hoc nobis patronis, Gilbaudus, in parte prioribus temporibus adiecta, cum tamen aequo nobis, & Egmondano comite super Dom. Petronelle & Hannonia ratione ejus, & heredum Philippi de Cleue Dom. Alostanae, non discordante quoque principe alio, aequo de ratione Patronatus Ecclesiarum Comitis Mauritii, in parrochiali hac ecclesia, profectus debet videri: quae comes Mauritius, ut ipse in publico hoc instrumento, anno 1. Annonae eius Archiepiscopi cum Gualtero Scabinorum Principe Antuer. cumque Scabinis Antuerp. asserit, quatenus comes Comes Tornacensis quatenus Ecclesiis comitatus sui Gallicani Prioratus Belgicos habentibus Belgicis, & Gallicanis, quatenus ditio ea se diffundit, Patronus esse debuit, nullo modo praeiudicium ei creatum fuisse, si per Dionysium Areopagitam Ecclesiam hanc in comitatu suo Tornacensi, quam ipse ditauerat, Belgicis, & Gallicanis, Patronum esse, & Abbatem constituisse, cum ipse Dionysius Areopagita ex Gallia ad Belgicos missus fuerit, ut ab Archiepiscopo Treuirensi, & Comite Tornacensi, & Gerardo Metensi Episcopo, & Comite Egmondano, & Comite Dom. Petronellae, & Hannoniae, & Comite Mauritio, & Comite Dom. Alostanae

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO 1586.

LOCA

ARTICVLI PACIS ANTVERPIANAE SVBSCRIPTI.

TEMPORA

Antuerpienſes enim videntes ſe contra legitimum ſuum Principem ac Regem Philippum tam potentem nihil efficere hactenus, verùm à confœderatis quibus fidebāt, deſeri quoq;, ac ſumma aliàs etiam neceſsitate premi, renūciantes primū omnibus pactis ac fœderibus cum inimicis Regia ſuæ Maieſtatis contrà Regem initis, eidem Regi ſe tanquam legitimo ſuo domino, à quo hucuſq; defecerant humiliter ſubmittunt; [1] *Templa diruta atq; exciſa reædificari, reſtaurari, atq; ita perpetuæ ignominiæ maculā (quæ aliàs ob oculos omnium verſaretur) deleri, Magiſtratus ciuitatu ac membra totius Reip: pollicentur, aditumq; ad bona ſua Eccleſiaſticis liberū poſthac promittunt* [1] *Principi Parmenſi præterea Antuerpienſes ſe tradituros ſpondent, omnem apparatum bellicum omnes munitiones, omnes naues bellicas, & quæ ſunt Reip: armamentaria præterea quater centena millia florenorū, inter milites diſtribuenda exoluturos, permiſſuroſq;, vt, ſi cum Principe Hollandi & Zelandi non conueniant vrbs Antuerpia ſit limitanea pattaturq; duo caſtella ad defenſionem eiuſdem extrui. Princeps vicißim Regis nomine Antuerpienſibus offert,* [1] *ſe omnia Priuilegia, omnesq; omninò immunitates, quibus antè exortum bellum gaudebant, conſeruaturum, omnibusq; ac ſingulis ā abſentibus, quàm præſentibus in vrbe ciuibus, incolis etiam ibidem iam commorantibus, omnium qualia quanta cunq; fuerint antecedentium flagitiorum, criminū quoque læſæ Maieſtatis perpetuam oblionem largitur atque concedit, multaq; alia hinc indè promittūtur ex vtraque parte 27 Articuli, quos hic recenſere conſultò prætereo, cùm iam antea ex Flandrica lingua tranſlatos ediderim.*

1 17 Auguſti

ARTICVLI PVBLICATI.

Qui quidem Articuli tám Principis quám Antuerpienſium ex parte ſubſcriptione reciproca confirmati, tandem pulſata maxima ciuitatis campana, hora vndecima meridiana ex Theatro in hunc vſum conſtructo, his ferè ſolemnitatibus promulgantur. [2] *Venit Armorum cognitor quem vulgò Heraldum appellant, & ſecum Tubicines Principis vnà in Theatrum adducit: hi populum ſuis inſtrumentis primùm inflantes conuocant, ille verò longa veſte quā Regis inſignia decorabant indutus, protenſa in altum manu* VIVAT REX HISPANIAE *ter exclamauit, multitudo populi (quæ magno numero tum aderat) erectis in altum quoq; manibus vocibuſq; elatis, Heraldum inſequens, ter idem exclamauit non quidem, vt antè 19 annos fecerat* VIVE LEGEVS *id eſt viuat Geuſius, ſed* VIVAT REX HISPANIAE, *ſic Mobile mutatu ſemper cū Principe vulgus: Receperāt antè triēnium magno cum Triumpho Regis Galliæ fratrem Alenzonium, Ducem Brabantiæ ab illis creatum, abdicato ſuo Rege, vt Dominum honorant, atque (vt alibi diximus) ſtatim*

2 21 Auguſt.

10 k Anuerpia.

FRANCICA CVM BELGIS CONCVRRVNT fœdera nexv.

Verùm iam, & ab eodem ipſo Alenzonio ſe deſertos, ne dicam deceptos eſſe Antuerpienſes, non ſine periculo ſuo grauiſſimo animaduerterent: Galliæque Regi in poſterū fidendum non eſſe conſtituerent, eorū tandem Statuum cum Francis ita redacta eſt, vt poſt triennium.

FRANCICA CVM BELGIS NVNC VIX, SINT fœdera IVNCTA.

Deteſtans etenim Antuerpienſis populus Alenzonij Francorumque memoriam, omnia omninò inſignia, quæ ingratiam & hostem Alenzonij erecta fuerant Gallica deiecit, Regiumque Hiſpanicum Auſtriaca in locum reſtituit, tandem & Parmenſem Principem victoriosiſſimum, bis mille peditibus Germanis ac Valonibus, & quadringentis equitibus ſtipatum, ducentiſque nobilibus comitatum (inter quos Duces, Marchiones, Comites, Barones, omniſque alterius generis proceres fuerunt) ingredientem Antuerpiam, lætus, magno cum triumpho, recepit. [3]

3 27 Auguſt



Digitized by Google

1586. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA

LOCA

Nolebat Illuſtriſſimus Princeps Parmenſis per portam S. Iacobi vulgò die KHIP-DORP appellatam ingredi, ne Antuerpienſi populo memoriam horribilis illius fœdi per Alenzonium ad eandem antea, in præiudicium vrbi patrati refricaret, ſed deflectens ab eadem, cum ſuis rectà ad Sãcti Georgij, quàm Cæſaris portam (in honorem Caroli V. dicatam) venit, peruenit. Ingredienti Magiſtratus claues vrbis per inſignitèr ornatam

1 27 Auguſt ac pulcherrimam virginem obtulerunt, atque inter cæteras, eam etiam, de qua dixi, ex auro purißimo confectam, quam ab illis grauiter accipiens, addidit aureo, quod in pectore ſuo radiabat, velleri. 10 k Antuerpia.

Princeps progrediens vlterius ad locum ciuitatis pertingit, eum, qui à Mari (die Mere dicitur) Vbi præter cætera ſpectacula, & varios arcus Triumphales factos ingenioſißimè. ITALI in honorem eiuſdem Principis columnam erexerunt roſtratam, cuius in ſummitate, Alexandri illius imaginem collocarunt. Significantes, eum, propter res ab eo fortiter & contra Philippi hoſtes feliciter hucuſque geſtas, magno grecorum illi Alexandro eſſe non immeritò comparandum principem hunc victorioſißimum.

2 7 Septemb QVI indè recedens, per Catharinæ plateam ad forum vſque ciuitatis magnum, pergit, vbi ANTVERPIENSES (quibus tamen antea inuerdixerat Princeps, ne ſumptus facerent inutiles, impenſaſque profunderent exorbitantes, in arcubus Triumphalibus, Theatris imaginibus, aliiſque rebus variis ad eum magnificè excipiendum) inter alia honoris ergò confecta opera, ſeptem Planetarum effigies ad domum ciuicam collocarunt, vnà cum Bacchi, vini dolio inſidentis, omnibuſque prætereuntibus vina fundentis imagine Planetis ſubiecta. Quibus ſignificare quidam volunt. Belgas pòſt diſceſſum Regis in Hiſpaniam, diuitijs, omniumque rerum affluentia, ſic fuiſſe inebriatos, vt, quid nam ex VII. illis, quinque, Regis ex parte, MARGARETA, ALBANVS, REQVESENIVS, IOANNES, & ALEXANDER Duo verò, Belgici populi, hoc eſt proprio, nomine, MATTHIAS, & ALENZONIVS, tanquam ♄ ♃ ☉ ☽ ♀ & ☿ in domum Antuerpienſium ingredientes, poſt Regem influentijs ſuis operatis ſint, anteà vix animadverterent, quàm tandem vexati rem ipſam intellexerint. A lexãder magnus. Planetæ. VII.

7. M 22
3. A 8
3. R 2
9. I 12
3. A 8

HISPANI cum Luſitanis Antuerpiæ vnicam PHOENICEM illam in mundo nouem, tenſis artificioſè cordis, volantem in aera, repreſentarunt, qua quidem Phœnice, Regem Philippum Macedonum, quondam (qui veterum militum florem filio Alexandro poſt ſe reliquit, cuius robore vir adoleſcens, non modo Græciam ſed etiam vniuerſam Aſiam, Syriam, Babyloniam, Perſiam, Ægyptum ſibi ſubiecit, & ad Indorum ac Scytharum extremos vſque fines progrediens, poſt Perſas potißimam illam orbis terrarum monarchiam tertiam, breui temporis momento ſtabiliuit) nunc in Philippo Hiſpaniarum Rege, rediuiuum ſignificarent, ac velut ex illius cineribus renatum. Phœnix.

Quemadmodum enim Philippus ille ſecundus, apud Macedones, ab Hercule decimus computatur, ita hic Philippus 2. ab altero velut Hercule Rhudolpho nimium primo Auſtriacæ domus Imperatore inuictißimo, decimus quoque habetur. Et quemadmodum primus Philippus apud Macedones octauus eſt ab Hercule, ita primus ille Philippus ex domo Auſtriacum referens idem octauus eſt in ordine. Sed ad Parmenſem redeundum. [2]

3 10 Septèb. Hic Antuerpiæ procedens tandem in ſummum Beatæ Mariæ templum veniens alter tanquam Machabæus, dicere potuit SANCTA TVA CONCVLCATA SVNT ET CONTAMINATA. alta denique voce Te Deum Laudamus cantari iſſit, indèque rectà ad Caſtellum ab Albano extructum, atque ab Auriaco Principe diu occupatum, poſteà verò aduenientе Parmenſi deſertum) ingreditur. Arx.

PRINCEPS

ALEXANDRO FARNESIO LEONEM

LOCA

TEMPORA

PRINCEPS Parmenſis, totus in Republica Antuerpiæ ordinandæ fuit. Magiſtratum creauit, militem introductum, minimò quàm fieri potuit, ciuium incommodo diſtribuit, lites audiuit, diſſidia compoſuit, pontem quoque ſuper Saldi fluuio erectum ſoluit, ſicque nauigationem fluminis impeditam recluſit, Leges & Edicta tulit, nec tantùm ciues, ſed & milites ibidem Antuerpiæ, in ordinem redegit, fecitq́, omnia, quæ ad Remp. formandam in Principe prudentiſſimo pariter atque humaniſſimo requirebantur. In caſtra deindè 1 ediens, militem quoque ibidem recenſuit, collaudataque ſingulorũ virtute ac patientia, quàm in tam moleſta & diuturna Antuerpienſium obſidione oſtendiſſent, præmia illis diſtribui, ac ſtipendia numerari iuſſit, indeque in vrbem reuerſus, de pace Hollandis, Zelandis, Gelris, alijsque Regi contrarijs ſubditis concedenda cogitauit, ſed fruſtrà.

10 k Antuerpia.

1 Auguſto menſe.

IIDEM namque ſubditi, cùm animaduertiſſent Angliæ Reginam, Hiſpaniarũ Regi planè contrariam. Dracum quendam maris piratam, circa menſis Auguſti initium. [1] cum claſſe ſua inſtructiſſima Londino, in Galliciam, aliaque Hiſpaniæ loca vbi Indicam nauigationem impedire poſſet, ablegaſſe, quàmprimùm, nulla cum ſua Rege pacis habita ratione, legatos ad Anglam miſerunt, à qua ſingulari honore, lautiſque epulis accepti, tandem auditis eorum rationibus, cauſiſque conſideratis, maximè ob imminens ſibi (vt ait) ſuoque Regno periculum ſi Hiſpani Belgio potiantur, conſilia cùm ſuis captauit, omneſq; ſubditos Angliæ promptos inuenit, ad occurrendum huic malo, dictiſque Belgis Regi ſuo rebellantibus, vita & fortunis ſuccurrendum.

2 c Anglia.

1 k Londinũ.

8 h Zelandia.

DECREVIT Decreuit itaque certas Anglorum copias in ſubſidium, illis tanquam iam deſperatis Belgij populis, mittere, non alium in finem inquiens, quàm vt ſe ſuasque vrbes, contrà depredationes ac deuaſtationes hoſtium tueantur, Deique honorem, quem vnicè illos querere, Regina ait, & ſua priuilegia propugnent. Minimè verò ſubſidium hoc à ſe mitti ex ambitione, malignitate, aut peculari ſuo ſuique populi commodo, vel vtilitate augenda, ſed vt priuilegia iam dicta, populo reſtituantur, & amicitia commerciumque inter Belgas & Anglos continuetur: Oppidis autem maritimis ſua præſidia imponere ſtatuiſſe dicit Angla, non vt ea ſuum in vſum hoc tempore conuertat, ſed vt cuſtodiat tantum tueaturque, & ſui ad ea acceſſum habeant & receſſum, ſintque tanquam granaria, ad quæ annona conuehi & comportari poſſit.

2 19 Septem

10 g Hollãdia.

11 f Gelria.

INTEREA Duo illi Henrici Borbonij, in Gallia, Nauarræ ſcilicet Rex & Condæus Princeps à Pontifice Sixto V. proſcribuntur, [2] quemadmodum & anteà, eadem quoque Regina Anglia à Pio V. proſcripta, & vt Hæretica fuit condemnata. [4]

11 f Vtrecht.

VENERVNT tandem ex Anglia equitum & peditum aliquot millia, à Regina in Belgium miſſa, qui cum in Zelandia & Hollandia primùm appulſi eſſent in Diœceſim Vltraiectenſem ſeſe effuderunt, vbi luſtrati, veſtiti & armati ex templò fuerunt. Inde Comite Nouenario ſiue Alpenſi Duce, in Veluam profecti, Iſelort, quingentis ab Arnhemia diſtans paſſibus, vbi nimirum Iſela ex Rheno defluit propugnaculum extructum obſederunt. Regij, qui in præſidio erant fortiſſimè quidem ſeſe tuebantur ac defendebant, magnaſque ſtrages in Anglorum caſtris edebant, ſtrata ſunt ruinæ maximæ, oppugnata valla ſæpius, magna ſæpe ſuorum clade & ignominia Angli ſunt reiecti.

13 g Arnhem

3 26 Octobr

14 g Iſelort.


YSSEL

TEMPORA | LOCA

ITA vt in caſtris eſſet trepidatio, ignoratumque ſit, Angli ne eſſent an ipſi obſeſſi. Præfecti nihilominus eos cogebant, verbiſque ac verberibus in officio continebant. Et licet præſidiarijs puluis & plumbum deficeret, multos enim in dies extracta eſt obſidio, totieſque pugnatū, necdum tamen eorum animi cecidére, ſed detractis nodis à veſtibus, ijſque in ſclopetis miſsis ſeſe tuebantur quidem ſtrenuè, verùm cùm tandem nullam ſpem reliquam viderent, vitam & fortunas pacti, Anglis ſe dedere coacti ſunt. 14 g Iſelort.

1 1 Octobr.

QVI quidem Angli, victoria hac (quam tamen ſexcentis ex ſuis deſideratis redemerunt) elati, Rheno traiecto, venerunt in Batauiam, munitionem ibidem in capite Montenſi obſeſſuri, per proditionem apud præſidiarios ſtatim hoc effecerunt, vt non expectata obſidione, præfectum ſuum, natione Turcam ſed Baptizatum, vnà cum munitione ſiue propugnaculo hoſtibus Anglis tradiderunt, homines perfidi, ignominiaque perpetua digni.

HESSELIVS ille, de quo ſuprà dixi, [2] Regis Hiſpaniarum arcani Senatus conſiliarius, vir magnæ auctoritatis, Gandaui comprehenſus, atque à rebellibus extra ciuitatem ad arborem, indicta cauſſa, nulloque merito ſuo (niſi quod Religioni Catholicæ addictiſſimus, Regique ſuo fideliſſimus fuerat) ſuſpenſus, ac tribus diebus noctibuſque cuſtoditus, ne quis eum ab arbore tolleret, à ciue tamen quodam die tertio ſublatus tum & ſepultus, iam tandem poſt ſeptem annos inuentus eſt [1] integer adhuc, carne ſolida, & pelle adhuc nitida, recens omninò & quaſi eodem die ſepultus. 14 g Berghofft

2 Pagina 255

Ad cuius rei miraculum, (ſine vllo enim tegumento, nudus in terra tandiu quieuit) tota Gandenſis vrbis effuſa concurrebat, & clero commitante, cum inſigni pompa multorumque lachrimis, in vrbis Sacello Sancti Michaelis vbi ſepulchrum ipſo viuo adhuc extructum erat, conditus eſt, reque ipſa completum quod pius Senex prædixerat, ſe fore in hoc monumento ſepeliendum, tametſi hæc ipſius verba, tum rebelles irridere ſolebant, cum recens ſuſpenſus eſſet, ita ſingulari ſua prouidentia, Deus non ſolùm ſingulas perſonas, verùmetiam integras Ciuitates mirabiliter conſeruat.

SIC Neomagenſes à maximo ſunt periculo liberati, atq; à Neuenarij ſuorumque intentata proditione conſeruati. Erat Iohannes quidam Harentius nomine, qui pecunia corruptus, vrbem ſe hoſtibus traditurum receperat, habitabat hic in vna, mœnibus Ciuitatis turri contigua, ex qua ſubterraneum aditum per vallum ad mœnia fecerat, ipſa malleis, tudibuſque ita intrinſecus atterès aptauit, vt adueniente hoſte pede perforari potuiſſet facillimè. Sed & viuos lapides cæmento ſoluerat, qui ſic muro herebant, vt foris tamen, nullam præberent ſuſpicionem, Id quod alijs quoque duobus locis factitatum erat. 8 m Gandauū

3 28 Octob.

OMNIBVS ad proditionem iam præparatis ſic cùm nocte inſequenti. [3] Vrbis hoſtium libidini eſſet tradenda, in quam crudelem machinabantur carnificinam, proditor Harentius ſub veſperem ebrius, verba quædam cœpit effutire, quæ ſuſpicionis plena cùm ad quoſdam è Senatu delata eſſent, effecerunt, vt vnà cum filio Harentius idem captus, torturæq; ſubiectus, proditionem detegeret. 13 h Nouiomagum.

EVOCATI

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1585.

LOCA

TEMPORA

14 h Venlo.

ERANT in hunc finem à Neuenario multi Venlone, Grauio, Gelria, VVachtendōckio & Bleiembeca, qui nocte præſidiarij hora conſtituta, ad vrbem venientes altum in ea ſilentiū animaduerterunt quos inſuper ſigna fallebant, adeò vt cùm ſeſe eluſos intelligerent, iterumq; ad ſuos reuertentes ſe reciperent. Poſtridiè conijciuntur & alij huius proditionis conſcij in vincula pluresq; ſuſpecti in exilium ire iubentur: tanti vero ſceleris auctores paulò pòſt condigno ſupplicio afficiuntur.

1
7 Octobr.

13 g Graue.

NEVENARIVS proditione hac nihil efficiens, vi tandem vrbem eſſe inuadendam decreuit, totumq; ſuum exercitum in pagum quoddam Lent nomine in vlteriore VVahalis ripa, ex vrbis oppoſito ſitum ducens, ibi caſtramentatus munitiſſimum propugnaculum extruxit, quadrangulari figura ex argilla, viuoque ceſpite coagmentatum, & virgultis, ſalicumq; ſurculis inſertis, foris valla circum quaque veſtiuit.

15 h Gelder.

NAVES quoq; præſidiarias nonnullas diuerſis locis diſpoſuit quæ commeatum impedirent. Tandem attractis machinis ex propugnaculo, ciuium ædes conuellere cæpit, ignitoſq; in vrbem globos quamplurimos immiſit, qui incendium excitarent. Sed vna tantum domus aut altera cum deflagraſſet nihil dignum hoc ſtratagemmate actum eſt.

15 h VVachtendonck.

2
22 Octobr.

HABEBAT & in caſtris aliud tormentum, ex quo contagioſum & peſtilentialem ignem in vrbem eiaculari mandauit. Sed quia breuius erat, tormentum hoc, ob flammis latitudinem in vrbem, ignem illum perferre nō potuit, qui tamen ignis ſæpius ardens in flumine inſtar caudæ vitulinæ natare viſus eſt.

14 g Bleiembeck.

INTERIM dum hæc fiunt Henricus Rex Galliæ contra Hugonotas ſuos rebellantes præter illud de quò ſuprà dixi, acerrimum, publicauit. [1] Elizabetha aūt Regina Angliæ pro Geuſijs Regi Hiſpaniarum in Belgio rebellantibus defendendis, cōtrarium edictum promulgat, [2] inter cetera dicens: Hollandos, Geldros aliosq; conſœderatos, de fauore ac beneuolentia Regis ſui iam deſperantes, & tyrannide Hiſpanicorum in Belgio Gubernatorum ſeuientium, oppreſſos & afflictos ſubſidium mereri, quo ſe ſuaſque vrbes contrà depredationes, deuaſtationeſque hoſtium tueantur.

13 g Lent.

5 f Gallia.

NOVESIENSES interea maximas frequentiſſimaſque excurſiones faciunt & predas boum opulentiſſimas, etiam in conſpectu vrbis Colonienſis, præſidiarijs Colonienſium cæſis & fugatis, abigunt. Dux verò Illuſtriſſimus Cliuiæ hac licentia prædatorum intellecta; Edicto promulgato iußit, vt quicunque in locis ſibi ſubiectis prædones inuenirentur, caperentur, vel occiderentur, captis itaque & morte mulctatis, audacia Nouieſienſium nonnihil repreſſa eſt.

3 Pagina 383.

1 k Anglia.

Illuſtriſſimus idem Dux & à ſubditis ſuis in vlteriore Rheni ripa, ex oppoſito vrbis Nouieſiana propugnaculum erigi mandauit, atque illud à circumiacentibus pagis cuſtodiri, vt hoc pacto præſidiarij Nouieſienſes euagari, & in terram Montenſem excurrere prohiberetur.

16 k Nuyſs.

ELECTOR quoque Colonienſis ordines Diœceſeos Brulam euocauit, quo & ipſe Sereniſſimus Princeps ad Comitia venit, ac diſertiſſima ibi oratione demonſtrans, quantos theſauros è ſuo peculio deſumptos in hoc bello inſumpſiſſet, addit, non tantū ſuum, ſed & fratris Bauaria Ducis ærarium penè exhauſiſſe, affectumq; ſuum ergà Diœceſim præterea & exanthlatos labores oſtendens, tam diſertè in oratione ſua progreditur, vt ordines ad lachrimas moti non contemnendam ſummam in belli proſequendi vſum pollicerentur.

14 g Cliuia.

16 m Bruel.

4
30 Octob.

OBSIDEBAT adhuc Neuenarius Nouiomagum, nec Altipennius hoſtem, antea fugare potuit propter aquarum inundationes, cum autem poſtea minuerentur aquæ, iamque intrà alueos fluuij redirent. Idem Altipennius Gelriæ gubernator, omnem apparatum nauium, tormentorum aliarumque rerum, Neomagi fieri iußit, indeque Anglos fugauit. [4]

13 g Nieumegen.

Digitized by Google



1585. TEMPORA	TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA	LOCA
1 1 Nouemb.	REX Scotiæ Iacobus VI. antè triennĩ quosdam ex nobilitate Scotiæ, qui illum in partes suas factionesque Anglicanas inducere statuerũt, regno eiecit, inter quos erant, Aranius, Angusius Botvvellius, & Marrius, cum Abbatibus Clamsketelio, Draibrochtio, Platletio, aliisque nobilibus. Hi ex improuiso decem plusminùs, expeditissimorum peditum equitumque millium exercitu conscripto, Regem Romana fidei, candidatum, in arcem Sterlingam fugien tem adoriũtur, castra in suburbio Sterlingensi figentes, murumque oppugnantes confestim vi bem deditione cæperunt. Comite Montrosio, Craifordio, Clenterno, Arrollio, Rolhio, & Stuardo, ad Regem ex oppido in castrum fugientibus. Rex sese in Angustias redactum c rnens, Legatos misit ad comitatos, à quibus petijt personæ, ac dignitatis suæ, eorumq; qui secum erant conseruationem. Qui Regiam quidam personeque Regis salutem offerunt. Sed per totum Regnum Scotiæ, ad normam Religionis suæ quã pretenderent reformari, omniũq; munitionum Regni custodiam sibi suisque demandari, Hostesque suos, proceres nimirum qui cum Rege erant, sibi tradi, & præsidia vbique mutari postularunt, ac voluerunt, quorum voluntati Rex ille Iacobus reluctari non potuit, verùm illis quod potierunt concedere, sicque Catholicam religionem indè ex Scotia regno exulari, permittere coactus est.	10 k Antuerpia. 10 h Bergen op zom. 13 n Leodium
2 Pagina 221.	HISPANIAE Rex interea Monzonij Cataloniæ oppido, trium, Valentiæ nimirum Cataloniæ & Arragoniæ regnorum singulis triennijs haberi solita, comitia habuit, in quibus Serenissimus Princeps Philippus, eorum regnorũ à Regis obitu successor & hæres declaratus. Rex Idem Parmensi arcem Placentinæ vrbis donasse, eamque eductis ex ea Hispanis, & in eorum locum substitutis à se Italis possideret. Qui quidem Parmensis, in vrbe quoque Antuerpiensi arcem de qua supra dixi, [2] deiectã restaurare cæpit [3] Sic vnus destruens, & alius edificans, quid prodest illis nisi labor, vt in sacris ait ille sapiens.	10 f Hollãdia. 8 h Zelandia.
3 8 Nouem	INSIDIATI erant proximis diebus Episcopo Vercellensi Apostolico Nuntio, Angli ex Berga ad Zoman variè excurrentes: quem tamen aliquot præsidiarijs militibus Parmensis, & Marchio quidam Badensis, & præfectus Franchimontensis prouinciæ Leodiensium Lindemus Antuerpiam vsque deduxerunt.	13 g Gelria.
	REFORMATA iam Republica Antuerpiensi & castro, spe reconciliationis Hollandicæ Zelandicæ atque Gelriæ languescente, pene reædificato. Princeps Parmensis, cum vniuersa aula profectus est [4] Bruxellam, vbi Ciues certatim effusi tadis plusquam trecentis illi processerunt obuiam, summa eundem lætitia maximisque triumphis, in beneuolentiæ significationem excipientes. Edita sunt toto penè triduo signa lætitiæ, igneque triumphales extructi maximo dum applausu & exclamationibus vtriusque sexus & ætatis hominibus.	10 m Bruxella.
4 7 Decem.	VENIT interea Carolus Mansfeldiæ Comes cum lectissimis aliquot copijs in Rauensteinense territorium, summaque vsus celeritate Mosam traijciens, insulam Bommelensem occupat, terram opulentam, quæ iã aliliquot annis à bello & præsidijs fuerat immunis: periclitatur autem in ea Insula Comes cum suis. Parmensis itaque de suorum militum salute anxius, audito infausto hoc nuntio, relictis confestim omnibus, surgens è medijs conuiuijs, & triumphalibus istis gaudijs, Bruxella clàm equum conscendit, & sex tãtum equitibus lectis, incredibili celeritate, repente Buscoducum est profectus, vt suis periclitantibus & armis & cõsilio opem ferret cingitur Hæc insula (vt in Belgici Leonis Charta videtur) vndique fluminibus. Rheno à septentrione, à meridie vero Mosa alluitur, quæ flumina ab ortu brachio intermedio coniunguntur & ab occasu confluunt.	12 g Bommel 12 g Buscoducum.

CVM

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1585.

LOCA

TEMPORA

2 e Anglia.

CVM Holachius Comes audiſſet hanc Inſulam Regios eſſe ingreſſos, quamprimùm Claſſem ſexaginta circiter nauium inſtrui iubet, impoſitoque milite, Moſæ oſtium ingreſſus inſulam cingit, & magna contentione aggeres, varijs in locis perrumpit, adeò, vt fluuijs in inſulam currentibus, penè tota ea ſit inundata. Nec Regijs, qui vt poterant, ſeſe tuebantur, quiſquam ſubuenire potuit. Ita totos quatuor dies, aquis vndiq; cincti, ſine commeatu, ſub dio, in intolerabili frigore penè enecabantur. Deſperabant pleriq; de ſalute illorum, ſed & miles Hiſpanus à Geusijs captus, & ad comitem ductus, palàm fatebatur, [1] non fuiſſe toto hoc bello à partibus ordinum ipſum Holachium comitem fœliciorem, vt, qui tot, tamq; lectas Copias (erant enim circiter quatuor millia, Hiſpani pleriq;, flos militiæ Regiæ, Duces & præfecti, militariſque diſciplinæ peritiſſimi) tam exiguo tempore, labore, & incommodo ſuorum ſimul in tantas anguſtias redegiſſet. Regij in hoc periculo conſtituti ad Deum ſolum iugibus nec interruptis ſuis precibus confugientes: tandem obtinuerunt, vt ſubita ueum Boream Deus emiſerit qui VVabalim flumen, gelida glacie conſtrinxit. Nam & Epiſcopus Ruremundenſis ille, vir reuerentia, ſanctitate, ac doctrina preclarus, D. VVilhelmus Lindanus, pro pietate & amore, quo ſingulariter Eccleſiam Catholicam ſemper complexus eſt, ſupplicationibus & litanijs, renouatis, Monaſteria Sanctorum virginum circumiuit, ſelectioreſque Dei cultores ad iuges preces pro Regiorum ſalute fundendas, adhortatus eſt, atque excitauit.

1 11 Decẽbr.

3 l Douer.

HOLACHIVS ita q, ſubitã aurę mutationem admiratus, metuens, ne naues glacie impeditæ abire non poſſent, aut Aquilone fluuios Belgicos in mare occidentale propellente, flumine vadoſo facto, aquiſque ſubtractis commeatu claſsis deſtitueretur, ſubtractis anchoris veliſque expanſis, in fugam conuerſus eſt.

ANGLIAE Regina interim ad Hiſpania Regi tantò fortiùs reſiſtendum ſeque tuendũ, cum Regibus illis Scotiæ nimirùm, Daniæ & Nauarræo fœdus init, portus ſuos nauibus munit, tranſitum mari in Hiſpaniam prohibet, Traiectum Douerenſem, eò loco circum claſſe tenet, [2] ad littus editioribus locis haſtas ſiue longuriæ altitudine domus erigit, ijſdemque dolia, pice & ignem concipiente materia, impleta ſuperponit, ad quæ Scalà per alterum gradibus aſcenditur longurium, ſpeculatores, qui ſi hoſtile quicquam detexerint impoſito igne in dolia vicinis indicant ſatis propinquis ac frequentibus ſpeculatoribus, ita, vt intrà horam tota Anglia periculum reſciat, & quilibet ad arma recurrat. Vnde ſibi perſuadent Angli, ſe nulla à claſſe ex improuiſo impeti poſſe, nec ad eorum portus ac littus, maioribus nauibus, ſed naucigiolis tantum appellere licet. Eo pacto ſe valde tutos horum ſpeculatorum indicijs credunt. Sed ad Regios in Inſula Bommelenſi periclitatos redeo.

12 g Buſcoducum.

HOLACHIIS abnauigantibus, intentiſſimum gelu, in mollem iterum æſtatis temperiem conuerſum eſt, ita vt Regiæ naues. Hiſpanis Regijs duriſſimo frigore afflictis, atque fame tantum non enecatis, è vicinia potiſſimum, cum Buſcoducenſium ſtudijs, deſideratam annonam, reſoluta glacie, ſine vlla difficultate aduexerint, & ex Inſula in continentem ripam ſemineces plurimos & languidos tranſportauerint refocillandos, quorum tamen quidam vita defuncti, nonnulli verò pedum quoque digitis gelu aſperrimo præmortuis, aut pedibus etiam ipſis gemutenus, ne pars ſyncera inficeretur, priuati ſunt.

COELESTI hoc beneficio liberati ex Regijs (Hiſpani potiſſimum) gratitudinis animum teſtantes. Buſcoducenſibus ingentia donarunt munera; octoginta Boues pauperibus dederũt diſtribuendos, & in populi vſum Craterem aureum largiebantur, Regium planè munus, vnde in Sacro paſchate myſticam Euchariſtiæ communionem vinum libarent, & quo diuinæ Sacramenti margaritæ abluantur.

11 f Bommelervvert.

2 11 Decẽbr.

FAMA liberati exercitus cum ad Parmenſem in oppido Herentalenſi eſſet perlata, gauiſus Princeps confeſtim Bruxellas rediit. Vbi Vergeius liberi Burgundiæ Comitatus gubernator, & Marchio Verambonius Sequani, à Rege aurei ſui velleris torque donati ſunt, alijq; nonnulli proceres propter benemerita iuſſu Regis ſolemni more hoc eodẽ torque inſigniti.


BOMLER
WIE
WAES
TSHE
RTO

BOSCH

TEMPORA

LOCA

PARMENSIS Carolum Mansfeldiæ comitem in Gelriam miſit, cum tribus peditũ millibus & mille quingentis equitibus in ſubſidium Colonienſis Electoris, qui obſidionem Nouefianam animo tum agitabat. Eſt vrbs valde munita, ſed quæ Caroli Burgundiæ Ducis Audacis obſidionem ferè per annum tulit, à qua ipſum Fridericus Imperator huius nomine tertius abauus Rudolphi præſentis Imperatoris noſtri, conceptis de tradenda in Matrimonium Maria filia Caroli illius vnica, Maximiliano proauo huius quoque noſtri Imperatoris, pacis articulis reppulit. noſtro tempore vix biduo iã dicti Electoris Colonienſis Principis Erneſti poteſtatem venit ita vt infra dicetur. [1]

12 g Hertzogboſs.

2 14 Decẽbr.

NuSSia BurgundIs toto quæ reſtitit anno
Farneſios ea, nunc, biduo non ſuſtinet vno.

HABETVR interea quoque ordinum Diœceſeos Colonienſium Conuentus, in quo multa quidem propoſita pleraque verò in proxima imperij Comitia reiecta ſunt: niſi quod concluſum ſit, prædatores excurrentes, & itinera infeſtantes, aut capiendos eſſe, aut occidendos.

11 k Herentals.

GELRIAE Regis Hiſpaniarum nomine Gubernator Altipennius, piratis [2] Nouiomagi (quam adhuc Nouenarius obſidebat) nauibus, tormentis, aliiſque rebus, omnia præſidiariæ naui & pontoni impoſita, aduerſo flumine Bommelium & Oyam trahi impellique iubet. Stabant ibi in anchoris myoparones ordinum duo, quorum vnus depreſſus eſt à Regijs, alter noctu clam euaſit. Inde vlterius nauigantes tertium myoparonem ordinum vnà cum omni munitione bellica interruperunt.

1 Pagina. 411.

POSTRIDIE [3] circa meridiem Regij, qui in Duffel caſtra ſua habebant, magna celeritate ſyluam & montem proximum deſcendentes, Oyam, contendunt, naueſque conſcendunt. Interim Myoparo Nouiomagenſis attractis anchoris ſub ripa ſeptemtrionali VVahalæ conſedit, qua parte Regij in Batauiam exponerentur, quatuor quoque maiora tormenta diſploſa verſus propugnaculum Anglorum, vt feſtiuo illo boatu excitarentur, & ſi quid animi illis eſſet, aperto ſe campo crederent. Frequens erat in muris, turribus, & vallis, Nouiomagenſium Ciuium numerus, vt euentum rei ſpectarent. Angli ſerpentinam vnam vbi cuniculus erat denſior dirigetnes, magni ponderis globum eiaculati ſunt, ſed præterquàm quod quidam ex arena laſi ſunt, nihil iſto globo effectum eſt.

10 l Bruxella.

SVMMA interea cum dexteritate, ac celeritate, ſexcenti circiter equites & pedites fluuium traiecerunt, quos alij eueſtigiò ſubſecuti ſunt numero plus minus ſex mille equites & pedites, Hiſpani, Itali, & Epirotæ, viri in armis omnes exercitatiſſimi. Videmes Angli hoſtem tunc ſibi imminere templum in Lent incendunt, quemadmodum & nocte præterita, Nobilis cuiuſdem ades, Hoſpitium Nouenarij depopulati igne erant.

3 15 Decẽbr.

15 k Nuyſs.

DVM hæc fiunt, in nauiculam quandam aduerſo flumine ex Oſterholt remis impulſam nauem ex ordinum præfectis deſiliunt, fugaque elabuntur extrema periclitari volentes, confeſtim quoque templum in Oſterholt arſit, quo in pago propugnaculum habebant Angli, multò munitius illo, quod erat ex oppoſito Neomagi.

16 l Colonia.

SIXTVS V. Romanus Pontifex, circà hæc tempora [4] Georgium Draſkouitium antcà Epiſcopum Quinqueclesienſem & Oratorem Cæſareum pro Regno Hungariæ in concilio Tridentino, (cui & ego tum interfui) poſtea verò factum Archiepiſcopum Colocenſem, Cardinalem creauit, cum Henrico Caietano, patriarcha Alexandrino; cum Ioanne Baptiſta Caſtruccio Lucenſi, Adminiſtratore Archiepiſcopatus Theatini; cum Friderico Cornelio Veneto, Dominico pinello Genuenſi; Decio Azzolino Firmano; & Hypolitis duobus, Rubeo ſcilicet Parmenſi, & Aldobrandino Florentino Datario Pontificis & auditore Rota.

4 18 Decem.

13 h Neumegẽ.

RVDOLPHVS

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO 1585.

LOCA

TEMPORA

RVDOLPHVS Imperator paulo antè à Summo Pontifice Sixto V. literas recipit, quibus Idem Pontifex ſignificat, Regem Nauarræum, & Principem Condæum (de quibus ſupra dixi [1]) à ſede Apoſtolica excommunicatos & proſcriptos eſſe, nec dubitare ſeſe, quin ijdem excommunicati, omnia tentaturi ſint, omniumque, quos cauſæ ſuæ fauere intelligunt, auxilia imploraturi. Hortatur itaq; Pontifex. Imperatoriam Maieſtatem, atque ſi patiatur, etiam rogat, vt apud Germaniæ Principes, ſi quos ſiue ab illis ſollicitatos, ſiue ſua culpa impulſos aliquid cogitare, aut moliri intelligat, Imperator obſiſtat, quantū poteſt, cōſilio, auctoritate, opera, poterit aūt omnia Deo adiuuante, inquit pontifex, Deum nunquā ſuæ cauſæ defuturum, neque ſuorum obliturum in finem, tametſi patiatur nos, pro noſtris peccatis ac criminibus ad tempus vexari, addens inſuper ſe certè Germaniæ principibus, licet ſe ab hac ſede Apoſtolica, atque ab ipſomet pontifice abalienauerint, nihil in ſuis ipſorum locis incommodare quemadmodum nec id faceret Rex Galliæ. Æquum itaque non eſſe Galliæ Regi & ſuæ obedientiæ Regno arma inferre. Iniuriam Imperatoriæ ſuæ pietati ſe facere arbitratur pontifex dum quod dictum eſt, idipſum rogat, Sed tamen pro Summo ſuo officio, & munere, proque rei grauitate ſe facere non potuiſſe aſſerit, quin Imperatorem etiam atque etiam rogaret.

13 f Arnhem. — 1 Pagina 389.

8 h Mittelburg. — 2 17 Decēbr.

ALTIPENNIVS interea ordines inſtruit, animos ſuorum, promiſſis ac laudibus accendit, de oppugnando Anglorum propugnaculo Oſterholt capit conſilium. Quibus peractis poſt ſolis occaſum in crepuſculo veſpertino caſtra mouet, & præmiſſis copijs, iubet hoſtium ſtationes explorari, quæ cum ad propugnaculum veniſſent, illud deſertum ab Anglis compererunt; introeuntes autem, maiora tormenta ſex inuenerunt, Altipennius intellecta hoſtium fuga; vnam ſtatim exercitus partem miſit, vt Caſtrum Dorvvichium occuparent, qui miſſi erant, pontem ſublicium includant, armiſque expeditis oppugnationem parant, præſidiarij verò trepidantes ſe hoſtium libidini dediderunt. Præfectus arcis captus eſt, cæteri ſunt occiſi. Alteram exercitus partem, hoſtes inſequi præcepit, quæ capta munitione in Oſterholt, & arce Louenenſi, multos ex præſidiarijs interfecit.

8 h Vliſſingē. — 3 18 Decēbr.

QVI hoſtium manus euaſerant, in varias vias dilapſi, & tota Batauia palantes, in oppido Tielana, & Arnhemienſi, ſalutem & refugium quæſierunt, ſed in neutrum recepti ſunt. Nouenarius Comes, cum Aulicis ſuis Arnhemium ingreſſus, fugam huiuſmodi Anglorum difficulter admodum concoquere potuit. Altipennius verò traductis, [2] iterum per VVahalim aliquot copijs caſtrum DVKENBVRGENSE obſedit, & poſtero die [3] in fidem recepit.

8 h Rameken. — 4 19 Decēbr.

ANGLI qui propugnaculum, quod eſt in capite Montenſi, cuſtodierunt, fuga comilitonum ſuorum cōſternati, quoque deſeruerunt. [4] Eodem etiam die Caſtrum HOEMENSE cui magna commeatus inerat copia, cis & vltrà Moſam obſeſſum, paucis poſt diebus, in Regiorum poteſtatem venit.

15 k Nuyſs. — 5 20 Decēb.

AVGVSTVS Saxoniæ Elector, Ætatis pronectæ ſexaginta ferè trium annorum Princeps ex aula ſua proficiſcitur, [4] vt Agnetem Principis Anhaltiæ filiam quatuordecim pluſminùs annorum vxorem duceret. Suamque filiam Idem Elector ſecum adducens Iulij Ducis Brunſvvicenſis filio nupturā. Quo tempore varia cum Electore eodem Principe, Regis Nauarræi nomine, aliorumque proteſtantium cauſa in præiudicium Catholicorum acta dicebatur. Veniunt ex altera quoque parte Catholicorum Regiſq; Catholici inimici à Regina Angliæ miſſi Middelburgum in Zelandiam. Philippus Sidneus Gubernator Fliſſingenſis, eiuſque locum tenens Colonellus Morgan, præterea quoq; Robertus Sidneij cui Rameknenſis caſtri cuſtodia commiſſa eſt: expectaturq; Generalis ille quoq; Gubernator Robertus Dudleius Comes Leyceſtria cui obuiam inter ceteros proceres ac nobiles proficiſcuntur Middedelburgum vſque Mauricius, Gulielmus & Philippus Comites Naſſouienſes, vt ibidem eum excipierent, atque inde in Hollandiam deducerent.

PHILIPPI REGIS NOMINE GVBERNANTE CXCIII.

TEMPORA

LOCA

PARMENSIS Carolum Mansfeldiæ comitem in Gelriam misit, cum tribus peditũ millibus & mille quingentis equitibus in subsidium Colonicnsis Electoris, qui obsidionem Nouesianam animo tum agitabat. Est vrbs valde munita, sed quæ Caroli Burgundiæ Ducis Audacis obsidionem ferè per annum tulit, à qua ipsum Fridericus Imperator huius nomine tertius abauus Rudolphi præsentis Imperatoris nostri, conceptis de tradenda in Matrimonium Maria filia Caroli illius vnica, Maximiliano proauo huius quoque nostri Imperatoris, pacis articulis reppulit, nostro tempore vix biduo iã dicti Electoris Colonienſis Principis Ernesti potestatem venit ita vt infra dicetur. [1]

12 g Hertzogbos.

2 14 Decẽbr.

NuSSia BurgundIs toto quæ reſtitit anno
Farneſios ea, nunc, biduo non ſuſtinet vno.

HABETVR interea quoque ordinum Diœceſeos Colonienſium Conuentus, in quo multa quidem propoſita pleraque verò in proxima imperij Comitia reiecta ſunt: niſi quod concluſum ſit, prædatores excurrentes, & itinera infeſtantes, aut capiendos eſſe, aut occidendos.

11 k Herentals.

GELRIAE Regis Hiſpaniarum nomine Gubernator Alipennius, piratis [2] Nouiomagi (quam adhuc Nouenarius obſidebat) nauibus, tormentis, aliiſque rebus, omnia præſidiariæ naui & pontoni impoſita, aduerſo flumine Bommelium & Oyam trahi impellique iubet. Stabant ibi in anchoris myoparones ordinum duo, quorum vnus depreſſus eſt à Regijs, alter noctu clam euaſit. Inde vlterius nauigantes tertium myoparonem ordinum vnà cum omni munitione bellica interruperunt.

1 Pagina. 411.

POSTRIDIE [3] circa meridiem Regij, qui in Duſſel caſtra ſua habebant, magna celeritate ſyluam & montem proximum deſcendentes, Oyam, contendunt, nauesque conſcendunt. Interim Myoparo Nouiomagenſis attractis anchoris ſub ripa ſeptemtrionali VVabalæ conſedit, qua parte Regij in Batauiam exponerentur, quatuor quoque maiora tormenta diſpoſita verſus propugnaculum Anglorum, vt feſtiuo illo boatu excitarentur, & ſi quid animi illis eſſet, aperto ſe campo crederent. Frequens erat in muris, turribus, & vallis, Nouiomagenſium Ciuium numerus, vt euentum rei ſpectarent. Angli ſerpentinam vnam vbi cuniculus erat denſior dirigetnes, magni ponderis globum eiaculati ſunt, ſed præterquàm quod quidam ex arena laſi ſunt, nihil iſto globo effectum eſt.

10 l Bruxella.

SVMMA interea cum dexteritate, ac celeritate, ſexcenti circiter equites & pedites fluuium traiecerunt, quos alij ueſtigiò ſubſecuti ſunt numero pluſminus ſex mille equites & pedites, Hiſpani, Itali, & Epirotæ, viri in armis omnes exercitatiſſimi. Videmes Angli hoſtem tunc ſibi imminere templum in Lent incendunt, quemadmodum & nocte præterita, Nobilis cuiuſdem ædes, Hoſpitium Neuenarij depopulati igne erant.

15 k Nuyſs.

3 15 Decẽbr.

DVM hæc fiunt, in nauiculam quandam aduerſo flumine ex Oſterbolt remis impulſam nauem ex ordinum præfectis deſiliunt, fugaque elabuntur extrema periclitari volentes, confeſtim quoque templum in Oſterbolt arſit, quo in pago propugnaculum habebant Angli, multò munitius illo, quod erat ex oppoſito Neomagi.

16 l Colonia.

SIXTVS V. Romanus Pontifex, circà hæc tempora [4] Georgium Draſkouitium antèà Epiſcopum Quinqueceleſienſem & Oratorem Cæſareum pro Regno Hungariæ in concilio Tridentino, (cui & ego tum interfui) poſtea verò factum Archiepiſcopum Colocenſem, Cardinalem creauit, cum Henrico Caietano, patriarcha Alexandrino; cum Ioanne Baptiſta Caſtruccio Lucenſi, Adminiſtratore Archiepiſcopatus Theatini; cum Friderico Cornelio Veneto, Dominico pinello Genuenſi, Decio Azzolino Firmano; & Hypolitis duobus, Rubeo ſcilicet Parmenſi, & Aldobrandino Florentino Datario Pontificis & auditore Rota.

4 18 Decem.

13 h Neumegẽ.

RVDOLPHVS

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO 1585.

LOCA | TEMPORA

RVDOLPHVS Imperator paulo antè à Summo Pontifice Sixto V. literas recepit, quibus Idem Pontifex ſignificat, Regem Nauarræum, & Principem Condæum (de quibus ſupra dixi [1]) à ſede Apoſtolica excommunicatos & proſcriptos eſſe, nec dubitare ſeſe, quin ijdem excommunicati, omnia tentaturi ſint, omniumque, quos cauſæ ſuæ fauere intelligunt, auxilia imploraturi. Hortatur itaq; Pontifex Imperatoriam Maieſtatem, atque ſi patiatur, etiam rogat, vt apud Germaniæ Principes, ſi quos ſiue ab illis ſollicitatos ſiue ſua culpa impulſos aliquid cogitare, aut moliri intelligat, Imperator obſiſtat, quantū poteſt, cōſilio, auctoritate, opera, poterit aūt omnia Deo adiuuante, inquit pontifex, Deum nunquā ſuæ cauſæ defuturum, neque ſuorum obliturum in finem, tameſi patiatur nos, pro noſtris peccatis ac criminibus ad tempus vexari, addens inſuper ſe certè Germaniæ principibus, licet ſe ab hac ſede Apoſtolica, atque ab ipſomet pontifice abalienauerint, nihil in ſuis ipſorum locis incommodare quemadmodum nec id faceret Rex Gallia. Æquum itaque non eſſe Galliæ Regi & ſuæ obedientiæ Regno arma inferre. Iniuriam Imperatoriæ ſuæ pietati ſe facere arbitratur pontifex dum quod dictum eſt, idipſum rogat, Sed tamen pro Summo ſuo officio, & munere, proque rei grauitate ſe facere non potuiſſe aſſerit, quin Imperatorem etiam atque etiam rogaret. — 1 Pagina 389.

13 f Arnhem.

ALTIPENNIVS interea ordines inſtruit, animos ſuorum, promiſſis ac laudibus accendit, de oppugnando Anglorum propugnaculo Oſterholt capit conſilium. Quibus peractis poſt ſolis occaſum in crepuſculo veſpertino caſtra mouet, & præmiſſis copijs, iubet hoſtium ſtationes explorari, quæ cum ad propugnaculum veniſſent, illud deſertum ab Anglis compererunt; introeuntes autem, maiora tormenta ſex inuenerunt, Altipennius intellecta hoſtium fuga; vnam ſtatim exercitus partem miſit, vt Caſtrum Dorvvichium occuparent, qui miſſi erant, pontem ſublicium includunt, armiſque expeditis oppugnationem parant, præſidiarij verò trepidantes ſe hoſtium libidini dediderunt. Præfectus arcis captus eſt, cæteri ſunt occiſi. Alteram exercitus partem, hoſtes inſequi præcepit, quæ capta munitione in Oſterholt, & arce Louenenſi, multos ex præſidiarijs interfecit. — 2 17 Decēbr.

8 h Mittelburg.

8 h Vliſſingē.

QVI hoſtium manus euaſerant, in varias vias dilapſi, & tota Batauia palantes, in oppido Tiolana, & Arnhemienſi, ſalutem & refugium quæſierunt, ſed in neutrum recepti ſunt. Nouenarius Comes, cum Aulicis ſuis Arnhemium ingreſſus, fugam huiuſmodi Anglorum difficulter admodum concoquere potuit. Altipennius verò traductis, [2] iterum per VVahalim aliquot copijs caſtrum DVKENBVRGENSE obſedit, & poſtero die [3] in fidem recepit. — 3 18 Decēbr.

ANGLI qui propugnaculum, quod eſt in capite Monterſi, cuſtodierunt, fuga comilitonum ſuorum cōſternati, quoque deſeruerunt. [4] Eodem etiam die Caſtrum HOEMENSE cui magna commeatus inerat copia, cis & vltrà Moſam obſeſſum, paucis poſt diebus, in Regiorum poteſtatem venit.

8 h Rameken.

AVGVSTVS Saxoniæ Elector, Ætatis pronectæ ſexaginta ferè trium annorum Princeps ex aula ſua proficiſcitur, [4] vt Agnetem Principis Anhaltiæ filiam quatuordecim pluſminùs annorum vxorem duceret. Suamque filiam Idem Elector ſecum adducens Iulij Ducis Brunſvvicenſis filio nuptum. Quo tempore varia cum Electore eodem Principe, Regis Nauarræi nomine, aliorumque proteſtantium cauſa in præiudicium Catholicorum acta dicebatur. Veniunt ex altera quoque parte Catholicorum Regiſq; Catholici inimici à Regina Angliæ miſſi Middelburgum in Zelandiam. Philippus Sidneus Gubernator Fliſſingenſis, eiuſque locum tenens Colonellus Morgan, præterea quoq; Robertus Sidneij cui Rameky enſis caſtri cuſtodia commiſſa eſt: expectaturq; Generalis ille quoq; Gubernator Robertus Dudleius Comes Leyceſtriæ cui obuiam inter ceteros proceres ac nobiles proficiſcuntur Middedelburgum vſque Mauricius, Gulielmus & Philippus Comites Naſſouienſes, vt ibidem eum excipierent, atque inde in Hollandiam deducerent. — 4 19 Decēbr. — 5 20 Decēb.

15 k Nuyſs.

PHILIPPI REGIS NOMINE GVBERNANTE CXCIII.


DIOCESIS
DVCATVS IV
LIACENSIS
PAR.S.
NEVS


DVCATVS MON
TENSIS
COLON
PARS
Der Sieg
Gulich Land
Bergische Landen
Ruhr
Rhein
Duisburg
Ratingen
Mülheim
Essen
Werden
Kettwig
Velbert
Hattingen
Wetter
Witten
Bochum
Dortmund
Unna
Soest
Werl
Hamm
Lippstadt
Paderborn
Brilon
Arnsberg
Siegen
Olpe
Meschede
Altena
Lüdenscheid
Iserlohn
Hagen
Schwerte
Wesel
Xanten
Kleve
Emmerich
Cleve
Geldern
Kempen
Krefeld
Neuss
Düsseldorf
Mörs
Gladbach
Rheydt
Jülich
Aachen
Eschweiler
Düren
Bergheim
Zülpich
Euskirchen
Bonn
Siegburg
Deutz
Köln
Leverkusen
Solingen
Remscheid
Wipperfürth
Gummersbach
Waldbröl
Olpe
Siegen
Hilchenbach
Kreuztal
Netphen
Dahlbruch
Freudenberg
Wilnsdorf
Burbach
Neunkirchen
Haiger
Dillenburg
Herborn
Driedorf
Ehringshausen
Wetzlar
Braunfels
Solms
Lahn
Limburg
Diez
Nassau
Hadamar
Weilburg
Runkel
Wied
Neuwied
Altenkirchen
Hachenburg
Westerwald
Siegerland
Sauerland
Bergisches Land
Eifel
Hunsrück
Taunus
Lahn
Sieg
Ruhr
Rhein
Wupper
Erft
Rur
Agger
Dhünn
Düssel
Emscher
Lippe
Ems
Weser
Diemel
Eder
Fulda
Werra
Main
Mosel
Nahe
Glan
Saar
Blies
Pfalz
Trier
Koblenz
Andernach
Remagen
Bad Godesberg
Brühl
Hürth
Frechen
Bergheim
Grevenbroich
Neuss
Dormagen
Monheim
Leverkusen
Opladen
Burscheid
Hückeswagen
Radevormwald
Lennep
Remscheid
Solingen
Ohligs
Wermelskirchen
Bergisch Gladbach
Overath
Siegburg
Troisdorf
Königswinter
Bad Honnef
Linz
Neuwied
Andernach
Mayen
Daun
Prüm
Bitburg
Wittlich
Bernkastel
Trier
Saarburg
Merzig
Saarlouis
Saarbrücken
St. Wendel
Kusel
Zweibrücken
Pirmasens
Landau
Germersheim
Speyer
Worms
Mainz
Bingen
Kreuznach
Idar-Oberstein
Birkenfeld
Simmern
Bad Kreuznach
Alzey
Ingelheim
Oppenheim
Darmstadt
Frankfurt
Hanau
Aschaffenburg
Miltenberg
Wertheim
Tauberbischofsheim
Bad Mergentheim
Crailsheim
Schwäbisch Hall
Künzelsau
Öhringen
Heilbronn
Neckarsulm
Eppingen
Bretten
Karlsruhe
Rastatt
Baden-Baden
Offenburg
Kehl
Lahr
Emmendingen
Freiburg
Breisach
Neuenburg
Müllheim
Lörrach
Basel
Waldshut
Schaffhausen
Konstanz
Radolfzell
Singen
Donaueschingen
Villingen
Schwenningen
Rottweil
Tuttlingen
Sigmaringen
Ulm
Neu-Ulm
Günzburg
Memmingen
Kempten
Lindau
Bregenz
Feldkirch
Bludenz
Arlberg
Innsbruck
Kufstein
Rosenheim
Traunstein
Berchtesgaden
Salzburg
Hallein
Bad Reichenhall
Tittmoning
Altötting
Mühldorf
Wasserburg
Ebersberg
Erding
Freising
Landshut
Dingolfing
Straubing
Deggendorf
Passau
Vilshofen
Griesbach
Pfarrkirchen
Eggenfelden
Simbach
Braunau
Ried
Schärding
Grieskirchen
Wels
Steyr
Amstetten
Melk
Krems
Tulln
Klosterneuburg
Wien
Baden
Mödling
Wiener Neustadt
Neunkirchen
Gloggnitz
Mürzzuschlag
Bruck
Leoben
Judenburg
Knittelfeld
Zeltweg
Murau
Tamsweg
Radstadt
St. Johann
Zell am See
Kitzbühel
Kufstein
Schwaz
Hall
Innsbruck
Landeck
Imst
Reutte
Füssen
Kaufbeuren
Mindelheim
Illertissen
Neu-Ulm
Ulm
Ehingen
Biberach
Riedlingen
Saulgau
Pfullendorf
Meersburg
Überlingen
Stockach
Engen
Hegau
Bodensee
Rhein
Donau
Iller
Lech
Isar
Inn
Salzach
Traun
Enns
Ybbs
Donau
Mur
Mürz
Drau
Etsch
Adige
Brenner
Reschenpass
Arlberg
Fernpass
Seefeld
Mittenwald
Garmisch
Partenkirchen
Oberammergau
Murnau
Weilheim
Starnberg
Tutzing
Bad Tölz
Wolfratshausen
Miesbach
Rosenheim
Prien
Chiemsee
Traunstein
Berchtesgaden
Bad Reichenhall
Laufen

1585 TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA | LOCA

IMPERATOR Rudolphus II. qui tota æstate propter incredibilem pestis sæuitiam Praga abfuit, Brandisij partim in castris, partim sub Dio aulam habuit, tandem Pragam reuersus, indè serio Principes hortatur, ne quos milites in suis finibus vel circulis, conscribi patiantur anteà quàm illis literæ suæ Maiestatis fuerint exhibitæ, sed ne conscriptis quidem transitū permittant, imò vero collectas potius copias dissipent, dispergant, adlaborentque, vt hæc expeditio impediatur, atq; ita Imperatorio mandato satisfiat, vt deuastatio omnis, omneq; ab Imperio exitium auertatur.

1 30 Decebr. — 9 f Callia.

APPVLIT [1] tandem ex Anglia per Zelandiam Mittelburgo Dordracum in Hollandiam, Leycestrius Comes, Gubernaculum prouinciarum Regi suo rebellātium suscepturus, exceptus a Senatu magnificentissime apparato Epulo, multisque lætitiæ signis à populo editis. [2] Adduxit secum Leycestrius ille tres alios comites, & nongentos equites, cum quibus Dordraco [3] Roterodamum atq; indè in Hagam comitis proficiscitur, [4] mandata ibidem sua, quæ ab Anglia Regina acceperat, ordinibus adhoc conuocatis, explicaret. Vbi tanto cum triumpho, tantaq; cum magnificentia, ab Hollandiæ ordinibus excipitur, vt, si Regina ipsa aduenisset maiori cum pompa excipi non potuisset, adeò, vt etiam Alenzonij triumphis Antuerpiensium, de quo suo loco suprà diximus, 19 Februarij 1582. cum hoc comparari non potuisse ferebatur.

1586. — 10 g Dordrecht.

2 Ianuarij.

INTER Arcus enim triumphales, Theatra, imagines, portas, quibus vario artificio, varia inscribebantur elogia pyramis, etiam quædam fuit erecta, in qua elogium Leycestrio dicatum hoc legebatur. INCLYTO PRINCIPI ROBERTO DVDLEO, COMITI LEYCESTRIO, &c. DEI PROVISV, REGINAE MISSV, PRAEFECTO AC GVBERNATORI BELGARVM: PROSPERVM NVNC OPTATVMQ. ADVENTVM GRATVLAMVR, Ecclesiæ & Reip. salutarem optamus Fœderati ordines Belgij, addicti Celsitudinis eius; DEVS COEPIT, DEVS DIRIGAT, Posita fuit præterea Rosa artificiosè picta, multisq; candelis ardentibus circumdata cui, non Viuat Rex Hispaniæ, sed, VIVAT REGINA, superscriptum, Rosaque subiectum hoc legebatur Distichon.

10 f Roterdâ.

3 Ianuarij.

4 5 Ianuarij.

9 f Hagæ.

FLoreat hæC seMper rosa, CVIVs honore reVIXIt,
BeLgIa LangVesCens, reginæ saCra potentI.

IBI verò vbi Leycestrius ab ordinibus Hollandiæ exceptus fuerat scriptum videbatur. DEVS OPT. MAX. TIBI VOTA PRECESQVE OPE ET CORDE NVNCVPAMVS, vt propitius placatusque Belgas respicias: nobis REGINAM, per illam NOS, PATRIAMQ. serues, Magne Sancte Æterne DEVS, audi in exaudi. Leycestrius tandem certis adhibitis ceremonijs in Belgij gubernatorem inauguratus est 27. die Ianuarij anni sub 1586. Iuramentum Reginæ nomine præstans, se Belgas contrà Hispanum, scilicet, communem hostem omni conatu defensurum.

5 6 Ianuarij — 15 l Colonia.

6 13 Ianuarij

CIVES & incolæ Antuerpienses qui hactenus fide catholica Colonia sub Dei, Sanctorum trium Regum tutela securè exularant ipso Epiphaniæ festo, [5] in laudem Dei Opt. Max. triumq; Regum, sacrum honorificentissimum instituerunt, quod ab omni Catholico gratias agenti populo summa cum pietate est frequentatum.

10 k Antuerpia

ANTVERPIAE etiam paulò, postquàm Leycestrius Comes Lugduni quoque Batauorum, [6] aliisque in locis, magnis incolarum sumptibus quibus inter se certatim contenderat, exceptus esset, celebris indicta est Supplicatio, in gratiarum actionem electi Alenzonij nobilitatisque gallicæ, quæ omnia ferro & flama vastaturi videbantur ante triennium. Hoc eodem die [7] singulari Dei prouidentia Antuerpienses conseruati galliq; reiecti, & vrbe expulsi fuissent, quemadmodum sub Ianuario mense, anni 1583. antè retulimus.

7 17 Ianuarij — 10 g Leyden.

CIRCVMFERTVR

ALEXANDRO FARNESIO LEONEM

LOCA

TEMPOR

PROSCRIPTIO BORBONIORVM.

5 f Paris.

CIRCVMFERTVR interea proſcriptionis exemplar illud, de quo ſupra [4] dixi, à Summo Pontifice Sixto V. publicatum, quod inter cætera cauſſas quoque continet, ob quas duo illi Henrici Borbonij, Nauarræus ſcilicet Rex, & Condæus Princeps, excommunicantur. Dicit enim contrà Regem illum Nauarræum Pontifex, Quod, poſtquam in hæreſi à puero educatus, cum ad matrimonium Regium aſpiraret, Is Hæreticas opiniones Pariſijs publicè in Eccleſia damnaſſet, datisq; literis ad Pontificem Gregorium XIII. adiuncta confeſſione, & pœnitentiæ ſuæ teſtimonio, veniam & communionem Eccleſiæ deprecatus; per Iohannem quoque Durantium Oratorem ſuum hæreſim ſuam Romæ publicè deteſtatus eſſet, perpetuamq; obedientiam Eccleſiæ Catholicæ Romanæ vouiſſet, omnibus impetratis, peracto q; matrimonio, in hæreſim priorem relapſus ſit, perduelliam & ſedicioſorum per Galliam Dux & anteſignanus factus, ſacra multos annos Dei Templa diripuiſſet, ſacramenta violaſſet, omnia paſſim loca, cruentis piorum hominum cadibus polluiſſet, oppida & munitiones Catholicorum, partim inſidijs, partim vi & armis occupaſſet, Catholicos iuris ritus prohibuiſſet, Hæreticos concionatores ſublatis Catholicis conſtituiſſet, incolas ad Caluiniſmum coegiſſet, Pardilianum ad omnes Principes, etiam qui extra limites Galliarum dominantur miſiſſet, eos ad coniurationem aduerſus Eccleſiam & fidem Romanam inuitaſſet, & ad arma contra eaſdem ſumenda prouocaſſet.

4 Pagina 38.

1 19 Ianua

AT verò Condæo hoc impingit quoque Pontifex, quod poſteaquam ducturus eſſet Mariam Cliuenſem. Idem Caluiniani etiam dogma publicè abiuraſſet, in idem poſtea relapſus, non minora mala quam Nauarræus in Eccleſiam Catholicam perpetraſſet, quæ longa ſerie in exemplari diplomatis pontifex recenſet. Ambos itaque tanquam in hæreſim relapſos, impœnitentes, hæreticorum Duces, fautores, & defenſores manifeſtos, læſæ Maieſtatis diuinæ reos, & orthodoxæ fidei hoſtes, cenſuris & pœnis, à ſacris canonibus conſtitutis innodauit. Illos quoque regno, principatu, dominijs, feudis, dignitatibus, honoribus, muneribus, officijs, omnibuſque ſucceſſionibus, in regno ſpecialiter Franciæ priuauit, eorumque ſubditos quoſcunque à fidelitatis iuramento abſoluit, ac Regem Galliæ Henricum quoque rogat, & iuramenti in ipſius Coronatione, de exterminandis hæreticis ſolemniter præſtiti monet & hortatur, vt ad executionem huius ſententiæ procedat, quod & fecit, vt ſuo loco diximus, [5] maximè cũ excommunicati in Catholicos ſeuerius agere inciperent.

13 g Friſia.

2 20 Ianuar

9 f Gallia.

TAXIVS, Verdugi in in Friſia, vicarius, collectis aliquot copijs, frigore paulò aſperiore ſeuiente, & glacie paludibus, foſſiſque concretis [2] in meditullium friſiæ occidentalis irruit [3] & poſtquam VVorcomium & Goudanum, cum alijs nonnullis pagis, totaque VVeſtergoa recuperaſſet, in itinere nonnullos ruſticos in VVinſum & Ryp in armis ſui inuenerunt quos, & trucidarunt. Inde in pagum, Boxum ab incolis dictum, vno vix milliari ab vrbe Leovvardienſi venerunt, Vbi hoſtis numero bis mille in armis eſſe, viros omnes fortiſſimos, milites pleroſque à Gulielmo Naſſouio Comite partim lectos intellexerunt, pagum vallis & duobus tormentis munire, quos Taxius 600. equitibus cinxit poſtea 1600. peditibus inſequentibus omnes fere ſtrauerunt, paucis exceptis, qui cum præfectis ſuis in templum fugerunt, ibidem vitã ſuam ab hoſtibus, facta deditione paciſcentes. Inter hos præfectos, ſummus erat Friſiæ Vicarius Steinius Malta, Damus, paulo ante à Rege ſuo reuocatus, & iam ab ordinibus ſtipendio liberali accepto exauctoratus, ſed propter abſentiam Gubernatoris dicti Comitis Naſſouij, ſubitum q; hoſtis aduentum ad hanc expeditionem faciendam rogatus. Aderat eidem frater Nicolaus, licet à quibuſdam caſus affirmabatur, Groueſteinius quoque, atque alius quidam centurio, qui arcem Leovvardienſem dicitur prodidiſſe.

5 Pagina 391.

13 g Leovvarden.

3 26 Ianuarij

VIENNE
BON
VM


LEEUWARDEN

TEMPORA

LOCA

CECIDERVNT ex illis bis mille hominibus, mille ſeptingenti, inter quos Heſſelius Mockema, Sipke Roorda, Binardi filius, Hilde Balkius, & Groene Vilbelmus fuere nobiliores, capti vero trecenti, Ex Regijs in hac victoria tamen deſiderabantur 80, inter quos Oſwaldus filius Gulielmi Comitis Montenſis, & Henricus à Delden Centurio. qui fortiter dimicantes, proque aris & focis in Regis Hiſpaniarum ſeruitio confligentes occubuêre: Caeteri, peracta pugna ſpoljſque collectis propter gelicidij inconſtantiam, aeriſque mutationem, ne iterum difficultatibus victores implicarentur, cum inſigni præda, cumque omnis generis condicionis ſexus & ætatis captiuis, in ſuas quique ſtationes reuerſi ſunt.

9 f Hagæ.

RECIPIVNT interea Hollandi Leyceſtrium illum Comitem à Regina Angliæ miſſum in Generalem Belgij Gubernatorem, qui eiuſdem Reginæ ſuæ nomine Iuramentum fidelitatis præſtitit [1] in Haga Comitis, promiſitque ſe Belgium contrà violentiam Hiſpanorum ipſumque Regem Hiſpaniæ defenſurum. Deinde mutatis vbique militiæ præfectis, alios ſuæ factionis ſubſtituit: Communi omnium conſenſu poſtea ſtatuitur. Vt Hollandia ſingulis menſibus bis centena millia florenorum, Zelandia centena, reliqua verò confœderata prouinciæ etiam pro magnitudine & diuitijs ſuis, in vſum belli manerent: Caetera Reginam datiuam Leyceſtrius promittit.

10 f Hollãdia.

LITERAE PARMENSIS AD BELGAS.

PRINCEPS verò ad confœderatos literas dans, illis omnem Regis ſui gratiam offert. Sepiùs, inquiens, & non adeò nuper ad vos ſcripſimus, exhortantes, & ſeriò vos cõmonentes, Clementiſſimi Regis, Domini, ac legitimi Principis veſtri nomine, vt rerum veſtrarum, quæ nunc eſt, miſerrimam condicionem tempeſtiue perpendatis, deq; bonis mediis ſolliciti ociùs cogitetis, quibus ad debitam Regi obedientiam tandem aliquando redire poſſitis priuſquam bellis in vos irruentis moles ac neceſſitas vos vrgeat, in eaſq; calamitates vlterius præcipitet, quas nonnullæ Ciuitates ac prouinciæ, ſeriò pœnitentes, magno ſuo malo experiæ ſunt: poſtquàm viribus & armis illas & oppugnare & expugnare compulſi fuerimus.

1 27 Ianuar.

8 g Zelandia.

OPTIMAM ſemper de vobis ſpem habuimus, nequaquam diffidentes immò verò non aliter exiſtimantes, quin ſi literæ noſtræ veſtras ad manus perferri potuiſſent, vos ad huiuſmodi admonitiones, vtpote bonorum hoc pacto ſpecimen & argumentum aliquod exhibentes, reſpondiſſetis. Quippe, cùm ſæpius nobis ſignificatum ſit, vos non adeo (laus deo) abalienatos à Rege veſtro habere animos, niſi eſſent, qui ſine vlla legitima cauſſa (prob dolor) rebellionem hanc foueant.

CAETERVM intelligentes, vos acceptarum à nobis literarum, nullum hactenus dediſſe indicium, arbitramur nec has etiam vobis traditas. quin potius à malevolis illis ſuppreſſas exiſtimamus, qui priuato ſuo ac particulari cõmodo ſtudentes, omnibus modis elaborant, vt perpetuis vos bellis imolutos, & implicatos, ſeruitute miſerrima vos opprimant, ipſiq; veſtris miſerijs, veſtriſque bonis, cum euidenti vxorum quoque atq; liberorum incommodo, ne dicam extremo periculo, diteſcant; Hanc ab cauſam, vero pietatis Zelo, chriſtianæq; commiſerationis affectu ad hoc commoti, nullum noſtra ex parte laborem, nullamque diligentiam, quæ in fideli Regiæ ſuæ Maieſtatis miniſtro requiritur, intermittentes, has denuò literas vobis tranſmittimus.

11 h Belgium.

QVIBVS

ALEXANDRO FARNESIO LEONEM

LOCA

TEMPORA

Quibus vos iterum atque iterum exhortaremur, vti vel nunc tandem oculos aperientes, optima quæque media occaſioneſque vobis obatas commodiſſimas, quæ impromptu ſunt non negligatis. Vt dum res vobis adhuc ſunt integræ, à calamitatibus ac miſerijs eos eximatis. Conſiderantes apud voſmetipſos, non tàm Regis veſtri potentiam, quæ tanta eſt, vt nulla illi Ciuitas queat reſiſtere, quàm etiam innatam illius clementiam, dulcedinem bonitatemque ſingularem, quibus eos proſequitur ac recepit, qui ad obedientiam Regiæ ſuæ Maieſtatis reuertuntur.

10 f Holandia

1 1 Februarij

QVOD ſi admonitioni huic noſtræ obaudire cupiatis, eiuſdem Maieſtatis nomine vobis promittimus, vos ſatisfactionem ac pacem largituros eam, quæ rationi quã maximè futura ſit conſentanea, quàque nec benignior nec clementior à tam bono principe expectari poſſit ac debeat. Vt cuius ſtudium ac propoſitiũ aliò non ſpectat, quàm quò patrimoniales ſuas atque hereditarias Belgij prouincias recuperare, ſuosque bonos ſubditos à bello ſanguinario liberare, atque in gratiam recipere, nec non in pace ac tranquillitate moderari queat. Idque ſub ijſdem planè priuilegijs, libertatibus atq; immunitatibus quibus tàm feliciter olim grauſi ſunt, & ſi id communi vtilitati conducere videbitur, etiam augeat.

8 g Zelandia.

QVAE quidem Priuilegia (inquit Parmenſis) & nos, quantum fieri, obſeruabimus, idq; pro eo affectu (quo ſemper & aſſiduè felicitatem ac proſperitatem Belgij prouinciarum) ſingulariter, & quo diutius hoc etiã magis optamus quàm optimam. Cuius ſanè affectus, ſufficientia iam, vt arbitramur, teſtimonia reliquimus, tanquam nihil vnquam moliti aliud, quam vt optimæ ſuæ Maieſtatis voluntati, ſinceraq; eiuſdem intentioni vos conformes redderem: quæ magno cum animi mœrore intuetur, prouincias has ſuas, officij ſui adeò fuiſſe immemores, quod Maieſtatem ſuam ad arma procedere coegerint. Cùm tamen eadem ſua Maieſtas, maligniſcentis initio, omnibus ſemper modis laborauit, quò tumultus hi omnes amice, atque ſine armis componerentur.

2 2 Februar.

POSTEA verò, vt Belgas tantò promptiores ad officia ſua præſtanda redderet Princeps Parmenſis ait, Reuera illos omnes eſſe Regis ſubditos & membra, & propterea bella eoſdem aſſerunt contra propria eorundem regiſque membra geri ac ſuſcipi. Quare denuo illos per literas commonefacit, vt quilibet eorum ſalutis ſuæ remedium amplectatur. Viam ipſis Belgis adhuc patere, per quam priſtina quieti ac tranquillitati ſub legitimi, ſupremi, ac naturalis ſui Regis eiuſdemque Parmenſis, tamquam vicem eius gerentis & capitanei generalis gubernaculo, reſtitui poſſint. Hactenus Parmenſis, qui reſponſum ab illis expectans. Belgas interim ipſos Deo omnipotenti commendat.

21 f Gelria.

ANGLI verò, conantur vt quàque verſus omnes quàm diligentiſſimè obſtruant aditus, per quos gratia huiuſmodi, Regis nomine oblata, ad miſeram oppreſſamque belgij plebem deriuari queat.

INTEREA dum Imperator Comitem Simerium & Curtium (in locum Vieecancellarij Imperij Vieheuſer iam ſuccedentem) oratores Romam mittit, ad ſalutandum Pontificem Sixtum V. eidemque cum cæremonijs in hac ſolemni actione vſitatis obedientiam præſtandam. Regij in Belgio Grauiam eminus obſidere, & ne quid annonæ importaretur ab Anglis, impedire ceperunt. Comes Mansfeldius infra Grauiam binis propugnaculis, vnaque naui oblonga, & benè munita ad Moſam in vlteriore fluminis ripa ex oppoſito vrbis propugnaculum erexit, ex quo tormentis aliquot maioribus, muros verberaret, & ciuium ædes conuelleret.

12 g Graue.

3 3 Februar.

GRAVE
DE M

DE MASE FLV.

1586. TEMPORA

TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

LOCA

QVINETIAM & Altipennius munitionem aliam in ripa, loco paululum inferiore occupauit. Sed non tam arcta Granienſes hactenus obſidione premebantur quin ſepius excurrentes captiuos in oppidum introduxerint. Poſtquam autem arctius obſideri, & annona grauiter laborare ceperunt, auxilia Anglorum implorarunt, qui Bomeliam, Gertrudiſmontes, aliaq; in vicina loca confluentes, omnem apparatum facere videbantur, vt periclitantibus ſuccurrant.

13 g Graue.

NOVESIENSES [1] ſub ſpecie mercatorum Tulbiamm (quod vulgo Zulch appellatur) ingreſſi, cùm copias ſuas appropinquare didiciſſent, arciſque Satrapam abeſſe non ignoraſſent, arcem intrant ab vxore Satrapæ, militum aliquot cõductum, ne in itinere ſpoliarentur à predonibus, petere ſe ſimulant, quibus autem reſponſum fuit, prater conſuetudinem illud eſſe, cunctantes & luſtrantes omnia, iamtorem confeſtim iugulant, & impetum in arcem faciunt. Vxor Satrapæ hoſtes eſſe intelligens, ſtrepitum excitat, & vim ſibi inferri clamat.

HOSTES ſtatim vexillum è turri extendentes, ſignum dant ſocijs, vt audacter ad vrbem accurrant. Sublicium quoque pontem, per quem in arcem erat introitus, demittere dum allaborant, Ciues conſpecto vexillo, & è vicinioribus arci hoſtis machinationes intelligentes, armati ad arcem currunt. Hoſtes in antiquam ſe turrim recipientes fortiter ſeſe defendunt quidem, ſed quia periculum in mora conſtitutum animaduertunt, Ciues comportato ſtramine, atque incendio excitato Noueſienſes ad deditionem compulerunt, qui ita in manus Ciuium venerunt, prater quos etiam vitravius quidam proditionis auctor, homo flagitioſus, vnà cũ patre ſiue Tulebiacenſi captus eſt, qui poſtea Romam ductus, viuus exenteratus & in partes diſſectus eſt. Socij Noueſienſes extra ciuitatem cũ intellexiſſent ſpe fruſtratos, ſuoſque captos eſſe, propius accedere nõ auſi ſunt, ſed in fugã verſi Noueſium redierunt. [2]

11 g Bommel

10 h Gertrudiſberga.

1 31 Ianuar.

CONSILIVM autem Noueſienſium hoc erat, vt capto hoc oppido, impedirent, ne quæ mercimonia aut Annona ex Diœceſi Colonienſi in terram Leodienſem, ducatumque Brabantiæ exportari, aut illinc in Diœceſim importari poßit, cum publicam, inter has regiones, viam vtpote vicinam, infeſtam ſemper facere potuiſſent.

HABVERVNT eodem ferè tempore initium Comitia illa Vormatienſia, in quibus Orator Cæſaris ea tum propoſuit, de quibus potißimum erat conſulendum. Interim quoque circumferuntur litera Reginæ Angliæ ad Principes proteſtantes Germaniæ, in quibus videri ſibi ait, tumultus in Gallia à Pontifice Romano, eiuſque cõfœderatis, inſcio & inuito Rege contrà Nauarræũ excitatos, Truculenſique ab Electoratis dignitate, defectionem ad omnium proteſtantium pernicipem & exſtirpationem tendere. Quare principes eoſdem monet, vt ſi hactenus in religione ſua tuenda negligentes fuerunt, nunc ſaltẽ iuſto metu ditionumq; ſuarum amittendarum periculo audito, ex diuturno ſomno tandem expergiſcant: conſilia capiant, ſtatuantque, quomodo communi huic incendio occurrere poßint.

15 l Nuyſs.

MIRARI ſe quoque dicit, nimiam Germanorum in Colonienſi illo negotio patientiã, & quod Romano Pontifici, tãtum Principes in Germania permittant, vt ea illi liceat impunè moliri, quæ ad ſyncerã Religionis & libertatis antiquæ labefactionem vergunt. Conqueritur, ſæpius ſe per literas & nuntios apud proceres eoſdem inſtitiſſe: vt huius mali initijs remediũ adhiberent, fœduſque inter ſe ſancirent: ſed fruſtra ſe laboraſſe, Germanis periculum nullum ſubeſſe exiſtimantibus, quos tamen nunc aliter cenſere credit.

15 l Zulp.

HORTATVR itaque ac rogat, vt vel tandem rationem aliquam ineant virium ſuarum conjungendarum ad reſiſtendum Pontifici Romano, certum locum conſtituant, vbi viri prudentes & pij, auctoritate ad hoc munti, conueniant, & de hoc negocio inter ſe deliberent, promittit & ipſa ſe ſuos eò legatos miſſurum.

15 l Colonia

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

LOCA

TEMPORA 1586

9 f Gallia.

ACCEPISSE quidem ſe ait Regina eadem Angliæ, nonnullos Principes, ob quorundam diſſenſiones antè hac viſos eſſe tardiores. Iam verò Pontifice, pontificiſque tam funeſta, & tantum non in Gallia, ſed & in Germania gremio molientibus, laborandum eſſe, vt, cauendo potius omnis metus cauſa tollantur, quàm negligendo efficere, vt vani fortaſſe terrores, in veros conuertantur. De aliorum voluntatibus ſe nihil decernere poſſe, de ſe autem ſtatuere, nihil eſſe, quod timere debeat, cùm ſe aduerſus quorumcunque molitiones vel maximè potentes munitam ſatis eſſe arbitretur. De Germanis verò proceribus ſeſe ſollicitam eſſe, ne ſinguli intercidant, ſed ſeruentur omnes. Concludens tandem Regina, monet, ne ab hoſtibus Euangelij Principes intrà fines ſuas milites legi, aut collectos iam per ditiones ſuas tranſire permittant.

1 6 Februar.

16 k Germania.

POSTEAQVAM eiuſdem Regina nomine, Comes Leyceſter iuramentũ quod dixi, prætitiſſet, translata eſt [1] à miſeris illis Rebellibus in eum omnis, quaſi regia poteſtas adminiſtrandi res tam bellicas quàm politicas, adducendi tantum & tam copioſum quã vellet exercitum: faciendi præterea omnia & ſingula, quæ Gubernatores illarum prouinciarum tum feciſſent, cùm adhuc Caroli V, eiuſque filij Philippi Regis imperio ſubeſſent: ſaluis tamen ſemper eorum PRIVILEGIIS; quæ tùm ſarta tecta fore ſibiq, conſeruari putant, cùm idem Comes, aut Regina Angliæ, per Irlandiæ Proregem Graium virum militarem, qui magno præterea cum Scotorum exercitu in Hollandiam mitti dicebatur in eam eos quoties libuerit anguſtiam redigere poſſit, vt Priuilegiorum ſuorum obliti, ſalices etiam futuri ſint, ſi vitam ſaltem incolumes conſeruent.

1 k Anglia

DISSIMVLAT autem hac in parte Leyceſtrius, & quantum poteſt, eorum animos ſibi conciliat, illis non tantum vetera Priuilegia confirmando, verùm de nouo etiã Anglica concedendo. Hic in Brabantia, Bergæ ad Zomam, bis mille præſidiarios imponit, aliaſque Ciuitates, in Gelria, præſertim, Grauiam, Venlonum, cæteraque loca, militum fortiori præſidio munit, contrà Regios non ſolùm verùm etiam Noueſium per Schenkhiũ contrà Electorem Erneſtum Archiepiſcopum Colonienſem præſidio firmauit, ſed quam feliciter, poſtea videbimus.

6 m Bergen op Zom.

2 26 Februa.

NVNC, quod ad Schenkhium attinet, is cum Gubernatore Noueſiano Hermanno Friderico Clutio, alteram, præter iam dictam Tulbianam, proditionis iactantes aleam, Noueſio quingentis cum equitibus, & ſexcentis peditibus per Pontem vltra Rhenum ad oppidum Ketvvich ſtratum rectà in VVeſtphaliam properant. VVerlam, Euerard Reckhij proditoris cuiuſdam conſilio & auxilio, vrbem obtinent, reipſa complentes, quod antè triennium, VVerlenſibus illis ciuibus minùs Catholicis, cum Truchſeſio ſuo contra Eccleſiam, eiuſque ſacras immagines luxuriantibus, prædixeram folio 40. libri mei, cui titulum inſcripſeram.

13 g Graue.

14 h Venlo.

RERVM VATICINIIS ACCOMMODATAE HISTORIAE.

HABEBANT quidem VVerlenſes ex Catholicis precipuos ſanè viros apud ſe, Gerhardum & Chriſtianum Cleinſorg fratres, D. Heningium Ramæum Officialem, doctiſſimos, ac de patria optimè meritos item viros Conſulares atque alios, quales inter cæteros fuêre, Engelbertus Rouendiſs, & Ioãnes Godde Conſſ: quatuor cognomine Brãdiſs nempe Gerhardus, VVilhelmus, Michael & Caſpar, item Bock, & VVilhelmus eiuſdem cognominis. Ioannes tres, Stademan, Papa ſenior, & Mellin: de cuius catholica fide tamen, niſi mutatus fuerit ab illo Hectore, hic affirmare nihil auſus ſum, ac cæteri quamplurimi quidem, ſed qui tantum periculum prima nocte ſubeſſe non exiſtimarant, [2] immò verò ignorabant quoque Reckhij illius proditoris vxorem porta Ciuitates clauem imitatam fuiſſe, qua hoſtes interea intromitterẽtur, dum incendio in vrbe excitato omnes accurrerent.

16 k Nuyſs.

3 27 Februa.

18 g VVerl.

WERL

TEMPORA

LOCA

CASTRVM VVerlenſe, olim ab Hermmanno à VVeda prodromo Truchſeſij Gebhardi, comite Archiepiſcopo Colonienſi ædificatum erat, vt ciuibus ad rebellandum perſis frenum iugumque imponeret, Ad hoc caſtrum maximus fuit concurſus ciuium ſibi timentium, At verò præſidiarij numero nō ita multi, metuentes, ne cum ciuibus etiam hoſtes irruerent, omnes excluſerunt, exceptis Gerardo Brandis Conſule, & Theodorico Lilge iudicis Vicario, qui manus hoſtium euadentes in arcem ſiue caſtrum recipiebātur.

1
2 Martij. *Cui vix vltrà 40 ineſſent cum præfecto ſuo Ioanne VVerminck huſio, milites præſidiarij, Reuerendiſſimus Dominus Gotbardus Gropperus, non ſolùm maiori, quem Arenſpurgo mittebat milite, ſuccurrit: verumetiam ſua ipſius præſentia firmauit. Tandem procuratum eſt etiam, vt equites VVeſtphalici nobiles, magnaq; ruſticorum vndique ac militū caterua conuocarentur: ab Eberardo Comite Solmenſi, VVeſtphalicæ prouinciæ Satrapa, ad hoſtem in vrbe obſidendum, quibus ſtatim Schenckius ille atq; Clutius cum ſuis, è ciuitate proficiſcuntur obuiam, primùm cū Nobilibus VVeſtbalicis, (quorū tamen pauci tum aduenerant) conſligunt: deindè pedites illos ruſticos, ob receſſum nobilium, tanquā fugientium, inſequuntur, coſque ita proſternunt, vt, partim ex illis, qui ſe ſtrenuè defenderant, partim verò qui fugæ ſibi conſulentes in Rurę flumine ſubmerſi fuerant, ferè ſexcenti perierant. Ex nobilibus cæſi ſunt Henricus Gunterman & à Plettenberg, Meſſardus à Broëch atque alij. Schenckius cum ſocio, in vrbem reuerſus, glandique licet bōbardulæ tactus, nihilo tamen minùs prædæ inhiabat, tàm in vrbe quam pagis, per ſuos emiſſarios, qui cùm omnia vndique ſpolia comportaſſent, comaſatis tandem omnibus, poſt aliquot dies, opibus onuſti, extrà vrbem VVerlenſem, per Ham & Berck, Nouefiū reuerti ſunt, nec aliquo honore proditorem illum Reckium dignati, quin potius pedes eūdem incedere, illiſque viam demonſtrare coegerunt. Abduxerunt ſecum viginti ſex captiuos ex primoribus, illos quas ſupra nominaui Cleinſorgios. Officialem & alios.*

16 k Nuyſs.

2½
8 Martij.

3
9 Martij. *DISCESSERVNT autem tantò citius, quantò maioribus ipſi ex arce conatibus oppugnarentur, quantòque certiorem illum crederent fuiſſe rumorem, aduentus illius Capitanei Marchij Itali ex parte Electoris Colonienſis, ex parte verò Principis Parmenſis, Verdugi illius Friſia præfecti, & Altipennij Colonelli, qui iam ad Cæſaris VVerdenam Rhenum cum ſuis tranſmiſiſſe ferebatur, vt Schenckhium VVerlæ cum Clutio cingerent. Hi verò ſibi cautius in vrbe morandum, nequaquā conſultum eſſe rati, tanta cùm celeritate clàmque ita diſceſſerunt, vt vltrà 50 ex militibus ſuis, poſt ſe relinquerent in vrbe, qui poſtea trucidati, partim etiam carceribus mancipati ſunt.*

16 k Keyſerſ. vvert.

CONSILIVM fuerat Schenkhij, Cloutij, aliorumque per Anglos in VVeſtphaliam miſſorum, obtenta vrbe cùm arce VVerlenſi, eam tantiſper contra Electorem Colonienſem, Parmenſemque Principem, retinere, donec vel Angli ipſi, vel Germani milites, tam equites quàm pedites, quos in magno numero, Ductoribus D. Beutericho, aliiſque Capitaneis præſtolabātur, illis in auxiliū & ſubdium veniſſent: verùm ſpe huiuſmodi fruſtrati, vrbem VVerlenſem nedum, at totam ipſam VVeſtphaliam, Electori integram relinquentes, domum mortis Cluiij, aliorumque ingreſſi ſunt.

4
14 Martij. *MITTIT [4] paulò poſt Rex Poloni, generoſum quendam Chriſtophorum Sloſbourum, ad Rebellantes illos Belgij ordines, cum literis, vt eos ab Anglis ad obedientiam legitimi ſui Principis reduceret, de quibus ſuo loco latius infra dicemus.*

15 l Colonia.

5
16 Martij. *HARENNIVS quidam nomine Iohannes, hiſce diebus Antuerpiæ Caluiniſmum, in quo iam indè ab annis octodecim detinebatur, in Collegio Ieſuitarum apertè abiurat, [3] libelloque in publicum edito rationes cauſſaſq; demonſtrat, cur in gremium Eccleſiæ Catholicæ in qua primum omniū baptiſatus, & in fide catholica educatus eſt, redierit. [5]*

GRAVE
DE MASE FLV

Digitized by Google

LOCA

TEMPORA

COMMITTITVR biſce diebus [1] inter Hiſpanos & Anglos prælium ad Batemburgum, Aduenientibus poſtea Anglis Grauiam, Hiſpani denuò occurrunt ad munitionem quandam duobus tribuſue miliaribus procul Grauiâ, accipiunt Angli munitionem eam, deinde Hiſpani recipiunt, hanc recuperant Angli, recipiunt eandem Hiſpani, adeò, vt in tali viciſſitudine, Angli multo numero cederẽtur, Septem quoq; Capitanei (de quinque dicunt aliqui tantũ, Hiſpani deſiderati, cum alijs ſuis militibus, prohibentibus, ne commeatum, & auxilia Grauiam ferre Anglis poſſent. 1 17 Aprilis.

PAVLO poſt quàm Grauia, à Regijs obſideretur, tribus pluſminus iam menſibus, Noueſium quoque ab Altipennio. Parmenſis veluti præcurſore ceptum eſt obſideri [2] Tertia verò die pòſt reuocatus [3] cœptam obſidionem ſoluens cum Parmenſi reuerſurus, diſceßit. Qui quidem Parmenſis ordinem velleris aurei daturus erat, Vergio Burgundiæ Gubernatori, item Marchioni Verambonio, Egmũdano Comiti, Marchioni Vaſtenſi, Barlemontio, Arembergio Comiti, Montignio, Comiti quoque Ouerembdano, ſed dicta dies in alium [4] dilata eſt. 2 26 Aprilis.

INTEREA ex Francia ab ijs qui Regem Henricum 3 peſſum dari cupiunt, ſpargitur in vulgus. Nauarræos cum Regijs in prouincia conflixiſſe, [5] & eorum omnem exercitum proſtraſſe, Regiorum ſupremum Ducem Gratianopolim ſe fuga recepiſſe, eamq; vrbem à Nauarræis obſideri, breuiq; in eorum poteſtatem eſſe venturam, & militiæ præfectorumque nomina, quo narratio veriſimilior ſit, edunt. Itaq; Nauarræos omnibus prouinciæ locis victores, non tutos eſſe. Anteà rumorem ijdem excitarunt, Condæum Xauernem vrbem cæpiſſe & Caranca à fluuio ſuperato Niortum obſediſſe &c. 3 28 Aprilis.

13 g Graue. PARMENSIS, vbi vidiſſe Anglos Grauiã viginti quatuor nauigijs pulueres Butyrũ carnes, & ſignum vnum militum importaſſe, ad caſtra ipſe Antuerpiâ venit, Deinde [6] Grauiam mane cum tormentis impetijt viginti ſeptem, & quadraginta quæ habuit, bis mille trecentis ictibus mœnia verberauit, Poſtridiè tres aſſultus ex muri turriſque cuiuſdam ruinis fecit. Angli, Scoti, ac cæteri præſidiarij erant circiter mille, quidam quingentis augent numerum: Omnis Regius exercitus fuiſſe dicitur viginti millium pluſminùs. 4 1 May.

OBSESSIS Geldrus quidam Hemerus vulgò dictus genere, nobilis, nomine familiæ Turcus vrbi præerat, & militi Scotus cognomento Balfortius, Anglorum exercitus ad duo milliaria ſtetit, quatuor millium & octingentorum peditum, ac mille quingentorum equitum, vallo ac foſſa munitus, qui ſuppetias obſeſſis ferre non eſt auſus.

PARMENSIS, tribus ex locis, ex erectis munitionibus vno ſimul impetu vrbem eſt aggreſſus, de quarum duobus mœnia ita diuerberauit, vt eorum latera mutuò ſibi correſpondentibus contrarijs eiaculationibus quò validius ſternerentur concuterent: & ex tertio loco mœniorum ita concuſſorum frontem, ad ea deijciendum ferret, tribus porrò quatuorue tormentis vrbis ædificia ſimul denuò ſic pulſauit, ne ibi quis omninò tutus à tormẽtis, propter ruinæ fragmenta foret. 5 4 Iunij.

QVA verberatione ſubitò euenit, vt præſidiarij cùm primùm, auctore Hemmero de ſe dedendis, licet eis annona in ſemeſtre ſuffectura eſſet, & multos menſes vrbs fortiter ſuſtinuiſſet, eaq; de re animoſe ſatis attolleret verba facerent.

HAEC repentina adeòq; munita vrbis certis conditionibus deditio, cæteras poſtea mouit, vt partim metu, partim clementiæ reconciliationis ſpe cum Parmenſi egerint, & eius animum pertentauerint. Sunt autem ex Gallico idiomate in laterum translata ad verbum conditiones, quæ ſequuntur tales. 6 6 Iunij.


DIEMER.
DICK
DIX
MER.
MERA.

TEMPORA

LOCA

CONDITIONES DEDITIONIS.

PRINCEPS Parmenſis, viſo eo, quod ex parte Gubernatoris, Capitaneorum militum, Magiſtratus item & Ciuium vrbis Grauiæ ſibi ſcripto fuit, exhibitum, per duos capitaneos expreſsè in hunc finem ad ſe miſſos: habita quoq; relatione eius, quod poſtea verbotenus tractatum oreque communicatum fuit: tameſi occaſionem habuiſſet, tam exorbitantes conditiones ſimpliciter remittendi, non ignorans ſtatum vrbis, in quo iam laborat: tamen pro eiuſdem Principis conſuetudine, qua ſolitus eſt ciuiliter, adeòq; humaniter tractare, illos, qui arma tractant, eorundemue profeſſionem faciunt.

Præſidiarijs.

13 g Graue.

CONCEDIT prædictis Gubernatori, Capitaneis ac militibus, illos liberè poſſe Gratia, Bomeliam ſeſe conferre, cum eorum armis, ſuppellectili, equis, vxoribus & pueris, timpanis non ſonantibus, incenſis q; cordulis etiam explicatis cum vexillis, idque ad inſtantiam factam apud eundem Principem per Comites Manſfeldeos patrem & filium.

ILLIS quoque diſcedentibus ſaluus dabitur tutuſque conductus, cum hac promiſſione, ne qua iniuria illis quoquo modo inferatur.

HOC mediante, de quo hactenus dictum eſt, ſtatim vrbem in manus tradent Principis, cũ tormentis, omnibuſq; vt nunc ſunt ad ea pertinentibus; Libros quoq; dimittent omnes captiuos, qui durante hac obſidione, in illorũ venerunt poteſtatem. Capitanei Martines filio excepto, pro cuius redemptione, iam antea pecuniam ſe daturum pater. ſpopondit.

1 7 Iunij. DABI'NTVR etiam præſidiarijs Grauia diſceſſuris militibus, naues ad ciuitatem exiſtentes, quibus ipſi cum ſuis rebus, auehantur, præſtita tamen cautione de remittendis ſecurè, ijſdem nauibus grauiam vſque reducendis, & hac quantũ ad præſidiarios milites.

Ciuibus.

CAETERVM ad Magiſtratum & Ciues Grauienſes, quod attinet; Siquidem Regia ſua Maieſtas benignè tractare ſolet ſubditos ſuos, præſertim qui ad priſtinam ſuam obedientiam redire cupiunt: quodque Princeps ille Parmenſis omnibus quoque modis abundè iam ſatis oſtenderit, ſe eandem viam ingreſſum, Animaduertens item princeps, eorum bonam voluntatem, ſeſe rationi accommodantium, vitamq; ſuam poſthac ita inſtituentium, vt bonos & obedientes ſuæ Maieſtatis, eiuſdemque Conſilij, ſubditos decet, illis (abſque vlteriore aliqua conditionum pactione) omnium præteritorum, contra Regem commiſſorum condonationem atque obliuionem concedit.

PROMITTENS omnibus, qui ex vrbe diſcedere voluerint, liberam id faciendi poteſtatem, vna cum bonis ſuis. Iis quoque, quibus diutius in eadem vrbe cõmorari libuerit, id etiam licebit, pacifice, atque in antiqua Catholica, Apoſtolica, Romana Religione viuentibus. Acta ſunt hæc atque conceſſa, in caſtris eiuſdem Principis, ante Grauiam ſeptima die Iunij poſt natiuitatem Chriſti. 1586.

15 1 Nuyſs. NOVESIENSES interim, in tantam ſuperbiam efferuntur, vt Rheno ante Colonienſes vrbis portas, armatam inſtructamque nauim immiſerint [1] per quam magno auſu, triceſimum nummum Coloniam commeantium adnauigantiumque mercium nomine Truchſeſij, qui ſe hac parte Rheni Dominum, tãquam Imperij Elector alia adhuc affirmat, petunt, & extorquent.

CVI

LOCA

TEMPORA

15 k VVorigen

CVI quidem naui ſubſidio appulerunt [1] Duitium trecenti milites cum Clutio, qui antea munitionem ad pagum nomine Boringen, (qua occaſione nauim illam Coloniam vſque intruſerunt) interceperant. Interim Parmenſis capta Grauia, animum ſeriò adiecit recipiendæ Gelriæ, & Venlonum, tanquam precipuam eius munitionem. venit ergò Martinus Schenckius eidem oppido ducentos immittere equites, vt id, validiore firmaret præſidio, quò cùm perrexiſſet, Regij reſtiterunt, eumq; commiſſo leui prælio fuderunt, adeò, vt ex ducentis illius equitibus vix triginta inuaſerunt, ipſeq; Schenkius VVachtendonckhium profugerit. 1 14 Iunij.

ITAQVE ſtatim id oppidum à Parmenſi cinctum, quatuorque ex locis eueſtigiò obſeſſum eſt tribus videlicet ad Moſam, & quarto Brabantiam versùs. Noueſienſes paulo poſt, [3] circiter mediam noctem, dum præſidiarij VVoringenſes ſomno ac vino ſopiti, eius locis munitionem tueri negligunt, & teſſeræ nomen, captis vigilibus proditur, immiſſo tetorijs igne ſtupefacti ac perculſi, à paucis, omnes propè numero ducenti cæſi fuêre, Sicque à Saxonia Duce Friderico Choriepiſcopo hæc munitio recuperata eſt, atq; recepta, Clutius nauigiolo conſcenſo in Rheno indè fugit, nam ad eos milites venerat illis ſtipendium ſoluturus. 2 16 Iunij

16 l Duytz

POSTEA vero, [5] ab Erneſtianis, nauis illa, de qua dixi, quamq; Petrus quidam Alfrundius Nauta, qui propter ſcælus Neomagi publicè virgis cæſus fertur, ante Coloniæ portas ſiſtere auſus eſt, inque eam authoritatem apud ſuæ farinæ homines venit, vt eidem naui præfectus complures dies, omnibus videntibus piraticam exerceret, ab Erneſtianis in fugam manè verſa eſt. Milites autem illi cum Clutio ſub præfecto, mentito teſſera nomine nocte [4] præcedente diſceſſêre, vbi Grauiam eſſe deditam audierunt. 3 17 Iunij

13 g Graue.

DICITVR Comes Leyceſtrius, vrbis illius Grauiæ præfectum Hemmerum, (quem alij natione, alij verò familia tantum ac nomine Turcum appellat) quo ſe de amiſſa vrbe, Holandis ſuæq; Reginæ excuſaret, capite truncari, [8] duoq; militiæ illius præfectos laqueo ſuffocari iuſſiſſe. Aſſerens, illos ipſi ſcripſiſſe, ac pollicitos: ſi inuarentur annona, vrbem in trimeſtrem ſeruaturos, miſſamquidem annonam, ac tantam quæ ſufficeret, illos tamen ſeſe turpiter, nullo etiam facto ab hoſte aſſultu, dedidiſſe. 4 18 Iunij

15 l Colonia.

IDEM Comes, qui Zutphaniæ inſidiaturus antea venerat, & duas munitiones ad Neomagum, occupandæ vrbi ceperat, amiſſa Grauia Vltraiectum profugiſſe, & eius miles in Gelria Betua ferebatur, cuius militis Anglorum pars Cæſaris VVerdenam ex improuiſò petijt, [6] à qua pulſi ijdem Angli in agrum Duſſeldorpium conceſſêre, poſtridie [7] luſtrarunt copias, quarum Duces Schenkius & Clutius erant, ſex vexillorum equitum, & quatuordecim ſignorum peditum, VVeſtphaliam petituri, & Monaſterienſis flamma, ferroq;, quod illis per literas indicabant, vaſtaturi, ſeque coniuncturi duobus equitum millibus, quos illuc ducturi erant Neuenarius Comes & Henricus ille Brunſvicenſis, ſed parturiebant montes, naſcebaturq; ridiculus mus. cum ne Venlonum, quidem defendere, aut eidem ſuccurrere poſſent. 5 20 Iunij.

14 e Zutphen

PARMENSIS enim, nulla facta mora, Venlonum rectà contendit (occupata vt ſupra dixi Grauia) idq; cinctum obſidet, ad quod oppugnandum principio ei ſtudio fuit, munitionem quæ extrà vrbem erat, occupare. Deindè muros tormentis quatere, ac demũ altera ex vrbis parte, munitionem quam in Inſula Rheni mœnia propè lambentis, hoſtis ad præſidium ſibi ſtruxerat per trecentos Hiſpanos, ingruente nocte, ligonibus fodi [8] ad eam deijciendam præcepit, atque conterruit. Vrbs ergò omni auxiliorum ope deſtituta, miſſis è ſuis quibuſdam ad Caſtra principis, cum certis deditionis articulis, ſeſe Parmenſi dedidit, quam his, obiter de verbo ad verbum per me Gallico ex Idiomate translatis conditionum pactionibus, Parmenſis vrbem in Regis ſui gratiam recepit. [9] 6 24 Iunij.

14 h Venlo.

7 25 Iunij

8 26 Iunij

9 28 Iunij


MAES



Digitized by Google

TEMPORA

LOCA

IVSSIT Princeps Parmenſis, examinari articulos, propoſitos tàm ex parte Magiſtratus ac ciuium, quàm præſidiariorum quoque militum oppidi Venlonen: præterea etiã ſingilatim communicari cum eorum authoritate adhoc ſpecialiter deputatis, Iohanne Vogellang Medicinæ Doctore, Magiſtro Petro Mont Iuris Licentiato, Gulielmo ab Oeyen, Petro Hooſt, Gulielmo Dorß, Sebaſtiano Loenſi & Guilielmo Kromer, quibus omnibus auditis atq; intellectis.

14 h Venlo.

DEDITIONVM ARTICVLI.

IDEM Princeps, ait, Quod tametſi iuſtiſſimã haberet indignandi occaſionem vtriſque tàm ciuibus, quàm militibus, ex eò, quòd difficiles ſeſe prebuerint, imò quaſi verò reluctantes acceptare noluerint, adeò honeſtas ac benignas oblationes ſuas per litteras illis initio ſtatim ſui aduentus ad oppidum factas; tamen vt eandem ſequatur viam quã ſemper hucuſque obſeruauit, potius commiſerationis & compaßionis ſubditorum ac vaſallorum, quàm ruinæ (cuius intentandæ ac perficiendæ pro inſtante iam occaſione ſufficientia ſuppeditarent media: Acquieſcet nihilominus, vt obliuiſcatur & condonet omnia cuiuſcunque etiam conditionis eadem fuerint delicta præterita, inſuper & benignè recipiat, tam ciues iam dictos quã etiam ruſticos alioſq; villis circumcirca inhabitantes, qui Venlonum huc confugerunt in gratiam Regis ſupremi eorum domini ac principis naturalis, plenum & integrum bonorum ſuorum vſum fructumque indè ab hoc die illis concedendo.

11 k Cliuia.

PROMITTIT Princeps, velle poſthac illos tractare, tanquam bonos, fideles & obedientes ſuæ Maieſtatis ſubditos, illiſque in effectu comprobare, ſuam intentionem fuiſſe nunquam abolendi vel diminuendi eorum priuilegia, laudabileſque patriæ conſuetudines, imo ea potius conſeruãdi & augmentandi, in eo, quod vel ad bonum, tranquillitatem & ſalutem patriæ pertinere videtur.

14 k Gulich

1 28 Iunij

INTERCEDENDI itidem Parmenſis, quam libentiſſime præſtabit officium apud vicinos principes maxime verò apud Cliuiæ, Iuliæ &c. Ducem, pro ipſis Venlonenſibus, vt illis exceſſus, quos in eorum ditionibus commiſerunt, vel etiam iniuriæ, damnaque quæ ipſiſmet principibus aut eorum ſubditis intulerunt, dimittantur. Bona ſpe fretus, idem Parmenſis exiſtimat, ſe apud eoſdem Principes, pro affectione quam habent erga ſuam Maieſtatem Regiam hac in parte effecturũ, ne illis quicquam imputent ſubditis, cùm viderint eoſdem ad obedientiam ſuæ Maieſtatis redijſſe.

10 f Holandia

AD hoc verò quod oſtenſum eſt, multos Ciuium huius oppidi, omnis generis bona, mercimonia, redditus, actiones & credita habere in Hollandia, Zelandia, alijſque locis rebellium, quæ proculdubio hoſtes propter huiuſmodi reconciliationem factam, voluerint confiſcare: Princeps ſi poſthac cum illis quoq; rebellibus de pacificatione tractauerit, promittit, ſe pro poſſe tantum effecturum, vt hac etiam in parte nullum ſentiant Venlonenſes incomodum.

8 g Zelandia.

ET quia credibile eſt non omnes Ciues fore eiuſdem opinionis, Quare contentus eſt Princeps, vt qui Vendlono excedere voluerint, id facere poßint liberè, eoque ſe conferre quò illis videbitur, & hoc intra ſpacium ſex menſiũ, quibus durãtibus, permiſſum ſit illis, pacificè ac ſine ſcandalo viuentibus in ciuitate morari, quo tempore elapſo, ſi vlterior continuatio petita fuerit, princeps etiam hac in re ſe fauorabilem exhibebit, ita tamen, vt dũ ſe contrariæ parti non coniunxerint, illi, cum vſu ac fructu omnium ſuorum bonorum, mobilium perindè vt immobilium, maneant.

PRAETEREA

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

LOCA

TEMPORA 1586

PRAETEREA permittit Idem Principes, illos qui ſua bona, mercimonia, credita, & actiones habent in Holandia Zelandia, & alijs rebelliũ locis, ſe eo poſſe conferre, ſuaſque res peragere, atq; inde ſpatio trimeſtri libere redire Venlonum, ſuamque ibidem reſidentiam continuare, regiæq; ſuæ Maieſtatis gratia frui cum cæteris.

14 h Venlo. ATQVE præſolatio & conſolatione ciuium, Princeps indulget, vt omnes exactiones, media generalia quæ vocant, & impoſitiones, tempore belli inſtituta poſthac ceſſent, extinguantur ac aboleantur, ita, vt nunquam in vſum reuocentur, niſi eorum bona voluntate, aſſenſu & conſenſu, qui antiquitus in hac materia appellari & conſultari conſueuerunt, vt tamen Maieſtas ſuaque dominia libera cenſeantur ob omni eo, quod corpus vrbis Venlonenſis de præterito prætendere poſſit. 1 28 Iunij

CAETERVM quod ad milites attinet, qui nequaquam excuſari poſſunt, propterea quod vrbem retinere voluerint contra potentiam, & arma Regis, quiq; ſciunt quid nam promeriti ſint, poſtquam tormentũ, antea ciuiliter euocati, ſuſtinuerunt. Permittit Princeps nihilominus, illis liberum ex vrbe diſceſſum, ſine equis, attamen, armis vel alia re quacunq;, præter id quo veſtiuntur quodq; ſecum ferunt in locum tutum, quo nomine illis bene ac ſufficienter cauebitur.

16 k Nuyſs.

VXOREM Schenkij poſſe cum præſidiarijs, cumque ſorore, famulis, & pediſſequis vnà excedere, cùm Princeps militare cum fœminis non conſueuerit. Concluſi, conceſſiq; ſunt [1] omnes hi puncti & articuli inter Principem Parmenſem Regia ſua Maieſtatis nomine, ac deputatos.

IN caſtris Venlonenſibus 28 Iunij 1586. Cum ſubſcriptione Alexandri eiuſdem Principis ac Secretarij Verreicken. Hucuſque articuli, ad verbum ex gallico.

14 l Berkem

CVM Nouefiani vicinum ſic agrum, & finitima aſſiduis vndique excurſionibus infeſtarent: Regijq; milites Venlono ſe itineri accingentes, Noueſio appropinquarent: ac præter Copias Electoris præſidiarias, magnus externorum, Anglorum ſcilicet, Italorum, Hiſpanorum &c. militum numerus, in Belgici Leonis vnguem confluereret: Non ſine cauſa ſibi metuere, atque ob id etiam cautius prouidere videbantur illi, qui cum pecunia, mercimonijs, annona, cæteriſque rebus, vel etiam negotiorum cauſa, tum [2] ex oppido ſub Iuliacenſis iuriſdictione ſito, Berckhem nuncupato, Coloniam commeare propoſuerant.

15 l Iunckerſtorf.

HI ſe non ſolos (licet, Ruſtici perinde ac Nobiles, Ciues & mercatores, virorum, mulierum, virginumq; ac puerorum, numero trium millium, tribus quaſi cohortibus propter multitudinem diſtincti, fuiſſe narrantur) ſed cum Iuliacenſis præſidiario milite, ex vrbibus ducis educto nempe centum quinquaginta ſtipatos in viam dederunt Coloniam, ne aliàs in itinere capi, diripi, cædiue poſſent.

SED accidit, illis præter ſpem, res proculdubio miſerabilis, quòd ex equitibus, neſcio quibus per exploratores id olfacientibus, prædaque inhiantibus, numero (vt ferebatur) quadringenti in vnum collecti, ad Ionckerſtorf pagum, paulò minus ſemimiliari Colonia in eos inuolarunt, centum nonaginta eueſtigiò crudeliter trucidarunt, plurimoſque vulnerarunt, quorum pauci conualituri putabantur. Ita, vt cæſorum & vulneratorum numerus eſſe quaſi noningenti dicantur. Horrendum ſanè ſpectaculum, Chriſtianos beluino more, vti pecora mactare, naturæquius ſic immaniter cædendo violari. Sed de his plura videamus. 3 3 Iulij.

15 l Colonia

1586. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA

LOCA

CVRRIS lunari forma, quibus se tanquã vallo munirent, aduersus crudelem militem disposuerunt, sed à tergo ille aggressus eos elusit, obstiteruntq; currus ne possent effugere, illa qui priorem sequebantur cohortem: media ac postrema verò, audito armorum strepitu & clamoribus ocios adiuturi accurrerunt, cæsos conspicata, nec resisti posse, terga dedit. in cuius iugulũ effusus miles gladios strinxit, paucique præterquam ex vltima cohorte euadere vulnera potuerunt. nec quisquam eadem vitare valuisset ex omnibus, nisi aliquot equites Germani tympani pulsu vlteriori lamenæ quoque peditem auocasset, omnes perfidiarius Iuliacensis qui illos deducebat, cæsus. Dicitur audax ille, auarus, & immanis miles prædam egisse, consecutusque centum millia florenorum.

1 1 Iulij.

15 l Colonia

QVA re cognita, Senatus Colonienſis humanitate ſumma vſus eſt. Cùm primũ enim currus ad locum ſtragis emiſit, ac virum languentibus propinauit currus, vt illac vulneratos in vrbem adueherent, omnibuſque hoſpitia in vrbe tribus iuſſit & eos impenſa publica non ſolum ali, verùm etiam ſedulo curari, ſinguliſque diebus Senatores per violentiarum vt appellant Magiſtros inuiſi, pieque conſolari ac conſeruari præcepit.

CVM QVE Illuſtriſſimus Princeps Ernestus eidem Senatui pridiè legatos miſiſſet, [2] ne forte ſuo militi præſidiario id facinus tam enorme imputari poſſet, ſe valde dolere ſignificat ſimulque maximè diſplicere teſtatur. Hinc eſt quòd & ab eodem principe & à ſuo ſi Duce, Senatuque Colonienſi. omnes rei geſtæ circumſtantiæ, factique cauſa diligenter inquiſitæ fuerint, de quibus non hic à nobis, ſed ab alijs, alibi forte, & in Spirenſi Camera imperij, tãquam violatæ publicæ Germaniæ pacis nomine, latius diſquirendum, quorum intereſſe videbitur.

11 g Gertrudisberg.

INTERIM [1] Gertrudisbergam ordinum vrbem, ingreſſa ſunt duo equitum vexilla: Hollandi porrò multa bellica tormenta Bergam ad Zomam ac foſſores miſere. Anglus Bredam quidem oppidum etiam tentauit, ſed fruſtrà licet, attamen in ea velitatione equites quinquaginta Regij & aliquot pedites ac ciues periiſſe dicebantur. Ita ſuis velitationibus ac machinationibus Anglis miſeros Hollandos cum ſuis rebellibus, oculos oliſcant, quos quidem Rebelles, Polonia Rex, de quo ſupra dixi [3] per legatum ſuam ita ferè omnium nomine, alloquitur.

2 4 Iulij.

REGIS POLONIAE LECTVS.

10 h Bergen op Zom.

QVI patriam aliquandò veſtram, & quas incolitis prouincias, dum priſtinum adhoc ſtatum ſuum retinerent, aut ipſi inſpexerunt aut ex aliorum ſermonibus, aliqua de ijs cognouerunt, atque rurſùm præſentem earum conditionem amice cõſiderant & reputant, non poſſunt non maximè calamitoſam hanc præ illa veteri ac priſtina iudicare, veſtramque vicem plurimum dolere.

FLORuerunt inquit antea illæ prouincia, omnibus ijs bonis, quæ optanda ſibi homines in hac vita eſtimarent, famaque nomen, & fortuna earum apud omnes ferè nationes clara ac celebris. Poſtquam verò legitimi principis Imperium aſpernari, & excutere cæperunt, quibus malis, & quibus ærumnis ſuperioribus biſce annis ſint conflictatæ, quibus affectæ calamitatibus, in quas redactæ vaſtitates vos ipſimet facilius iudicare poteſtis.

NEQVE tamen nobis etiam, & ſi paulo à vobis remotioribus, omnino ignotæ ſunt earum rationes, quas equidem audita Antuerpiæ deditione ſperabamus fore meliores, turbaſque ac motus, quibus hactenus conflictamini, iam tandem conquieturos, & priſtinam tranquillitatem, atque rerum ſtatum vos recuperaturos. Ita enim nobis perſuadebamus, vos inuitatos, ſociæ vrbis, ſociarumque prouinciarum exemplo operam daturos, vt reconciliati principi veſtro, ad obſequium eius redireris, officiumque & ſubiectionem ei debitam præſtaretis: neque vos à reliquo Belgici Imperij, corpore ſegregaretis.

3 Pagina 402.

11 h Breda.

VERVM

LOCA

TEMPORA

VERVM diuerſa à vobis conſilia iniri ad nos adfertur, & eiuſmodi, quæ ſi ad rectam omninò rationem reuocentur, nullam fœlicioris, aut tolerabilioris ſaltem veſtræ fortunæ ſpem oſtendere videntur. Non enim æſtimare debetis dum pro veteri, nouum Imperium adſciſcitis, pacem & tranquillitatem vos hac ratione vobis, patriæq, & ſedibus veſtris paraturos, bellum potius graue & perniciоſum, intrà viſcera vos recepturos, quemadmodum eſtis cauſa belli, ita eius ſedem apud vos futuram, omnemque ipſius rabiem eò verſuram.

14 h Venlo.

1

DVOBVS autem potentiſſimis principibus de Imperio in vos interſe dimicantibus quo nam modo ſtatus & fortuna, atque adeò ſalus veſtra conſiſtere poſſit, ipſimet videritis. Illud enim pro certiſſimo, & exploratiſſimo habendum eſt, Sereniſſimum regem Catholicum, qui eſt Princeps potentiſſimus non paſſurum vnquam, hereditarias ſuas prouincias, ab Imperio ſuo abſtrahi, neque ceſſaturum, ab armis, niſi ijs prorſus recuperatis.

10 Iulij.

ITAQVE quod prudentiſſimi quiq, rerum publicarum gubernatores, ac populi, dū aliquid de rebus grauioribus ſtatuunt, facere conſueuerunt, vt finem ſpectent conſiliorum, & actionum ſuarum, qui illos conſecuturus ſit; Illud vos aut neglexiſſe, aut non recte conſiderаſſe videri poteſtis, cum nullus ferè veſtri conſilij finis aut exitus appareat.

15 k Colonia

2

NAM ſi ducendo bello, vel mortem Sereniſſimi Regis, vel caſum aliquem vobis propoſitis, valde in incerto veſtram & patriæ ſalutem collocare videmini, Primùm enim in Diuina ſitum eſt Clementia, Serenitatem ipſius (quòd omnes boni optare debent) diu ſeruare incolumem: Deindè verò, etiamſi ipſius Serenitate accidat, aliquid humanitùs, Nonne heredem relicturа eſſet? ad quem eadem ratione, hoc ipſum negotium pertineret? Nonne præterea perſpecta eſt vobis Conſilij Hiſpanici, conſtans & perpetua ratio, quod curſum ac tenorem ſuum nunquam mutat?

11 Iulij.

FRVSTRA igitur ea in re vobis aliqua ſpes eſſet reponenda, quin potius maturè dū tempus patitur reſipiſcendum, & rebus veſtris conſulendum. Sed priuſquam ad rationes Regis Poloniæ progrediamur, ad Principis Parmenſis conatus veniamus, quibus poſt adeptam Anglis Graui am, & occupatum Venlonum, Nouefianos aggreditur, quo eodem modo vt Hollandi Zelandi, & cæteri Rebelles ab Anglis tanquam inimicis Hiſpaniæ Regis dependiſſe, certiſque fœderum condicionibus ſe illis abſtrinxiſſe, certum eſt.

3

12 Iulij.

15 k Kerpen.

ALEXANDER itaq, Dux Parmenſis recuperato vt ante diximus Venlono, munitiſſimo Geldriæ oppido, rebus iſthic, quantò fieri potuit, ocius conſtitutis, inde cum exercitu octo millium peditum, & equitum mille quingentorum, (Illuſtriſſimo Electore Colonienſe hoc in auxilium ſibi petente, Hiſpaniarumque Rege iubente ac concedente) Nouefium quinque Colonia millіaribus diſitum pergit, ac primùm in loca vrbi vicina luſtratum venit. [1] Poſtridiè [2] propius accedens, Gnadental monaſterium ſeminiliari indè diſtans occupat, in eoque caſtra figit.

4

15 Iulij.

MVNITIONEM deinde vrbi propinquam, in Rheni Inſula ab hoſte excitatam per Hiſpanos aliquot milites capit, Poſtea [3] ne ad commeatum, cæteraque neceſſaria ſuo milite in vrbem Coloniam denegaretur ingreſſus, Senatui Colonienſi Ferdinandum Lopez præfectum Carpenſem mittit; Cui licere, ne plures tamen quadraginta ſimul forent, Senatus reſpondit. Quo eodem die [3] ad Nouefium (deditionis negatæ euentu) oppugnādum tormenta Venlono, tredecim, vltrà ſeptem quæ ſecum habebat adducta, Bonna octo ab Electore miſſa. [4] Ruremonda porrò decem cum ducentis viginti curribus pyrio puluere onuſtis, atque globis ferreis. Carpena ex arce quatuor, aliundèque expectabantur.

15 k Nuyſs.

5

Eſt [5] Clutius in vrbe, Hermannus Fridericus, aut è conuerſo, ſic nomine vocatus, qui ſe auctoritate Comitis Adolphi Neuenarij pro Imperio, vrbem regere ac gubernare, aſſerit, præfecti quondam Mursenſis filius, ætato annorum plus minus viginti, cuius exitum triſtem ac deploratum, poſtea videbimus. Nunc ad obſidionem Nouefianam.

16 Iulij.

1586. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA

LOCA

ILLVSTRISSIMVS Princeps Ernestus Imperij Elector, ad Parmensem Bonna in castra venit excipiendum, eumq; pro consueto clementiæ pietatisq; affectu adhortandum vt si vllo modo ferri posſit, Nouesium sibi, absq; cruenti sanguinis effusione, ædificiorum ruina, incendioue recuperet, maximèque tolerabiles deditionis reconciliationisque rationes ac conditiones vel ab ijs propositas accipiet, vel ipsemet illis proponat, quibus miseri sine causa sibi tamdiu rebellantes subditi, in gratiam recipiantur, quemadmodum id Antuerpiensium, Gratiensium ac Vendonensium exemplo Parmensis facere optimè posſet, & oppidani Nouesienses meritò debeant. Fuit itaque in hunc finem Missa in castris solemni more celebrata, qua pro fœlici rerum successu preces ad Deum opt: maximum funderentur.

1 20 Iulij

CAETERVM vt pro more militari rem Parmensis aggredi videretur, oppidanosq; sic territos, ad æquas deditionis conditiones adigeret, Iußit ex allatis iam vndique tormentis, decem statui contrà inferiorem portam, DIE NIEVPORT appellatam: quattuor contrà portam Rhenensem, DIE RHEINPORTE vulgò dictam, quattuor item ex obliquo in Insula quæ est ante vrbem, contra turrim portæ illius Rhenensis: præcepitque idem Parmensis duodecim tormenta maxima in Insula ibidem dirigi, ad eam muri partem, quam attingit cœnobium vulgò MARIENBVRG appellatum, nempe qua vrbs siue oppidum à parte Rhenensi incumbit flumini.

16 m Bonna.

HIS præparatis tandem ad oppidanos Tubicinem misit, ſciscitatum, cuius nam intentionis essent, dedere ne se vellent, an verò belli violentam fortunã expiriri, nuntient? nam ad vtrunque, maxime vero ad eos certis æquisque conditionibus in gratiam potius recipiendum, quam violenter procedendum ergà illos se paratum, etiam contentum esse, vt duos vel tres obsides mittat, illique vicissim totidem, ac tribus ex vtraque parte cum plenaria potestate totam tractandi deditionis negotium committitur.

2 24 Iulij

CVPERE se cum Parmensi quidem de deditione tractare oppidani per fœlicem quendam BVECHNERVM respondent, verùm non eò agendi modo per obsides, & Cõmissarios, verùm scripto: Tales conditiones igitur quas obseruare, non autem vt Vendlonensibus infringere velit, proponat: Deinde sibi planè persuadeat, se Bauarum illum (Principem Electorem Ernestum intelligentes) in hoc negotio, ne minima quidem in parte, agnoscere, imò contrà sed expreßè solemniterque protestari, petunt itaque 5 horarum deliberandi tempus, quod concessum, interim insidias animo coquentes in integrum diem prorogant.

PARMENSIS vt de concipiendis deditionis conditionibus ageret, scriptoque eas dè comprehenderet, proximè ad portam (vulgò DIE NIDERPORT nuncupatam) nihil finistrè suspicatus cum aliquot suis ducibus accessit, Statim oppidani cõtra datam fidem, induciarum ius violentes, milites principis bombardarum ictibus petunt, occasionem indè querentes, idem etiam principi ipsi cum suis quos propè Ciuitatem apud se habebat, faciendi, seriò vanque transfigere eos non voluisse, ex eo facile apparebat, quia in vrbe interim omnia opera continuare, ferrisque turriculis, multisque alijs rebus sese, magna diligentia munire visi sunt.

15 1 Nuyss.

QVARE & in castris ante portam inferiorem Hispani etiam fodere pergebant, id sibi non minus (currentibus illis aliquot horarum inducijs) licere existimantes, quàm oppidanis, in quos ab exercitu eorum quoque bombardarum, imò tandem etiam tormentorum ictus retorquentur, adeò, vt Parmensis nunquam tàm ferè globo tormentario traiectus fuerit, quàm tùm, cùm ex oppido non minus quam trecenti ictus conterquerentur.

3 17 Iulij.

PAVLO

ALEXANDRO FARNESIO LEONEM

LOCA

TEMPORA

PAVLO itaque progreſſus ab vrbe equum conſcendit vehementer commotus, vtpote qui neſciret, cur hæc & à quo excitata eſſent, multò minus bombardarum ac tormentorū extorſiones huiuſmodi approbaret (Comiti nanque Carolo Mansfeldio, tormentorum ſupremò præfecto, ſatis acriter oſtendit cōtra inducias id fieri, ſibiq; ſummopere diſplicere, qui tamen Comes abſque ſuo mandato, ſeque ignorante id factum eſſe excuſat.

CVMQVE tandem princeps tumultus hos omnes dexteritate magnaque ſua prudentia ſedaſſet, militibuſque vt pacatos ſe tantiſper continerent præcepiſſet, ad locum vbi de cōditionibus dedendi tractari cepit, reuertitur, indeq; ad oppidanos, diſſimulatis iniurijs, denuo miſit, an in cæpta deditionis materia perſiſtere etiamnūm velint? placere reſpondet, non tamen vt illi, ſed Princeps (ondiciones primùm ſcripto comprehenſas tranſmittat. 1 24 Iulij

QVOD licet militari ſtylo & conſuetudini contrarium, cum oppidanis hoc primùm faciendi officium incumbat, miſit attamen pro ſalute ciuitatis præcedentes iniuras diſſimulans, pius Princeps, Electoris petitionis non immemor. Tubicinem cū conditionibus, ſcripto articulatim comprehenſis, quibus præſidiarijs offert, inter cætera poſſe fuerat illos ſignis plicatis, itemque armatos, cū ijs quæ habent, non ſolum vrbe diſcedere, verùm libero etiam ac ſaluo conductu, eo ſe conferre, quo ſe tutiores eſſe exiſtimauerint.

SPERAVIT quidem Princeps Parmenſis oppidanos tam aquas illis datas deditionis leges ſine controuerſia quàmprimum accepturos, reſponſumque intrà horam illis præſtitutam. Haudebio, Taxio, ac Bilebeo (quorum illi duo Parmenſis ſupremi militiæ præfecti, hic verò Electoris principis intimus (onſiliarius) daturos. Sed magna cum indignitate, tres illos tantæ authoritatis viros, vſque ad decimam noctis horam antè portas expectantes detinuerunt, nec ſine contemptu & iniuria vtriuſque Principis Parmenſis & Electoris, ita reſponderunt. Tubicinem iuſſe cubitum, quòd ſi & ipſis, quoniam adueſperaſceret, idem facere liberet, poſſent eò redire vnde veniſſent. Parmenſis etiam hanc indignitatem ea nocte in gratiam Electoris, & pro ſalute ac conſeruatione vrbis hominumq; tot millium, in eadem exiſtentium concoquens, mane diè tutelari Diuo Iacobo ſacro, necdum deſtitit, quin & ipſe vrbi appropinquās denuo ſciſcitatum miſerit, quid nam tandem conſtituiſſent, & ſi ipſi ſeſe dedere nollent, ſed belli potius fortunam experiri, vt ſaltem mulieres & inbellem turbam foras mitterent, cum eiuſmodi enim ſibi bellū non eſſe Princeps aſſeruit. 15 k Nuyſs.

(LVTIVS milites aduocauit Parmenſiſque poſtulata exponens, eorum ſententiā exquiſiuit, reſponderunt, vt primus ille tanquam vrbis gubernator ſuam proferret. Dixit ſi ſibi adeſſe vellent: ſe eam vrbem ad extremum vitæ ſpiritum eſſe defenſurum. Cuius ſententiam omnes militiæ imprimis præfecti concordibus ſuffragijs probarunt, datiſque dextris ſingulis vim craterem exhauriere. quo promiſſa tidquam ſacramento firmarent: Reſpondent interim Parmenſi, ſe plurimum mirari cur pro dedendo Nouefio tantopere inſtet, cùm non interſit illius, ſed ſit Imperij Ciuitas, quàm Clutius ex Neuenarij authoritate & commiſſione Imperij nomina regit ac tueatur, & licet nulla vſurpatæ ab illis vrbis mandata Imperij protulerint, nihilominus tamen à principe (quem ſic illudere videbantur) poſtulare auſi ſunt concedi ſibi quinque ſeptimarum inducias, vt Imperatori interea ſcribere poſſent, quid ſibi faciendum eſſet. 2 25 Iulij.

1586. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA

LOCA

PARMENSIS itaq; videns se deludi atq; ab ijs contemni, quibus cum tàm patienter hactenus egerat, versa in furorem patientia, iubet euestigiò triginta simul magnis tormentis muros vrbis & mœnia 4 ex locis ita concuti, & à septima hora matutina per totum diem [1] tanta vehementia continuari, vt mœnia conquassata & collapsa, viam ingressuris facilem præberent, adeò, vt ex præsidiarios mille sexcentis peditibus, & centum qui oppido inierant equitibus, maior pars, ex tormentorum ictibus (quorum circiter quater mille numerabantur) & lapidum ruinis vulnerati, fuerunt q; multi qui affirmarunt se nunquam simili furore vna die, vrbem vidisse tormentis tot, impeti ac dirui.

1
25 Iulij.

VESPERE eadem die [1] occupant Hispani portam inferiorem, & muri, vallique partem. Ad Rherum quoque turrim, suprà deturbatam conscendum quadraginta numero. His Clutius cum suis accurrit, bombardis vtrimque certatur magna vehementia sine intermissione: ignes iniicere quantum possunt annituntur oppidani, sed frustra. Nam tãta Hispani pertinacia locum tuebantur, vt, quicquid facerent oppidani, nihil tamen cederent Hispani, qui in hac oppugnatione Clutium præsidiariorum illorum ducem bombardulæ glande in crure dextro suprà ad inguinem traiecerunt, a suis illico sublatus domum inde defertur, vbi vulneri Chirurgi opera medicina adhibeatur.

IGNES quos dixi ab oppidanis sic iniecti, atque ab Hispanis iterum repulsi, & in propinquas stramine tectas domũculas dilapsi, vrbis incendio, flammam cõcipiente ficca ex ardore materia, principium dedere ac paulatim eas aura flatu vno perferente, vaijs locis serpserunt, Mandauit Parmensis per militem, etiam Comes Mansfeldius, eos ignes extingui, quod cum vix præstarent, hosti querendo & rapinæ intenti, castrenses fossores ipsemet Princeps ad id accersiuit, & eos hocce exequi præcepit.

16 k Nuyls.

2
26 Iulij

IRRVVNT [2] vt leones, etiam non expectato Parmensis mandato, expansis audaciter vexillis, in vrbem Castrenses. Oppidani vero ob præfecti sui casum flaccescentes, etiam ex præcipuis sese subducentes, Hispanorum q; furorem conspicientes quidam stationibus desertis sese initiò recipiunt ad forum, parùm quidem restitere, sed subitò victi, occubuere, alij se non defendentes, abiectisque armis latrones, non milites immitantes, ex æquò trucidati sunt, omnes, atque ita.

NoVesIon saCro referaVIt Marte IaCobVs
VICta CruentaVIt forTIor Anna LoCA.

INDE statim per totam ciuitatem discursum, plateæ occupatæ, domus vbique explorata, & direpta, Ventum est & ad gubernatorem Fridericum Hermannum Clutium, in lecto decumbentem, quem ex domo Senatoria cùm precipuis suis capitaneis, collo illi laqueum stringentes ad fenestram suspenderunt, cuius exitus multis si sapium exemplo futurus. Minister eius Fosserus Oppenheimius Caluinianus concionator, reformatæ religionis ergò suspensus fuit ante omnes, & dum noctè [3] insequenti domus Senatoria totaq; vsque ad quartam eius partam partem vrbs conflagrauit. suspensi laqueis tandem soluti, decidentes combusti sunt: miserium sanè spectaculum eadem hac vrbs, toti mundo præbuit, vt, quæ antè centũ annos, Carolo Burgundo insigni cum gloria (vt suprà dixi [4] sub vno Hermanno, victrix diu restitit. nunc sub altero Hermanno vix bidui spacio vi expugnata, in cineres redacta, maneat.

3
21 Iulij.

PEPERCIT

ALEXANDRO FARNESIO LEONEM

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1586.

LOCA

TEMPORA

PEPERCIT Parmenſis ciuibus, omnes fœminas ac pueros, ab omni iniuria tutos ac liberos eſſe voluit, etiam Clutij vxorem (cuius forma captus, quidam, in matrimonium eam petijſſe, Hiſpanus) & ſorores ſertur Clutij, duas, libere dimiſit, & incolumes Duſſeldorpium deduci, ac cuidam à Milendonck vxoris dictæ nepoti tradi iußit. Harum ſororum vna, anteà ſæpè Clutium adhortata fuerat, vt à cæptis deſiſteret: verùm tamen nihil ab eo ea in re obtinere potuerat; Altera ad lectum fratri à militibus oppreſſo Clutio aſſidens, mœſta, triſtis, ac in deſperatæ modum exclamans, in hac verba prorupit. O vana Regina Angliæ, vbi modò es tu?

Duſſeldorp

1 21 Iulij.

DVM Princeps occupandis ad Moſam & Rhenum ſitis oppidis occupatur, Angli territorium VVaſiſe ingrediuntur, Axelium oppidum 6 miliatribus Antuerpiâ diſſitum obtinent 15 Iulij, idque ope vigilarium Magiſtri, & quorundam ciuium ac præſidiariorum auxilio, hoc Mottæus vrbis Grauelingenſis præfectus, cum militiæ præfectis, alijs qui in vicinis erant locis obſidione cingit. Sed perforatis poſtea ab hoſte aggeribus, aquis circùmquaque omnia inundantibus obſidionem ſoluere coacti ſunt.

HABENTVR interim etiam 17 Iulij multorum Principum Luneburgi Comitia, quibus Rex Daniæ, Electores Saxo & Brandenburgicus &c. Legati Reginæ Angliæ, & Regis quoque Nauarræi interfuerunt. Iußit Leceſtrius [1] Vltraiecto multos in exilium eijci, qui non ſolùm ſibi & Catholicis inuiſi nec catholici erant, verùm & illos maximè qui Catholicæ Religionis eſſent aſſertores, quos tamen in loco qui neutri parti ſtuderet ſubſiſtere permittit. Hi Culemburgum, Vianam, & Iſelſteinam, tanquam ad priuatorum dominorū oppida diuertebāt, ſed indè quoq, excedere peculiari edicto iubentur [2] declarando ſcilicet, iſta oppida eorum non contineri numero, quæ neutralia dicerentur. Sed Monaſterium, Cluiam, & ſimilia loca quæ ſub ſeptendecim prouinciarum circulo non comprehenſa, intra tridui ſpatium ſe transferre mandantur, qui ſecùs fecerint, horū bona fiſco ſubſignarentur.

2 27 Iulij.

Axel.

LEGAVIT poſthæc Colonienſis Senatus Conſulem Ioannem Hardenraet, VVolſkel & Doctorem Hachſtein ad Parmenſem Principem, eidem de fœlici ſuo cōtra hoſtes ſuccеſſu gratulatum. Qui oblationem honorarij quod illi mittebatur [3] nomine Senatus, grato acceptans animo, petijt, vt ſi legatio hæc illis eſſet cordi (quemadmodum eſſe non dubitaret) ejicerent Regia Maieſtatis perduelles, qui in vrbe eorum ſe continerent, nec in poſterum alios huiuſmodi farinæ homines reciperent [illud] factum, eſt vt mandato Senatus eiuſdem, ab octo precipuis ſit inchoatū, quib[us] habitatio erat interdicta. poſtquam Ferdinandus Lopes præfectus Kerpenſis, triginta ſex, ſcripto eidē offerebant Senatui, quos perduellionis reos indicabit. 3 die menſis Auguſti.

3 29 Iulij

PONTIFEX ſummus miſerat menſe maio Parmenſi gladium & galerum, quem Princeps ille perpetuum honoris teſtimonium in munitione vallis gratiæ (vulgo Gnadenthal) accepit [4] Manè eiuſdem diei Comes Arembergius, & Comes à Mansfeld, alijq, præcipui exercitus Duces, ex caſtris cum ſumma magnificentia in munitionem illam veniunt. Nuntius Apoſtolicus Vercellenſis Epiſcopus Sacrum faciebat, cui Elector Colonienſis, & Princeps Parmenſis & Iuliacenſis interfuerunt. Finito ſacro Vercellenſis habita primùm ad Principes, deinde ad milites gregarios inſigni oratione conuerſus ad Parmenſem cauſas donorū Sanctæ Apoſtolicæ ſedis explicat Sūmi Pontificis Sixti V cuius nomine Grimanus Abbas, Romà miſſus, qui & habitu religioſo aſtabat, reuerentia qua decuit, Principi gladium illum ac pileū tradidit. Inſignis eo die in caſtris Noueſianis ſpectabatur, & dum hæc in ſacello fiunt magnus tormentorū boatus audiebatur foris, Milites multa in caſtris, eaq, iucundiſſima edebant ſpectacula, decurſiones ludicras, pugnaſque imaginarias ita fingebant, vt ſcrìò eos pugnaſſe diceres, in caſtris erat nullus, qui non ſpectatu quid dignum facere videbatur.

Gnadēthal.

4 1 Auguſti.

1586. TEMPORA

TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

LOCA

1 29 Iulij.

TRIDIE [1] antè quã hæc fierent Princeps Elector Colonien sis Erresius, quòd vrbem Nouesium ei cæperit ac tradiderit gratiam egit Parmensi. Verùm sibi non agendos, sed Regi Hispaniarum Philippo Catholico respondit cuius iussu fecerit. Postea [2] Princeps Elector, Parmensem Cæsaris Vuerdera (vulgò Keyserswert) celebri conuiuio solenniter excepit, cui iunior Dux Cliuiæ Ioannes Guilelmus, eiusq. soror ius Marchio Baden sis, ac Salentinus Nobilissimus ille Comes Isenburgicus (qui Colonien si Archiepiscopatui renuncians, Truchsesio cedendo, exemplũ dederat) omnesq. præcipui Regiæ militiæ tribuni, interfuerunt.

16 h Keyserswert.

2 5 Augusti.

MOVIT [3] postea cum exercitu Parmensis, reliquaque Mursem, (vulgò Moers) vbi Ordingæ pernoctasset, venit. [4] Arx est, & oppidum arci contiguum, comitatu nomen indens, cuius Cliuiæ Dux directus dominus, hocq. nomine, Mursensis eidem cliens (Cũque iunior Dux Ioannes, Parmensi, quid nam in eo comitatu sibi ad spectaret, ostendisset, ac demùm à præsidiarijs arcem sibi tradi poposcerat; Respondérunt, Sibi nulla à Neuenario, qui Mursæ esset Comes, ea de re mandata data missaue fuisse, eumque repulerunt.

15 h Moers.

3 6 Augusti.

His ita se habentibus, Parmensis Mursam, vt dixi, appulit, cum parte exercitus, qui Berkum descendebat. & vt arcem sibi municipes ac præsidiarij traderent, per Tubicinem militari more petijt, vim, ni faciant, minatus, tormentumq. maius, in eos quatere, nullo tamen læso, displodi iussit. Erant autem in ea arce, certum milites, concessa illis deliberationi nox. Mane hora nona, antè meridiem, ex oppido & arce, missi sunt, qui de conditionibus pacisceretur, seque saluo Cluersis iure dedidérunt.

15 g Berck.

4 7 Augusti.

PARuensiq; portas aperuerunt, eius imperata facientes, adeò benignum Principem inuenerũt vt nihil in eo mutauerit, quin & Caluinianã Religionem quæ ibi erat consilio Ducis Cluersi, reliquerit, licet minister qui Mursæ inerat Caluinianus sponte factus dicatur Lutheranus.

Vtrecht.

5 8 Augusti.

CONDItiones autem fuere Mursensium: Municipibus oppidi, salua essent, vita, ac bona, Milites item incolumes explicato signo, cum eorum bonis, quantũ ex ijs seruibus poterit, vnà cum armis discederent Reserta fuit arx annona multa. Eodem die [4] Exules Vltraiectensium, qui adhuc in Hollandia cõmorabantur, nouo Edicto ex septemdecim prouincijs, spatio quinque dierum exire iussi sunt, quorum nonnulli, conducto pedituum aliquot comitatu in Cliuiam, alij, propitio vento Bremam nauigarunt, atque inde nonnulli Coloniam huc venerunt.

Cliuia.

6 9 Augusti

POStridie [5] Parmensis suas copias Alpenam traduxit. Arx est etiam, vt Mursa, oppidulo iuncta, comitatui nomen præbet, in qua erant circiter centum præsidiarij, qui Comitatus ad Neuenarium pertinebat. Præsidiarij, & oppidi municipes sese eadem die [6] sub vesperam, ijsdem quibus Mursa pactis dedidere. Hinc iter est Berckum paruo milliari, quò quatuor veteranorum milliari, Nouesio castra mouens Princeps idem præmiserat, & partem quoq; Cracaum versus, cui antèà Clutius Gubernator, quàm a Neuenario Nouesium vocaretur, præerat.

16 l Colonia

7 10 August

DEinde [7] Ciuibus & incolis Vltraiectensibus propositum est Iuramentum illud præstandum quòd sequitur. Nos infra scripti promittimus, & iureiurando affirmamus iuramentum factum Prouincijs Belgicis consœderatis inuiolatũ nos obseruaturos, eique satisfacturos. Secundùm præscriptum autem illius iuramus, & promittimus Illustri Principi ac Domino D. Roberto Comiti Leycestriæ, &c.

15 g Alpen.

VICARIO

ALBANO DVCE LEONEM

LOCA

TEMPORA

VICARIO & Capitaneo generali Maieſtatis Anglia. Gubernatori generali, prouinciarum Belgicarum confœderatarum, Noſtro quoq; præfecto Illuſtri Domino Adolpho Comiti Neuenario & cæt. Omne fidelitatis obſequium, aduerſus Regem Hiſpaniæ, eius miniſtros, & fautores, corporibus, bonis & ſanguine nos præſtituros: nunquã cum noſtris aut patriæ noſtræ hoſtibus, ſed nec cum ijs quibus patria eſt interdicta, & in exilium miſſi ſunt, aliquod commercium habituros, ſiue per nos, ſiue per alios internuntios, vllum commercium habere.

10 k Brabantia

PROmittimus etiam & iuramus, modo ſuperius alligato, nos nunquam acturos, aut verba facturos, clàm aut palàm, nec paſſuros, quoad poſſumus, vt càlm vel palàm agatur, aut verba fiant de aliqua pace, cum prædictis hoſtibus noſtris ineunda: niſi cum conſenſu Prouinciarum confœderatorum, & illius Excellentiæ Et quia iuramentum hoc volentes præſtamus, ſine alrqua hypocriſi & ſimulatione, renunciamus omnibus pontificijs, canonicis aut ſuperiorum Principum diſpenſationibus, proteſtantionibus, aliiſque obliquis medijs, præſentibus aut futuris. 1 13 Auguſti

QVEMADmodum & renunciamus iuramento, quo Hiſpaniæ Regi tanquam ei, qui fuit Dominus, vrbis, oppidorum, & patriæ Vltraiectenſis, aliquo modo quondam fuiſſe obligati potuiſſemus, promittentes nos nunquam illo iuramento in præiudiciũ præſentis vſuros eſſe. Quòd ſi vnquã contra præſcriptum iuramenti huius, in fauorem hoſtiũ, & ſuæ Excellentiæ Prouinciarumq; confœderatarum præiudicium feciſſe deprehendamur, CENSEMVS IPSI NOS MORTIS REOS, vti perfidos, & communis boni atque proſperitatis violatores. Ita nos Deus adiuuet. 2 14 Auguſt

OBSIderi capit [1] Berck oppidum ſiue Bercka vrbs, opere & milite recens munita. Nam eidem oppido præſidio ineſſe dicebantur hominum quattuor millia, alij pauciores eidem ineſſe aſſerebant, quorũ Præfectus, Schenckius & eorundem militũ permulti erãt Angli, qui ad murum aggerem excitarent, recipiendis quæ iactabant auxilijs. Poſtridiè [2] ita velitatum, vt poſtero die [3] Myoparones omnes, ſublatis anchoris, ſecundo flumine deſcenderim, atque fuga ſibi ſalutem quæſiuerint.

PROFLIgatis Myoparonibus Regij ſumma contentione Inſulam, quæ in conſpectu vrbis eſt, oppugnarunt & expugnarunt, atque poſtridie [4] nouem tormentis in illam in uectis, munierunt. Deindè & alijs maximis propugnaculis, valliſque caſtrenſibus oppidulum cinxerunt, atque ita concluſerunt, vt nulli aditus ad illud pateat. transfugerunt quidam Angli ex oppido in caſtra Parmenſis, qui eos recepit, & ſtipendia vti cæteris eſt elargitus. 3 15 Auguſti

QVI Princeps certior factus partim à captiuis, partim à transfugis, magnam eſſe in oppido Berckenſi annonæ, præſertim panis inopiam: præterea & peſtem vltrà modum ſeuire. Volens milites quos habebat in caſtris ſelectiſſimos, conſeruare, non iam oppidum expugnare vi, ſed fame & miſeria ad deditionem compellere decreuit. Munitiſſima itaque propugnacula inchoata exædificauit, impoſitoque fortiſſimo præſidio, omnibusque rebus neceſſarijs in ijs relictis caſtra ſuccendi & ab oppido moueri iuſſit.

15 E Berck.

VENERANT enim ex Brabãtia Legati ad Principem in caſtra, qui anguſtias & miſerias ſuas ſunt conqueſti, multis docentes argumentis, neceſſe eſſe, vt cum parte exercitus in Brabantiam redeat, modum inueniat, loca adhuc ab hoſtibus occupata recuperandi, vel impediendi ſaltem quottidianas eorum excurſiones, id quod fecit tãdem, ac ad Gelriæ loca quedam primùm, poſtea in Brabantiam & Flandriam caſtra mouit, vt ex ſequentibus apparebit. 4 16 Auguſt

1586. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPORA — LOCA

1 14 Auguſt — 10 f Hollãdia.

SVPPLICES ſunt hoc menſe Equeſtris dignitas, nobiles & ciuitates Hollandiæ, cũ ordinibus Zelandiæ & Friſiæ Leyceſtrio, pro meliore quorundam articulorum obſeruatione decernenda, iuxta normam conuentionis ſuæ cum Regina Angliæ initæ, & conditiones delatæ adminiſtrationis generalis eidem Leyceſtrio, conſeruationemque veteri m eorum priuilegiorum, iurium & conſuetudinum. Quare Leyceſtrius idem, poſt rerum examinationem ſuper eiuſmodi eorum petitione habita, quadam edixit [1] quidem, ad conſeruationem Reipublicæ, pertinentia, quibus ſe ordinum petitioni videbatur ſatisfeciſſe, dum ſuccurreret illis, & auerteret damna Reipublicæ per impeditam nauigationem & mercium exportationem obuenta.

2 28 Auguſt — 8 g Zelandia.

VERVM tamen ordines deinde conqueruntur, poſtea [2] dolis aduerſariorum ſuorum hominum inquietorum, aliud Edictum priori contrario ab ipſo Leyceſtrio promanaſſe vo de irraparabile damnum Reip: accediſſet, maxime, quia omnis negotiatio & mercatura ſolita, ab ipſis ordinibus diuerteret, frumentumq; ad eoſdem aduehi conſuetum aliò trãſferretur, adeò, vt expectanda ſit illis rerum omnium penuria, & vt deſtituti ſuis nauibus in extremam redigantur miſeriam: Petentes quatenus huic malo mederi Leyceſtrius velit & ſubreptitium hoc ſecundum Edictũ declarare, vires ſuas priori Edicto attribuens.

3 1 Septemb. — 11 k Doesburg

SCIRET enim ipſi Leyceſtrius, omnibuſque manifeſtum ac perſpicuum eſſe, quanta fide quantaque cum beneuolentia, omnes & ſinguli ſingularum prouinciarum atq; vrbiũ ordines & magiſtratus confœderati, illius in Belgium appulſui gratulati fuerint, gubernationemque vniuerſalem earundem ei detulerint, ex officio quo Reginæ Angliæ ob ſingularem illis ac patriæ exhibitam beneuolentiam, omnem deberent reuerentiam &c.

4 5 Septẽbris — 1 k Anglia.

AGGrediuntur hoc tempore [3] valido cum exercitu 15 millium peditum, ac bis mille quingentis Equitibus, Angli oppidũ Doesburg appellatum, idque adeò premunt, vt Parmenſis partim ad Berckum, & munitiones ibidem erectas, partim etiam in agro Veſalienſi & Burichij aliiſq; ex locis palantes, antequã in auxilium conuocari potuiſſent, ſeſe Doesburgenſes Anglis dederent, vnde animoſiores facti, Angli Zutphanium quoque obſidere tentauerunt.

5 10 Septẽb. — 15 h Berck.

PAVLO poſt, 4 proferuntur in Anglia literæ, quas Maria Scotiæ Regina Antonio cuidam Babingtonio ſcripſiſſe ferebatur 17 Iulij præterita, adhibenturq; Secretarij quidam ac alij, qui teſtarentur eaſdem à Regina fuiſſe exaratas in eum finem, vt ſeſe tandem a diuturna 19 annorum captiuitate in libertatem aſſereret, modumque inueniret, quo Anglia ad Catholicam fidem interim reduci, atque hæreſis indè caluiniſtica extirpari poſſet. verùm res infeliciter tentator ſucceſſu carnit, vt infrà dicetur.

6 17 Septẽb. — 15 g Gelder.

COMprehenduntur interea [5] ex ijs, qui hominum internecioni ac cedibus apud Iõckerſtorff pagum de quo ſuo loco diximus 3 Iul. præterea perpetrati interfuerunt aliquot quo Bonnam puniendi, aduerſo Rheno fluuio aduehũtur, inter quos abbas Æthbios quo que fuiſſ dicebatur.

PRAEſidiarius miles ille Berkanus, Gelrenſis, atq; is, qui VVachtendonck cuſtodiebant iunctis viribus ſimul ſecreta quadam machinatione conantur oppidulum Orſeæ nuncupatum ſibi ſubijcere, re autem detecta indè aufugerunt, qui Murſam prætereuntes Hiſpanos obuiam habent, à quibus in fuga deprehenſi cæduntur, ad centum alij, alij capiuntur inq; Burich oppidum, ab ijſdem Hiſpanis capti introducuntur [6] cæteris fuga elapſis.

7 21 Septẽb. — 14 l Burich

Moritur [7] tandem Gramuellanus ille, cuius occaſione Princeps Auriacus, Comites Egmondanus atq; Hornius, in Belgio excitaſſe videntur tragedias, etiamnũ in hunc vſq; diem necdum omninò ſopitas, cui, vt fratri Germano, Illuſtris Baro, Fridericus Emmanuel Campaneius, Antuerpiæ vrbis, & Ærarij præfectus, Epitaphium poſuiſſe dicitur, de quo infra

HVNC

ALEXANDRO FARNESIO LEONEM

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO

1586.

LOCA

TEMPORA

HVNC *Granuellanum, quem in Rediuiuo Typica coniurationis Saluſtio noſtro, Ciceroni (vt Ducem Albanum Antonio) comparamus, Philippus Hiſpaniarum Rex potentiſſimus in orbe, ipſe quemadmodum Carolus Imperator pater) variis dignitatibus cumulauit, & in pracipuis ſemper habuit. In primis cum per Pium 4. Pontificem ſummo purpurei Galeri Cardinalicique honore munereque donauit, & Archiepiſcopatu tùm recèns erecto Mechlinienſi, à quo ſe, vti antea Epiſcopatu Atrebatenſi, iuſtis ex cauſis abdicauit proſecutus eſt, eumque demum Neapolitanus pro Rege dedit.*

1581 Mechlin.

PORRO *autem: turbatis à ciuilibus diſſenſionibus atque Religione Belgis: de quibus hactenus ſcripſimus, vti expleto Neapolitano munere, Romam reuertiſſet, eundem tandem Status ex illius conſilijs in integrum reformando, Romà in Hiſpaniam, eò quidem, prius ornatum ſupremi rerum Italicarum Præſidis dignitate, ſe moleſtis negotiorum curis vel potiùs vndis graui nimirùm, & obeſatem, ac ſæpè tentatam valetudinem, anxio quidem onere leuari cupiens, euocauit.*

QVA *in re perquam ardua, plenaque in ſene tadij, cùm fidelem ac ſedulam operam præſtitiſſet: adeò gratus, vt Regem quaſi pompa per vias ſiniſter comcomitatus, qualis ſcilicet Alexandrum Magnum Epheſtio, nonnunquam fuerit, ſummis exantlatis laboribus, ſeptem quippe amanuenſibus Epiſtolas ſubindè dictauit, prater eas quas quam celerrimè ſua manu exarabat ætate defecta, licet alioqui valetudinem natura beneficio temperatiſſimoque victu, & quæ norat mendicamentis, rectè tueri conſueſſet: quis è ſtirpibus herbis arboribus, animantibus vim quandam occultam ab elementis, ignis opera arteque ſublimatoria ſegregatam eliciebat, arbores inſerebat. quantus præſtantium pictorum ſculporum architectorum artificiumque cæterorum cultor operum naturæ, tantus admirator in ſeptimeſtrem tabem incidens.*

1 21 Septē.

REGI *igitur earum vicarius erat vtilis, atque verò eius regnis totique cohorti Regiæ propter ipſius (vt Ciceronis alterius) egregiam eloquentiam, tum, quod caput eſt, in negotijs gerendis ſingularem prudentiam, à ſibi probè cognitis variarum nationum gentium & illuſtrium virorum moribus, legibus, & inſtitutis quæſitam, & à rerum magiſtro vſu minimè fallacem experientiam, ergò liberum promptum tutumque in re ancipiti apertoque & graui diſcrimine conſilium, quod ille vt Regis authoritatem pro imperio voluntatem pro lege, nutum pro iuſſu habuit Reip. vniuerſæ Chriſtianæ conſeruandæ tùm etiam augendæ libens in capiendis deliberationibus lucem obſcuris, fidem dubijs pondus nouis adferens meritò neceſſarioque contulit. nam Regibus Principibuſque viris non ſemel ſententijs creber grauiſque prouerbijs & exemplis & multarum rerum noſtri atque etiam effluxi temporis decurſor firmiſque rationibus diſſertans, propoſuit.*

1 p Atrebatū

QVIN *Imò perſuaſit, turcas & ſeditioſos, non tam viribus proprijs, quàm noſtra diſcordia, audaciores in nos reddi arma ſummere bellaque pertinaciter gerere. Quamobrem Principum noſtrorum animos facto non infirmo fœdere ne ſuccumbant, reconciliandos. Inſulas quæ Oceanum & Indiam ambiunt, ſi Hiſpani terra imperium ſibi retinere aut ampliare velint, promœrijque fines ſui protendere, & ab ijs hoſtem arcere, ſeque tueri, tempori protinuſque muniendos, & armamentarium precipue nauale procurandum. Sin minus, Hiſpaniam & Indiam ſi mare nauigijs non defendant Britannorū excurſionibus atque depopulationibus patere. Adhæc: ſi belgicum Bellum deſerant, neque proſequantur eoſdem Britannos & fœderatos Regias illas aliaſque prouincias inuaſuros, Sed quibus hactenus Regio nomine Princeps Parmenſis ita reſiſtit, vt paulo poſt obitum Cardinalis illius Anglos ſiue Britanos Zutphaniæ metropolim obſidentes, obſidionem ſoluere, indeque pedem referre coëgerit, omneſque propè Belgicas prouincias Regi recuperando reſtituerit.*

18 e Zutphen

TEMPORA. LOCA

MIGRAVIT ex hac mortali in æternam vitam, sui non mediocre desiderium relinquens, prometis antè tamen, paucis ab hinc annis, in Belgio, ad præcipuas Aulæ functiones & munera, quo etiam mortuus in ijs per illos. quasi sibi ac suis viueret, quibus vtebantur maximeq; cõfidebat familiaribus. Itaque Fraciſco Thomæ fratris filio inſtituto hærede, lectis triduo [1] quàm decederet litteris, quas ei Rex ſcripſerat è Laurentiano ſeceſſu, viuo & mortuo benevolentiam, clementiam, operamque prolixè pollicens & offerens. Quibus denique perquàm officiosè ſupplex, ei fratris filios domeſticoſque commendans vbi reſpondiſſent, anima ex Eccleſiæ ritu expiata, & ab omnibus domi, ſicut fortis grauior fuiſſet, petita venia; XI. cal. Octobris (qua die Carolus V. Imperator) ſub auroram, Anno Chriſti
1 18 Septẽ. 1586. Mantuæ Carpetanorum, vbi celebri funeris pompa ſepultus, migrauit [2] poſtquam decies ſeptenos vixiſſet in annos.

MIGRAVIT etiam ex hoc mundo non multò pòſt. [3] Adolphus hæres Norvvegiæ Dux Sleſvicenſis, Holſatiæ, Stormariæ, ac Dithmarſiæ, filius Friderici primi Regis Daniæ. Hic in iuuenili ætate aulam Caroli V. Imperatoris ſecutus eſt, cui bis mille Equites ad obſidionem Metenſem. Albano verò duci, Philippi Hiſpaniarum Regis iuſſu itidem duo millia Equitum in Belgium adduxit, vt antea dixi. Dithmarſiam cum Friderico 2. Rege Daniæ patruele ac Iohanne fratre ſubiugauit, ab Angliæ Regina Elizabetha ordinem Anglicum accepit: Circuli Saxonici inferioris ſupremus per aliquot annos militiæ præfectus fuit, cumque fuiſſet natus Florensburgi die 25. Ianuarij Anno 1526. tandem approp nquante vitæ termino, moritur, cum ſexaginta vixiſſet annos, & menſes octo.

EVOCARI curauit dicta iam Angliæ Regina, ad certum diem 2 Mariam Stuart, Reginam Scotiæ nouemdecim iam annis in Angliæ carceris cuſtodia detentam, vt de criminibus ac delictis ſe in præſentia ſua nobilitatis & officialium Regni defenderet, vt quæ iam ſæpius à Parlamento ſeu Statibus Scotiæ ad ſupplicium fuiſſet reuocata & repetita; non tàm ob necem mariti ſui, quem ipſa prius 1 . Februarij 1567. iuſſerat (vt inquiunt) ſtrangulari, domumque puluere tormentorio incendi & euerti, idque in gratiam Comitis, cuiuſdam Bodvvel quem iam pridem ſummo (vt aiunt) amore deperibat: quàm quòd nuper menſe inſtinctu tum Papæ, tum nonnullorum aliorum vicinorum Angliæ Reginæ inimicorum eandem non ſolum Regno & corona, verùm etiam vita ſpoliare voluerit, ac ſe ipſam carcere liberare ad Angliæ Imperium euehere, tanquam proxima & Catholica hæres, atque ita fidei religionem in regnum denuò introducere quæſierit &c. Defendit ſe quidem Regina coram 42. adhoc congregatis, ſed in arce, vvindeſort, & coram partibus & indicibus ſimul, ijſque minimè catholicis, qui, quia Catholica, ream ob ideam eſſe declarunt. 1 k Anglia

VT autem veritas hac in re appareret, eam ex tempore veritatis matre, breuiter repetamus. Naſcitur hac Regina Maria 7. Decembris anno 1542. mittens pater Elizabetha Henricus 8. Angliæ Rex legatum in Scotiam, infantem eam Reginam Eduardo filio ſuo ſponſam petit, quæ illi, menſe martio 1543. matre licet & Catholicis reformantibus, ab alterius quam Catholicæ Religionis hominibus Scotiæ, vt puta à Iacobo Hamiltonio Aranię comite eiuſque aſſertis promittitur, quibus procurantibus Cardinalis S. Andreæ Archiepiſcopus, & Regni primas honore proregis nuper inito deijcitur & à Gubernatore in cuſtodiam datur.
2 21 Septẽ.

REGINA autem mater Catholica Mariam filiam Litchoi apud ſe retinet. Nominatur Guilielmus Gramus, Ioannes Areskius, Ioannes Lindeſius, & Guilielmus Leuiſtonius, qui educationi Reginæ præſint: à quibus Sterlinum ducta, peractis conſuetis ceremonijs acceptiſque imperij inſignibus 21. Auguſti eiuſdem anni 1543. regnum init Cardinalis, quem dixi, 1. Iunij 1546. à Normano Leſlio ſectario ac ſicario multis conficitur vulneribus.

ANGLIÆ

LOCA

TEMPORA

MITTITVR ex Gallia in Scotiam Deſius qui obſidis copijs ſuis Hadinam obtinet Anno 1584. vt Regina in Franciam mittatur, Franciſco Henrici filio matrimonio ingenda. Perducitur Regina in Galliam, vbi in Aula Ducis Guiſij piè ac Catholicè educatur, moribuſque, diſciplinis ac litteris ſic inſtruitur, vt non tantum latinam linguam probè intellexerit, verùm optimè quoque proloqui potuerit. Poſthac etiam mater Regina filia nimirùm Ducis Guiſij in Galliam nauigat Anno 1550. Dantur Regina Curatores Henricus 2. Rex Francorum, & Franciſcus Dux Guiſius, cum Cardinale Carolo eius fratre. Nuptiæ inter Mariam Scotiæ Reginam & Franciſcum 1. 19. Aprilis celebrantur Pariſijs Anno 1558. poſtquam antea 25. Iulij 1554. Philippus Hiſpaniarum Rex Mariam Angliæ Reginam coniugem duxiſſet, quæ 17. Nouemb. 1558. moritur, cui ſuccedit Elizabetha, quam diximus, Angliæ Regina, filia Henrici quoque 8. ſed ex Anna Bolena, viuente adhuc Catharina vxore, procreata. Curat Henricus 2. Galliæ Rex Reginam Scotiæ, Angliæ etiam & Hiberniæ Reginam publicari, ſuoque filio Franciſco coronam à Scotis decerni. Hinc illæ lachrimæ Elizabethæ contrà Mariam & odium.

9 ſ Keims.

REBELLES in Scotia publicam Regni adminiſtrationem Reginæ matri in Scotia per literas adimunt, nec ſe amplius illam regentem aut Magiſtratu ſupremo fungentem agnoſcere teſtantur 24. Octobris Anno 1559. tandem legatione in Angliam miſſa 27. Februarij 1569. Beruicis pactum cum Regina Elizabetha pactum ineunt. Vnde Angli hac oblata occaſione gauiſi confeſtim claſſem inſtruunt, terreſtreſque copias conſcribunt, & Lethamterra marique obſident, Gallis illam fortiſſimè defendentibus, & tantas ſtrages edentibus, vt Scoti & Angli iam ſpem recuperandæ Lethæ adieciſſent, niſi maximis Norfolciæ promiſſis eorum animi fuiſſent erecti. Poſtea Regina mater MARIAE de qua hic agimus, in arce Edemburgenſi 10. Iunij magno ſui apud bonos omnes relicto deſiderio, obijt. Moritur & Franciſcus 2. Galliarum Rex 2. Aurelia, Maritus MARIAE Reginæ Scotiæ 4. Decemb. 1561. Hæc matre & viro orbata, perſolutis iuſtis, in vrbem Rhemenſem proficiſcitur eo conſilio, vt proxima æſtate in Scotiam redeat interim in Lotharingiam ſe confert, vt conſanguineos & amicos officij cauſa ſalutet. Poſthac Caletum veniens, indè ſoluit, in Lethæ portum appulſa atque hinc Edemburgum profecta 21. Auguſti 1562. vbi Catholicam Religionem exercens à Caluinianis, maximè verò à Knexio quodam miniſtro publicæ prædicationis Ieſabell appellatur, nobiles perſtringẽte quòd eam è medio non ſuſtuliſſent, gladium enim ad papiſtas (Catholicos ſic appellat) tolendos iam ei diuinitus eſſe traditum, adeò, vt propter inſolentiam eorum Regina Maria cuſtodes corporis ſibi aſſumere coacta ſit, nihilque haberet vnde cum ſuis viueret præter tertiam partem bonorum Eccleſiaſticorum, quæ etiam Caluinianos illos miniſtros, contrà conſcientiam ſuam alere conſtringitur.

MARIA Scota.

8 m Calet.

NVBIT poſtea 29. Iulij anno 1564. Regina vidua, Henrico Dærleo, Matthiæ Stuarti Leuinia comitis filio, adoleſcenti genere & forma præſtanti, amita ſua filio, Catholico, Statibus quidem Scotiæ conſentientibus ſed Anglis vehementer infenſis poſtridiè Reges pratonio pronunciantur, Harmeltonij Caluiniani Regem & Reginam interficiendos ſuadent, quò Iacobi Nothi fratris Reginæ auſpicijs omnia gererentur. Secedunt manus coniuratorum hæreticorum effugientes ac Regina puerperij tempore appropinquante, in Arce Edemburgenſi die 19. Iunij. 1566. filium parit, cui poſtea Iacobo VI. nomen fuit, & eſt, etiamnum adhuc viuenti. Hic Ruthord oppidum à Martino Schenckio in ditione Cliuenſi occupatum & poſtea iterum amiſſum ſubijciam.

15 g Ruthord.

TEMPORA | LOCA

IACOBVS Nothus Reginæ frater, ſpe regnandi, erat, vt Darlæus ille Rex, pater infantis, qui exacto conuiuio dormitum abierat, inter coniuratorum ac confœderatorum illorum manus hereticas ſuffocaretur, ſiue è feneſtra lapſus, ſiue cum ædibus puluere tormentario in aëra ſublatus 10. Februarij 1567. illi ſtatim in vulgus. Reginam, quod huic conuiuio non interfuiſſet, authorem huius cædis eſſe prætextu cuiuſdam Zetypiæ: atque vt nonnulla, etiam apud Catholicos fieret & adulterij & parricidij ſuſpicio, cogunt eandem Reginam nubere ueneficiò Iacobo cuidam Hiberno, Bothuliæ Comiti.

1
6 Octob.

REGINA Maria, ab hoſtibus fidei capta, omnique ornatu ſpoliata, Edinburgum pertrahitur, & ind gnißimis clamoribus rebellium, vbi parricidam cremarem vociferantium, excepta, ibi cùm per biduum fuiſſet, in arcem, quæ eſt in lacu leuino in cuſtodiam mittitur, captaque cogitur ab hæreticis regno ſe abdicare, & locum tenentis pueri Regij authoritatem, Iacobo fratri Nothо concedere, 29. Iulij 1567. cui prorogia authoritas confirmatur 25. Auguſti 1567. Regina interim Catholicorum principum quorundam auxilio carceres euadit 3. Maij 1568. cum Rebellibus pro fide Catholica, ac libertate & authoritate Regia pugnat, ſed inferior, & victa ab hoſtibus, Angliam verſus, blandis literis & promiſſionibus cognatæ Elizabethæ Reginæ Angliæ inuitata, iter intendit, capitur, atque ibidem annos 19. detinetur.

10 f Hollādia.

2
12 Nouēb

ANGLI tandem de Regina Scotiæ tollenda conſilia inierunt, crimina noua excogitant (neque enim de Adulterio atque parricidio illa producuntur, vtpote veritati nequaquè comentitia teſtimonia) inſidias nimirùm & machinationes, in Reginæ Angliæ vitam conceptas, & Religionis Catholicæ profeſſionem illi contrariam. Reginam adeunt petentes vt in Scotam extremo ſupplicio animaduertat, tanquam crimine læſæ Maieſtatis ream. Nominat 1 Angliæ 42. è ſuis conſiliarijs, qui de crimine inquirentes eam examinarent in arce Fodringhay.

3
18 Nouēb

8 g Zelandia.

REVERentes 2 itaque proceres illi ad Reginam Angliæ, Puickeringio quodam proloquente, oſtendunt. Reginam Mariam Angliæ Regnum affligere, inque noua religionis locum & antiquam ſubſtituere uelle ſſe, eam itaque iudicio ſuo morte eſſe multandam vt cuius nomine aliquot millia in necem Angliæ Reginæ conſpiraſſe deprehendſſent. Rogant itaque (accuſatores illi, teſtes, ac Iudices ſimul) Reginam Elizabetham, vt Scotam iuxta ſententiam ſuam, capite plecti iubeat. Aliter enim neque vitam ſuæ Maieſt. neque Religionem nouam, neque ſtatum Reipublicæ ſeruari poſſe, inſuper addunt 3 per Cancellarium cum 26. parlamenti proceribus Reginam adeuntes.

4
24 Nouē.

FIT huius rei certior Comes Leyceſtrius, per litteras, cuiuſdam ex Conſiſtorio R. C. 5 ac properat quantum poteſt, ex Hollandia per Zelandiam in Angliam, habitu primùm comitijs; conſtitutiſque poſt ſe ſuæ conditionis hominibus, de quibus poſtea dicemus.

5
29 Nouē.

HIC de Duce Adolpho 1. Octobris defuncto referamus. Quod poſt obitum 1 in Crypta ſepultus eſt, quam idem Adolphus, Sleſvicenſis, Holſatiæ, Stormariæ ac Dietmarſiæ &c. Dux, Ex Conſilio Henrici, Domini Ioannis Ranzouij filij, Regis Daniæ Friderici 2. in ducatibus iam dictis Vicarij, Domini in Bredenberch &c. ordinauit, atque ad hunc vſum deputauit, vt eo loci Regum Daniæ, ac Ducum Holſatiæ corpora reparationem ibi, & reſurrectionem vniuerſæ humanæ carnis, expectent.

1 k Anglia.

6
4 Decēb.

POST longam vitam ſuæ commemorationem, Angliæ Regina laudat primùm petitionem ſuorum ſubditorum. Poſteà 6 in arce Rochemontana, ſententiam capitis in Scotam latam. Publico Edicto approbat, & Mariam cognatam ſuam, ſecuri ferri iußit.

LOCA

TEMPORA

FRIDERICVS Dux Saxoniæ Metropolitanæ Colonienſis Chori Epiſcopus (de cuius rebus feliciter geſtis antea diximus non ſemel) ab Ernesto Principe Electore in VVeſtphaliam miſſus, poſtquam aliquot militum manipulos collegiſſet, eoſque ad Parmenſem in caſtra ad Berkam adduxiſſet, atque ab eodem Principe ſummo cum honore & gratulatione exceptus eſſet, tandem reuertitur Coloniam, vbi aliquot diebus acuta febri laborans reſtitutus quidem fuit medicorum opera, verùm cum vinum nouum paulò largius, cum Comite quodam bibiſſet, & equum ueſtigiò conſcendiſſet, quem in varios gyros circumagit in febrim recidens, poſtea extinguitur 1 hora nona ante meridiem, ſolenni exmore poſtea Coloniæ ſepultus, ſicque 8 Ianuarij, in Chorum.

15 k Berck. — 1 11 Decēb.

BELLI potens CaIſto FreDerICVs SaXo VoCatVs,
SIDera, te ChIron. ſoLe VIgente, tenet.

MORITVR eodem ferè tempore 2 Stephanus Rex Poloniæ, locum relinquens Maximiliano Imperatoris filio, quem Patri Maximiliano præripuerat, à proceribus Poloniæ quantumuis in Regem electo. Hic antea multa bella feliciter contra Moſcouitas aliosque inimicos geſſit, paci ſque fuit quàm ſtudioſiſſimus, vt cuius intuitu bella ſuſcepiſſe, potiſſimum videatur. Vnde, & ad Belgicas illas prouincias legatum miſit, per quem inter cætera, de quibus ſuprà diximus, illis rebellantibus etiam hac pro concluſione indicari mandauit; hu verbis.

15 l Colonia — 2 12 Decēb.

FRVSTRA, in ijs vobis ſpes, eſt reponenda, quin potius maturè dum tempus patitur, vobis reſipiſcendum, & rebus veſtris conſulendum. Dum aliqua ex parte, adhuc res eſſe integræ videntur, dum maximis malis occurripoteſt. Etiam atque etiam videte ac cogitate, quomodo ſtatim patriam veſtram in tuto collocare, & ex immenſo periculorum atque calamitatum pelago, quod ingredi incepiſtis, in portū tranquillos vos recipere poſſitis.

3 9 Ianuar.

CVIVS rei vnica efficaciſſima, & expedita ratio affertur. Si ad optimi & benignſſimi Regis ac principis veſtri, clementiam confugiatis, ab illo veniam præteritorum petatis, & fidem ac ſubiectionem illi præſtetis. QVOD, vt mature faciatis, & quàm primùm, res ipſa, veſtrarumque coniugum, prolium & patriæ ſalus vos hortantur. Hortamur & nos (inquit legatus ille nomine Regis Stephani) vos iterum atque iterum, pro noſtro in vos ſtudio, & optima voluntate; Quaſi repudiauerit is; Nos noſtrum officium feciſſe videbimur, & omnes poſthac rationes noſtras ac noſtrorum hominum, à vobis ſeiunctas & ſeparatas habebimus. Vos autem aliquando fortaſſe conſilium veſtrum non immeritò, ipſi accuſabitis, quod ne accidat, in veſtra prudentia eris ſitum. Neq; dubitamus. vos maturè & ſobrie hiſce de rebus eſſe deliberaturus. Hactenus Legatus Coloniæ Regis Stephani.

Pagina. — 4 13 Ianuar.

NVNC ad Daniæ Regis Legatum Illuſtrem illum Caium Ranzouium quod attinet. Hic, poſtquam nobilis quidam à Rege ſuo in Hiſpaniam ad Philippum miſſus reuertiſſet à Dano in Belgium ad Parmenſem pacificationis ergò miſſus, omnia quàm diligentiſſime apud Parmenſem, ita promouit, vt magna cum gratia ab eodem Principe dimiſſus, aureo torque donaretur: incidit 1 autem Bruxellâ diſcedens, in latrunculos illos Bergenſes, qui enim literis, torque, omnibuſq; alijs priuatum, ſecum q; adductum, 4 tandem in Hagam comitis remittunt, vnde poſtquam litera à Parmenſi ad Regem ſcripta aperta, recluderentur, dimiſſus in Daniam redijt, liberalitatem Parmenſis prædicans, iniuriam verò ſibi, ac per conſequens Regi ſuo ex ordinum parte illatam, deteſtatus eſt.

10 l Bruſſel. — 5 15 Ianuar.

6 m Bergen op Zom. — 6 17 Ianuar.

INTEREA Parmenſis Bergenſibus illis, vicinam arcem VVoude fortiſſimam adimit 5 præterea Metropolim totius tranſiſelanæ, Dauentriam poſtquam 7 Angloſia Zutphanienſem obſidionem ſoluere coëgiſſet, vt antea dictum eſt, ac tandem etiam Geldriam vrbem quæ toti Regioni nomen indidit, quarta die 8 Iulij inſequentis Regi Philippo recuperaſſet, Schenckhij illius occaſione, qui paulò antea 30 ſcilicet Iunij ad prædam in Leodienſi ditione Malmedio oppido agendam egrediens, reuerſus præfecto Geldriæ alapam inflixiſſe, atq; ob id ad dedendam vrbem inſtigaſſe dicitur.

7 19 Ianuar

TEMPORA

LOCA

ORDINES in Belgio Regi contrarij paulò poſt 1 ſatis prolixis ſuis literis, in Angliam miſsis, apud Comitem Leyleſtrium qui 28. Nouemb. eos ad tempus reliquerat, conqueruntur. Illis nihil preſtari eorum, de quibus cum Regina Anglia conuenerint, imò pecuniam illis neſcio in quem vſum aufferri, militibus non ſatis fieri, priuilegia ſua, multis nominibus infringi multus hipocrytas Chriſtianum ac pium ſimulantes, reipſa tamen Hiſpanum pra ſe ferentes animum, tam ſua, quàm extera nationis viros illegitime à indebite ad ſummos euectos eſſe honores, ad ſummas dignitates, ad ſumma imperia conſtitutos.

14 e Deuenter

1 4 Februa.

INDE factum eſſe Gulielmum Standley gubernatorem Ciuitatis Dauentrienſis, & Rolandum Iorcke capitaneum & defenſorem munimenti partes Velsanas ab excurſione Zutphanienſi tuendi cauſa poſiti obſtreperos, extitiſſe, ſuperioremque prater ipſum Leyceſtrium nominem recognoſcere voluiſſe, qui ſuperbe, tyrannice & abſolute ſuo vterque functus eſſet officio, & tandem maxima cum ignominia, ſuique nominis leſione, ac magno malo in hoſtium munimentum & vrbem Dauentriam ſibi concreditam tradidiſſe.

PROteſtatum ad ha. Gulielmum Standley, ſe ſalua Religione, conſcientia, & honore omittere non potu ſſe, quin quod Regis eſſet, Hiſpaniarum Regi redderet. Quod turpe ſit (inquiunt) ſa. inus, tuamque mali exempli, quàm nunquam hactenus ſcilicet, auditum Addunt timendum certe eſſe, ne ſimilem finem ſortiantur alia pleraque munitiones ciuitates, inter quas, Oſtenda, & Montes ad Zomam non infimium locum ſibi adſcribere iure poſſunt. Petunt ordines illi per eaſdem literas vt peditatus & equitatus ſubſidiarius illis promiſsis adſit. & vt illis pecunia deſtitutis, Regina Anglia aliquam nummorum ſummam ſuppeditare non refragetur. Sed ſurdo fabula narrabatur, vt infrà dicemus.

2 3 Februa.

61 Oſtende.

INterim Maria Scota Regina pro Dei, fideique Catholica gloria, cum inuicta animi conſtantia, [2] caput trunco impoſitura [3] & carnifici reſecandum collum ſine vlla mentis perturbatione, coloriſue mutatione, prabitura, Coràm Deo & hominibus proteſtata eſt, ſe inſidiarum ſibi impoſitarum conſcitam non poſſe, nec ſe, viuente, cognata vnquam regnum effectaſſe, Sicque flexis genibus, pſalm. 70. In te Domine ſperaui &c. clara voce orabat, quo finito conſtanter corpus inclinans, collum trunco impoſuit, clamans voce magna IN MANVS TVAS Domine commendo ſpiritum meum.

3 18 Febru.

ALTERO autem Lictorum manus eius inferne detinente, alter vtraque manu ſecuri eam bis feriendo caput præcidit. Quod deinde cum leuaret Lictor & ſpectatoribus exhiberet, Clamarunt omnes. Dominus ſeruet Reginam noſtram (Elizabetham) ſicque pereant vniuerſi verbi Dei, & ſua Maieſtatis hoſtes. Poſtridiè + morte Regina Scotia Londini nunciata. Ciues paſsim in plateis ignes excitarunt & in lætitia ſignum campanas pulſarunt. Sperantes deinceps pacem & quietem ſic continuandam, ſed quam vere, ipſi viderint. Nos his eius Epitaphium ſubijciemus.

6 m Bergen op Zom.

S
I Illa ego, quæ ſata ſum regali ſtirpe parentum, M
Hoc tumulo paruo contumulata tegor.
C
H Hucque meo conſtans generoſo in pectore virtus, A
Priſcaque me torſit, nec temeranda fides.
T
4 S Stemmata nil faciunt, nil proſunt ſceptra, ſed vna, R
19 Febru. Dum vixi, pietas gloria noſtra fuit.
R
V Vtque Petri Cathedram reuereri diſcas, ob illam, I
En mea martyrio colla reſecta vides.
A

1 k Londinũ.

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO. 1587

LOCA | TEMPORA

13 g Leodium. — ANGLIAE Regina animaduertens ex literis 4. Febru. etiam ad ſe ipſam ſcriptis commotos eſſe Hollandiæ &c. ordines, nonnullis Vltraiectenſibus hunc in modum ſcribit: [1] Domini ac intimi mei, vbi intellexi ſingularem veſtram erga nos noſtrosq; benuolentiam, indicibilem conſtantiam, atq; ſpem in nobis poſitam: nihil moti aduerſitatibus & malis vobis obuentis: non potuimus non certiores facere vos, quantopere vos amemus, nosq; eo nomine obligatos vobis cenſeamus, &c. — 1 21 Februa.

MORITVR inſignis pietate, prudentia & ſcientia, Reuerendiſſimus ille Dominus: Io: Franciſcus Bonhomius Epiſcopus Vercellenſis, cuius in memoriam D. Ioannes Politus Leodius (cum Epiſcopus Leodij obiiſſet [2] eidemq; notus optime fuiſſet) hos verſus compoſuit, quos Epitaphij loco ſubijcere volui:

5 f Paris.

Ceſſerat Vt febrVo qVIna aC VICena, IoannIs
FranCIsCI Mærens LegIo fVnVs habet.
Plangite Vercellæ, periit pars optima veſtri,
Quæ populis fidei lumen in Orbe dabat.
Iuſtitiæ columen mitata eſt Belgica tellus,
Mæſtaque defleuit, orba parente ſuo.

15 l Colonia. — SVCCEDIT huic Epiſcopo Vercellenſi, non minore pietate, quam etiam prudentia & ſcientia virinſignis D. Octauius Epiſcopus Calatinus, Neapolitanus, familia Mirti, Archiepiſcopi Nazareni (qui multis præfecturis, multisq; legationibus clarus, tandem ſuperiore hyeme, Pariſijs apud Regem Nuncius vitam obijt) nepos. Hic vt Vercellenſis, etiam cum poteſtate Legati de latere per vniuerſum Belgium, VVeſtphaliam, & Saxoniam inferiorem, totumq; tractum Rheni Nuncius Apoſtolicus, huc Coloniam nuper appulit. — 2 25 Februa.

8 g Vliſsinga. — Reſpondetur [3] ordinibus ex parte Leyceſtrij à quodam Anonymo parlamenti ſiue Conſiſtorij Aulæ Anglicanæ in hunc modum: Quantùm ad reditum Leyceſtrii, nihil certi habeo quod ſcribam; & certè vt verum fatear tanta cum beneuolentia non ſunt proſecuti Belgæ veſtri, vt cupiditate vos iuuandi admodum trahantur; quippe tàm magnâ ingratitudinis notam in ordinibus, vt fertur reperit, qua ipſum alienum à vobis iuſtè reddere poſſit. Quorſum enim ipſum culpant, arguuntq; de recepta & ſecum abducta magna pecunia ſummâ cum ipſimet aduerſarii id ſciant eſſe falſiſſimum, & lippis & tonſoribus notum ſit, ducenta florenorum millia menſtrua in rem belli ceſſiſſe, & Reip. neceſſitates collocata antè abitum ſua Excellentiæ, ex mandato conſenſuque conſilii Statuum & fiſci publici? — 3 10 Martii

11 h Buſcoducum — Quinimo iuſta inita ratione ſalarii ſuæ Excellentiæ competentis, certum notumque omnibus erit, veſtros ordines in ære adhuc ipſius eſſe: proteſtatus inſuper palam fuit Leyceſtrius de propriis in rem veſtram bonis impendiſſe ſuprà ducenta florenorum millia, & cum Fliſinga Angliam peteret, ipſi vix tria millia eorundem in loculis reſtitiſſe: quemadmodum domeſtici & fide digni atteſtantur: Quidi an ferendum ipſi videtur, q. Angli aliquo tempore apud vos, non ſolùm verbis, ſed & verberibus fuerunt excepti? Ecce, ita ordines, ab iis etiam, quos, vt amicos ac defenſores priuilegiorum ſuorum ex Anglia vocarunt, vexantur: atq; interim quoq; ab inimicis (quos æſtimant eſſe Regios) oppugnantur non tantùm: verùmetiam propè Buſcoducum (vulgò Hertzogenboſch) 16 Iulii huius anni cæduntur; poſteaquam Schenckius Geldriam illic cum Ruterort [4] Cliuenſis ditionis oppido, primùm amiſiſſet, & in conflictu deindè Buſcoducenſi Comes Holachius, indè fugam dediſſet, ac Regiis victoriam (non tamen incruentam) reliquiſſet. Sed ad propoſitum anonymus ille reuertitur. — 4 1 Aprilis.

11 h Angeln.

REGIS PHILIPPI NOMINE GVBERNANTE. CCVII

TEMPORA

LOCA

His tamen (inquit) non obſtantibus, Excellentia ſua ſemper bonum egit, & Aduocatum & Patronum apud Maieſtatem Angliæ, pro ſtatu veſtræ Reip. tam deſolato. Adeo, vt inter omnes Angliæ proceres nemo diligentius illo rem veſtram curauerit; ſicut ex Legatis veſtris iam domum redeuntibus plenius intelligetis. Et hoc interceſſore, Curia ſuis proprijs expenſis, viginti hominum armatorum millia in veſtrum ſubſidiũ alendos Reginæ obtulerat præter eos qui ſub ea iam militant. Atque hac de cauſa decretum erat in conſilio Maieſtatis ad inſtantiam & requiſitionem legatorum veſtrorum, Leyceſtrium ad vos rediturum; Sed magno veſtro malo, in interitum & pernitiem ſuam ſponte ruente rep: Litera ab ordinibus, ad Excellentiam ſuam miſſa, omniũ ferè animos à vobis alienos reddiderunt. Erant enim iniurijs referta, habita etiam ab ipſa Regina, cui quoq; in eadem verba ſcripſerant, tanto viro indigna, & ingratitudinis plena, vtpote quæ ſyncerum eius animum cognoſcat, & quòd amore Dei ſuæ Maieſtati obediens, religionis q; promouẽdæ apud vos periclitantis cauſa poſthabitis Angliæ voluptatibus, diſcrimini vitã exponere, cum bonorum ſuorũ iactura, non recuſauerit.

1 9 Maii. — 1 k Anglia.

Ideoq; & ipſa Regina auxilia vobis oblata, impendenti eſſe voluit; maximè vbi intelligeret, parùm veſtros ſuis Anglis confidere, & vnius aut duorum noxam atq; perfidiam omnibus imputari, eoq; factum eſt, quod omnes & ſinguli de vobis benè mereri deſperent. Mittit autem Maieſtas Angliæ Comitem de Bouker, magni apud eam nominis virum, oſtenſurum, Ordinibus non decuiſſe, ipſos ſecùm ludere, cùm de omnibus afflictis Principibus, quorum ipſa tutiſſimum ſemper fuit refugium, optimè ſemper ſit merita; maximè verò de veſtro Reip. ſtatu, quem deſolatum confirmauit, labantemque erexit, etiam tum, cum omnes principes de eo iuuando animum abiecíſſent.

Expoſtulatum inſuper cum iis, quòd, quem initio ſibi gubernatorem belli generalem poposcerunt, eũ nunc, vix ſuo honore ſaluo, tùm facile dimittant. Quanquam Leyceſtrius ſuo fungens officio, veſtram non deſinit amare remp: eiq; ſuccurrere, diuino credo inſtinctu, velle non ceſſet; decem aut duodecim ad maximum retinentibus, eique maleuolentibus. Et ipſa quoq; Regina iuſtis auditis ordinum defenſionibus, erit vtique parata, veſtrum Reip. ſtatum nimis agrum ſuſtinere, & Eccleſias ad Dei gloriam ibi conſtitutas tueri; cum nec æquum ſit, bonos cum malis pœnam luere, & Remp. propter paucos perditum ire. Quibus, ſi Deo placebit, intellectum largietur, vt videant, in quantam ſint præcipitaturi perniciem, ſuam & Remp. & plebeculam ſi ſua Maieſtati & Excellentiæ non deſinant eſſe obſtrepери, ſed, vt hactenus, rebelles permaneant.

Summus interim Pontifex Sixtus V. (cuius prædeceſſor Pius etiam V. Angliæ Reginam proſcripſit, roſam ferentem argenteam) Aurea Roſa donauit Iacobam, Iuliacenſem, Cliuenſem ac Bergenſem Ducíſſam, filiam Marchionis Badenſis, ad quã hoc nomine Pontifex Camerarium ſuum Antonium Caracciolum Ducem Tripaldiæ, & comitẽ Torellum Roma miſit Duſſeldorfium, vbi magnificè exceptus, [1] donum, conſuetis ceremonijs præſentauit [2] eodem ſcilicet die, quo, nomine Statuum Hollandiæ, Zelandiæ &c. libello, à quodam Conſule Vltraiectino Gerardo, in contemptum ferè eorundem Statuum edito, reſpondetur. Erat libellus ille planè Apologeticus, qui totus verſabatur in diluendis ſeptem iniuriarum maculis illi Gerardo inuſtis. Primò, quaſi indignè Leyceſtrius Comes & contra priuilegia patriæ, conſularem dignitatem ipſi in ditione Vltraiectina detulerit cũ Buſcoducenſes ac Brabantini ibidem talia munera gerere nõ poſſint. Præterea, quòd idem Gerardus Reginæ Angliæ ſupremũ in illarũ regionum obtulerit. Tertiò, quòd exilium quorundam ſpectatiſſimorũ virorũ procurauerit. Quartò, incarcerationem Magiſtri Pauli Buſii curauerit. Quintò, quod priuilegia eorum vilipenderit, eademq; aboleuerit. Sexto, quòd mercaturam atq; nauigationes impedierit. Septimò denique, quòd principale membrum, prælatos nimirùm Vltraiectinæ ditionis, ex conſilio excluſerit.

5 n Duſſeldorp.

2 10 Maii.

QVOMODO

LOCA		TEMPORA
Rurord.	QVOMODO verò Schenckius, antea Regi Hiſpaniarum fidelis, ſed poſtea ordinum Regi aduerſantium aſſecla, Ruerordt & Geldriam [1] oppida amiſerit, prædamq; in Diœceſi Leodienſi ad Malmedium, [2] egerit ſuo loco retulimus. Quomodo autem Holachius Comes, cum Copiis, quas Buſcoducum ad Engleam vicum ordines illi magno numero miſerint: bellicq; ſummus, ex parte Regis, Dux Haultepennius, licet victor: ſcolpeto tamen ictus vitam cum morte commutauerit, alio quoque loco iam diximus.	1 30 Iunii.
Geldria.		
Buſcoducum.	Nunc poſt Belgii res geſtas, etiam de Francia narrare quædam opera pretium eſſe videtur, præſertim cùm hoc tempore [3] edita ſint per Regem Henricum tertium Comitia, in quibus articuli fœderis, ante duos pluſminus annos pacti renouantur, & confirmantur: ita, vt Carolus Borbonius Cardinalis primarius fœderis princeps: Lotharingus eius vicarius: Dux Guiſius Imperator exercitus: Nemourius magiſter leuis armaturæ: Dux Mainus equitum præfectus: & Bironius Mareſchalcus eſſent declarati.	2. 4. Iulii.
Francia.	Erant præcipua dicti fœderis capita duo: Primum, vnam Religionem eamque Catholicam Romanam ſeruandam; Alterum: Neminem è principibus quantumuis ſanguine proximiorem, niſi Catholicus ſit, ad Regni ſucceſſorem eligendum eſſe. Fœdus hoc ſanctum, iuſtum, Eccleſiæ Dei atque Reipublicæ vtile eſſe, publico programmate oſtendunt confœderati, aliudque ſcriptum publicant, quo, ſucceſſioni in regnum tempeſtiue proſpiciendum monent, ne ſcilicet ad alium, quàm Catholicum, regnum deuolatur, quum ſi contrarium fieret, id non ſolùm cum lege Salica, cum Imperii conſtitutionibus, legibus primorum pontificum, cumque œcumenicis conciliis, verùm etiam cum veteris ac noui teſtamenti ſcripturis pugnaret. Sed de cauſa & effectu fœderis alibi latius.	3. 16 Iulii.
Anglia.		
Middelburgum.	Rex Nauarræus hoc fœdere ſibi iniuriam fieri exiſtimans, proiuris ſui defenſione, contra confœderatos permiſſu Reginæ Angliæ, principumque quorundam Germaniæ Proteſtantium, in ditione eorum aliquot equitum turmas collegit, qui ad reliquum exercitum Helueticum magnis itineribus contenderunt. [4] plureſq; in Alſatia hebdomadas commorantes direptionibus, incendiis & incendiis & cædibus graſſabantur.	4. 20. Iulii.
Schluys.	Dux Parmenſis, poſteaquam oppidi SLVYS (ſtandrice ſic nuncupati) mœnia, multis tormentorum verberibus atque iaculis contudiſſet, multisque acerrimis in id aſſultibus impreſſionem feciſſet, atque naues illas, quas Leyceſtrius Comes Anglus, in ſubſidium Middelburgo miſit, per Hiſpanos repulſſet, oppidanos illos ad tantas adegit angustias, vt de deditionis conditionibus, cum Parmenſi agere cœperint, dictaque fuerint tales; Nimirum vnà cum armis, & bombardulis puluere oneratis, accenſisque chordis, ac ſignis militanter explicatis, cùm bonis omnibus diſcedere liceat. Poſtridie [5] ingreſſus Dux idem, ea quæ è re erant militum ducibus (quales erant Rentius Marchio: Carolus Mansfeldiæ Comes: Mondragoneus & cæteri) mandauit.	5. 6. Auguſt.
Dordracum. Mõtes ad Zomam.	Leyceſtrius amiſſa vrbe, poſtquam à reditu ſuo eo vſque in Zelandiam, Middelburgi baſiſſet, nihilque pro ordinibus Regi Hiſpaniarum contrarijs illi, confidentibus Comiti, effeciſſet, inde diſceſſit in Hollandiam: Dordracum & Montes ad Zomam. Dux autem Parmenſis in oppido SLVYS tam diu ſubſtitit, dum tota meſſis in horrea conueheretur, poſtea per celeres equos indè quoque diſcedens, Gandauoque tranſiens, noctu eiuſdem Diei, Bruxellas appulit [6].	6. 9. Auguſt.

1597. TEMPOR.	TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA	LOCA
	REDIIT *hiſce diebus legatus, qui ad Regem Daniæ à Parmenſi miſſus erat, cuius commiſsio fuit, vt Rex, vrbeſque maritimæ Hanſeæ, veluti Lubecum, Hamburgum ſic ſollicitarentur, ne Regis Philippi hoſtibus adhæreant; verùm potius, vt ſi eius partes ſequi nollent, neutrius ſaltem ſe præſtarent, à Dano fuit acceptus honorifice, ſeorſim & torque aureo, cum eius Regis adimpreſſa effigie donatus. Angliæ verò & Batauorum ſeu ordinum legati ad conſiliarios duntaxat remiſi ſunt.*	
	Dracus ille Pirata vel Draco, ex Anglia in Hiſpaniæ oras maritimas profectus, nequaquam impedire potuit, quin ſalua ex Tercera appulerint claſſes Indicæ, quibus obuiam miſſus, à Rege Philippo, Marchio ſanctæ Crucis, octuaginta nauium claſsis imperator, cum duodecim armatorum millibus, qui inſidias, à Draco venturis ex India claſsibus ſtructas, potenter eluſit.	Gandauum.
7. 22. Auguſt	*Elegerunt poſt Stephani obitum Poloni Maximilianũ 7, Imperatoris Maximiliani filium, & Rudolphi ſecundi fratrem, qui ex Auſtria per Bohemiam in Poloniam ad ius ſuum electionis proſequendum, non contemnendo exercitu, obſidet Cracouiam, regni Metropolim. Superuenit Sigiſmundus Suediæ Regis filius, regni competitor, qui à Ioanne Cancellario Regni excipitur, nec non à quibuſdam deinde prioribus coronatur: quod impediturus, fortique manu ius ſuum defenſurus Maximilianus, maximo cum exercitu, obuiam habet dictum Cancellarium, in cuius manus fortiter pugnans, tandem à ſuis quibuſdam Poloniæ proceribus derelictus, incidit: verùm audaci tamen, non minus quàm ſingulari prudentia, inſtituto ſtratagemate, ex eorum manibus ius ſuum ad regnum coram quibus neceſſarium videbatur, tum expreſsè ſe conſeruaturum proteſtatus, euaſit; de quo in Theſauro Principum hac ætate noſtra viuentium, à me edito, hos verſus poſitos me memini qui ſequuntur:*	Batania.
	Dic mihi Nympha precor, quæ narras ſæpè futura, Vere nouo Regem me fore reris, ERIS. Qui iuſiurandum ſanctè mihi præſtitit, ille	Anglia.
8. 11. Septẽb.	Stabit promiſſis num Moſouita? ITA. Nonne futura timet, dura ceruice Suecus, Expectat durum forte polonus? ONVS. An neſcit longas Aquilam producere pennas, Orbem per totum cum volitabit? ABIT. Cur Aquilam ſpernit, vel me Regina laceſſit, Me pro Rege cupit cum Lithuanus? ANVS.	Haſſeluna.
	Regius Philippi miles ordinibus in Belgio ſub Verdugo gubernatore Frigia Haſſelt iam ademit, quemadmodum vice verſa ordines eodem die Meppen oppidum occuparunt: nunc ad cauſas & effectus antea dicti fœderis redeamus, quæque in Gallia geſtum ſit, vlterius progrediamur.	Meppen.

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO. 1587

LOCA | TEMPORA

Francia. CAVSA illius, de quo dixi, fœderis ea fuit, quod Francia proceribus cæteriſq; Principibus atque ordinibus iam dudum ſuboluerat, Regem Francia Henricum III. in hoc omni ſtudio incumbere, vt præciſa omni regia ſobolis ſpe, Henricum Nauarræum ad regni faſtigium poſſet promouere. præterea Regis ipſius fides & integritas periclitabatur, vt pleraque illius ſtudia multis eſſent ſuſpecta, eò quod Hugonotis quotidie magis magiſque fauere videretur, quantumuis & habitu & externis cæremoniis aliud profiteretur, factis tamen ac dictis haud obſcurè teſtabatur.

Quare Regni Proceres, (indictis in Francia diuerſis comitijs, vbi Rex, Regina, mater, cognationis regiæ Principes, Duces, Epiſcopi, Viri Nobiles, & plebei grauiſſimi, ordinesq; omnes, magno numero è tota Gallia conuenerant) Regem officii ſui admonent, eiuſque Iuſiurandum initio regni ab ipſo præſtitum, dum conſecraretur, renouari petunt. Præterea Nauarræum regno Gallicano inidoneum, nec eius dignitatis capacem aſſerunt, cum is ante biennium à ſummo Pontifice publice declaratus ſit hæreticus.

Flandria. Addunt, minimè conſultum eſſe, vt ei, qui vires ſuas modicas cum omnibus externis Galliæ hoſtibus, cum Flandris, Germanis, Anglis ad aliquas Galliæ prouincias ferro, flammaque depopulandas coniunxit, maiores vires tradantur, vt quæ ſuperſunt, reliquas prouincias omnes iiſdem populationibus, & ſtragibus deformet.

Anglia. Totis itaque viribus contendebant illi proceres Catholici, eoq; omnia ſua ſtudia dirigebant; Rex vt caueret, ne Nauarræus, ſed Carolus Borbonius eius patruus, Cardinalis, ad regni ſucceſſionem à Rege nominaretur.

Germa. Nauarræus autem ſibi vim & iniuriam hoc pacto fieri arbitratus, viciſſim ea ſuſcipit, quæ ad neceſſariam ſui iuris in ſucceſſionem defenſionem facere videbantur, collegit vndequaque militem, etiam è Germania; vnde Fabianus à Dona, etiam Robertus Buillionæus Duces turmarum, viam ſibi per Lotharingiam, vi & virtute ſua aperiunt; occurrit illis ad Moſellam Guiſius, remoram eis, ne cum Nauarræo coniungantur iecturus. 10. Octob.

Cottras. Nuncio ad Nauarræum delato, confeſtim ipſe deſiderio excipiendi copias flagrans, aduolat, & in itinere cum Duce Ioieuſio, veſtigiis ſuis à tergo ſemper inſiſtente, & ad prælium prouocante, ad Contraſium dimicauit. Victoria apud Nauarræum fuit: ipſe Ioieuſius periit; perierunt & cum illo, aliquot Principes Galliæ, gregariorumque militum numerus haud exiguus. Cladis huius culpa à quibuſdam in ipſum Regem reijcitur, vt qui Catholico exercitui promiſſa debitaque ſtipendia negarit: quapropter Amiralius Ioieuſius, iam iam manum cum hoſte conſeruturus, militem reluctantem, pugnamque detrectantem inuenit, qui latam Nauarræo victoriam reliquit.

QVANDO

1587 TEMPORA

pag. 335.

LOCA

QVANDO ſacri Romani Imperij Princeps Erneſtus, Bauariæ Dux, &c. Inuictiſſimi Hiſpaniarum Regis, ac Sereniſſimi Parmenſis Ducis auxilio, armisq; propriis, Ciuitatem Bonnam ab hoſtibus Truchſeſianis occupatam recuperauerit, antea velim, vbi id die 28. Ianuarij anni 1584. contigiſſe memini, iuxta illud:

QVVM tibi Iane dies VICenaeOCtaVa reCVrrIt,
AffLICta Erneſto dedita Bonna fVit.

Poſteaquam verò Princeps idem ciuibus armis ademptis, firmo præſidio militum, propriis ſtipendijs ac pecunijs, tribus & amplius annis, eam Ciuitatem ad annum vsq; 1587. ſeruaſſet, conſumptis ac deficientibus alijs mediis, ad militarem contributionem confugiendum erat. Hanc contributionem cum multi violentam, coactam, contra leges, pacta, fidem & iuramentum datum, inductam fuiſſe, publicè, priuatimque clamitarent; conuentum fuit, vt ordines ſeu ſtatus Diœceſis Colonienſis ipſiſmet de ſubſidio malis ferendis prouiderent: peterent autem, in Ciuitatibus hoſti vicinioribus præſidia, Princeps, diminui permutat, Bonna Ciuibus arma reddi iubeat, primariumque Cubicularium ſuum à gubernatore Bonnenſi amoueat; inſuper & numerum militum, ad quinquaginta reduci conſentiat. Bonna.

Princeps, licet initio huic petitioni egrè locum dare, adeoque inuitus annuere voluerit, quia tamen in omnibus ferè conuentibus ac Comitijs, etiam per interceſſionem aliorum Principum, ordines idipſum efflagitabant ſe vinci tandem paſſus eſt. Primarium itaque ſuum Cubicularium, antehac gubernatorem Bonnæ remouit, arma Ciuibus ibidem reſtituit, militem ad quinquaginta viros reduxit, Ciuitatiſque cuſtodiam Ciuibus, vti petitum fuit, vigiliarum autem curam præfecto vigilum militaris viro, commiſit.

Conſederat tum Bonnæ Carolus Billæus, Principis Conſiliarius intimus & ſecretus, de quo inſignis ille noſtri temporis Poëta, Ioannes Politus, in Panegyrico ſuo ad Chriſtiani orbis Principes, his verbis, ita ſcribit:

Quid Billæe precor tantos tibi præbet honores?
Ingens vis animi conſiliumque ſagax?
Eloquio præſtas, quod Roma diſerta probaſſet,
Cum fuit in ſummo lingua latina gradu.
Te Latius, Teutoque ferox, te Gallus & Iber
Ardua dicentem ſenſit, & obſtupuit.
Quid tua non poterat celebris facundia, quando
Vel decuit belli, vel dare iura togæ?
Principibus dum grata viris induſtria ſeruit,
Te vehit ad ſummum ſplendida fama decus.

HIC poſt multos labores, ac periculoſiſſimas peregrinationes Principis ſui cauſa ſuſceptas, iam recenter cum Aloiſio Pereſia, forma non minus ac pudicitia, quàm diui-

LOCA

Colonia.

diuitijs & opibus præstanti virgine coniugatus, eiusdem sui Principis venia, Bonnæ matrimonij primordia potius, quàm Coloniæ, vel alibi transigere, interimque nihilominus, tanquam Consiliarius, pari qua semper fide ac diligentia, res Principis sui dirigere voluit.

TEMPOI

AC tametsi, idem ab Electore suo principe, Ciuitati Magistratuique Bonnensi, pro Gubernatore nunquam præsentatus, multò minus, vt ipsi, tanquam Gubernatori obedientiam præstarent, commendatus esset: ea tamen apud Bonnenses in æstimatione fuit Billæus, vt eum plerique, licet titulum, commissionem & authoritatem gubernatoris ipsi à Principe attributam non fuisse, haud ignorare poterant, pro Gubernatore tamen haberent, eumque tali honore dignarentur vltro.

Bonna.

AB ipso verò Billæo nunquam petitum fuit, quemadmodum nec Principi vnquam in mentem venit, vt, qui ad Ordinum instantiam Gubernatorem Cubicularium suum admouerit Billæum Bonnæ Ciuitatis Gubernatorem eum constituere voluerit. Quod cum fide dignissimorum hominum testimonijs edoctus, & informatus, postquam diligentem indignationem, vtpote Bonnæ satis diu commoratus, verissimum esse comperissem, me (qui Billæum legibus armatũ armisque alias decoratum rectè dixeram: perperam verò eundem Gubernatorem Bonnensem in postrema Relatione mea Historica, à quibusdam Coloniæ persuasus scripseram) egregiè fuisse deceptum, facilè considerare potui, atque ideo non omnia quidem, quæ in eadem Relatione de Billæo dicta, sed quæ perperam duntaxat ibidem posita sunt, dispungi, & à lectore pro non scriptis haberi, breui hac protestatione cupio, cum Historiæ nihil magis, quàm Candor Authoris, reique veritas ipsa, conueniat.

DIXI paulò ante de lata Nauarræi victoria, nunc de tristi clade illius dicendum est. Germanus enim exercitus, relicto calle iusto, contrarium ingressus, seipsum locis periculosissimis implicuit, non significato perfectionis consilio. indè factum, quod maxima pars equitum fusa & oppressa fuerit, multis præstantibus, ijsdemque nobilibus viris captis, dissipatis, & trucidatis. 17. Octob.

Alneau.

NEC minori clade affectus est de quo dixeram, Fauianus à Dona aliquod turmas equitum peditumque secum habens in oppido Alneau, quod peruigilio neglectum, ipso die Martini inalbescente, ex improuiso per Guisianos hostem more suo Martinalia celebraturum, subolentes, adortum, expugnatum & direptum est, Germanis partim captis, partim trucidatis belli Dux Baro à Dona, superato saltu muro, mortem præsentem cum vno aut altero seruo ægrè euasit. Heluetij ad Confœderatos Catholicos transeuntes, defecerunt. Equites Germani quos belli calamitas non absumpserat, cum quinque tantum turmarum equestrium præfectis, pedites plerique, ac nudi in Germaniam redeunt. 11. Nouēb.

Martinus

TEMPOR. | LOCA

pag. 425. | Malmedidium.

MARTINVS Schenckius, qui iam pridem, vt diximus, Malmedium inuaſerat oppidum, præda onuſtus indè in Geldriam rediit, vbi rationes mox inire cœpit, quo pacto Bonnam quoque inuadere, ſibique theſaurum ex Ciuium aliorumque tam ſecularium quàm Eccleſiaſticorum bonis corradere atque colligere poſſet. Intellexerat enim Sereniſſimum Principem Erneſtum Imperij Electorem, Ciuitatis Bonnæ curam ciuibus commiſiſſe; Gubernatorem Bonnenſem Cubicularium ſuum amouiſſe, cum quinquaginta ſecum militibus præſidiarijs paulo ante Martini feſtum Bonna Leodium abduxiſſe.

11. Nouēb.

QVARE ſuos ſtatim emiſſarios, hoſtis ille Schenckius Bonnam ablegauit, inter quos duo erant præcipui, Senex vnus, cuius commiſsio hæc fuit aſsiduè, expiſcari, quo potiſsimum loco ad Ciuitatem inuadendam aditus parari poſſet: Alter, qui de perſonis in excubijs ciuium militumque diſpoſitis, referret. | Leodium.

INTERIM magna equitum, peditumque caterua, ſcalis tormentiſque bellicis mediocribus, vt ferebatur inſtructus Schenckius aduenit. Duram inter & Zulpetum, caſtrametatus Rembarenſibus & Zulpetenſ. parum munitis præ cæteris comminatus eſt: nec enim munitum aliquod oppidum illis copijs aggredi poſſe videbatur. | Dura.

19. Decēb.

TRIBVS aut quatuor diebus in caſtris quietus manſit, exigere ſe à ruſticis cōtributiones velle ſimulans, cum reuera Bonnenſibus inſidias ſtrueret, indeque ſuos ſpeculatores exſpectaret, quorum tandem Senex ille quinto die, qui Martis erat, in caſtra rediit. nullum eſſe locum referens commodiorem, quàm oſtiolum in medijs Telonij gradibus, quo per mortaria quibus Schenckius (cum Burichium tentaret) vſus fuerat, deiecto, facilis ibi ingreſſus in ciuitatem haberi poſſet. | Burich.

SED quia tum Schenckio ſtratagema illud, per mortaria ad Burichium non ſucceſſerat, centum aureos militi cuidam promiſit, qui ignem rectà ad oſtiolum illud, mortarijs tormentario puluere plenis injiceret, quod miles ſe facturum, ignemque fideliter accenſurum audacius illis ſpopondit.

ITER paulo poſt ingreſſus hoſtis, longius verſus Bloemendal ire fingens, obuios quoſque de via qua Arembergam duceret interrogat, ex itinere ſe nunc Zulpetum, nunc Reinbachum, mox Lechnich verſus conuertit, & vt omnes falleret, ſic in incerto vagatus, donec alter circa veſperam Nuncius ſiue emiſſarius rediiſſet, qui diſpoſitis excubijs, ſub noctem Bonnam egreſſus, & vbi tam diu hæſiſſet interrogatus, excubias prius recte non fuiſſe diſpoſitas, nunc vero præcipuas in Telonio eſſe, vlterius pergeret, reſpondit.

23. Decēb.

TVNC dimiſo milite, duplici via, circa noctem, Bonnam verſus, per vicina Ciuitati Caſtella ac Pagos profectus eſt. Tametſi verò tranſeuntem multi nobiles & ruſtici viderant, ac vt aduentante hoſte campanis ad arma pulſarent, edicto publico iam ante à ſereniſsimo Principe Elector cautum eſſet, nemo tamen fuit, qui de ipſius reditu aut hoſtis præſentia, vel ſigno aliquo admonuerit. | Bonna.

Equitem

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO.

1587.

LOCA. TEMPOR.

Equitem Schenckius in campis quarto miliari ab vrbe, ac peditem in caua quadam propè Ciuitatem ad Rhenum via disposuit. Interea contra dictum ostiolum, in medijs telonij gradibus, inter duas stationes, quarum vna supra telonium, altera Gireportam, rectà sub vigilum oculis positum insidias hostis tetendit. Adueniunt mortaria bellica miro artificio constructa duo, quorum vnum tanta magnitudinis ac ponderis fuit, vt vir fortissimus inferendo oneri ferè succubuerit, alterum minus & leuius humeris duorum militum exceptum.

Ad arcum qui sub telonio erat, primum feruntur, deinde ad scalas lapideas, quæ ad ostiolum erant peruenitur; ascenditur; mortaria tanti ponderis ad ostiolum admouentur, terebris, quæ mortaria vtrinq; habebant, ostiolum perforatur, infiguntur, atq; in hoc opere perficiendo duarum ad minus horarum tempus insumitur. Postea dispositis atque absolutis omnibus, Miles ille, cum quo Schenckius antea pepigerat, audaculus, mortarijs nouo tormentorum pulueris genere plenis ignem iniecit, quo vt promiserat fideliter, non tamen sine periculo vitæ, accenso, vtrinq; ostiolum maximo impetu, fragore ac tonitruo cum postibus lapideis fortissimis, interius ciuitatem versus, exterius verò ad ripam fluminis, incredibili vi deiecit.

Mox hostis in procinctu, ad inuadendum paratus, aditum sic patefactum inuenit, vt duo vel tres simul ingredi commodè potuerint. Qui in telonio proximi ostiolo in excubijs fuerant, tanto impetu turbati, non ad aditum impediendum, (tota enim ciuitas grauissimo terræmotu concussa videbatur) occurrerunt, sed huc atq; illuc diffugierunt. Qui verò ad Rheni portam excubias seruabant, in Stockerporta tormento bellico iaculatum fuisse existimantes, ad eam, relicta propria statione, fugerunt.

Ciues hosti propiores, ac tam repentina perturbatione perterriti, cum plures statim multò, quàm in ciuitate essent Ciues, milites hostem induxisse, eos qui in excubijs erãt, ad Stockerportam, partim fugasse, partim etiam trucidasse, nullus ad arma concurrere, vel hosti, à quo omnes statim via obsessa occupabantur, se obijcere, aut etiam domum egredi ausus est.

Quumq; duplici via, per ostiolum scilicet ac per Stockerportam ad forum hostis venisset, priusquam Ciuitatem cum tot peditibus ingressum esse innotesceret. Mox etiam aperta Gireporta totus equitatus secutus est, tantumq; ac tam horribilem clamorem ac gemitum in ingressu ediderunt, vt trucidari omnes in ciuitate viderentur.

Ciues etiam, qui in remotioribus partibus versus Stellæ, & Colonienſem portas in excubijs erant, repentino casu attoniti, ac stupefacti, nec minis nec precibus ad forum trahi pag. 439.
poterant: adeò, vt Schenckius ille, voti sui compos Ciuitate potitus sit, maiorem in ea prædam, quàm in oppido Malmedio, de quo supra, consecutus est.

Hanc Ciuitatem, vt è manibus Hostis Schenkij eriperet, Ioannes Baptista Taxius insignis ille Tribunus militum, postposito etiam vitæ periculo, laborare non destitit. Sed cum propugnaculo è regione Ciuitatis erecto propius accessisset, ictus sclopeti globo moritur. Bonnam introducitur, atq; inde Coloniam delatus, in templo Fratrum Minoritarum, ad summum altare sepelitur, honestissima funeris pompa eo deductus. Cui etiam summi Pontificis Legatus Octauius Episcopus Calatinus, nunc verò Tricaricensis Episc. singularis Bonnensium totiusq; Diœcesis Colonienſis fautor, interfuit.

Colonia.

Sunt

REGIS NOMINE LEONEM GVBERNANTE.

CCXI.

TEMPOR. | LOCA.

Sunt qui culpam amissæ Ciuitatis in præfectum vigilum reiciunt: Is enim, cum circa vesperam Billæus mandasset, vt ad portas venientes sero, an aliquid in itinere de hoste intellexissent, interrogaret; nihil intellexisse se, portis iam clausis, eidem Billæo retulit, licet à Nobile ex vero auditu, & à Sene Cancellarij tabellario, qui vix hostis manus effugerat, duobus tantum miliaribus ab vrbe hostem abesse, de visu fuisset admonitus. Adde, quod etiam milites eius, qui in statione hostes euntes ac redeuntes viderunt, & qui essent interrogarunt, se quoq; iaculaturos in illos quidem comminati sunt, nihil tamen contra eos hostile tentarunt, sed illis oportunitatem ac tempus perficiendi, quod moliebantur plus quam duas horas integras dederunt. Bonna.

Sunt præterea, qui vigiliarum in Telonio collocatarum, Decurioni inuasæ huius Ciuitatis infortunium imputant, vt qui contra leges ac consuetudinem, aliquot vini pocula liberaliter suis Commilitonibus propinauerat, quæ cum, vti fieri solet, magno risu, cachinno ac clamore biberent, magnum etiam excitabant strepitum. Iunge, quod porci sub ostioli gradibus studio vt putatur iacentes stimulati grunnitum, præterea & nouum adhuc molendinum, ventusq; tum vehemens fragorem edebant; miles quoq; in statione vnus catilenam alta voce canebat, vt qui in Telonio fuerunt vigiles, eos ad Telonij ostiolum mortaria collocantes audire quidem difficile, videre autem facilè potuerant.

Sunt & qui vtriusq; simul si non perfidiæ, saltem incuriæ atq; negligentiæ notam inuere videntur. Erant in ciuitate, ac etiam in ipso Telonio (vbi nunquam antè à recepta per Principem Electorem Erneſtum Ciuitate excubiæ fuerunt) vigiliæ solito maiores, lustrationes frequentiores constitutæ, quas Billæus, Ciuitatis pro Principe suo conseruandæ zelo, ad medium vsq; noctis, ea diligentia & sollicitudine obiuit, vt si Gubernator amotus in ciuitate præsens ipse fuisset, plus facere non potuisset. Sed miserabilem huius inuasæ Ciuitatis Bonnensis casum, fatalem multi dixerunt, quibus Dauidis illud, ex proposito, NISI DOMINVS CVSTODIERIT CIVITATEM FRVSTRA VIGILAT QVI CVSTODIT EAM, *allegare placuit.*

Erat circa idem tempus, & paulò post Henricus Rex Parisiis, qui propter septem signorum corporis sui præsidium, duodecim alia Heluetiorum, & octo Gallorum signa, per portam Honorij, in vrbem vocauit, vrbisq; loca munitiora occupari iussit. Paris.

Ciues audito strepitu, cum tantam in vrbe militum viderent copiam, initio trepidarunt: adium suarum ianuas obserarunt: fenestras munierunt, omniaq; fecerunt, quæ ad sui defensionem expedire videbantur. Exercitus autem regius, à tribunis in varia loca distribuitur. Quadam signa occupant locum dictum S. Ioannis Greue, quadam domũ Ciuicam, in qua erant Dominus Haumontius, præfectus mercatorum, aliiq; multi, qui Regis animum norant. Dominus de Tinte ville suas copias ducit in Pontem paruum, vulgo Petit pont, *Dampierius in forum nouum, & ad S. Innocentium, aliaq; loca diuersa.*

Placebat præfectis hic ordo ad perficiendum quod Rex in animo habebat: sed

LOCA. | TEMPOR.

ſed peccatum in hoc eſſe dicitur, quod eum vrbis locum, qui S. Mauberti vocatur, aptiſſimum ad omnia alia occupanda & defendenda præſidio non minuiſſent.

Paris. HOC tam ancipiti Reipublic. ſtatu, dum quiſq; ſibi metuit, ſtudioſi, qui literis operam dabant primũ, deinde ciues armati prodeunt. Seditio excitatur non exigua, occupatur ab incolis regio, quæ à S. Mauberto nomen habet, decemq; tantum paſſibus aberat, nõnulla loca ab iiſdem muniuntur, & cathenis platea clauduntur. Inuocatur Guiſius, horum omnium, vt putatur, ignarus, & in lecto adhuc iacens. Accurrit ille, Domino Briſaaco, Boyſio, Dauphinio, aliiſque nonnullis comitatus, & Heluetios primum adoritur. Fit pugna, victoria penes Guiſium fuit. 13. Maij.

Chartres. FELICI hoc euentu Ciues maiores ſumunt animos, & in Francos non minus, quàm in Heluetios ſæuiunt: trucidant nonnullos; vulnerantur viginti, cæteri ſuis ſtationibus depelluntur, armiſq; poſitis quidam capiuntur. Guiſius ne qua cædes fieret, ſollicitus, ciues quantum licuit cohibuit: ſed in tam graui tumultu ordo ſeruari non potuit. Nongentos circiter Heluetios ad Palatium Regis ſaluos deduxit. 12. Maij.

REX Henricus præter opinionem omnia male ſuccedere cum intelligeret, animo conſternatus, Lutetia confeſtim exijt, & Carnutum ſe recepit. Guiſius paulò poſt ſcriptum publicauit, mentem ſuam declarans, ſe nihil vel ex odio, vel ex ſiniſtra de Rege ſuſpitione feciſſe: ſed omnia quæ Lutetiæ acta eſſent, non aliò, quàm ad conſeruationem Religionis Catholicæ, omniumque Catholicorum tendere: vt ſe vel tandem coniuratorum hæreticorum (Nauarreum, Eſpernonium, eiuſque fratrem Valletium, atque alios Clareuantium, Caſtilionem &c. intelligit) inſidijs, occultiſque machinationibus expediant. 19. Iulij.

VENERAT poſtea Rex Rhotomagum vbi publicum edictum primò, deinde Pariſijs & in alijs Regni vrbibus ac oppidis promulgari iubet, Eſpernonium præfecturis abire præcipit, atq; ita ſe inſigni ſimulatione omnis cum Nauarræo, cæteriſq; ſimilibus occultæ amicitiæ ſuſpicionem ſubterfugere exiſtimauit, cui tamen interim alta mente repoſita manebãt. ſibi à Guiſio & Pariſienſibus irrogata iniuria: Ideoq; variamente coquebat conſilia, & in omnem ſe partem mouebat, viam modumq; cogitans, quo ſe à Guiſio, cæteriſque confœderatis Catholicis vindicaret. 20. Iulij.

SED metuebat ſtupendam & ingentem illam Philippi Hiſpaniarum Regis claſſem, tanto militum & nautarum numero, tanta Principum & nobilitatis tormentorumq; militarium copia, tanta cõmeatus, rerumq; omnium abundantia, totum fere triennium apparatam, inſtructam, adornatam: vt maiorem, vel etiam parem patrum noſtrorum memoria fuiſſe non acceperimus. Quæ quidem claſſis cum 30. Maij Vlyſſebona ſoluiſſet, & alto mari ſe ſubducens, littora Luſitanica præterlegendo ad Coronin Biſcaiæ oræ promontorium peruenijſſet, tempeſtate agitata, quatuor actuarias triremes, & quaſdam è minoribus naues fluctibus abſorptas, deſiderauit. Coroni promontorio egreſſa claſſis, die qui S. Iacobo Hiſpaniarum Apoſtolo ſacer eſt, rurſus altum petit & penultima die Iulij non procul à Plymnuta, primum ab Anglis conſpecta leuioribus velitationibus ſalutatur. 30. Iulij.

Altero

TEMPOR.		LOCA.
31. Iulii.	*ALTERA die poſt, Archibalaſſus Anglicus Carolus Hovvardus Baro, ex ſtirpe Ducum Norfolciæ procreatus, cum Franciſco Draco, inferiore Admiralio, Naumachiam iuire, & fortunam periclitari cœpit. Quod cum Aloyſius Pereſius Medinæ Sidoniæ Dux, claſsis Hiſpanicæ Imperator ſummus, & reliqui Hiſpani obſeruaſſent, omnibus neruis reſtiterunt. In primis Petrus Valdeſius, dictæ claſsis vicarius, ac propretoriana ſeptingentorum doliorum capacis, & 62. tormentis aneis, & 800. militibus inſtructa præfectus, qui ſuæ, qua vehebatur, nauis robore fretus, eo audaciæ prorupit, vt Anglos procacibus verbis irritare, ac ſe à reliquo comitatu ſeiungere auderet.*	Anglia.
	VIDENTE hoc Martino Frobisherio & Ioanne Hauckniſio, quorum hic victoriæ, ille Triumpho nauibus præerat, propitij venti auras aucupantes eueſtigio appropinquãt, & mox læuum latus in hoſtilem claſſem obliquantes, deinde dextrum obuertentes, vtrinque tormentorum fulminibus inſigniter Valdeſianam diuerberant, maliſq; & antennis proſtratis, Franciſci Draci in tempore ſubuenientis induſtria, cum Præfecto Petro Valdeſio epibatiſq; circiter 500. & quadringẽties mille coronatis, præter vaſa argẽtea, cimelia, & nauticã ingentis valoris ſuppellectilem capiunt, captam cum adhuc alia ſimiliter vehementiſsimè ab Anglis petita, ad littus Britannicum abducunt, ac vix Nereo, plures tormentorum tonitribus laceratas deglutienti, defendunt.	
1. Auguſti.	*POSTERA die ob ſingularem ſedati pelagi tranquillitatem nihil effectum eſt. Secundo verò Auguſti Hovvardus & Dracus Admiralij, animoſiſsimè iterum hoſti ſe obijcientes, eidem ventum anteuertunt, & equorum inſtar ſuas naues ſumma agilitate circumrotantes, & nullo negocio, nunc dextrum nunc læuum latus elibrandis, commodiſsimè tormenta in hoſtem dirigentes, plurima damna naumachiarijs Hiſpanis, præ fumo accenſi pulueris, quid oculis obuerſaretur videre non ſuſtinentibus, denuo inferunt.*	
2. Auguſt.		
3. Auguſt.	*ILLVCESCENTE die Auguſti tertio, Angli omnia vela nauibus ſuis induentes, hoſtilem claſſem rurſus inuolare conſtituunt: verum exorta per mare malacia, occaſio rerum rectè gerendarum euanuit. Inſecuto manè acerrimus iterum conflictus, gemmatis tormentorum fulminibus exoritur. Quinto Auguſti mare viciſsim ita leniter fuit ſtratum, vt propter ſedatas vndas nihil potuerit tentari.*	
4. Auguſti.		
5. Auguſt.		
6. Auguſt.	*PROXIMO die, vento ab occidente & meridie flante, Hiſpani claſſem ſuam Galliæ littora verſus promouent, inque Caleti portu, anchoris fixis, quoad promiſſas Dux Parmæ auxiliares ſubmittat copias, quæ partim aduerſis ventis, partim Zelandicæ claſsis adoſtium portus excubantis metu, adeſſe non poterant, commorari conſtituunt. Anchoris poſtea ſublatis, expanſiſq; velis, ea ventis committunt, ſed repentina tempeſtate accidit, vt Centurionalis Galeatia, quam illi Capitaneam vocant, in Anglorum poteſtatem redacta, quædam in ſocias detruſa, plures in profundum maris depreſſæ, duæ Fliſsingam abductæ. Reliqua pars claſsis, turbatis ordinibus, ad extremos Daniæ & Norvvegiæ fines vſque propulſa, tandem circumnauigata eminus Britannia in Hiſpaniam rediit, & ſic*	Cales.
7. Auguſt.		
	EXCVTIEBAT FLVCTV CLASSIS COMPVLSA BRITANNO.	
	Conſtabat	

LOCA. TEMPOR.

Conſtabat autem claſsis 150. nauibus, ex ijs aliquæ perierunt tempeſtate, aliquæ in manus hoſtium peruenerunt, maxima verò pars claſsis quæ 10. millibus militum conſtabat, in Hiſpaniam tandem ſalua reuertitur. Claſsis Anglica in tres partes erat diſtributa, vni præerat magnus Architalaſſus ille, de quo dixi, Carolus Hovvardus, alteri Milordus Henricus Semeirius, Ducis Somerſettani filius: hi duo cum ſuis nauigijs Ducē Parmenſem aliquandiu obſeruarant, ne quid ille cum claſſe ſua hoſtile in Anglos moliretur. Tertiæ parti Regina Franciſcum Dracum præfecerat; ipſa cum reliquo nobiliū militumq; exercitu, maximo & fortiſsimo, littora circumquaq; tuebatur.

Anglia.

Rex Galliarum claſsis Hiſpanicæ metu liberatus, propoſitum ſuum accelerandum eſſe putauit, literas ad omnes ordines Catholicos ſcripſit, quibus inter cætera clementiam ſuam in tumultuantes Pariſienſes ſpecioſis verbis exaggerat, & comitia tandem Blaſij decimo quinto die Auguſti, indicens pollicetur, præter alia, etiam Heſpernonij, & fratris eius Domini de Vallette cauſam, & de illis delatas ad ſe querelas examinaturum, faciurumq; quod ius, ratio, & æquitas dictaret. 15. Augu.

Paris.

His, atq; ſimilibus pollicitationibus blandè animos principum ineſcauit, eoſq; inflexit vt omni diffidentia remota, omni ſublata mali ſuſpicione, habito inter ſe conſilio ad comitia proficiſci ſtatuerint. Dictus comitiorum dies aderat, pauci verò ex confœderatis Catholicis comparuerunt: eo quod Regi parum confiderent, quapropter comitia in decimum quintum Septembris dilata ſunt. 15. Septem.

Interim Parmenſis Dux in Belgio, Montes ad Zomam obſidere & expugnare ſtatuit, præmiſitq; copias Marchionis de Burgavv, non ita pridem comitatu Tirolenſi collectas, cum Mansfeldio ſeniore, Duce Paſſarana, & Principe de Aſcoli. Ipſe Parmenſis ex Flandria Antuerpiam venit, mandauitq; Marchioni Rentio oppidum Tollenſe infra Montes ad Zomam occupare. Decimo nono eiuſdem Menſis die machinæ bellicæ ad vrbem attractæ ſunt, & 23. die vrbs obſeſſa. 17. Septe. 19. Septe. 23. Septe.

Bergen op Zom.

Schenckius quo ſtratagemate oppidum Bonnenſe in Diœceſi Colonienſi ceperit, antea diximus. Iam vt eam Ciuitatem, Princeps Imperij Elector Erneſtus Dux Bauariæ &c. tandem recuperaret, Parmenſem in auxilium vocauit, qui Carolum Principem Chimacum Arſcotani Ducis filium, cum inſigni peditum & equitum exercitu præmiſit, hunc paulò poſt Maximilianus Comes Arembergius, Mansfeldius, Gubernator Friſiæ Verdugius, & eius Vicarius Ioannes Baptiſta Taxius celeberrimus Tribunus ſecuti ſunt.

Bonna.

Hi coniunctis viribus Bonnam obſederunt, & aliquoties oppugnarunt. Schenckius ad Caſimirum primò Comitem Palatinum, deinde in Germaniam, vbi frequens erat Principum conuentus, proficiſcitur, tandem & in Angliam nauigat, vbi ad colloquium admiſſus docet, quomodo oppidum Bonnenſe, iuſſu Truchſesij, cuius ſe in rebus bellicis vicarium dicebat, aſtu occupauerat.

Idem oppidum nunc ab Hiſpanis arctè obſideri, ſe ſolum id ſemper defendere non poſſe; metuendum ne tandem Hiſpani eo cū maximo Germanorum detrimento iterum potiantur, quos non hic belli finem facturos, ſed vlteriores in Germaniam progreſſus meditaturos, imò in Germania meditullium arma illaturos aiebat, aliſq; dictis Schenckius ille Germanorum potiſsimum animos ad ſubſidia ſibi mittenda inflectere conabatur, ſed fruſtra. Licet

TEMPOR.		LOCA.
28. Septē.	*Licet enim vrbs Bonnensis tota æstate à Schenkianis contumaciter, fortiterq; defenderetur, cum tamen Ducem suum illi opinione diutius abesse, seque Regijs qui obsidionem vrserant, propulsandis impares intelligerent, Otto Baro* Putlitz *& Christophorus* VVolff *præsidiariorum præfecti, incolumitatem corporum & bonorum pacti, vrbem dedere coacti sunt, omnesq; milites cum vexillis complicatis, armis, & quæ gestare possent bonis dimissi. atq; sic:*	Bonna.
	EXterno affLICtata IaCens sVb MILite Bonna, Reddita tVnC sVrgit prInCipe Lata sVo.	
	Eodem fere tempore, Vlstochij in Anglia, Robertus Dudlæus, Comes Lyceſtria, S. Michaelis, & aureæ periscelidis eques auratus, vir ætate grauis, depositæ Gubernatoris & Capitanei Generalis persona, cum pridem ex Hollandia Ordinibus ob proditionem, quam moliri dicebatur, exosus, redijsset, non sine parua suspicione, vehementi vomitu succubuit; ita:	Hollandia Anglia.
	GarterII soCIVs, præCeLLens Marte RobertVs, AngLICVs è VIVIs fVnere Carpit Iter.	
	Rex Galliæ Hēricus, & Regina, cū vniuerso comitatu Aulico Blesas, dicto die ad comitia proficiscuntur, vt autem Rex securior esset, quodq; animo coquebat propositum commodius exequeretur, firmum secum adducit præsidium. Cardinalis Guisius, Iunillem Ducis Guisij filius, alijq; confœderati, nihil sibi mali, vel ob fœdus initum, vel ob libellū supplicem nuper in Espernonium oblatum, metuentes, statoq; die, cum suo equitatu comparent.	Blæs.
	Aderant tunc Ordinum proceres penè omnes: solus Henricus Dux Guisius non aderat: Is enim etsi Regi apud Carnutes Lutetia profugo, præsente Regina matre, multisq; Principibus alijs, esset reconciliatus; omniumq; rerum præcedentium amnistian Rex promulgari iusserat, Regi tamen tanquam amico reconciliato, non confidebat.	Carnutum
2. Octob.	*Blesis tandem Rex solennem Supplicationem multa cum magnificentia instituit.*	
9. Octob.	*Nono die Octobr. qui dies erat Dominicus, Rex, Regina, proceres regni, & ordinum Legati omnes præmissa confessione, in Franciscanorum monasterio, corporis & sanguinis Christi mysteria sacrosancta perceperunt: obnixè Deum orantes, vt fœlix faustumq; det comitijs auspicium, & finem optatum largiatur.*	
16. Octob.	*In pleno deinde Rex ordinum consessu, causam huius tam celebris conuentus sententiosè & pluribus verbis exposuit, cumque Rex peroraſſet, vnus ex proceribus, quem magnum sigilli magistrum vocant, orationem Regis excepit, mentemque & beneuolentiam eius latius declarauit, quo facto Rex iterum breui oratione summam edicti venitionis repetit.*	
18. Octob.		
	Marchio de Renti cum in territorium Tollense, de quo supra, venisset, omnia quæ ad oppidum expugnandum pertinerent expediuit, sed Insulani aggeres confestim perrumpentes, totam Insulam fluctibus cooperuerūt, consiliumque Parmensis retardarunt. Qui in præsidijs Montium ad Zomam erant, hoc stratagemate intellecto, maiores sumpserunt animos, & se mutuo ad obsidionem, quantumuis grauem, sustinendam exacuerūt, conseruata namq; insula, Toletensi vrbe & Hollandia, Zelandiaq; subsidia & quæcūq; erant necessaria, nauigijs commode submitti poterant.	Tollens.
	Parmen-	

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO.	1588.
LOCA.	TEMPOR.
Berga ad Zomam.	Parmenſis difficilem videns obſidionem, aſtu ac proditione rem tentauit. Inuentus eſt apud hoſtes Scotus quidam, nomine Balfortius, qui munitiſsimum propugnaculum inter vrbem & mare ſitum (ſine quo difficulter vrbs occupari poterat) Parmenſi tradere in ſe recepit. Dicta die 20. Octob. intempeſta nocte, Balfortius ipſe Regios per deuia ad propugnaculum ducit, cumq; nonnullis intromiſſi eſſent, Balfortius proditor contrapacta ſignum dat: excluduntur alij, & qui in munitione erant intromiſſi, partim trucidantur partim capiuntur; & graui poſtea lytro redempti ſunt. Reliqui ſe deceptos aduertentes ad Parmenſem reuerſi ſunt, qui cū ſe ab inſtante hyeme vrgeri, & continuis pluuijs in obſidione videret impediri, exercitum ab vrbe abduxit, & in hyberna dimiſit.	20. Octob.
Ruremūd.	Ruremundenſes, qui in ea Geldriæ parte ſunt incolæ, apud Parmenſem de intoleranda prædonum, qui in oppido VVachtendunckano erant, tyrannide conquerebantur, quā vt ab eorum ſeruicibus depelleret, Manſfeldium Comitem cum lectiſsimo exercitu VVachtendunckam miſit. Manſfeldius cum caſtra ante oppidum metatus eſſet, eaque munijſſet, deditionem per Fœcialem ſuum poſtulauit.	
	Oppidani verò & Præſidiarij reſponderunt; ſe vrbem in fide Ordinum Belgicorum cuſtodire, & tueri decreuiſſe. Quamobrem Manſfeldius coactus eſt duos eminentiſsimos colles, ſeu turres ex congeſtis cæſpitibus, cumulataq; terra excitare, atq; ex ijs oppidum, bellicis machinis eum in modum verberare, vt nemini tutus aut in plateis, aut in ædibus eſſet locus: ignem quoq; volatilem, & ſpherulas ardentes in oppidum immiſit.	
	Tandem corona inuaſit, leuibuſq; conflictibus præſidiarios fatigauit. Ingens erat mulierum & puerorum eiulatus, qui præter ipſum periculum, præſidiariorum animos cōſternauit. Non iam amplius de vrbe defendenda cogitabant. Miſerunt itaque in caſtra, qui deditionem certis conditionibus offerrent.	
VVachtē-donck.	Comes, etſi facilè oppidum vi expugnare potuiſſet; ne tamen innoxium ſanguinem profunderet, maiores expenſas non faceret, ſuu parceret, oppidum non deformaret, & quia hyems aſperrima exercitum debilitaret, illud in fidem ſuam recepit, ijs conditionibus, vt gregarij milites, gladio tantummodo accincti, album in manu bacillum habentes, oppido exirent: ij verò qui nuper ex Bomenſi præſidio venerant, & cum ijs aliqui præfecti detinerentur, donec Parmenſis, quid de ijs fieri velit, reſpondeat: ſed hæc quidem in Belgio.	19. Decem.
	In Gallia	
	REGIS NOMINE LEONEM GVBERNANTE.	CCXIIII.

TEMPOR.

LOCA.

Bleesſ.

In Gallia verò Conuentus Bleſenſis continuatur, & Regis animus nocte dieq; intentus erat, quomodo ſe à Guiſio vindicaret. Metuebat idipſum Guiſius: quapropter ad Comitia non venit. Diſplicebat id Regi, qui, qua ratione Guiſium ad ſe pelliceret meditabatur, tandem inuento conſilio, vt ſe ab omni ſuſpicione liberaret, nouum erat conſilium: legit 12. Principes, eoſque ex ijs potiſſimum, quibus erat offenſior;

Cardinalem ſcilicet Borbonium, Cardinalem Guiſium, Ducem Guiſium, Ducem Nemourium, Ducem del Boeff, Archiepiſcopum Lugdunenſem, Alphonſum à Corſa, Comitem Termeſium, Dynaſtam Bellegardium, & Dominum de Ogniaco; & duos alios; quorum poſterioribus quatuor potiſſimum confidebat.

In horum aliorumq; conſeſſu, Rex longa, diſertaq; oratione proſequitur: ſe ſatis iam edoctum, Regem Nauarraeum à Pontifice Rom. excommunicatum & tanquam hæreticum regni incapacem, cum ſuis complicibus ſine intermiſſione, bello, cæde, & ſanguine coronã ambire, & vt vi extorqueat moliri: Deum ſibi Regiam prolem, Regniq; ſucceſſorem & hæredem negaſſe, exiguamque prolis ſpem ſupereſſe.

Se igitur turbarum & bellorum pertæſum, & poſthac quietem ac otium ſequi, imperioq; nuncium remittere decreuiſſe, paternè itaq; ſe ſuos admonere, vt in eam cogitationem incumbant, quis ſuo loco ſubſtitui debeat, cui totius regni adminiſtratio, ſe conſentiente, credatur: qui Nauarraeum & hæreticos omnes bello perſequatur, donec ad internecionem deleat, vt regno & Religioni pax & tranquillitas reſtituatur. Hæc tam ſerio, tantaq; cum grauitate propoſuit, vt nulla ſimulationis aut doli ſuſpicio ſubeſſe videretur.

Non diſplicuit hoc Regis propoſitum confœderatis catholicis, qui hunc in modum Regi reſponderunt: Suam Maieſtatem adhuc ſoſpitem, vegetam, & per ſe potentem eſſe, ad Regnum adminiſtrandum. quam vt Deus quam diutiſſime ſeruet incolumem, ſe nocte dieq; precari: alterius conſilio vel auxilio opus non eſſe: Nihilominus cum Regis animus tranquillitatis & otij, quàm belli, regniq; adminiſtrationis ſit amantior, ſe nec velle, nec poſſe, Regi in ijs, quæ ad voluntatis ſuæ ſatisfactionem, Regniq; vtilitatem pertinent, ſuum conſilium denegare.

Orare tamen ſe Regem, vt ipſe nominet, quem tanto oneri parem, tantoq; muneri dignum iudicauerit, quiq; poſt obitum eius in Regno poſſet ſuccedere. Rex multos Principes in ordine in modum producit, quos imperio dignos exiſtimat: inter omnes verò ad hoc negotium, præter Guiſium magis idoneum, ſcilicet, neminem aſſerit: eum nullum recuſare laborem, Regnoq; velle quam optimè: eius patris, auiq; fidelitatis in Regno extare multa teſtimonia, plurimaq; eorum in recenti adhuc eſſe memoria beneficia. Sperare igitur ſe Guiſium, neq; à maioribus ſuis, neq; à ſemetipſo degeneraturum.

Ordines, cum Regis conſilium audiuiſſent, mentemq; cum verbis neutiquam diſcrepare arbitrarentur, certatim omnes approbarunt: ad Guiſium ſcribunt, eum, vt quam citiſſimè ad Comitia veniat hortantur. Paret illorum conſilio Guiſius, & citatis equis, ad Regem properat, quantumuis alij mouerent, non eſſe quod nimium Regi fidat. Perbenignè à Rege acceptus eſt, ſummæ Regni dignitates ei decernuntur, imò Regni adminiſtratio omnis, & tantum non Regium nomen tribuitur.

Biduo

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO.

1588.

LOCA.

TEMPOR.

Biduo ante natalem Domini, Henricus Valesius ille Rex concilium cogit: Eleemosynarium seu confessarium vocat, ei significans, se pro sua consuetudine velle peccata sua confiteri, & sacrosanctam Synaxim percipere. Vt autem commodius hoc facere posset, sibi decretum ait, ad cellam Anachoreticam, quæ dimidio milliari Blæsis aberat, secedere; quo liberius Deo, rebusq; diutius vacare posset. 23. Dec.

Blæsis.

Deinde quatuor è Concilio in interius cubiculum suum vocat, Alphonsum scilicet à Corsa, Comitem Termesium, Bellegardum, & Dominum de Ogniaco, qui consilij Regis erant conscij, & Guisianis infensi. His prolixa oratione exponit iniurias, sibi à Guisio illatas, machinationes itidem & insidias, quas suæ Maiestati meditabatur; impatientem eius dominandi cupiditatem per Guisium stare, quo minus in regno posset, quod velit; eum omnium suorum consiliorum, dictorum, factorumq; euersorem.

Se itaq; Guisium, vt perduellem, regno inutilem, & sibi noxium è medio tollere decreuisse. Noluisse tamen se precipitanter, & temere quicquam agere: sed prius horum quatuor (vt quos cæteris fideliores expertus esset) consilium audire, & ex eo rem exequi. Rogat itaque Alphonsum, quid hic faciendum esse censeat. Respondit Alphonsus, minori cum periculo, Regiæque dignitatis, & decoris iactura fore, si Guisium, eiusque complices, non statim occidat, sed in munitissimam aliquam regni arcem captiuos abducat, atque in carcerem detrudat: Deinde in iudicium arcessat, litem ijs intendat, ex vinculis causam dicere cogat, vt secundum pronunciatam iudicis sententiam in illos animaduertatur. Assentitur Alphonso Ogniacus.

Termesius verò, & Bellegardus exulcerato Regis animo gratificari volentes, alterius erant opinionis: erant enim Guisio quàm maxime offensi: quod cum Regem nõ lateret, eorum sententias non rogauit, sed suam mox subiecit. Videri nimirum sibi nihil magis expedire, quàm omni abrupta mora sine vlla litis intentione, sine vllo iudicio Guisium euocare, & per adhibitos sicarios trucidare: periculosam enim eius fore captiuitatem, quod si aut vi, aut astu, aut largitionibus è vinculis elabatur, magnum incendium expectandum, graue bellum, imò regni ruinam esse pertimescendam.

Præterea nullum inueniri posse in regno iudicem, qui aut velit, aut rei capitalis damnare Guisium audeat. Sibi itaque deliberatum esse, eum inauditum interficere. Præfectos deinde Principes in Concilium remittit, & qui illis à secretis erat, Brularium ad Guisium ablegat, cum mandato; Habere Regem ardua quædam, & arcana cum illo conferenda, priusquam ad Sacramenta confessionis & communionis accederet, veniret ergo ad cubiculum, vbi Rex eum præstolabatur.

Parietes cubiculi pretiosissimis quaque tecti erant aulæis, & sub illis octo sicarij, ad hoc scelus perpetrandum, à Rege constituti latitabant. Guisius cum cubiculum ingrederetur, Regem non inuenit (secesserat enim in aliud interius) & horrore perfusus insidias suspicari cœpit. Leuatis vna parte aulæis, mox vnum ex latronibus videt, quem collo apprehensum humi prosternit.

Actutum alij septem, strictis gladijs & pugionibus prosiliunt, Guisiumque hostiliter inuadunt. Vnus eorum suram illius percutit, grauemque vulnus infligit: alius pugionem in collum adigit: quidam gladium illius tenent, ne posset stringere; tandem accurrit, qui à tergo illi lethale vulnus impegit, alij alia addiderunt. Defessus itaque, & vulneribus consumptus magnanimus Princeps concidens, alta voce opem & misericordiam implorat.

A

Cardinalis

REGIS NOMINE LEONEM GVBERNANTE. CCXV.

Cardinalis Guisius, (qui vnà cum Carolo Borbonio Cardinali, Petro Lugdunensium Archiepiscopo, Duce Nemourio, Elboefie ducis Guisij patruele, & Inocillio Guisij filio, eodem die captus fuerat) postquam ductus esset in conclaue, vbi cadauer fratris humi in circumfuso sanguine quasi natabat, accessit ad eum Rex, interrogans, Agnosceretne corpus hoc, cuius esset? Respondit Cardinalis, se agnouisse, & merito: esset enim amantissimi sui fratris ad Donum, cui in vno eodemque seculo, adesse iam iam exoptabat.

24. Dece. Certum, inquit Rex, habeto, quod te voti compotem, & quidem breui efficiam. Postridie nona circiter hora antemeridiana Cardinalis iussu Regis denuo ad idem conclaue ducitur? vt simili quo frater, modo trucidaretur. Itaq; ipsa natiuitatis Christi vigilia, absq; vllaiuris vel iustitiæ specie, barbarè à latronibus Regijs interfectus, pie & constanter in Domino obdormiuit Cardinalis Illustrissimus, Rhemensis Archiepiscopus, primus Franciæ patronus, & Regis Franciæ pater spiritualis, à quo etiam delatum sibi regni diadema accepit. Amandati sunt eodem tempore in alias regni prouincias, qui Ducē Manium, Mercurium, Aumalium, Dominumq; Castrensem, hoc est, fortissimos, & penè solos Ecclesiæ defensores paribus insidijs è medio tollerēt. Feria deinde quarta post Christi natalitia, mandato Regis vtrumq; corpus in maiorem aulam illatū, rogoq; ingenti, ex viua calce & sulphure constructo, impositum, exustumque est: cineres verò è fenestra in praterfluentem Ligerim proiecti, atq; ita:

GVIsIVs à GaLLI ConfossVs MILIte, In atros
ConVerso CIneres Corpore VastVs obIt.

Rex cum Ducissa Nemouria lamentantu filij sui mortem expostulationem audisset, Domina (inquit excandescenti Sarcasmo) bono sis animo, filio tuo Guisio idem vt æquum obtigit, qui quondam Iulio Cæsari: nam & ille in Senatus Romani consessu interfectus est. Comunx verò Guisij oculis manibusq; in cœlum sublatis, copiosis indulgens lachrymis, Deum vt iustissimum Iudicem, spero, inquit, non permissurum vt moriar, nisi vindictam videro, tam immanis in dominum & coniugem meum perpetrati latrocinij: atq; in hoc planctu & lamentatione mœstissima Ducissa partus dolor oboritur, & loco duorum fratrum cæsorum, alios duos fratres enixa est.

Blæsis.

Parisienses vtrumq; Guisium sic sublatum edocti, extemplo Regias ædes diripiūt, insignia lacerant, conculcant, effigies discerpunt, statuas euertunt, è Senatu Regio, qui suspecti erant, fœdus carceribus includunt. Guisium Galliæ liberatorem, Parisiensium seruatorem, & Catholicæ Religionis vindicem appellant: Regi verò ne verbo quidem sua dignitas seruatur, publicis etiam scriptis eum Henricum duntaxat Valesium vocant, olim Regem, Picardi quoq;, vti Parisienses, à Rege deficiunt.

Qui quidem Rex per litteras subditos suos officij admonet, occisorumq; Guisiorum rationem reddens, scribit Proceribus Regni, Ciuitatibus & oppidis mortem Guisiorum iusto Dei iudicio contigisse, quod clandestinis suis machinationibus ipsimet eā in se prouocassent: Ac mirari se dicit, à multis hoc factum suum, vt iniquum, reprehendi, cum omnibus constet Guisios beneficio suo patrumq; suorum ad summos honores & dignitates euectos: vbi grati esse defuerunt paulatim sub prætextu Catholicæ Religionis, populum in suas partes vbiq; pertrahere, sibiq; deuincire, à Rege verò auertere studuisse, eoq; deuenisse, vt veris non fuerint clandestina fœdera inire, & seditiones in suam personam concitare: id quod tumultus Parisijs ortus & alijs in locis abunde satis testaretur, adeo, vt salus Regis ipsius & persona, saluo Guisio, secura esse non potuerit: iure igitur se in illum animaduertisse.

1589.

6. Ianua. Mater huius Regis, Catharina Medicæa, postquam tres filios suos diademate insignitos vidisset, ac totum Francia Regnum consilijs suis rexisset, & nunc à Guisijs & Catholicis

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO. 1589.

LOCA. TEMPOR.

Catholicis nunc à Nauarræo & hæreticis clam ſtetiſſet, mulier vafra, Epiphaniæ feſto, naturæ debitum reddidit. Huic ab Aſtrologiæ peritis prædictum, refert Guicciardinus, natam eſſe ad deſtruendum illius principatum, ad quem connubio conueniret, quod ipſum & Paulus Iouius Clem. VII. Pont. maximum, eiuſdem Catharinæ auunculum, Imperatori Carolo V. retuliſſe teſtatur. Rex defuncta matre, relictis Blaſis

Læſa fides fVrIt In GVIsIos; HenrIcVs & aVLa
GaLLICa apVd BLoIsIos tota CrVore Madet.

Tours. ad Turonum Metropolim profectus eſt, eamq; vrbem ſupremi Senatus ſede honorauit: Lutetia, vt indigna, omnibus honoris titulis & priuilegijs ſpoliata. Cumq; Legatus Pontificis Regem delicti ſui admoniſſet, reſpondit Rex; ſe Pontificis fulmen ne flocci quidē facere, neq; ſe credere ſuam ſanctitatem quicquam huiuſmodi in ſe auſuram: cum Pontifex in Francia nullum ſe excommunicandi ius habeat, præſertim cum ea, quæ ipſe in Guiſios ſtatuiſſet, Politica ſint, non Eccleſiaſtica; & neceſſitas iſta poſtulauerit.

Paris. Ab hoc Rege, poſteaquam primaria Regni vrbes deficerent, publicis eas mandatis & edictis ad fidem reducere, ſibiq; deuincire conabatur. Guiſios multis, iiſq; nefarijs criminibus onerabat; inſuper & Catholicæ Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ religionem ſe defenſurum, & hæreticos perſecuturum, aliaq; multa pollicebatur: vt compareant itaq; Calendis Martijs, eos ad ſe euocat; verùm huic amarulento Confœderati Catholici ſcripto reſpondent, eumq; perpetuo quaſi ſarcaſmo, & amaris verbis inceſſunt: putabant enim Regem eos ad noua Comitia pellicere, & vt Guiſios tractare velle; poſt omnia igitur in ſcripto per ordinem dicta, dum orare concludunt, vt Regem propediem hinc in cælum abducat, & ſubditos à tali principe liberet: interim alium ſibi Principem, 4. die Martij eligentes, Ducem videlicet Manium fratrem interfectorum Guiſiorum.

Nauarræum, ne ſibi ſuaq; cauſa deeſſet, Ligerim verſus contendit, vt Regi propior eſſet. Rex autem de fœdere cum Nauarræo feriendo cogitare cœpit. Sciebat enim Nauarræo nihil fore gratius, qui etſi nunquam antea ſciuiſſet, quod multis perſuaderi non poterat, certè ex eo ſcire potuit, quod cum exercitu quotidie magis magisq; appropinquabat Caſtelloratum, & literis ad Regem Regioſque miſſis ſua hoſtiumque conſilia dilucidè explicabat, Regioſque multis blanditijs ad pacem inuitabat.

Caſtelloratum.

Multi hæc omnia ſimulatè fieri arbitrabantur. Alij, vt ſunt hominum iudicia varia, nullam hic ſubeſſe ſimulationem affirmabant. Vtut eſt, Legatis Caſtelloratum ad Nauarræum miſſis de inducijs primum inter duos Henricos Reges actum eſt ita, vt inducia inter partes eſſent annua: Hugonotæ patriæ bonisque reſtituerentur: Libera vbique conſcientia venirent: Religionem reſormatam in locis, quæ tunc à Rege Nauarræo tenebantur, publicè ne exercerent: Regi Nauarræus armis ſuis auſpicijſque adeſſet &c. Interim de certis æternæ pacis rationibus inter Reges tractaretur.

Pactum hoc, & hanc tandem cum Nauarræo palam initam amicitiam Rex Franciæ Henricus, non ignorans, quàm plurimos homines, imò & Principes externos offenſuram, ſe ſtatim publico programmate excuſat, rationeſque ſuas profert, cur cum eo, qui tot iam annos Catholicam Eccleſiam afflixerat, tot prouincias deſolauerat, & propter quem, vt in ordinem redigeretur, tot tantique theſauri erant abſorpti, tot exhauſta ærania, tot altaria profanata, templa euerſa, Sacramenta Dei conculcata, tot Sanctorum reliquiæ exuſtæ &c. cur cum eo ſcilicet fœdus inierit, inducias que tales cum Nauarræo pepigerit.

1. Februar.

1. Martij.

4. Martij.

26. April.

Tandem

REGIS NOMINE LEONEM GVBERNANTE. CCXVI.

1589. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPOR.		LOCA.
3. Maij.	TANDEM Rex ſeuere mandat, huiuſmodi inducias annales, incipientes 3. die Maii ſeruari, & ſi qui violauerint, hos grauiter puniri, ſcripto tradi, & omnibus in locis diuulgari. Cuius programmatis varia ectypa confici Rex mandauit, quæ per omne Regnum miſit, & in vrbe Turonenſi primum, deinde in aliis ſimiliter, quæ Regi imperio parebant, publice populo præleguntur.	Tours.
5. Maij.	PONTIFEX Romanus Sixtus V. poſtquam intellexiſſet, Galliarum Regem Henricum in propoſito ſuo perſeuerare, Regnq; & Religionis ſtatum quotidie deteriorem facere, & nunc tandem cum Nauarreo, à ſede Apoſtolica excommunicato fœdus iniſſe, armaq; & copias ſuas, armis & copijs illius coniunxiſſe, quinto die Maij in Cardinalium Senatu Romæ res Gallicas iterum propoſuit, ac denuo ventilauit.	
	MANDANS, Cardinalem Borbonium & Archiepiſcopum Lugdunenſem intra 10. dies ſine vlla excuſatione aut prætextu ex captiuitate liberos dimittat, ſuiſq; dignitatibus reſtituat: Citiuſq; Regem, eiuſq; complices, & mortis Guiſij, captiuitatiſq; aliorum Eccleſiaſticorum authores & impulſores, vt 60. dierum ſpatio Romam veniant.	Leon.
	SED Rex Mareſchallum Aumontium ad Nauarræum miſit, qui referret Regem cum comitatu aulico Pleſſæi eſſe, petere, vt & ipſe eo veniat. Nauarræus igitur cum Aumontio & nobilitate ſua, relicto inſtructu ad Ligerim copijs Pleſſæum contendit, cui loco nemus adiacet, in quo deambulans Nauarræi aduentum Rex expectabat, & complexum cupidè expetebat.	Bleeſs.
	Conuenerat, procerum, nobilium, plebiſq; multitudo, quam rei inſperatæ fama excierat; tantaq; aderat turba, vt poſtquam Nauarræus aduenisſet, dexteras iungere & mutuò ſe complecti Reges, diu prohiberentur, tandem in mutuos effuſi complexus, admirandum ſed omnibus Catholicis deplorandum præbuere ſpectaculum. Admirabantur plerique Nauarræi hanc confidentiam, multiq; ex hac intrepida eius ſecuritate clandeſtinam ante annos, inter duos illos Henricos Reges fœderis amicitiam ſuſpicabantur.	
24. Maij.	REBVS in Turonum, Andium, Pictonumq; ciuitatibus compoſitis, Rex Nauarræum longius à ſe dimittere haud tutum ſibi, ſuiſq; rebus arbitratus, cum eo Lutetiam verſus verſus agmen duxit. Interea Marchio Varembonius in Belgio Arcem munitiſſimam, quam Martinus Schenckius cognato ſuo Hoenio excluſo, aſtu occupauerat, expugnat. Tempuſq; à Pontifice Galliarum Regi conſtitutum iam erat elapſum, ſed mandata, minaſq; Pontificis Rex aſpernatur.	Paris.
30. Iulij.	HINC zelo quodam Religionis Catholicæ conſeruandæ, ne inſtar Anglicanæ, Gallica Eccleſia ſub tali Rege ſincera fides deficeret, Regem è medio tollere conſiliatus eſt, quidam Iacobus Clemens, natus in pago cui nomen Sorbonna, educatus verò in Dominicanorũ familia, factuſq; eiuſdem ordinis monachus. Hic perſuadens ſibi, ſe Aod, Regẽ verò Henricum, Eglon Moabitarum olim Regem, fore: Lutetiæ ad Pontem S. Claudij vulgo S. Cloux, vbi Rex in obſidione adhuc hærebat, profectus eſt, cum literis publicæ fidei, quas habebat à Comite Briennio, qui Lutetiæ captiuus detinebatur.	Indic. 3.
	In caſtra veniens ductus eſt ad Procuratorem generalem Queſte nominatum, cui dixit, ſe habere varias literas, inter alias etiam Harlæi præſidis Parlamenti ad Regem deferendas, aliaque arcana, quæ literis credi non poterant, quæ ſcire tamen Regis	S. Cloux.

LOCA. TEMPOR.

Regis vel maximè intererat dicenda. Erat autem Harlæus huic Regi & fidelis & amicus, ideoq; & Lutetiæ captiuus procurator hæc ad Regem defert. Rex procuratori mandat, vt ea nocte, Monachum in ſuo hoſpitio excipiat, & humaniter habeat vſque in poſterum diem.

Poſtridie Rex Iacobum ad ſe vocat, in conclaue, remotis omnibus alijs, ducit. Hic Iacobus profert varias literas, quas Rex cum auidè legiſſet, interrogat habeatne plures? habere ſe ait, & fingens ſe eas quærere, cultrum promit ancipitem & acutiſſimum, & capulo tenus in ventrem Regis adegit, ad iſtumq; in vulnere reliquit.

QVando dies Cathedræ Petri sVrgebat ab aXe,
HeV MonaChI CVLtro GaLLe sVperbe Cadis.

Rex vim ſibi fieri clamans, ſtatim habet accurrentes domeſticos, atq; inter alios Nobilem quendam Boſtidæum, qui ante 7. menſes cum alijs Guiſium interfeciſſe dicitur: Hic educto gladio Iacobo lethale vulnus inflixit. Occurrit alius, & bipenne aliud ſuper addit. Moriens tandem Iacobus Deo ſummas egit gratias, quod tam mitè & facilè genus mortis ſibi conciuiſſet: ſe multo atrocius & grauius expectaſſe. Mortuum feneſtra eijciunt, & haud multò poſt quatuor equis diſcerpendum committunt. 1. Auguſt.

Rex accepto vulnere, Nauarræum, alios Principes, & proceres accerſiuit, illos ad conſtantiam hortatus, arma ne ponant, niſi purgato latronibus Regno, petit, vltionemque ipſis, quam proſequi illis & decorum & in exemplum vtile fore, commendat. Henricum tandem Nauarræum ſucceſſorem deſignat, Franciæq; Regem ac heredem ſalutat, ei omnes Galli vt pareant, eum obſeruent, colant & ament, in agone præcipit, ac moritur.

S. Clou. Rex ille Henricus, de quo in Relationibus meis Hiſtoricis, duobus fere annis antequam interficeretur hos verſiculos poſui:

Cum Rex Henricus regnabit in ordine natus;
Hic Rex bis factus, tam re quàm nomine gratus,
Lilia, vir fortis, proprijs euellet ab hortis.
Rex cadet, & vulgus, militia Francia, clerus,
Enſe, fame & flamma, luctuque, ſitique peribunt. 2. Auguſt.

Poſtridie à morte Regis, Nauarræus in ipſo tumultu, Rex Franciæ proclamatus eiuſq; nominis Quartus appellatus eſt in Gallia.

Friſia. In Belgio Dux Parmenſis lectiſſimas aliquot peditum equitumque copias in Friſiam miſit, vt Verdugio contra Naſſouium opitularentur. Haiter per VVeſtphaliam & Comitatum Lippienſem faciunt: Schenckius ſubito exercitum ſuum, vocatis vndequaq; è vicinis locis militibus, auxit & in ericeto Lippienſi regios affectus ex improuiſo adoritur, cædit, fugatq;, & omnem theſaurum, quem ad ſolutionem militum in territorio Groningenſi merentium adferebant intercepit.

Lipp. 7. Auguſt.

Confeſtim Nouiomagum occupare tentat, claſſe ſua in conſpectum Nouiomagenſibus Brilla venit, in vrbe tumultuatur, emittuntur in meditullium ciuitatis, qui hoſtem adeſſe vociferentur: ſtationarij maiori tormento ſignum dant, excubitor è turri S. Stephani tubam canit, trepidi ciues è lectis deſiliunt: arma corripiunt & VVahalim verſus procurrunt. Schenckiani duobus arietibus portam quandam exiguam S. Antonij, quæ Mulencomia vulgo dicitur concutere, alij cancellos ferreos, è quibus ex ædibus ciuium, in ipſum præterlabentem fluuium patet reſpectus euellere, rudibuſq; comminuere cæperunt, euulſis aliquot clatris, & diſturbato feneſtrio, aditum in vrbem ſibi patefecerunt, vnamq; domum occuparunt.

Nouiomagum. 11. Auguſt.

Conueniunt ciues vnà cum præſidiarijs Belgis & Gallis qui tunc in vrbe pauci erant, ad occupatam domum accurrunt, in eam irrumpunt, dant accipiuntque vulnera atque eminus diu, dubioque euentu pugnatur. Erat enim domus valde anguſta, & multa habebat

bebat receptacula: ita vt oppidanu consultum non esset, denso agmine astruero. Tandem dua machinæ bellicæ attrahuntur, vnaq; domui appositæ disploditur globusq; per obuia quaq; penetrans, tantum Schenckianis terrorem incussit, vt depulsi pedem retraherent, domum deserent, qui adibus antea occupatis eiecti, & nudi in ripa stantes vndequaq; oppidanorum telis erant expositi. Frendebat Schenckius, vrgebat suos & certam illis victoriam promittebat, sed frustra, cedebant enim ciuibus fortius ac vehementius instãtib. adeo, vt effusa tandem fuga in cymbas tanto & tam incondito impetu, vnà cum Schenckio ruentes, oneris impares, quatuor aut quinque cymbæ deprimerentur, Schenckius quoq; cum suis magno numero submergeretur.

Qui postea ex aquis extractus & in littore expositus, postquam in vrbem delatus fuit; dici non potest, quanta fuerit in vrbe lætitia, eum enim in potestate sua habebant, & quidem mortuum, qui dicere solebat; Se Nouiomagensium hostem in vtero matris creatum esse. Circa meridiem capti in conflictu duo, in publicum producti, suspendio necati sunt, cadauer Schenckii, postulante hoc populo tumultuante, tam infinita ab illo sæpe perpesso, securi capite deiecto (eques enim auratus erat Anglicus) in 4. partes dissectum est. Caput hastæ præpilatæ infixum, portæ S. Antonij, vbi ea nocte facinus perpetrarat impositum est; cætera membra per turres, aliasq; portas distributa sunt. Atque ita hinc emigrauit.

Defuncto Schenckio præsidiarij, qui in propugnaculo illius Brillæ erãt, cæperũt tumultuari, multorum mensium stipendia postulantes. Venit ad eos Adolphus, Comes Neuenarius, & post multa colloquia sic inter illos conuenit, vt quinq; septimanis in fide permaneant, interea omnibus omnibus satisfactum iri. Brilla.

15. Aug. Carolus Mansfeldius ferè sub idem tempus, cum selecta militum manu in Insulam, inter Mosam & VVahalim sita est, vulgo Bommeler vvert, traiecit, & Castrum Hoel munitum, oportunoq; loco situm obsidet, oppugnat & expugnat. Inde Brakelium deditione recuperat, & Rossemium ab Ordinibus relictum capit. Bommeler vvert. Brackel.

Nauarreus, vt sibi stabilem Regni Gallici possessionem faceret, nihil intermisit. Cumque armis non omnia commodè fieri posse videret, literis & promissionibus rem tentauit, & ad omnes Ordines Ciuitatesq; Regni literas misit, quibus initio significat; se quotidie Deum rogare, vt gratiam suam ipsi largiatur: qua fultus, vitã suam sic instituat, vt inter Reges probatos, non inter reprobos habeatur; Rosseim.

Optasse quidem se aliam conditionem, aliudq; exercitium quo patria nimis afflicta gratificari, & beneuolentiam sibi demereri (nihil enim sibi antiquius esse, quàm omni studio incumbere, vt inconditum Regni statum, in meliorem & præstantiorem formam redigat) potuisset: sed Deo aliter visum esse, atq; ad Regni fastigium se vocasse;

Inuitum se quidem illam dignitatem tot molestijs plenam acceptare; sperare tamen Deum gratiam daturum, vt sub onere non succumbat; Deum sibi sceptrum in manu dedisse; additurum eundem animum & robur, vt qua sui muneris sunt, ad salutem Reipublicæ exequatur. Se nihil aliud toto vitæ suæ curriculo quæsiuisse & optasse. Sed quia hæc res penderet ab ope & consilio Principum Regij sanguinis, procerum Regni, Nobilium, præfectorum prouinciarum, qui sibi sacramento erant deuincti, & ad quos non minus, quàm ad se, cura Regni, suaque authoritas pertinebat, necessa-

LOCA.	LEONIS BELGICI DESCRIPTIO.	1589. TEMPOR.
	necessarium sibi videri, omnes hos ad generalem conuentum euocare, consilia eorum audire, & certi aliquid ad conseruationem Regni, corporisq; tam morbidi sanitatem statuere, omnes itaq; ordines pridie Cal. Nouemb. in Turonensium metropoli conuenirent.	
Touts.	Hu litteris in omnes Prouincias missis, & in oppidis quibus Nauarraeus potitus erat, præsidijs relictis, in tres partes copias suas distribuit. Robur exercitus Longeuillio duci attribuit, vt in Picardia, & circa Parthos bellum administret. Cum altera parte Aumontium in Campaniam, ad expediendum hostem, & retinendum in fide ciuitates ablegat. Tertiam secum Diepam, qua maxime oportunitatis ex aduerso Anglia in Normannia vrbs est, abducit. In itinere Rothomagum veniens vrbem quidem non oppugnauit, sed molas aliquot iniecto igne exussit, pecoraq; abegit. Oppidani eruptione facta in Nauarraeos irruunt, eosq; occisis circiter 300. à mœnibus repellunt.	
Picardia.		20. Aug.
Campania	Maynaus cum intellexisset hostem Rothomagenses infestare, cum 18. millibus peditum, & tribus millibus equitum Rothomagum contendit: sed in itinere nunciatur, Nauarraeum isthinc Diepam exercitum abduxisse. Goruachum itaq; Maynaus suas copias ducit. Oppidum hoc pro Nauarraeo stabat, aduenientiq; hosti fortiter restitit, captū tandē à Maynao, & spoliatum est, trucidatis omnibus, qui in armis inueniebantur.	
Diepe.	Balignius Cameracensium Gubernator multos dubio metu in suspenso relinquebat; vt scirvnon potuerit, quam partem; Nauarræi, an verò confœderatorum sequeretur. Confœderati Catholici in Francia, à Philippo Hispaniarum Rege opem & auxilium efflagitabant, oppidaq; Guisium & Peronam illi in remunerationem offerebant. Rex Cameracum postulabat. Sed cum Balignio hæc conditio non placeret, Parmensis Marchionem de Rhēij & Motteaum cum exercitu Cameracum misit, vt eminus vrbem obsiderent & ne commeatus inferretur, prohiberent. Paulo post quidam Gallici iugi pertesi: Rhentium inuocare, & vrbem Regi Hispaniarum reddere conati sunt, sed detecta proditione capti & necati sunt.	16. Septe.
	Carolus Mansfeldius interim cum lectissimis aliquot copijs Mosam traijcit, & in Insula Bommelensi propugnaculum, Die VVoorn obsidet, & triduo frustra oppugnat, initio Octob. Nouiomagum mittit qui imperent panem & cereuisiam coqui: Berckam enim obsidere decreuerat. Cumq; Octobris die 5. Grauiam proficiscereturquidam ex hostibus in Sylua delitescentes Comiti insidiabantur, & sclopetis aliquot ictus in eum eiaculabantur.	1. Octob.
Bercka		5. Octob.
	Comes confestim syluam cingi, triginta quos inuenerat pedites trucidari, reliquos captiuos abduci iussit. Dum Mansfeldius se ad expugnationem Berckensium parat, Comes Neuenarius copias aliquot colligit, vt oppidum contra hostem tueatur. Sed cum Arenari, seu Arnhemij in armamentario, quæ sibi necessaria fore sciebāt, præparāt: ecce ignis in puluerem tormentarium cadens, partem adium incendit, Comitemq; Neuenariū lethaliter ambussit, ita vt paucos post dies moreretur: paulo post Nauarraeus suburbia Parisiensium spoliat ac deinceps à Turonensibus magnificè excipitur, eique Maustrasia primum, deinde etiam 21. decemb. Alenzouium deditur. A Comite verò Mansfeldio Bercka occupatur nomine Regis Hispaniarum, atq; ita:	26. Octob.
	Berka CadIt, prInCeps redIt paX, aLta trIVMpho CesIt & addICtas nVnCtIbI RhenVs aqVas.	21. Nouēb. 21. Decēb.
	Obsessa hæc ciuitas, in ripa Rheni, iam multis annis à Rege Hispaniarum fuit, nec non for-	1590. 30. Ianua.
	REGIS NOMINE LEONEM GVBERNANTE.	CCXVIII.

TEMPOR.		LOCA.
	non fortiter quoq; ab Ordinibus seu statibus Belgicis ope & industria, nunc Schenkij, nunc Neuenarij defensa; verum vtroq; mortuo (transiuit enim hic per ignem, ille verò per aquam, vt diximus,) extrema laborans commeatus inopia in potestatem Comitis Mansfeldij deditione peruenit. Militibus cum Tribunis & prefectis suis cum armis, impedimentis, & expansis signis exire permissum est. Ciuibus omnia condonata; manere vel abire cuique liberum.	
3. Ianuar.	Ernestus Serenissimus Bauariæ Dux, princeps Elector, Sixt. V. Iubilæum in Nouembri indultum, & missum Colonia iubet proclamari, serioq; rogari, vt omnes subditi gratia Summi Pontificis rationem habeant. Dominica post Epiphaniam in vrbe; extra vrbem Dominica sequenti concionatores, seu Pastores populo hoc suum mandatum significent, iubeantq; post peccatorum suorum confessionem, & sacrosanctæ Eucharistiæ susceptionem: Iubilæi participes sese efficiant: orentq; pro statu Ecclesiæ, saluteq; Reip. tã in Gallia, Belgio quàm in alijs locis vicinis.	Colonia.
	Maynaus Pontisarenses, vulgò Pontoyse, qui nuper in potestatem hostium transierãt obsedit. Lanous vt Maynaũ castris exuat, atq; à mœnibus pellat, omnem mouit lapidem. Maynaus prius arcem Boisium oppugnat, quam post 500. ictus maioribus tormentis factos occupauit. Inde ad Pontis aram consedit, & ruinam ducentorum pedum strauit: mox impetum in vrbem faciens fortiter (sed desideratis multis egregijs militibus) oppugnauit. Buyus Gubernator vrbis cum se imparem cerneret, atq; vim sustinere non posset, certis conditionibus vrbem dedidit, quas Maynaus eò libentius acceptauit, quod Comes Brisacus à Nauarræo in oppido Faleise arcta obsidione premebatur. Maturabat igitur deditionem, sperans Comitem se posse liberare. At priusquam Maynaus aduentaret, oppidum captum: & Brisacus Regi traditus erat.	Pontoiste.
4. Ianuar.	Nauarræus egerrimè ferens Lotharingiæ Ducem Germanorum copias, sibi subsidio venturas, fidisse, bona Episcopi Metensis Ducis filij fisco iussit subsignari. Idem & de ijs statuit omnibus, qui sub titulo sacri fœderis militabant: Quinetiam edicto publico mandauit, Lotharingum bello incessere, & quocunq; modo possent hãc iniuriam vindicare.	Falelss.
	Missi sunt itaq; Centuriones duo, sub Espernonio merentes, Columbrierius, & Oliuerius, qui Lotharingiam infestarent. Hi cum fortè in manus ducentorum equitum Sedunensium incidissent, eos penè omnes trucidarunt: sed & Metenses, Langresij, & Cassii clàm excurrentes, multis in locis Lotharingis damna non contemnenda intulerunt.	Sedun. Metz.
5. Februar.	Sexto die Februarij, Nauarræo, cui alea belli tunc fælix erat, & benigna, rursus alia quadam oppida, inter quæ Hausluer, Cillebecum, & Cillebuefium se dediderunt: ita vt omnis pœnè Normandia Rothomago, pauciss; aliquot, oppidulis exceptis, eius pareret imperio.	
	Quinetiam Espernonius & frater eius Valletius, Mommorantius, Lanous, qui Nauarræum sequebantur, alijs in prouincijs multa oppidula vi & deditione ceperunt, adeò vt res Catholicorum confœderatorum in Francia penè deplorata viderentur: plus tamẽ proditio interna, quàm vis externa hac in re potuit: cum in singulis oppidis fuerint, qui Nauarræo, eiusq; religioni fauerent, quorum ope seditionis excitatæ Catholici victi, arcesq; & oppida Nauarræo tradita sunt.	Francia.
	Hispani	

LOCA. TEMPOR.

Hispani interim aliquot in Belgio militantes, cum multa ipsis stipendia deberentur, nec vlla fieret solutio, tumultuari cœperunt. Cessabant arma, Parmensis se vt priuatum gerebat. Hispani itaq; vt quoq; modo solutionem sibi ipsi procurarent, in Flandria Cortracum vi occuparunt, magnamq; in expetulantiam & audaciam exercuerunt, donec datis vadibus, stipendia antea promissa illis numerata sunt.

Groning. Dum hæc aguntur in Flandria, Groningenses ab hostibus vndiq; cincti, periclitabantur, & opem quotidie à Parmensi implorabant, sed nescio quo fato, res Regiæ tunc parũ solutè geri videbantur. Interim VVilhelmus Nassouius Comes, propugnacula quæ circum vrbẽ erant, Vlme, Til, Sont, & Camp in suam potestatem redegit, totiq; territorio Groningensi graue tributum imperat.

Tsherenberg. Tandem, vrgente Verdugio, Parmensis aliquot copias Hispanorum, aliorumq; peditum misit; quibus Verdugius cum Comite Tsherengio, & 22. signis peditum ad Rhenũ obuiam processit. Iter vero Groningam propter fœlices hostium progressus non est acceleratum. Oldenzalium deinde cum venissent, per Tventam Amisium versus profecti sunt, vt tandem Groningam venirent.

Dum Verdugius in itinere est, Nassouij exercitus quingentis equitibus, & aliquot copijs peditum, ductore Oberstenio, augetur. Sed dum alter alterius vires metuit, nihil præclari actum est; nisi quod territorium Groningense cum vicinis prouincijs, & VVestphalia miserè modis spoliata, vastata sunt atq; diuastata.

Diepe. In Galliacum Nauarræus Diepam venisset, Mayneus cum omni suo exercitu vrbem hanc obsidet, & sub ipsius mœnibus tormenta bellica disposuit, sæpè in vrbem pilas misit, sæpè vicissim pilis ipse ex vrbe salutatus est: Nauarræi erumpentes, aliquoties in castra Maynei impetum faciunt, & à Mayneanis repelluntur.

Fluuius vrbem interluit, per quem oppidanis necessaria aduehuntur. Fluuio hoc ponte strato Mayneus hanc commoditatem Ciuibus impedire cœpit. Quod vt minori suorum incommodo faceret, collem vicinum è regione arcis Arkensis munita, & quæ à Nauarræis custodiebatur occupauit. Ingens hic orta est pugna, dum neuter cedere voluit.

Nauarræus equitibus, Mayneus peditibus præualebat; & nunc huc nunc illuc victoria inclinabat. Vicere tandem Nauarræi, eò quòd Nemourij equites, turbatis ordinibus fugerent. Mayneus hac clade accepta, cùm intellexisset Ducem Longeuillum & Lanoium cum suis copijs aduentare, vt Nauarræo subsidio essent, obsidionem soluit, & milites reducens in hyberna distribuit. 11. Febru.

Quemad-

1590. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPOR. LOCA.

Quemadmodum antea Lutetiæ multi Hugonotarum religioni deuoti, omnem quærebant occasionem, vt hosti vrbs dederetur: sic eiusdem religionis ex farina homines, Rothomagi circiter centum idipsum tentarunt. Est autem Rothomagum Normanniæ Metropolis, vrbs populosa, emporium celebre & opulentum, castro munitum. Paris. Rhotomagum.

Habebant hi centum ciues in Castro, centum alios suæ factionis præsidiarios. Horum opera 21. die Februarij, primo diluculo castrum occuparunt; Catholicos omnes, qui à Confœderatis stabant, trucidarunt; qui dubij erant, in suam societatem reseruarunt; & passim; viue le Roy, hoc est, viuat Rex, quasi victores, clamitarunt. Vicarium quem nostri Locumtenentem vocant, audito tumultu, & arcem videns ab hoste occupatam, è turri se fanibus dimisit, atque in vrbem ad Magistratum populumq; veniens, eu, quo loco res esset, exposuit: & vt summa celeritate Arcem denuo oppugnent, hortatur. 21. Febr.

Paret Senatus populusque: concurritur ad arma, machinæ bellicæ octo attrahuntur, quibus muri vsque in sequentem diem continuis tonitruis verberantur: postridie circa meridiem, cum latissima strata esset ruina, territi, qui in arce erant, certis conditionibus se, arcemq; dediderunt. Centurio vnus & quinquaginta circiter ex ijs, qui à ciuibus Arcem occuparant, capti sunt, & paulò post extremo supplicio affecti: alij præsidiarij alienigenæ dimissi sunt.

Sub finem Februarij Mauricius Comes Nassouius cum Comite Holachio & exercitu Seuenbergam, Montes Gertrudis obsidere se velle simulat, cum interim Bredæ patriæ vrbi insidiaretur. Incesserat hic rumor per omnia loca vicina, & iam iam vrbem fore obsidiendam putabatur. Gubernator vrbis Bredanæ eò profectus, omnia ad defensionem præparauit. 28. Febr. Gertrudēberg.

Peropportunè hoc accidit Nassouio, & absente Gubernatore consilium suum maturandum arbitratus est. Erat Nauta quidam, qui cespites (quibus nutriendis ignibus vtuntur) ex more in arcem Bredanam aduehere solebat. Cum hoc Nassouius conuenit, vt 70. lectissimos milites, quorum præfectus erat Carolus de Haraugnerre, in aluo nauis absconderet cespitesq; superimponeret, atque Bredam veheret. Sed quia ventus erat contrarius, biduo tardius Bredam venit, quàm sperabatur. Breda.

Tertio itaq; Martij sub vesperam, in vrbem appulsus, nauim per emissarium, sui cataractum in arcem subuehit. Quia verò hyems erat aspera, cespitibusq; in Arce egeret, statim nauem cœperunt exonerare: sed quia nox instabat, residuis cespitibus in naui relictis, discessum est. Quin & nauta se extremè defessum dicebat, sumerent, tot cespites, quot ea nocte in excubijs suis q; stationibus egerent: reliquos postridie exportarent. Consilium enim Nauta erat, vt hoc modo baiulos domum remitteret, ne exonerata penitus naui proditio detegeretur. 3. Martij.

Milites qui sub cespitibus latitabant, vbi gentium erant ignorabant: Tunc præfectus eis consilium stratagematis exposuit, & vt sese viros præberent exhortatus est: esse namq; eos in loco, vbi ante auroram insignem parere victoriam, prædamq; opulentissimam sibi possent comparare. Profunda nocte, cùm præsidiarij omnes, excepta solita excubijs, altum dormirent, milites naui egressi facili negotio, paucisq; desideratis omnes vigilum stationes occuparunt, & postea totum castrum in potestatem eorum venit.

Exemplo

ALEXANDRO FARNESIO PHILIPPI

Extemplò dato Nassouio & Holachio signo, quale inter ipsos conuenerat, subsidia venere. Holachius primo summa celeritate aduolat, cum Nassouius secutus, & per posticum in arcem intromissus est. Eruptione deinde facta in vrbem, Itali qui in ea erant, improuisa arcis occupatione territi, & animo consternati; non expectata pugna, turpiter vrbe derelicta fugerunt. Ciues certis conditionibus Nassouio se dediderunt, quibus mulcta pecuniaria ad solutionem militum imperata est.

Carolus Comes Mansfeldius, cum lecta militum manu Antuerpia profectus est, vt Ordinum copias, quæ in Osterholt & vicinis locis considebant, Campaniamq; miserè depopulabantur, aut cederet, aut fugaret. Cum Ordines aduentum Comitis intellexissent, diuisis dimissisq; copijs, ad sua reuersi sunt. Comes suos in Seuenbergenses ducit, qui oppidum initio, mox etiam Arcem dediderunt. Deinde & propugnaculum vicinum aliquot diebus oppugnauit: sed quia in littore excitatum, facile ab Hollandis, nouo milite & commeatu defendi posset, relicta obsidione aliò exercitum deduxit. 10. Martij.

Misit Parmensis Dux in Franciam Maynæo petenti subsidia, nouasq; prælio paratas manus, sub Imperio Comitis Egmundani, qui magnis itineribus, summaq; celeritate suos mouet. Maynæus re intellecta, Egmundano, ne quid detrimenti ab hostibus accipiat, occurrit, vt iunctis viribus tutiores essent.

Nauarreus Druydarum oppidũ, vulgo Dreux, in Nortmannia arcta obsidione premebat. Eam vt soluerent, suos vndequaq; euocat Maynæus, exercitumq; cogit validissimum, quem 9. Martij in Druydensem agrum ducit. Mareschallus Aumontius, qui Iurij ad fluuium Houre castrametabatur, cum suis copijs ad Nauarreum tendit, & se eius exercitui iungit.

Nocte ad Maynæum fama perlatum est, Regem machinas bellicas à mœnibus retraxisse, & castra sua inter duo flumina, oportuno admodum loco, quo vndiq; sibi subsidia mitti possent, fixisse. Dominus itaq; de Santes cum parte exercitus Maynæi, ad Nauarreum contendit, belli aleam periclitaturus; an cum eo manum conserere, exercitumq; illius carpere posset.

Cùm in conspectum Nauarræorum venisset, eos longè quidem à Druydarum muris castrametari, sed equites leuis armaturæ, in ripa fluminis dispersos, pontem deiecisse deprehendit, & ad Maynæum in castra reuersus est. Maynæus illo die & nocte sequenti nihil tentauit. Postridie intellexit Nauarreum Nouancouertium cum suis contendisse.

Dux itaq; per pagos Iurium & Gareinæum profectus, suos per Pontem fluuium traduxit. Hic nunciatur illi, Regis aliquot copias visas esse. Exploratũ itaq; emissi sunt Rosnæus, Gessanius, Boisdalphinius. Interea Vice-Comes Touãnæus ordines instrueret, exercitumq; componeret, iuxta præscriptum à Duce Maynæo acceptum. 13. Martij.

Rosnæus citato equo, à reliquis longius ferebatur, & 400. hostium equites, in tres turmas distributos conspexit. Quamobrem suos stitit: sed cum videret Nauarræos se petere, & celeriter aduentare; item pedites quoque instructos subsequi, suos in Pagum vicinum abducit; ipse ad Maynæum redit, nunciatq; hostem in armis cum toto exercitu pugnam expectare, & iam iam appropinquare: locum prælio aptum esse, nullas esse syluas, nulla flumina. Nauarreus, quia Maynæani in duas partes diuisi erant, pugnam accelerabat, priusquam denuo coniungerentur: interea aduenit Maynæus, aciemque in duas

in duas alas ex ſclopetarijs, intermixtis haſtiarijs, compoſuit, equites in medio inter duas conſtituit, maiora tormenta extra aciem in parte ſiniſtra vehebantur. Eadem ferè erat & Nauarræi exercitus forma. Vtrq; hic exercitus ab hora ſecunda pomeridiana, vſq; ad veſperum in acie ſtabat: nulla diſplodebantur machina, nulla fiebat velitatio.

Sub noctem omnes in ſua caſtra reuerſi ſunt: vix vnius Leucæ ſpatium inter duo caſtra intererat. Poſtero die Rex Nauarræus ſuos caſtris educit, rurſus aciem inſtruit, & in hoſtem fertur. Antequam ad pugnam ventum eſt, & Rex à ſuis moneretur ne vitam nimis temerè periclitaretur; belli aleam eſſe dubiam; multum intereſſe, vt diu viuat incolumis; ipſe vicißim eos omnes ad conſtantiam & fortitudinem hortatus eſt: ab hac pugna pendere ſalutem Reipub. Gallicæ, & Religionis Reformatæ. Se non metuere, primũ in acie fore. pugnaturum pro lege & grege; vincere aut mori velle.

14 Martij.

Dreux.

Dum ſic alloquitur ſuos Nauarræus, Maynæus ſuas quoque legiones inſtruit: Pagus erat in vicinijs, hunc Rex occupare nitebatur, vt ſuas res faceret meliores. Maynæus hos impedire volens, ratus ſe nunc occaſionem turbandi à latere ordines hoſtium nactum eſſe, Vice-Comitem Touãnaum cum Hiſpanis, qui in dextra ala erant, in latus exercitus hoſtilis cum impetu immiſit: ſiniſtram quoque alam, in qua Germani & Burgundi erant, ſubſequi præcepit.

Dux primus erat in acie, increpans ignauos, laudans fortes, & omnia vt debito modo peragerentur comparans. Videns Rex ſe à Ducepeti, ſiſtit gradum, aciem vertit, & tormenta maiora omnia in hoſtem eiaculatur. Vice-Comes metuens, ne qui in dextra Regis ala erant, interea pagum occuparent, in eos grandiores aliquot pilas mittit, & equites nonnullos in eos irruere præcepit.

Fit pugna initium. Vice-Comes cum Domino Baſompierio, & centum equitibus primus in hoſtem fertur: putans omnes alios ſubſecuturos ſed ſpe fruſtratus eſt. Nauarræus interea cum toto exercitu in Maynæanos impreßionem facit; ad manus venitur, collato pede prœliatur. Fit atrox pugna, cadunt vtrinq; multi.

Equitatus Domini de Sans, Comitis Egmundani, & album Maynæi vexillum fortè prætorium fortiter pugnarunt: ſed tandem vnà cum Egmundano cæſi fugatiq; ſunt. Peditatus quoq; trucidatus, captus, & in fugam actus. Ex peditatu Gallico multi abiectis armis euaſerunt, & in fugam ſe dederunt. Germani armis ſpoliati, in caſtra remißi ſunt.

Deſiderati ſunt è Confœderatis Catholicis in Francia: Egmundanus ille Comes, Chaſtineraius, Darconaquius, Cæreonius, Bonderſantius. Captus Boiſdalphinius, è Nauarræis iunior quidam prin[illegible] Condæus cæſus dicebatur. Poſt cæſum Egmundanũ Maynæus receptui cecinit, & exercitum ſaluum abduxit, ille verò citatis equis Lutetiã profectus eſt, cui vrbi maxime metuebat.

Paris.

Nauar-

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO.

1590.

LOCA.		TEMPOR
	Nauarraus confestim litteras Duci Longeuillio misit, quibus prosperum pugnæ successum nunciat, suas gratias agit; & vt omnes copias suas ad Sequanã, iuxta Pontisarenses ducat, præcipit. Ipse Melodunum profectus, oppidum capit, præsidio munit, & commeatum inferri iubet. Mox ad Druydarum oppidum reuersus, illud obtinet; postea cum	
Melodunum.	exercitu hominum 40. millium Lutetiam venit, vrbemq; arctissimè obsidet, inq; obsidione menses multos perseuerat, nihil tamen præclari potuit agere; cum qui in vrbe erant, omnia potius perpeti, quàm vel vnguem latum à fœdere atq; à Religione Catholica recedere voluerunt.	8. Maij.
Paris.	Dux Maynæus interim Cameraci moram trahens, literas ad Parmensem mittit, quibus significat, se quædam arcana habere, quæ literis credere minimè consultum esset. Petere igitur quantocyus ad se veniat, vt simul de ijs rebus colloquantur. Parmensis acceptis literis statim se itineri accingit, & 22. Maij Condæum oppidum venit. profectus est eodem & Mayneus, vbi aliquot diebus soli, omnibus remotis arbitris, collocuti sunt, conuentumq; est vt Parmensis in Galliam proficisceretur.	
Nimmegẽ	Interim Hollandi Nouiomagum tentant, obsident, candentes globos 28. Maij in vrbẽ mittunt, Knodensburg propugnaculum è regione vrbis construunt, sed Carolus Mansfeldius Comes in auxilium veniens hostem abigere atq; in Batauiam reijcere conatus est: Nouiomagum venit: hostis intellecto eius aduentu, Cuesq; concordes esse, nullam sedutionem oriri, nec animos eorum deficere, de soluenda obsidione cogitauit, relicto tamen validissimo ex opposito vrbis propugnaculo.	28. Maij
Bonna.	Bonna toties iam ab hostibus capta & recepta, nouo per eosdem dies infortunio magis deformatur. Templum enim in oppido est antiquissimum ab Helena quondam in honorem Cassij, Florentij, aliorumq; Thebæorum Martyrum ædificatum & plumbo tectũ. Festo S. Iacobi Hispaniarum Apostoli, hora pomeridiana sexta, fulmine turri concussa, ignem corripuit, & quicquid in illo combustibile fuit, deflagrauit, plumbum liquefactũ distillans prohibuit, ne pateret accessus. Quo factum, vt exusta turri, templum quoque magna ex parte exarserit, atq; ita:	
	AEdes, qVaM CeLebrIs Bonna ConstrVXIt HeLena,	
	IaCobI festo fVLgVre taCta rVIt.	25. Iulij.
	Hanc tamen venerandum ibi Capitulum, ingenio, opera, & diligentia, Domini Gerardi Alectorij Scholastici Bonnensis, viri linguarum rerumq; peritia ac prudentia præstantissimi, iterum erigere, & in pristinum statum reducere curauit.	1. Augusti.
Brussel.	Parmensis Dux, primo Augusti die, Bruxellis, magna cum celeritate Montes Hannoniæ profectus est. Inde Valencenam, Valencena in Picardiam, atq; per Veromandios in Franciã equitatum, peditatumq; 18. circiter millium animis omnes inuictos, armis & vestitu regio more exornatos secum ducens magnis itineribus contendit. Vbi Rex Nauarræus iam quintum penè mensem in obsidione Parisiensi trahebat, Cuesq; Lutetiæ Saguntinæ fame laborabant, constanter Parmensem expectabant: Huic, iam latinum, (vulgo Meaulx) adiunxit se Mayneus, Parmensis Laigny obsidet, tandem & exercitum Parisios mouet. Nauarræus verò obsidionem soluit Parisiensem, cum enim videret Parmensi cuncta bene succedere, nec se illum posse impedire, consultum ipsi visum, reliquam exercitus partem, quam in propugnaculis ante Lutetiam reliquerat euocare.	
Paris.		29. Augu.
	Dux Par-	

TEMPOR.

LOCA.

Dux Parmenſis cum intellexiſſet obſidione Lutetiam liberatam:ita, vt cõmeatus Ciuibus commode poſſet ſubuehi:intermiſſa tam diu obſidione Laigniarenſi,immenſam vim omnis generis cõmeatus in vrbem Pariſienſem intulit: ita vt quod pridem 25. coloratis emebatur,tunc emeretur duobus.Dici non poteſt quanta fuerit in vrbe lætitia. Paris.

1.Septẽb. Parmenſis deinde ad oppugnationem Laigniarenſem reuertitur. Tanta vi, tantoq; impetu ad oppidum fulminauit, ſtratiſq; ruinis tanta contentione illud oppugnauerit, vt inſperante pene Nauarreo expugnauerit, inuaſerit, omne præſidium trucidauerit. Inuenta eſt ibi magna frumenti,carnis, vini, alteriuſq; annonæ copia, nam præter id, quod Rex importari iuſſerat,etiam eodem tempore fuerat templi vrbis dedicatio.

Charentõ.

Dux victoriam hanc proſequitur,exercitum ad Pontem Charentiny tribus ab vrbe Pariensi milliaribus ad fluuium ſitum,trãſportat.Ciues nouo Laigniarenſium exemplo territi,inito conſilio ſe vltrò Parmenſi tradiderunt.Inde ad Pontem S.Claudij ſeu Clodonei cum exercitu veniens,ciues deditionem offerentes obuios habuit, quibus in fidem receptis,à Pariſiẽſibus magnificè inuitatur, & vt in vrbem,quam cum auxilio Dei ipſe conſeruarat,veniat,hic multis proceribus à Pariſienſibus inuitatus, eorum petitioni ſatisfacere volens,cum lectiſsima Principum & Nobilium manu eo profectus eſt. 13.Septẽb. S.Clou.

Poſtquam vrbi appropinquaret Dux Mayneus,parlamentum,Magiſtratus,Nobiles & Optimates vrbis illi obuiam effuſi,incredibili lætitia, honore,pompa & triumpho in publica proceſſione exceperunt, & in vrbem atq; Eccleſiam introduxerunt, feſtiuo iubilo hymnum Ambroſij & Auguſtini canentes.Deoq;,qui ipſis talem liberatorem miſerat,immortales gratias agentes. Paris.

Interea in Belgio multæ arces & propugnacula à Mauritio Naſſouio Comite capiuntur:is enim collecto exercitu,primò munitiſsimam Arcem Heelenſem,& Hemertiũ, in Inſula Bommelenſi occupauit. Inde propugnaculum de Graue iuxta VVeſaliam Cliuia paucis diebus deditione cepit. Luttekenhouium quoq; in Diœceſi Colonienſi capit,ſed opera & diligentia Groesbekij breui rurſus amiſit.

Exercitum deinde in Brabantiam traduxit, & munitionem Terheiden iuxta Bredam,& Roſendalium recuperauit,ſoloq; adæquauit. Steenberga verò oppidulum deditione in ipſius poteſtatem venit. Præſidiarij Montium ad Zomam, & qui in vrbe Bredana erant, poſtquam prædabundi totam Campaniam eſſent depopulati, tandem admotis ſcalis vrbem quoq; Thenenſem, in ſuam poteſtatem redegerunt. Sed quia vrbẽ magnam,& parum munitam contra vim regiam defendere non poſſent,ſpoliatam deſeruerunt.Tam opportuna fuit Mauritio Comiti Naſſouio Parmenſis & exercitus Regij abſentia,qui quidem Parmenſis Petro Erneſto Comiti Mansfeldio interim dum abeſſet Gubernationem prouinciarum Belgicarum concredidit.

Rogatu Pariſienſium Corbeillium oppidum,arte,natura, & præſidio munitum,ſed iniquo Pariſienſibus loco ſitum, Parmenſis poſt trium ſeptimanarum obſidionem, non ſine cede tamen & ſanguine ſuorum expugnauit.Interea Parmenſi noua copia,nouuſq; commeatus ſummittuntur,ne in tam fœlicis rerum gerendarum progreſſu retardetur.

Interea

LOCA.	LEONIS BELGICI DESCRIPTIO.	1590. TEMPOR.
Venlo.	Interea Venlonenſes ſuum militē præſidiarium eiecerunt, à quibus vltra modum affligebantur, & vt cauſæ ſuæ æquitatem monſtrarent, literas ad Gubernatorem Mansfeldium Senatumq; Regium miſerunt: quibus promittebant, ſe in Catholica Religione & fide Regi permanere velle, à neutra vnquam recedere. Quod autem Regium militē eiecriſſent, non hoc eo animo factum eſſe, quod rebus nouis ſtudere cupiant, ſed quod ſe vxoreſq; & liberos ſuos ab immani & barbara eorum crudelitate, quotidianiſq; iniurijs tandem ſemel expedire coacti ſint: Rogare igitur ſuam excellentiam, hoc factum non inique ferat, præſertim cum Regi ex eo nihil detrimenti ſit acceſſurum.	
Bruſſel.	In Gallia, poſtquam Parmenſis Lutetiam obſidione liberaſſet, commeatuq; iuuiſſet, multaq; oppida vicina occupaſſet, omniaq; feciſſet, quæ tam exiguo temporis ſpatio fieri potuerunt: iamq; tempus inſtaret, quo in Belgium erat reuertendum; de præſidijs in vrbibus relinquendis actum eſt. Sub finem igitur Nouemb. Parmenſis ſuas copias in Belgium reduxit: ipſe cum omni nobilitate eiuſdem menſis die 4. relicto reliquo exercitu in confinibus Galliæ, Bruxellam reuerſus eſt.	2. Decem.
Herentals.	In Brabantiam autem reuerſus Parmenſis, eum ſtatim non inuenit, quem ſperauerat. Nam poſt multas ab hoſtibus captas munitiones, poſt amiſſas machinas bellicas, poſt ſpoliatas vrbes, hoc etiam mali acceſſit, quod Hiſpani, qui in Campania iuxta Herentals, & in vicinis locis hybernabant, ob multorum menſium nō ſoluta ſtipendia, tumultuabātur. Adde quod Ordinum Regi aduerſantium nomine Comes Oberſteinius VVeſtphaliam etiam depredatus eſt, Epiſcopatumque Paderbonenſem ſpoliauit, multaque crudelitatis facinora, in Gerſeckem aliſq; locis, Monaſterienſis quoq; diœceſis edidit.	4. Decem.
	Parmenſis poſt reditum ſuum ex Francia, Petrum Erneſtum Comitem Mansfeldiū in Ducatum Luxenburgenſem, cuius erat Gubernator Bruxellis dimiſit: & eodem menſe Bredam ſtratagemate tentabat, ſed re infœliciter geſta, & re detecta, ad hoc ſubornati capti & in partes diſſecti ſunt. Eodem modo & tempore qui in Tvventa hybernabant Regij: Lahonium occupare ſperabant.	27. Dece. 1591. 4. Ianuar.
	Dominus Telegnius Lonoi filius, qui Tomaci captus erat, duobus magni nominis Hiſpanis, qui in claſſe Hiſpanica (de qua ſupra dixi) capti, in propugnaculo Rameckem hactenus ſeruabantur permutatis, è caſtro Antuerpienſi liber dimittitur. Comes etiam Briſſacus poſt 7. menſium captiuitatem tandem libertati reſtitutus eſt, qui à Confœderatis Catholicis Francia Bruxellas miſſus eſt Legatus, ad Parmenſem, vt ſuppetias ab eo contra hoſtem Nauarraū flagitaret, ſi non milite ſaltem pecunia confœderatos iuuaret, impetrat igitur magnam pecuniæ vim, quam à Parmenſi impetrauit, & ad ſocios lætus reuerſus eſt, paulò poſt Brionius in arce Mirebelliana capitur, Tureniaq; Comes ad Comitia Nauarræi nomine in Germaniam Francofurtum mittitur.	4. Februa. 31. Martii. 10. Aprii.
Zutphen.	Naſſouius poſtquam 22. Maij propugnaculum & munitionem Zutphaniæ inſigni ſtratagemate recuperaſſet, non diutius cunctandum ratus, collectum exercitum ſumma cum celeritate ad Zutphanienſem ciuitatem duxit; Ponte nauali Iſalam ſtrauit; machinaſque bellicas Arnhemio ſecundo flumine in caſtra aduehi præcepit, vrbemque arctiſſimè obſedit. Comes Oberſteinius ille, de quo ſupra, in primo ad vrbem aduentu, cum incautius luſtrat mœnia, globo traiectus ipſo momento occubuit, eadem nocte tormenta bellica è nauibus extrahuntur, rotiſque impoſita tanta celeritate, locis ſuis oportunioribus diſponuntur, vt fidem penè excedat. Poſtridie circa meridiem præparatis omnibus magno impetu ad vrbem fulminatum eſt, innumeriq; globi in vrbem immiſſi præſidiarium animos extemplò conſternarunt.	22. Maii. 29. Maii.
	Præfecti	
	REGIS NOMINE LEONEM GVBERNANTE.	CCXXII.

TEMPOR. LOCA.

Præfecti & Centuriones non expectata maiori vi, ſtatim deditionem certa conditione offerentes, aliquot dierum inducias petierunt: quod ſi interea Parmenſis vrbi ſubſidia non mitteret, eam ſalua vita & bonis omnibus Naſſouio traderent. Reſponſum, dies nullos illis permitti poſſe: aliquot tantum horas concedi, quod ſi interea ciuitatem non dederent, nullam deinceps veniam eſſe expectandam.

Vrbs erat ampla & ſpacioſa: præſidium exiguum, ad tuenda mœnia minime ſufficiens, adhæc commeatus exigua erat copia, pulueris verò tormentarij, ſaliſq; magna inopia. Quares præſidiariorum animos adeò contraxerunt & debilitarunt, vt turpem nimis deditionem facere non verererentur. Declinante itaq; iam ad veſperam die accincti gladijs, & quantum ferre poterant exportantes, dimiſſi ſunt.

30. Maii. *Tanta hac omnia celeritate geſta ſunt, vt tam vrbs quàm propugnaculum, citius occupatum ſit, quàm fama obſidionis ad vicinos peruenerit. Naſſouius 30. menſis Maij ingreſſus vrbem, eodem penè momento equitatum omnem Dauentriam, qua Zutphania duobus tantum miliaribus diſtat, præmiſit. Peditatus cum omni apparatu bellico, qui tam copioſus & inſtructus erat, vt nihil deſideraretur, quod aliquo modo expeditionem poſſet retardare, mox ſubſecutus eſt.* Deuenter.

31. Maii. *Naſſouius Comes in caſtra ad Dauentriam veniens, exercitum in certas turmas diuiſit, ſinguliſq; ſuas ſtationes aſsignauit, quas circumductis vallis munierunt. Deinde duobus Pontibus fluuium, vnò ſuprà, altero infrà vrbem iunxerunt. Tandemquibus locis vrbs erat infirmior, tormenta bellica locarunt.*

3. Iunii. *Parmenſis, amiſſa iam Zutphania, nunc obſeſſa Dauentria, paulò poſt periclitante Nouiomago, tertio die Iunij lectiſſimas aliquot peditum equitumq; cohortes, ad Moſam fluuium præmiſit: ipſe cum reliquo exercitu, omniq; apparatu bellico, decimo Iunij ſubſecutus, magnis itineribus, citatiſq; equis poſtridie Traiectum, inde Ruremundam venit, vt Dauentrienſibus ſuccurreret, hoſtemq; à mœnibus fugaret.*

Mauritius verò Comes Naſſouius paratis omnibus ad oppugnationem neceſſarijs, die Sanctiſſimæ Trinitati ſacro, qui nonus erat menſis Iunij, in ipſo diei crepuſculo, 28. tormentis maximis portas & mœnia, ſine vlla intermiſsione aliquot horis verberauit. Deinde per Tubicinem deditionem poposcit.

At Hermannus Tſherenbergius Comes, vrbis Gubernator, Mauritij conſobrinus, renunciare Tubicinem iuſsit, ſe Conſobrinum ſuum ſalutare, feſtumq; diem illi optare: Ciuitatem autem ſe in vſum Regis ſui defenſurum, quamdiu viueret. Relato in caſtra hoc nuncio, abſq; vlla mora tanto furore & inſania, tanto fulmine, & tonitru, tot tormentorum ictibus toto illo die, ſine vlla intermiſsione, debacchatum eſt, vt cœlum rumpi & terra tremere videretur.

Admirandum multis viſum eſt, machinas tantam vim ſuſtinere potuiſſe & non potius ignu. globorumq; violentia diſruptas eſſe. Machinas autem commodiſsimo loco diſpoſuerant, vbi mœnia vallum obiectum aut nullum, aut exiguum habebãt: ſed propter fluuium & portum adiacentem tuta putabantur. Præterea tanta erat in vrbe pulueris inopia, vt licet tormenta oppidani haberent plurima, vti tamen ijs non auderent: metuentes ſibi in oppugnatione pulueris defuturum. Cuius ſi copiam habuiſſent, Ordinum vires retardare, machinas multas facilè diſturbare, hoſtemq; à muris longius reijcere potuiſſent.

Numerati

LOCA. | TEMPOR.

Numerati ſunt eo die plus quam quatuor ictuum millia, totidemq; grauiſſimi ponderis pilæ in ciuitatem eiaculatæ. Interea nauis quadam oblonga è flumine in portum ſubducitur, aſſeribus ſtrata, pons conficitur, per quem in ruinas, atq; adeò in vrbem ipſam, cum oppugnatio fieret, milites procurrerent.

Deinde ex ſingulis ſtationibus relinquuntur, qui vrbem oppugnarent. Prima pugna Anglis decreta eſt: Secunda Scotis: Tertia Comiti Solmenſi & Domino de Brede rode, qui omnes iam ordine, quo res tentanda eſſet, in armis parati ſignũ expectabant. Strata tam latiſſima ruina, claſsicum canitur. Angli magno clamore, furore q; primi vrbem inuadunt. Oppidanorum ſeptem ſigna in ipſis ruinis ſtabant, omnes ad pugnam paratiſſimi. Cum Angli in Pontem defiliſſent, inuentus eſt pons breuior, quàm vt ex illo in ruinas perueniri poſſet, hic priores vrgentibus poſterioribus plurimi ex Anglis in aquam detruduntur, & ſubmerguntur: alij ex parte in ruinas proſilientes, ab oppidanis hoſtiliter accepti, & trucidati ſunt. 9. Iunij.

Magna hic Anglorum ſtrage edita tandem receptui canitur. Neque incruenta fuit hac oppidanis victoria. Dum enim pugnatur, Ordines bis tormẽta bellica ſua diſplodũt, & in propugnantes eiaculantur. Sternitur hic quidam Mulertius ſiue nobilis Milortius, cui globo à latere Comitis Hermanni caput auferitur: ſternitur & alius, ipſe Comes lapide à muro pila diſiecto grauiſſimè in facie vulneratus: adeò vt viſum penè amiſerit. Ceſſatum eſt eo die.

Poſtridie omnia denuo & ad operas diſturbandas, & ad vrbem oppugnandam præparata ſunt: ſed qui in vrbe erant, iniquiſſimo ſe loco pugnare videntes, de deditione cogitare cœperunt. Inſignis toto obſidionis tempore Comitis Hermanni virtus emicuit, qui, ſi vulneratus non fuiſſet, aut nunquam aut vi vrbem hoſtes capere oportuiſſet. Deditionis enim mentionem non ferebat.

At hoc rerum ſtatu, cum ipſe decumberet, & quidem ſatis periculosè, hoſti quoque multo facilior in ruinas, quàm oppidanis pateret acceſſus, egrè tandem eo deductus eſt, vt cum alijs de deditione conſenſerit.

Dum itaq; Ordines ſe ad nouam pugnam præparant, nuncius in Caſtra venit, qui oppidanos cum hoſte paciſci velle attulit. Magnum in Caſtris exortum eſt gaudium; dantur, petunturq; obſides, deſignantur quibuſcum de deditione ageretur. Pleraq; quæ petebantur admiſſa ſunt. Milites cum omni armatura, omnibuſq; impedimentis & bonis vrbe exierunt: vrbs in poteſtatem hoſtium deuenit. 10. Iunij.

Deuenter. Parmenſis dum in itinere eſt, vt Dauentriam obſidione liberet, intellexit vrbem ab hoſte, vti & Zutphaniam eſſe occupatam. Quare agmen in terram Cliuenſem declinans, ad Monaſterium Martenbaum, non procul ab vrbe Calcarienſi conſedit, partemq; apparatus bellici Ruremondam miſit.

Ordines

VSELLE FLV

EVENDER
Geoff. Munst

TEMPOR.		LOCA.
	Ordines verò Steēvvitam profecti, præsidiarios suis victorijs veritos, claues obuiam laturos sperabant. Sed cum altum in oppido esset silentium, in territorium Groningense exercitum traducunt, vbi Delfzalium, Dammium & Immentalium, quod antea Verdugius Ordinibus ademerat receperunt.	Steenvvic.
10. Iunij.	*Magnus erat circa hoc tempus ociosorum hominum in prouincijs Rhenanis concursus, qui ad Tribunos & præfectis, à Principibus quibusdam Germaniæ designatos, vt Nauarræo militarent, confluentes militiæ nomen dedere, atq; sub hoc prætextu, multas oppidis & arcibus insidias struxere. Nam 10. Iunij Centurio quidam Zvvifel cognomine, sub noctem Abbatiam Tuitiensem hostiliter ingressus, tam præsidio 60 peditum muniuit, his se iunxerunt confestim alij & 40. equites à Regijs ad illum deficientes: ita vt 300. homines in armis habuerit.*	Duitz.
29. Iunij.	*Omphrius quoq; Templius, Bruxellensium aliquando Gubernator, postea verò chiliarcha Nauarræus factus 29. die Iunij intempesta nocte Antenacum, Colonien sis diœcesis ad Rhenum oppidum insidijs atque arte occupare conatus est Schenckium imitaturus, qui tali æstu Bonnam occupauit, vt antea scripsi; Machina namq; ferrea, porta (cui à frumento nomen est) admota, igneq; iniecto, valuas exteriores effregit. Dumque aliam admouere nititur, vt & interiores perrumpat, oppidani fragore admoniti accurrunt, densa in hostem tela injciunt, & fortiter à portu suis repellunt Templium illum, qui Monasterio S. Cornelij (vulgo von Cornelis Munster) cum aliquot centenis peditibus & equitibus inde veniens iuxta Brisacum Rhenum traiecit.*	Andernach.
13. Iulij.	*Parmensis paulò post ex Cliuia vbi cum exercitu eousq; hæserat Nouiomagum mouit, collectisq; omnibus scaphis, & pontonibus nocte VVahalim traijcit & in Batauia Insula inter VVahalim & Rhenum sita castrametatur, ac postridie propugnaculum obsidere cœpit.*	Groning.
14. Iulij.		
25. Iulij.	*Mauritius Comes Nassouius in territorio Groningensi, cum Metropolim aliquandiu obsedisset, Parmensisq; aduentum in Batauiam intellexisset, relicta Frisia exercitū in Geldriam reduxit. Vbi Parmensis Knodsenburgum propugnaculum ita dictum obsedit, sed cum quotidianæ, continuaq; pluuiæ, Batauicam terram prorsus gleboſam, ad gerendum bellum redderēt inutilem, flumenq; in immensum crescerent ita vt opera omnes aquis inundarent, Parmensis suos conuasare, casas incendere, & obsidionem soluere præcipit.*	
	Maiora tormenta præmisit, ipso cum exercitu, totopene biduo adhuc ma[illegible] expectans hostem, si forte ad manum venire auderet, tandem equites primò, deinde pedites eo ordine flumen traduxit, vt nullus è suis desideratus sit. Nam quod ex ficto quodam Iacobo Franco, Germanus quidam scriptor asserit, duas machinas propter celerem Parmensis fugam relictas, scaphas depressas, homines submersos, præsidiarios qui in munitione erat exercitus capsisse, aliaq; fecisse, hallucinatur & errat grauissimè, cum hæc & similia quæ scribit à veritate quàm longissimè absint.	Antuerpē.
	Parmensis enim suis VVahalim vt dixi, sic traductis Nouiomagum venit, Verdugium, Comites Therenbergios: Hermannum, Ludouicum & Henricum è Frisia primò: deinde & Christophorum Mondragonium Antuerpia ad se vocat, qui cū instructissimis equitum turmis Nouiomagum venerunt, vbi inter cætera, & de agendo præsidio diu multumque disputatum est.	Nimmegē

Cæterum

LOCA. | TEMPOR.

Caterum non placuit ea res quibuſdam ciuibus, qui aut ipſi nouas res affectabant, aut ab aliis erant ſubornati: Sanior tamen & potior ciuium pars validum præſidium admittendum eſſe; ſine illo enim Ciuitatem non poſſe arbitrari ſunt. Venit tandem, maior, ſed, vt multis videbatur, deterior ſuffragiorum numerus, adeò vt ab illo die Ordinibus, vrbis potiunda non exigua ſpes affulſerit.

Nouiomagum. — Quarto ſub veſperum, omnibus Principibus, Ducibus, & belli præfectis præcepit Parmenſis ea nocte ſe ad iter parent, Princeps cum 800. circiter equitibus omniq; commeatu aulico, conuaſatis omnibus Nouiomago diſcedit, Verdugio Imperatore totius exercitus, qui in Geldria relinquebatur, & iuxta Craneburgum caſtrametabatur, collocato: qui paucis poſt horis ex vrbe in caſtra quoq; profectus eſt. — 4. Auguſt.

Verdugius exercitum ſibi demandatum poſt aliquot dies longius Nouiomago abduxit, & Moſam verſus cum eo in VVeespagum Cliuiæ, non procul à Gocchio profectus eſt. Naſſouius & ordines ſiue à fautoribus, quos in vrbe habebant vocati, ſiue quia exercitū diſceſſiſſe audierant, ingenti claſſe comparata & inſtructa VVabalim ingreſſi aduerſo flumine, ſed propitio Nouiomagum veſtigarunt.

Spadam. — Interea dum Parmenſis aduerſa valetudine ad fontes Spadanas conflictatur, Illuſtriſſimus Imperij princeps Elector Erneſtus Bauariæ Dux, in Germaniam peditum aliquot copias coegit: hic redux Parmenſem ſalutat, deq; oppidorum Diœceſeos Colonienſis euocatis præſidijs Regis Hiſpaniarum, reſtitutione cum eodem egit.

pagina 428. & 432. — Poſtea etiam Carolum Billæum intimum ac ſecretum Conſiliarium ſuum, de quo ſupra diximus Bruxellenſem, Bruxellas mittit. Parmenſem (apud quem in ſumma fuit æſtimatione) oraret vt præſidia, quæ in oppido Diœceſeos Colonienſis habebat, euocet. Parmenſis princeps intellecta, ac reiterata Electoris Erneſti petitione, conſiliarios belli ad ſe vocat, quibus, vt & principi tum Billæo proponit, ſuam petitionem æquam eſſe, ratioq; prorſus conſentaneam; proferens inter cætera, etiam hæc ad perſuadendū argumenta conducentia. Præſertim cum Rex Hiſpaniarum Philippus ab initio promiſerit, ſe huiuſmodi oppida, ſuis ſumptibus recuperaturum, & recuperata Erneſto Electori conſanguineo ſuo reſtituturū, quibus ex eloquentiæ ſuæ pharetra etiam hoc addidit, iam pridē decretum eſſe ea reſtituere.

Fuerunt autem ex Conſiliarijs quidam, qui minimè conſultum eſſe exiſtimabant, eo rerum ſtatu præſidia Regis euocare, oppida Principi, cuius nomine Billæus aduenerat, reddere: fore enim hoc non tantum Religioni Catholicæ, & Romano Imperio, ſed ipſi Principi Electori pernicioſum, vrbibus enim præſidijs iſtis deſtitutis proteſtantes Principes & Hollandiæ alijq; Philippo Regi aduerſantes Ordines, inſidias ſtructuros, atq; effecturos, vt in ſuam poteſtatem redigerent, putabant. Ac licet hæc & ſimilia argumenta Billæus abunde ſatis confutauerat, tamen aliud tum temporis obtinere non potuit, quā quod viſum fuerat negotium, hoc denuò ad Regem referendum, indeq; ex Hiſpania reſponſum eſſe expectandum, id quod Billæus Principi ſuo referens effecit, vt ipſemet iterum Bruxellis veniens, Ducem Regis ſuijpſius promiſſionis admoneri, tandemq; reſtitutionem impetrauit. Interea Mauritio Comiti Naſſouio deditionem vrbis poſtulanti Nouiomagum deditur. — Neumegē. — 31. Octob.

Conue-


KONIGS
DIE WAEL
DER STADEN

LMMEGEN
VOLCK
PLV
ENT

Conueniunt enim Senatus, Tribuni plebis, Magistri tribuni & officiorum, centurionesq; conueniunt: sententiæ de vrbis deditione rogantur, prauales vota eorum, qui deditionem suadent: leguntur conditiones Comiti Mauritio proponendæ; Senatus continuationem, Religionis vtriusq; exercitium, tolerabile præsidium, aliaque multa, quæ partim concessa, partim negata sunt.

30. Octob. Redit Tubicen, respondetur vt decretum erat. Mittuntur obsides è castris in vrbem & ex vrbe in castra paucis horis negocium paratum est, pleraq; enim quæ postulabantur concessa sunt; excepto Catholicæ Religionis exercitio, bonorum ecclesiasticorum dispositione, præsidiariorum numero, & officiorum Regiorum collatione; Regij milites præsidiarij, qui ciuitatem contra ciuium quorundam voluntatem defendere non potuerũt, cum signis ex vrbe Nouiomagensi Grauiam profecti sunt.

Recepta sunt in eorum locum sex alia signa peditum, & equites aliquot, vrbi præfectus constitutus est Philippus Comes Nassouius, qui hactenus exularunt pleriq; reuersi sunt. Confestim templa omnia spoliata, aræ prophanatæ, imagines disturbatæ & contrita, totaq; reip. facies immutata est.

15. Octob. Eodem die quo Nouiomagum obsideri cœpit Gregorius 14. Pontifex postquam aliquamdiu egrotasset Romæ summum diem obijt. Cardinales cum 14. diebus in conclaui congregati fuissent; tandem nouum Pontificem communibus suffragijs Innocentium elegerunt 29. Octob. die. Belgium.

Rudolphus Imperator, etsi iam antea sæpe Ordinum Belgicorum confœderatorum animos frustra tentasset, vt eos ad pacem amplectendam adduceret, à proposito tamen non destitit, sed pacis amantissimus, Legatum suum in Hispaniam ad Regem misit, ei mentem suæ Maiestatis declaraturum. Rex audita legatione Cæsari totum pacis negotium commendauit, & quicquid Cæsar ageret, se ratum habiturum promisit.

Princeps itaq; aliquot viros nominauit, quibus legationem decreuit; vt primo ad Parmensem, deinde ad Hollandos proficiscerentur præcipiens. Profectus est die S. Michaelis sacro, Generosus Dominus Ioannes Hernsteyns ex aula Cæsarea Praga Coloniam,

3. Decẽb. vt si qua via modoq; pax inter Regem Hispaniarum & subditos suos componi posset experiretur. Bruxellæ.

Interea & alij quoq; Cæsarei Legati qui honorificè Bruxellis excipiuntur: Salentinus Comes ab Isenburg, Comes Lippensis, Dominus de Rhede, & Iulij V Virtzburgensis Episcopi frater itineri se accingunt, adeò vt optatissimæ pacis spes tum affulserit. Sed Ordines Cæsari, qui æquissimas conditiones offerri iusserat gratias agunt.

Frustra dicentes de pace cum Hispanis agi, à quibus nulla stabilis & sincera pax sit expectanda, vt qui sub speciosæ pacis titulo, pessima quæq; machinarentur, idq; se antea sæpius expertos asserunt. Atq; hi quidem Ordines, ne otiari viderentur interim, cum classe sua in Flandriam nauigant, & in territorium V Vasense expositi, oppidum Hulstense obsident. Hulst.

Oppidani vel vires hostium metuentes, vel Reipublicæ mutationem vltrò desiderantes (vt Nouiomagenses) sese confestim dediderunt. Christophorus itaque Mondragonius arcis Antuerpianæ Gubernator, cum intellexisset oppidi Hulstensis deditionem, nec ignoraret, quanti illud erat momẽti, confestim 4000 pedites, & 1000. equites collegit; quibus accessere, 1000. quoq; Hispani, ex ijs qui Parmensi nolentes obedire, tumultuabantur, cum quibus copijs & hostem cedere, & oppidum recuperare se posse sperabat,

LOCA. | TEMPOR.

rabat, verum hoſtis, audito Mondragonij aduentu cum claſſe fugit, & oppidum maiori quam putabatur, præſidio erat munitum, Mondragonium quod ſperabat vtrinq; fefellit.

Rothomagum. Nauarraus, poſt quam Germani, duce Anholtio, in Franciam veniſſent, Rhotomagum arctiſsima obſidione cinxit. Catholicorum vires debiliores erant, quam vt cum tã potenti hoſte auderent congredi. Itali quidem; quos Pontifex miſerat in Burgundiam, atq; adiò Lotharingiam venerant: ſed vlterius progredi noluere, niſi prius Parmenſis, cum ſuis copijs eſſet in procinctu. Parmenſis itaq; omni, qua potuit, ſedulitate equites peditesq; per varias prouincias diſperſos, in Hannonia coegit, ipſeq; ad luſtrandum exercitum Valencenas profectus eſt, vbi ordines Hannoniæ & belli conſiliarios conuocauit, cũ illis de arduis conſultauit, atq; vlterius profectus, non procul à Cameraco munitionem extruxit, quàm poſtea maioribus vſque tormentis firmoq; præſidio iuſſit cuſtodiri: progreſſuq; inde cum exercitu per Cãpaniam iter inſtituit, & in vrbẽ la Fere, quam confœderati Catholici, Hiſpaniarum Regi, vt eſſet ſuorum militum receptaculum, conceſſerant, præſidium introduxit: ipſe cum reliquo exercitu Peronam contendit. Interim Illuſtriſsimus Iuliæ, Cliuiæ & Montium Dux, dum generi Boreſſus, & Bipontinus Duces, tam de Religione, quam de Prouinciarum adminiſtratione cum ſocero, eiuſq; conſiliarijs altercantur, ſenio confectus ipſo Epiphaniæ feſto moritur; ſicq;: 1592. 5. Ianuarij.

QVInta renasCentIs CVM LVX assVLserat anni,
CLIVensIs prInCeps regna beata petIt.

Quẽ mox ſequitur Caſimirus, Dux & Comes Palatinus, ſanctiſsima quoque illa Princeps Elizabetha Auſtriaca, Caroli 9. Galliarum Regis vidua, Rudolphi Cæſarij noſtri ſoror, quæ à morte cõiugis bucuſq; 18. continuis annis in viduitate ſua Deo nocte dieque famulata eſt, quæ cum toto ſuo Gynicæo repudiatis omnibus huius ſæculi voluptatibus opibus & honoribus priuata vixit, omnibusq; diuinis dũ viueret, diurnis nocturnisq; interfuit. Deũ pro ſe, pro Eccleſia Catholica, pro toto Reip. Chriſtianæ ſtatu feruentiſſimis precibus ſine intermiſſione obſecrans. In ieiuniis & vigilijs erat aſsidua, in eleemoſynis, pluſquam Elizabetha illa Thuringia, tantopere laudata, cuius vt nomen ita virtutes referebat, vt ſanctiſsima à pleriſque haberetur. 16. Ianua.

Cliuia.

Callei. Dux Parmenſis, poſtquam Perona aliquandiu ſubſtitiſſet, inde Calleium proficiſcitur, vnde cum peditum 15. millibus, equitum verò 4. peritiorum, in Galliam exercitum duceret, hoſtium (magnam leuis armaturæ cateruam) obuios, poſtea in fugam conuerſos inſequitur, quorum multi trucidati ſunt, & Mareſchallus Lauerdinus tam grauiter vulneratus, vt poſtridiè è vita exceſſerit. 30. Ianuar.

Accedebat iam ad Parmenſis exercitum Maynus, cum alijs confœderatis principibus, vt iunctis viribus hoſtem quocunque loco aggrederetur. Primo itaque Februarij, Dux Parmenſis cum agmine ſuo ad oppidum Contijs venit, & iuxta Forneſu, arcem ab hoſtibus occupatam, dum oppugnare nititur, deditione capit; progreſſus vlterius, iterverſus Poiſsyum inſtituit, atque omnia quæ ad expeditionem erant neceſſaria præparat, vt 5. Februarij rectà Rothomagum ad hoſtem contenderet, & extremam belli aleam experiatur; ac Rothomagenſibus obſeſsis ſuccurreret, quemadmodum & Pariſienſibus opem ferret. 2. Februa. 5. Februa.

Poiſsy.

Qui



204. Warhafftige delineation vnd beschreibung der Stadt Paris mit jhrer gelegenheit Stetten schlössern vnd Dörffer



ille de Paris auecq les
ces Villages circonuoisins

TEMPOR.		LOCA.
27. Febru.	Qui cum 27. Februarij Bommervallio mouens Diepam digrederetur, & cum suis Brondeancourtium veniſſet Rothomagum progreſſurus, oppidani ſemel atq; iterum ibidem effuſi tanta clade vno die affecerunt Nauarraum, quantam ne ſeptimanis aliquot potuit reparare, animum igitur deſpondens, nec ſibi ſpem vllam vrbem potiundæ ſupereſſe animaduertens, inopia quoq; pulueris tormentarij, globorum, omniſq; apparatus bellici ad diuturniorem obſidionem laborans, obſidionem ſoluit.	Diepe.
10. Martij.	Interim Illuſtriſſimi illius VVilhelmi Cliuiæ, Iuliæ, Montiumque Ducis, die Martij 10. celebrata ſunt exequiæ, quem antea 5. die Ianuarij retuli. Hic enim:	Gulich.
	CretVs IVLIaCo GVLIeLMVs ſangVIne prInCeps,	
	Hel Ianl qVIntanoCte bIfrontIs oblt.	
	Premebat eorum, qui præcedebant in exequijs, veſtigia Legatus Regis Hiſpaniarum, Dominus Franciſcus Verdugius, quem aliorum Principum Legati, Comites, Barones, & Nobiles totius patriæ ſequebantur, quos omnes hic per ordinem nominibus ſuis expreſſiſſem, niſi idipſum doctiſſimus ille Theodorus Graminæus, principis Aulæ familiaris antea feciſſet: & vir de Patria optime meritus, peculiari libro totâ hâc exequiarum pompam deſcripſiſſet, elegantiſſimis quoq; typis æneis eundem librum exornaſſet; ad quem lectorem hinc remittere, atq; hoc carmen ſolum numerale ſubijcere volui:	
	QVInta ſepVLtVra Martis bIstrIstIor aDest:	
18. April.	Vrna habeat fVnVs, ſpIrItVs aſtra tenet.	
	In Gallia Parmenſis caſtra ſua, non longè à caſtris Nauarræi Regis habebat, & quotidianis velitationibus ſe mutuò exagitabant: ita vt vtrinq; multi deſiderarentur. Tandem vt militem paululum refocillaret Parmenſis, ſuos Boloniam verſus abduxit. Nauarræus verò Diepam profectus, fama namq; erat, Parmenſem Diepæ obſidionem minitari.	Bolonia.
	Habebat Nauarræus in exercitu 8. millia circiter equitum, & 16. millia peditum, præter copias Monpenſerij, & Mareſchalli Danium, 20. quoq; machinas bellicas, quas omnes, cum obſidionem Rothomagenſem ſoluens Argeuillæum veniſſet, diſplodi iuſſit: Parmenſis & confœderatorum exercitus 16. circiter millibus tam equitibus, quàm peditibus conſtabat.	
	Parmenſis continuis velitationibus Nauarræum per hos dies diſtinuit; ipſe interim octoginta naues omni genere commeatus, ac annonæ onuſtas è portu Gratiæ aduerſo flumine ſubduxit, & in portum Rothomagenſem incredibili oppidanorũ gaudio, & cõgratulatione inuexit. Ipſe quoq; in vrbem venit, & honorificè exceptus eſt. Cumq; iam	Rothomagum.
22. April.	Caudebeckam munitiſſimum oppidum cepiſſet, Rothomagenſibuſq; de omnibus neceſſarijs prouidiſſet, inde ad caſtra digreſſus eſt: fitq; inter Nauarræum & Parmenſem pugna acerrima, dubia tamen vtrinq; victoria.	
	Videns Parmenſis, quod iſtis in partibus, propter paludis, qua laborabant equi, penuriam, nihil amplius commodi præſtare poterat, conſulto ſe facturum putauit, ſi caſtra mutaret, exercitumq; in aliam prouinciam fertiliorem traduceret. Maiorẽ itaq; commeatus partem, machinas quoq; præcipuas, apparatumq; bellicum Caudebecka Rothomagum tranſportari iuſſit.	Caudebeck.
	Deinde	

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO. 1592.

LOCA.		TEMPOR.
Rothomagum.	Deinde peditatum, equitatumq; omnem, & aliquot machinas bellicas, per naualem pontem in Sequana stratum præmisit. Ipse relicto Rothomagi Mayneo cũ bis mille Heluetijs, mille Gallis, & aliquot equitum cohortibus 13. Maij subsecutus est, & per Carnutes Lutetiam versus agmen duxit.	13. Maii.
	Interim dum Parmensis in Gallia militat, Comes Mauritius, principis Auriaci filius in Hollandia & Zelandia, VVilhelmus verò Nassouius in Frisia, omnes copias quas habebant, relicto in vrbibus vix necessario præsidio, contraxerunt; omnem apparatum bellicum, cum commeatu necessario nauibus imposuerunt, ventumq; secundum captantes, soluerunt, & ipso Venerabilis Sacramenti Festo, Steenvvicã venerunt, oppidumq; omnibus quas habebant copijs cinxerunt. Præsidiarij Steenvvicenses erumpentes in hostium castra, magnas strages ediderunt, multos Anglos, & multos ex Olibonij copijs trucidarunt, quinque captiuos secum in vrbem abduxerunt, inter quos Anglus quidam quem paulò post laqueo strangulatum è mœnibus suspenderunt. Deinde oppidani tria maiora tormenta in turri locarunt, & ex ijs lapides ferreasq; catenas, in hostium castra iaculati, multos strauerunt, plures vulnerarunt.	18. Maii.
Steenvvic.		4. Iunii.
	Mauritius è contra sexto Iunij, tanta machinarum frequentia, muros verberare cœpit, tantoq; impetu, vt terra per spacium mille passuum tremeret, & tonitrua Vulcani ad 7 miliaria audirentur, sed oppidani hostium vim illudentes, scopis puluerẽ detergunt, mœnia in opprobrium & ignominiam hostium verrũt, multaq; comitia factis adijciunt, adeò vt hostis Steenvvicam cogitaret proditione tentare, sed frustra, proditor enim à Domino VVaterdykio agnitus, comprehensus, & ad quæstionem abreptus est.	6. Iunii.
	Fulminat tandem Nassouius iterum ad Steenvvicam die 13. Iunij, erumpunt quoq; Steenvvicenses denuò die 17. Iunij, atq; in absentia Parmensis sese strenuè gesserũt, vsq; ad illius ex Francia reditum, relicta enim Lutetia Parmensis in Belgium rediens, ad aquas Spadanas ob aduersam valetudinem properabat: vbi per Gubernatorem Frisiæ 250. pedites puluere oneratos misti iussit, non ignorans Steenvvicenses inopia pulueris tormentarij laborare, qui quidem pedites, vnum præmiserunt qui oppidanis nunciaret, aduentum eorum: expectarent itaq; & eruptionem facerent, vt interea ipsi minori cum periculo aditum in vrbem haberent: sed captus ille, & examinatus consilium detexit, missiq; ex hostibus, qui aduenientes suppetias expectarent.	13. Iunii. 17. Iunii.
Spaa.		
	Adsunt hora constituta: sed cæsi, captiq; circiter ducenti, reliqui fuga elapsi sunt. Cum itaq; oppidani socios quotidie cadi, numerum præsidiariorum minui, commeatum absumi, & apparatum bellicum deficere viderent, oppidum certis conditionibus Mauritio obtulerunt, de quibus tum conditionibus conuenire nõ poterat. Quare Nassouius post crebram verberationem vrbis, 4. Iulij admoto igne, incensis cuniculis, vallaq; mœniaque cum omnibus, qui in ijs erant militibus & præfectis, disturbata, euersaque sunt, ita vt hiatus & ruina facilem hosti in vrbem aditum pollicerentur. Oppidani hac ingenti clade territi, de communi omnium sententia oppidum hosti dediderunt.	4. Iulii.
Paris.	Nauarræum oculos suos, ab vrbe Parisiensi, quam Parmensis in Belgium properans reliquerat, non deflectebat, vtpote dimidium regni se habiturum, si ea potiretur, sed cum vi non posset, proditione tentare decreuit. Inuenit in vrbe, qui ad hoc operam suam commodare non sunt veriti. Ac, vt res occultior esset, nec sum aduentus aliquam Parisiensibus suspicionem iniceret, scribunt quidã, eum corpus defuncti Regis Henrici 3. ad Sã. Dionysium honorificè deduci præcepisse, simulans se exequias illius istic celebrare velle; sed Nauarræi consilium optato caruit euentu, quia proditores, detecta proditione capti sunt. Christo-	

PARIS

TEMPOR. | LOCA.

Christophorus Mondragonius post Parmensis aduentum ex Francid Hispanarum Regi fidelissimus Dux, idemq; miles fortissimus, collecta 3000. militum manu, & quinque tormentis praparatis, Castrum VVesterloum in Campania obsedit, & tandem deditione recuperauit. Inde copias suas Turnhoutium trãstulit: cuius arcem biduo post recepit, & Bergeycanum castrum Regi restituit; ex quibus tribus munitionibus non totà tantum Brabantia, sed & omnes vicina prouincia vexabantur & diripiebantur.

8. Iulij. VVesterloo. 10. Iulij. Turnhout

Francorum confœderatorum per assistentiam crebramq; victoriam Principis Parmensis, animis sic erectis, illi tandem de Rege etiam Catholico creando cogitare caperũt: eum in finem, Lutetiam venit Dux de Feria, qui Romã Cardinalem Senonensem secũ adducens, curauit, vt fœderis sacri, de quo supra diximus, negotia dirigerent, & præcipue vt voluntates Principum ad electionem noui Regis præpararent.

pagina 425 & 427.

Serenissimus Ernestus princeps Elector, qui præsens, & per consiliarium suum intimũ Carolum Billaum apud Parmensem institit, vt Regius miles ex vrbibus suæ Diœceseos euocetur, vrbesq; sibi reddantur, tandem impetrauit Mandatum Regium, quo Ioanni Tisingio vt generali vicario præcipitur, vt ipse omnesq; Centuriones præsidiorum, quæ ad Rheni ripam sunt, visis literis, statim oppidis cedant, eaq; Electori reddant: non obstante quocunq; alio mandato, siue scripto id ad illos peruenerit, siue voce viua allatum sit.

Addit Verdugius literas huic mandato, nisi milites Tisingius Bonna educat, culpã in ipsum reijciendam; educere autem non potuit multos, debita enim sibi poscebant stipendia. Tisingius itaq; ad Parmensem ad aquas Spadanas, ad quas Lutetiæ curanda valetudinis ergo se transtulerat, proficiscitur, eiq; tumultum suorum militum exponit, à quo petit Parmensis, vt 150. milites sorte legat, & Steenvvicam cum cæteris, qui Berckam venerant, mittat.

Paret Tisingius & militibus Bonnæ præcipit, vt voluntati Parmensis aquè pareant, metuentes autem milites ne sic paulatim omnes euocarentur, neutiquam obtemperare voluerunt: ac licet Tisingius multis argumentis militibus persuadere conatus esset, Regiæ voluntati esse obediendum, illi tamen nihil præter pecuniam vociferabantur, cum quibus tandem, Principis Electoris Ernesti authoritate interueniente, res composita, illiq; pecunia numerata fuit.

Sicq; demum Serenissimus Ernestus Imperij Princeps Elector, suam Ciuitatem Bonnensem interueniente tamen pecuniæ summa non contemnenda, recepit. Regius namque miles die Sancti Bartholomæi Bonnæ educitur, quo eodem die suæ Celsitudinis in Germania conscriptus miles introductus est, eiusdemq; custodia à Principe Electore demandata Hermanno van der Linden, Baroni in Reckum, magno Vicario Leodiensi, viro singulari prudentia, magni nominis, ac nobilitate præstantissimo, sub cuius Imperio, antea

Bonn.

24. Aug.

EXterno LVCtata IaCens sVb MILite Bonna;
Reddita nVnC sVrgit PrInCIpe Lata sVo.

Ordines Belgij suo Regi aduersantes, occupato post Steenvvicam, etiam Oostmarso, magna celeritate, antequam Regij sese recolligerent, Coeuerdam omnes copias apparatumq; bellicum traducunt in ditionem Transisulanam ad Vidrum fluuium. Principis igitur Parmensis, non ignorans Regi quàm plurimum interesse, vt arx Coeuerdana, Frisia totius ostium, & introitus, in fide maneat, expeditissimas aliquot Legiones in transrhenanam prouinciam misit. arcem hanc obsidione liberarent, hostemq; aut cederent, aut fugarent.

Coeuerdē

Qua

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO. 1592.

LOCA. TEMPOR.

Coeuerdē. *Quæ quidem legiones cùm eo veniſſent, inuenerunt hoſtem munitionibus & propugnaculis validiſſimis tectum, adeò vt ad eum nullus pateret acceſſus; quotidianis itaque velitationibus hoſtem eliciunt, & ad pugnam imitant; ſed metuens ille, ſe ſuis vallis & munitionibus continet. Regij in pago Emblichom caſtra locarunt, nihilq; tantopere exoptabant, quàm vt pugnandi copia daretur: ſed propter paludem, quæ duo inter caſtra interiacuit, Naſſouios tuebatur, difficilemq; Regijs ad eos acceſſum præbuit, tametſi interim ſæpius velitabantur.*

Tandem Regij attractis aliquot machinis, in propugnacula Ordinum fortiſsimè irruunt. Defendunt ſe Naſſouij acriter: vtrinq; cæduntur multi; coacti verò Regij cedere, deſperabant de Coeuarda liberanda ciuitate, quam ſedecim machinis ſeu tormentis bellicis ita concuſſerant Naſſouij, vt poſt acceptos pluſquàm ſex mille grauiſsimos ictus ſeſe poſtea in poteſtatem Ordinū dediderint, oppidum cum acie totius Friſiæ introitus & oſtium per Naſſouianis accommodatiſsimum. 6. Septem.

Parmenſis quidam aduerſa laborabat valetudine, accepto hoc nuncio, maloq; omine inde de Groninga quoque periclitanda concepto, in maiorem incidit agritudinem, qua indies ſic augebatur, vt dum Regis ſui res contra Gallorum machinationes Attrebati in confinibus Franciæ tuetur, corpore debilitatus, viribuſq; poſt tot exantlatos labores exhauſtus mortem pro grege, lege & Rege obierit, ſicq; finem ſuæ adminiſtrationis impoſuerit. 12. Sept.

Atras. 1. Octob.

Qui potuit rigidas Cimbrorum flectere mentes,
Hic docuit Scaldis flumina ferre iugum.
Vidi ego Germanos Caſimiri ſigna ſecutos:
Maior vix equitum vis mihi viſa fuit.
Helueticæ gentis fortiſſima robora vidi,
Et Gallos, quibus eſt vſus Alenconius.
Auxilia iſta ſuis turmis Aurantius auxit,
Mixtum erat ex omni colluuione genus.
Caſtris hiſce tribus quis non ceſſura putaſſet
Agmina, quæ duxit Cæſaris ipſe nepos?
Non tamen is ceſſit, ſed auitis cuncta ſubegit
Viribus, atque trium Regna vir vnus habet.
Teutonas ad Rhenum decimatos ipſe remiſit,
Quod pacem peterent, porrigerentque manus.
Francigenas vero nolentes cedere campis
Strauit.

Gallia. Nouemb. Ioan. Rex Suediæ obiit.

Multaq; cum inſigni laude & gloria, dum viueret, exegit prælia, etiam cum Ioanne Auſtriaco, cui in auxilium à Rege Philippo, ex Italia in Belgium miſſus, & ab eodem Auſtriaco (citatis equis aduenienſ) humaniſsimè exceptus, atq; vt fidus Achates acceptus eſt, cui ad mortem vſque tam fideliter adhæſit, vt poſt obitum Ioannis Auſtriaci (quo

Bruxella. 2. Decem.

Neſcio quid maius potuerunt aurea ferre
Sæcula, tam forti principe: tamque pio)

Rex Philippus hunc Principem Parmenſem, quintum, poſt eiuſdem Regis ex Belgio in Hiſpaniam diſceſſum, gubernatorē Belgicarum ditionum conſtituere voluerit. Princeps Parmenſis filius, intellecta parentis chariſsimi morte, ſtatim Legatum Malchpinā ad Imperatorem miſit, cui obitum patris Ducis ſenioris ſignificaret, quem Pragæ honorificentiſsimè Imperator excepit. Roma

Praga.

REGIS NOMINE LEONEM GVBERNANTE. CCXXVII.

Ein Gaeth zur Gemeinen
Mahlzeit von Nimm
zehn Gaest

1593. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPOR. LOCA.

15. Martij. *Romæ in Aracœli, à Senatu, populoq; Romano Ducis Parmensis Alexandri (cuius cadauer 15. Martij Parmam cum lugubri pompa allatum est) exequiæ sunt celebratæ. Interfuerunt his omnes qui in vrbe erant Cardinales, omnesq; Prælati, cum tota nobilitate. Templum ab infimo ad summum nigris peristromatibus erat tectum: Ab vtroque latere arma, insignia & vexilla Ducis propendebant, variæ spectabantur erecta columna, & in columnis varia imagines, vrbem Romanam, famam, prudentiam, pietatem, mansuetudinem, vigilantiam, celebritatem, magnificentiam, magnanimitatem, libertatem, clementiam, temperantiam, constantiam, aquitatem repræsentantes.*

In medio Ecclesiæ, funus erat extructum, magnum, quadratum, & in oualem figuram parte superiori desinens. A quatuor angulis, quatuor aliæ statuæ visebantur, quæ RELIGIONEM, PRVDENTIAM, FORTITVDINEM & CONSTANTIAM *referebant.*

In summitate huius fabricæ ostendebatur equus insignis, cui insidebat Princeps armatus, per omnia Parmensi similis. In frontispicio hæc legebatur inscriptio: S. P Q. R. ALEXANDRO FARNESIO, ROMANO, PARMAE ET PLACENTIAE DVCI, TERTIO *S. R. E. confalonierio, Catholicæ fidei acerrimo propugnatori.*

Circum funus ipsum, & per totum templum, innumeræ lucebant Candelæ, ex cera punica confectæ. Sacrum Dominus Ceruius quatuor Episcopis ipsum funus circunstantibus, cantauit. Tandem doctissimam orationem habuit Gabire Cæsarinus, Nobilis Romanus, qui breuiter res gestas, aliaq; ad rem facientia laude dignissima, ita enarrauit, vt de bono hoc Principe, nihil aliud dicendum præsumem hic amplius, quàm quod inde ab Octobri mense anni 1578. ad diem obitus illius, anni 1592. hucusq; dictum est. Sed de Magni illius Alexandri Farnesij Catastrophe quidem hactenus.

3. Aprilis.

Francia. *Nunc sequitur, quid post mortem Parmensis illius, vsq; ad Serenissimi Archiducis Austriæ Ernesti obitum & finem huius libri, spatio plus quàm duorum annorum consequentium, hoc est anno 1593. & anno 1594. vsque ad annum iam currentem 1595. in Belgio atque in Francia, aliisq; Leonem Belgicum circunstantibus regionibus & prouincijs memoratu dignum contigerit.*

Cum Albanus Dux alter post Margaretham Austriacam, matrem scilicet defuncti Principis siue Ducis Parmensis, Belgij gubernator esset, ea fuit militaris disciplina, vt quicunq; ex hostibus caperetur vtriq; suspenderetur. Non hic gratia, non fauor, non lytrum quicquam valebat. Quo id effectum est, vt coloni in pagis, villis, locisq; non munitis tranquillius viuerent: & viatores quocunq; vellent proficiscerentur.

Metus enim ille suspendij militem in officio continebat, & ab excursionibus ac depredationibus prohibebat. At postea sub alijs Gubernatoribus cum disciplina hæc aut nimis rigida, aut minus quæstuosa videretur, ea abrogata est, & alia substituta: nimirū, vt gregarij milites cum caperentur, sex Carolinis sese redimerent; signifer quoq; & vicarius vnius mensis darent stipendium. Solus Centurio & Chiliarcha tantum numerarent, quanto victor eos posset emungere.

Hac data

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO.

1593.

LOCA. | TEMPOR.

Hac data licentia, Martis Apoſtoli in omnem terram diuiſi ſine pera exierunt, ſed non ſine ſacco redierunt, & nouum Euangelium ruſticis & mercatoribus, ſed non gratis, annunciauerunt. Hinc factum, inquam, vt tanquam apes ex aluearibus, ſic milites vtrinque ex vrbibus, oppidis, caſtris & propugnaculis, in omnes villas, pagos & itinera effuſi: nobiles, qui in caſtellis ſuis habitabant, agricolas, mercatores alioſq; viatores ſpoliarent, saperent, ſæpè etiam occiderent.

Adeoq; mos ille viguit, vt quotieſcunq; vnus manipulus aut duo prædatum exirent, ſtatim alij duo veniam impetrarent, vt prioribus reuerſis, ipſi quoq; fortunam experirentur. Iis iterum exeuntibus, alij, atq; ita via nunquam tuta fuerit.

Belgium. *Hinc quoque factum eſt, vt agri ſcaterent inculti, paſcua & prata verterentur in arundineta, villa, pagi, nobiliumq; edes ab habitatoribus derelicta corruerent. Huic paroxiſmo, hoc qualecunq; remedium inuentum eſt, nimirum, vt quocunq; vel hi vel illi ſigna hoſtilia inferre poſſent, omnes iſti incolæ, nobiles, & ruſtici, ciuitatibus exceptis, ſingulis menſibus tributum penderent hoſti, cui eſſent viciniores: quod quamdiu fideliter ſoluebant, ſub fide publica (vt plurimum) tranquillè viuebant & agros colebant: ex huiuſmodi tributo, magnam exercitus partem alebant Ordines confœderati.*

Vt igitur hunc bolum ipſis eriperet, Petrum Erneſtum, Comes Mansfeldius, Belgij pro tempore gubernatoris, in Belgio vices gerens, edicto cauit publico, ne qui poſtea huiuſmodi excurſionibus, eam ob cauſam diuexarentur, ſignum ex turribus darẽt, arma corriperent, pagi conuenirent. periclitantibus opem ferrent, & hoſtem caderẽt, captos nullo lytro qualicunque dimitterent, ſed ſtatim ſuſpendio necarent; idem etiam militibus imperatum, vbicunq; hoſtem deprehenderent: ea res maximopere Ordinibus cõfœderatis diſplicuit, vt paulo poſt latius dicturi ſumus, ſi prius quid in Francia per confœderatos ibidem geſtum eſt retulero. 5. Ianuarij.

Indixit eodem tempore ſtatim poſt obitum Parmenſis, Dux Maynus comitia Pariſijs, in quibus Rex Catholicus cõmunibus confœderatorum ſuffragijs crearetur. Clemens enim 8. Pont. Maximus Nauarrẽ, & qui illum ſequebantur denuo excõmunicauerat, & poteſtatemq; fecerat confœderatis Regem Catholicum eligẽdi, per tabellas quas ad Philippum Cardinalem titulis. Oniphrij Placentinum in Gallijs ſuum legatum miſerat.

Paris. *Huius confœderatorum conſilio rationes ſcripto comprehendi, & per præcones ac Tubicines Lutetiæ in omnibus biuijs publicari mandauit Dux Mayneus, qui inter cæteras etiam hanc rationem pacificationis confœderatos attuliſſe refert, nimirum ſi Rex Nauarræus erroribus ſuis renunciare, Eccleſiæ ſeſe, Sancto Patri noſtro, Sanctæq; ſedi, vera non falſa conuerſione reconciliare vellet, easq; actiones facere, quæ teſtimonium dare poſſent veri erga religionem Catholicam zeli, ſe vicißim illi omnem ex promptiſſima voluntate obedientiam præſtaturos, omniaq; facturos, quæ ſecundum rationem ab illis confœderatis poſtulari poſſent: quorum quidem confœderatorum in Francia Catholicorum alia ſanè fuit intentio, quàm eorum, qui in Belgio Duciſſæ Parmẽſi, defuncti Ducis Alexandri Farneſij, matri ſupplicem libellum porrexerunt poſt diſceſſum Philippi Hiſpaniarum Regis, qui eãdem Duciſſam ex quinq; Gubernatoribus primam conſtituit, ſub cuius gubernatione, quid in Belgio geſtum ſit, ab anno 1559. vſque ad annum 1567. ordine ſupra retulimus, eius duntaxat ad viuum expreſſam hic imaginẽ Duciſſæ referamus.* ab initio vſque ad pag. 65.

Bruſſel.

Nauar-

PHILIPPI HISPANIARVM REGIS NOMINE GVBERNATRIX · ANNO SALVTIS HVMANAE · M D C III

MARGARETA AUSTRIACA, PARMÆ, ET PLACENTIÆ DUCISSA, REGENTIS BELGICÆ GENERALI

Nauarraus, quid confœderatis Catholicis responderit Dux Maynæus eodem scripto refert, nimirum, se à subditis suis cogi nolle, (coactam nominis petitionem admoueri, vt ad sanctam Ecclesiam conuertatur) Quod si subditi illum recipere, eiq; obedire velint, se postea coacto generali & libero Concilio, velle admonitiones acceptare, opinionemq; suam, si damnetur deserere. Quasi vero concilia desint, ad hos errores condemnandos, qui toties ab Ecclesia damnati sunt & reprobati, imò in nouissimo etiam Oecumenico generali concilio Tridentino, tanta solennitate celebrato, quanta à Concilij Nicæni tẽporibus vix aliud.

Tandem se Dux Maynæus ad Catholicos, qui à confœderatis defecerunt, & ad partes Nauarræi accesserunt, scripto conferens ita pergit. Quod si Catholici (inquiens) qui illorum castra sequuntur affectus semel exuerent, vellentq; illorum causa renunciare, & sese ab eorum consortio segregare, confœderatis verò vipotè syncerè Catholicis, eorumq; Religioni iungere &c. confestim sine dubio remedia inuenirentur tam vnius quam alterius conseruationi expedientia, neq; aliquis esset, qui etiam tam peruersam posset fouere cogitationem, qua vellet abuti ad detrimentum Regni: aut sub tam religiosa rei praetextu iniustè magnitudinem authoritatis ambire.

Postea concludens, suo confœderatorumq; nomine orat & adiurat Maynæus eos per nomen Dei nostri, eiusdemq; Ecclesiæ, in qua quotidie vtraq; pars protestatur se velle perpetuò viuere & mori, vt ab hæreticis sese abstineant, eosq; deserant, & bene perpendant. Quod si illis maneant contrarij, eos nullum posse reperire remedium, quod non erit periculosum, & multorum malorum causa, tam communi regno, quam singulis subditis perniciosa.

Significat illis nomine quo supra Maynæus, se vt hoc opus auspicentur, serio consilio & precibus orasse Principes & pares Franciæ prælatos, etiam Dominos Parlamentorũ, ciuitatum & communitatum sua partis legatos, vt 27. Ianuarij die Parisijs conueniant, & communi concordiq; consilio eligant, quod ad conseruationem Religionis, Regnique administrationem vtilissimum, commodissimum & optimum erit. Paris.

Ad quem locum si placuerit illis mittere vnum aut plures legatos, habituri sint bonã securitatem & libertatem, audientur etiam cum attentione, & illis satisfaciendi desiderio.

5. Ianuarii. *Principes autem illi prælati, corona officiarij, & præcipui ex Catholicis domini, tam qui in Senatu Regio fuerunt, quàm qui apud Nauarræum Regem degebant; postquam viderunt scriptum siue programma illud sub titulo & nomine Ducis Maynæi mense Decembri impressum, & in eadem ciuitate quinto Ianuarij publicatum, quod* 15. Chartres.

15. Ianuar. *ad illorum manus allatum peruenerat, allegatis pluribus causis tandem respondẽt, atq; inter cætera sic dicunt:*

Siquidem Comitatus Parisiensis sit institutus ad consultandum in medium, quibus modis Religio & tranquillitas regni possint conseruari. Dixerunt eum talem esse, vt nec propositionum, nec loci ratione, alij ad illum venire debeant, quàm qui illius partis sunt. nec eum posse sortiri effectum, quem illi imaginarentur, & scripto suo persuadere niterentur: Cùm contrarium sit certissimum, ex eo conuentu nihil expectandũ, quã exacerbatio maior animorum ad bellum prosequendũ, & omnem spem reconciliationis præ-

LOCA. TEMPOR.

nũ præscindendam. Itaq; prædicti Principes, prælati, officiarij corona, & alij Catholici domini vti se appellant, qui apud Nauarraum erant, se à confœderatis illis Catholicis segregantes, omnino certi & securi, quod omnes alij principes, domini & prouincia Catholica, quas illi agnoscunt, non minus in eodem Zelo Catholicæ Religionis & tranquillitatis, quam in obedientia & fide suo Regi & nato principi debita, suo omnium nomine, cum licentia suæ Maiestatis (Nauarræi scilicet) per scriptum quoq; Duci Maynæo, & alijs Principibus suæ familiæ, prælatis Dominis, aliisq; personis in ciuitate Parisiensi congregatis significare idipsum voluerunt.

Paris.

Inferentes nihilominus, Quod si ipsis confœderatis constitutum sit, cum illis consilia conferre, & secum de modis vtilissimis propriè ad tumultus hos componendos, & Religionem Catholicam, Regnumq; conseruandum vtilissimis commodissimisq; deliberare, & mittere legatos suos, personas virtute præditas & bonas, vt conueniant tali in loco, qui ad hoc de communi consilio constituetur inter Lutetiam & S. Dionysium: etiam ex sua parte dicto die quosdam missuros, tam ad proponẽdum, quàm ad intelligendum omnia media, quæ possunt excogitari, ad tam bonum fidem vtilia.

Quod si vnusquisq; ad hoc colloquium eam animi syncerit atem & promptitudinem, quam debet, & quam illi promittunt, attulerit, certo sibi persuadeant, vias modosq; inuentum iri, quibus ad tantum bonum perueniatur. Protestantes igitur coram Deo & hominibus si hac vita reijciatur, alijq; modi illegitimi præferantur, qui possunt ex consequentia non esse nisi pernicioſi Religioni & Regno, quibus deinceps progrediatur, vt Frãcia in extremam periodum omnis miseria atq; calamitatis abducatur: eaq; præda & spolium obijciatur libidini & (vt inquiũt) auaritiæ Hispanorũ, vt sit triumphus illorum insolentiæ, idq; ope & affectione vnius partis, eorum potissimum, qui nomine Francico gloriantur, degenerant tamen ab obedientia & honore, qui tanta solet apud maiores suos esse in æstimatione & reuerentia.

Protestantes (inquit) horum omnium malorum culpam non posse, nec iure debere ascribi, nisi his, qui ex talis medij repudiatione seu reiectione, agnoscentur soli esse authores, & causa, tanquam ij qui priuatum commodum, ad ambitionem suam, suorumq; à

Chartres. quibus in hoc malo fouentur, vtile, his qui honorem Dei, & salutem Regni quærunt, præferre maluerunt. Acta sunt hæc Carnuti, in concilio Regio, vbi dicti Principes & Domini fuere, cum licentia Regis Nauarræi, congregati 27. Ianuar. die, decretumq; vt per 27. Ianua.

Tubicinem Regium Parisios mitteret.

Dux Maynæus, & qui cum illo Parisijs erant, etsi adhuc numero exigui, iam initium comitijs dederant: auspicaturus ea, Dux primo die tanquam præses insignem habuit orationem. Initio post Deum, agit immortales gratias Pontifici Romano, & Hispaniarum Regi, eo quòd illorum opera & auxilio Regnum Galliæ protectum esset, ne in manus Caluinistarum incideret, monens deinde Ordines, vt id ad quod vocati essent, seriò syncereq; peragerent. Quam Ducis orationem excepit Archiepiscopus Senonensis, qui longa oratione hortabatur Ordines, vt Regem crearent Catholicum & potentem, qui & vellet & posset subditos aduersus omnes hæreticorum vires defendere.

Rex Hispaniarum Philippus, (qui ad exstirpandos Caluinistas, Ducem Albanum, post Margaretham Austriacam, secundum in Belgio, ex quinq; illis, constituerat gubernatorem, ab anno 1567. scilicet vsq; ad annum 1573.) ne vicinum haberet Francia Regem hæreticum, cum sit Rex titulo inter omnes alios Regei Catholicus, scribit ad

à pag. 65 vsq; ad pagin. 157.

Ordines

VATERRAE ETC. BELGICAE PROVINC. GUBERNAT. ET CAPIT. GENERA

FERDINANDVS ALVARES TOLETANVS DVX ALVAE, MARCHIO CORTANAE S.

TEMPOR. *Ordines Gallicos Lutetiæ congregatos has, quæ sequuntur, Madrito ex Hispania literas.* LOCA.

A LOS MVY REVEREND. ILLVST. MAgnificos y bien amados nuestros la Iunta de Los Estados generales de Francia. Paris.

23. Ianua. Don Philippe por la gratia de Dios Rey de Espanna, de las dos Sicilias, de Hierusalem, &c. Muy Reuerend. Illustr. Magnifices y bien amados nuestros, desseo tanto, il bien de la Christianidad, y el particular de esse Reyno, que viendo quanto conuiene para todo el buen assiente que se trata de tomar vn las cosas del, aunque es notorio al mundo, lo que antes se ha procurado de mi parte, y se ha assistido y assiste para ello, non me he contentado con todo, sen embier tambien agora, persona de la qualidad y partes, que es el Duque de Feria, paraque se halle ay en my nombre à insister de mi parte, en que non se disuelura los Estados sin la resolution que conuiene, y que esta sea de Election dun Rey tan Catholico, como pido el tiempo, para que el Reyno de Francia se restituya al suo antiguo ser, y exẽplar Christianidad.

Y pues yo hage esto tras lo de mas, que se à visto y vie, razon sera que alla os se pays à prouechar de la occasion, y que à my se me pague todo lo que merezco à esse Reyno, & darme satisfaction tan en beneficio vuestro, que aunque lo es puramente, la ternes yv muy grande dello, y por esse os è quirido amonestar à todos iuntos, que agora mostreys, los que vays tras el seruitio de Dios todo lo que aueys profesiado hazer por el hasta aqui, que sera tan proprio y digno devn tan gran aiuntamento, como mas particularemente os dira el Duque de Feria à que in me remito. De Madrid, 22. Enero de 1593. Yo & Rey: Don Martin de ydiaquez.

His literis Hispaniarum Rex ostendit, dictis Ordinibus, quanto cum desiderio expectet salutem Regni Francici: toti enim mundo notum sit, quid fecerit, vt Regnum hoc conseruaretur. Neq; ijs contentum, mittere legatum suum, magni nominis Principem, Ducem illum de Feria, quem suo loco esse vult, nec è Comitijs discedere, priusquam certi aliquid definitum sit, aut facta Regis Catholici, pro qualitate temporis electio, vt Regnum Francia pristino restituatur nitori, & exemplar denuò fiat totius Christianitatis. Hortatur deinde Ordines, vt memores beneficiorum acceptorum, sua expectationi satisfaciant, in cæteris ad Ducem de Feria legatum suum remittit. Pontifex Clemens 8. 24. Ianuar. *qui, vt supra retuli, Nauarraum denuo excommunicauit, & confœderatis Catholicis in Francia, Regem Catholicum eligendi potestatem fecerat, cum Bullas ad Philippum Cardinalem tituli S. Onuphrij Plarutium suas misisset, publicariq; iussisset.*

Ecce Nauarraus per procuratorem suum in Concilium Cathalauni congregat, huius rei prauum se ostendit, conquerens etiam postulat vt huic malo occurratur. Concilium habita deliberatione, querelas contra præditarum bullarum impetrationem, promulgationem, executionem, omniaq; inde subsecuta acceptauit, & de his omnibus appellauit, & Cardinalem S. Onuphrij citandum decernit. Chalon.

Interea idem Concilium, omnes prælatos, Episcopos, Principes Dominos, Nobiles ministros & subditos Regis cuiuscunq; status, conditionis & qualitatis sint, hortatur, ne se patiantur seduci, veneno & fascinatione talium rebellium & seditiosorum Bullas impetrantium; sed vt maneant & contineant se in debita obedientia bonorum & naturalium Francorum, semperq; obseruent affectum & charitatem quibus Regi & patriæ obligantur, minimè autem adhæreant, dolosis machinationibus eorum, qui sub

LOCA. TEMPOR.

ſub pretextu Religionis regnum inuadere, Hiſpanos in illud, alioſq; violentos homines introducere quærunt.

Interdicit præterea omnibus hominibus prædictas Papæ Bullas circumferre, aut penes ſe habere, eaſue in vulgus ſpargere, aut in ciuitates & loca prædicta prætenſæ electioni conſtituta, ſe transferre: Si quis Nobilium mandatum hoc violauerit, priuaretur ſua nobilitate, infamiſq; & ignobilu proclamaretur, non ipſe tantum, ſed omnis etiam eius eius poſteritas.

Si quis Eccleſiaſticus, poſſeſſionibus ſuorum beneficiorum eiiceretur, & quicunq; in hoc edictum peccarent, tanquam læſæ Maieſt. criminis rei, & tanquam perturbatores communis tranquillitatis, deſertores, & proditores ſuæ patriæ punirentur, idq; ſine omni ſpe futuræ veniæ & abſolutionis.

De Ciuitatibus verò, oppidis & locis vbi prædicta comitia haberentur, quæ confœderatos admitterent, & in hoſpitia reciperent, decretum etiam eſt; funditus ea diruenda & exſcindenda, ita, vt lapis ſuper lapidem non maneat, abſq; vlla ſpe reſtaurationis: vt poſteritati memoria illorum proditionis & infidelitatis relinquatur. Præcipit inſuper ſubditis, vt ad pulſum campanæ, ciues omnes armati concurrerent aduerſus eos, qui ad prædicta Comitia venturi ſunt. Publicauit hoc decretum initio huius in Cathalnoon per tubicines, & ad omnia poſtea loca, quæ Nauarræo parebant tranſmiſit, ſeq; ad arma, quanta potuit diligentia præparauit.

Chalon.

Dux Maynæus quoq; ex altera parte, ad Carolum Comitem Mansfeldium venit, qui inter Landerſium & Guiſiam cum copijs ſuis ſubſtiterat. Is clam exercitum in Bellouacenſes duxit, Nouiodunumq; intempeſta nocte, admotis ſcalis, intercepturum ſe ſperabat, ſed repulſam paſſus eſt. Paulo poſt accedens Maynæus, & Carolus Mansfeldius coniunctis exercitibus Nouiodunum iterum obſederunt, ac tandem ceperunt. Interim electio noui Regis in Francia de die in diem differtur, Hiſpaniarumq; Regis legatus expectatur, atq; hæc quidem in Belgio & Gallia.

Guiſe.

Noyon.

Paris.

Imperator Rudolphus, qui pacem vndiq; procurare non deſtitit, legatos ſuos etiam ad vtriuſq; Reip. Catholicæ atq; Caluiniſticæ Epiſcopos Argentinenſes mittit: delegatis enim vtrinq; Argentinenſium & Lotharingiorum animis, & intercedentib. legatu Cæſaris 26. Ianuarij aliqua ſpes pacis cœpit exoriri: Brädeburgenſes etenim & Capitulares Proteſtantes cum Magiſtratu legatos Cæſareos adeunt; Mandatis Imperatorijs ſe parituros, & ab armis receſſuros promittunt, conditionib. quibuſdam adiectis. 26. Ianuā.

Deinde Capitulares & Magiſtratus ſuas etiam conditiones propoſuerunt, ſibique cōcedi poſtularunt, antequam ab armis diſcederent. Cum his conditionibus Legati Cæſaris deinde ad Cardinalem Lotharingum profecti ſunt, qui ſua quoque poſtularet: vltrò citroque ſcribendum & curſitandum aliquamdiu fuit, nunc hac, nunc illa parte, aliquid de voluntate & propoſito ſuo remittente; donec tandem ſub initium Martij inter partes his conditionibus conuenit, quas infra ſuo loco recenſebimus.

Miſit præterea litteras Imperator ad Regem Hiſpaniæ, quibus Groningenſium cauſam ei commendat: poſt mortem enim Ducis Parmenſis omnia ad Partes Ordinum, quibus præerat Mauritius Naſſouius Comes, inclinare videbantur, quemadmodum etiam antea poſt obitum Ludouici Requeſentij contigit, quem Rex idem Hiſpaniæ tertium in ordine Belgij gubernatorem conſtituerat, ſub cuius adminiſtratione, quid actum ſit ab anno 1573, vſque ad an. 1576. iam antea in tertia huius noſtræ deſcriptionis parte retulimus.

à pagi. 157. vſq; ad pagin. 205.

Comes

GOVERN ET CAPITANEVS GENER. IN BELGIO.
MAIE ST. CONSILIARVS

LVDOVICVS REQVISENTIVS MAGNVS COMENDADOR REGNI CASTELLAE, REL

TEMPOR. LOCA.

Comes Mansfeldius senior, cum electo suo 5. Ianuar. nuper edito, Mauritianos, Ordinesq; Regi contrarios offendisset, illis ansam præbuit, vt in concilio & Senatu suo Hagæ Comitis decernerent, consultumq; putarent, hæc contrà Regios quæ sequuntur statuere. Hage.

27. Febru. Nostrum est (inquientes) vt, qui iam tot annis, pro communi salute Christianissimi, libertateq; Belgica, & omnium bonorum subditorum, cuiuscunq; status ac conditionis sint, omnia fecimus, quæ cum æquitate & nullius detrimento fieri pro viribus nostris potuerunt, huic tam iniquo proposito obstare.

Admonemus igitur seriò & amicè exhortamur, omnes & singulos Ecclesiasticos & seculares cuiuscunq; dignitatis & conditionis, qui nondum nobiscum in concordia & defensione libertatis consenserunt; vt diligentem rationem habeant, debiti & fœderis, quo patriæ, sibiipsis, cõiungibus, liberis, & obligati sunt, & omni longiori mora postposita, dexteram nobis porrigant, vt nobiscum iuncti paribus viribus, & animis, exitiosum hoc Petri Ernesti Comitis Mansfeldij (qui se Generalem, vt inquiunt, Gubernatorem prouinciarum Belgicarum nominarat (impediamus, & communem libertatem, quæ ab omnibus Christianis Principibus laudatur, defendamus. Belgium.

Quo futurum est, vt non tantum Belgio, omnibusq; illius incolis, breui tempore pristina fœlicitas, vsus iurium, priuilegiorum & bonorum, etiam negociationes & commercia ad communem conuersationem Dei gratia restituantur: Sed & omnes vicinæ regiones & Regna, vt Germania, Gallia, Anglia &c. à tyrannide & impotenti dominatione erunt securiora, magisq; libera. German. Gallia.

Admonemus præterea & hortamur omnes, qui arma aduersus patriam, nos, seipsos, vxores & liberos sub Imperio Hispanorum sumpserint, vt Aprili proximo ab illo discedant, quia non decreuimus posthac pactum vllum cum illis seruare, aut vt sanciatur pati: sed omnes vt hostes tractare. Atq; hoc contrarium Edictum confestim ad omnes prouincias imperio suo subiectas, vti promulgaretur, transmissum est, tertio videlicet mense post obitum Parmensis. Videntes enim Ordines prædicti, apud Regios quandam ataxiam, ne dicam anarchiam, imminere, oblata sibi hac opportunitate, ea vtendum esse duxerunt. Anglia.

Collecto itaq; mediocri exercitu, pluribus autẽ Nauigijs, ratibus, & maioribus tormentis, incredibili puluere tormentarij globorum, aliarumq; rerum ad maximam obsidionem necessariorum copia simulant se Duynkecham velle obsidere, sed summa vsi celeritate Montes S. Gertrudis nauigant, vrbemq; 28. Martij terra & mari arctissima obsidione cingunt. S. Gertrudenberg.

10. Martij. 18. plus minus diebus ante, Cæsarei commissarij in Episcopatu Argentinensi his conditionibus pacem ita procurarunt, vt vtriq; ab armis discederent, militem exautorarent, & dimitterent, pacem & amicitiam colerent, primariam litis causam arbitrio sex Principum Imperij, VVolfgangi scilicet Archiepiscopi & Electoris Moguntini: Iulij Episcopi Herbipolensis: Archiducis Austriæ Ferdinandi: Ludouici Landgrauij Hassiæ: Philippi Ludouici Palatini Rheni & Friderici VVilhelmi Administratoris Saxoniæ, decidendam relinquerent.

Marchioni autem Brandenburgensi, vicissim cederet Satrapia Dechsteinium cum arce & pagis subditis, Monasterium cum granario, prouentus in Obernheim cum suis: Satrapia quoq; VVensenouia & Reistater, VVeyersheim, Zum thurn, Marckelsheim, Oberkirch vltra Rhenum, Ettenheim, Grauenhusen. Ciuitati vero Argentoratensi restitueretur VVasselheim, & tormenta bellica in eo oppidulo inuenta. Hac pax ab vtraq; parte 10. die Martij subscripta, & per tres Tubicines, magno subditorum gaudio promulgata est.

Venit

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO. 1593.

LOCA. TEMPOR.

Venit interim Vicecomes de Tauannes cum Baronibus Burgundiæ & sexcentis equitibus Lutetiam Parisiorum; Legati quoq; ex Normannia iam aderant; ex Picardia & Aurelia quotidie expectabantur. Venit tandem etiam Legatus Philippi Regis Hispaniarum ad Comitia Lutetiam, diu expectatus, regioq; sumptu & magnificentia exceptus est, Maynæi Ducis secundo genito filio, cum omni nobilitate illi obuiam procedente; pater enim Remis erat, vbi cum Duce Longeuillio collocutus dicebatur, & quotidie Lotharingum expectare.

Paris.

Dux de Feria Aprilis mensis initio ad predicta Comitia ordinum Franciæ admissus, honorificentissimè exceptus, & suo loco sedere iussus, luculenta & diserta oratione tres ordines Generales illos nomine Regis Hispaniarum, ad electionem noui Regis Galliæ exhortatus atq; hæc verba prolocutus est, quæ eo consilio hic subijcere volui, vt lectori præcipua huius nostræ Descriptionis capita inde ab initio totius operis hucusque in memoriam instar epilogi reuocarem. 2. Aprilis.

Cum singulari Dei beneficio (Illustrissimi & Reuerendissimi Domini, vosque clarissimi viri) confecta pax esset, inter Serenissimum Regem Catholicum, Dominũ meum Clementissimum, & Serenissimum Galliæ Regem Henricum æterna memoriæ Secundũ; eaque corroborata vinculo matrimonij Serenissimæ Elizabethæ ipsius filiæ; cumque omnia ex eo tempore, diuino afflante numine, fausta fore, ac fœlicia nobis polliceremur: irrepsere in hoc regnum, à multis seculis Christianorum, pestilentissimæ hæreses; Itaque seriò, ac pertinaciter à plurimis summa authoritatis, potentiæ, & sagacitatis viris, armis, aliisque artificiosis modis dilatatæ sunt: Rex quoque meus pro sua bonitate & clementia, nihil non fecit, quod integræ amicitiæ signum esset, & quod in zelo conseruandæ auitæ Religionis à Rege summè Catholico desiderari potuisset.

Cultum suum in Regem socrum sibi eripuit repentina cum summo dolore omnium optimi Regis mors. Coluisset eum certè si vixisset; coluit socrum, amauit cognatos, nihilq; vnquam omisit, quod illis, aut priuatæ vtilitati, & commodis vsui esse posset: in id vnum intentus, vt pax iam stabilita maneret perpetua, subque ea securè, feliciter vtrumque regnum, totaque proinde Resp. Christiana optimorum Regum cura, fœlix faustaque persisteret.

Gallia.

Venio ad ea quæ sunt magis propria. Cum primum opus fuit sub Francisco 2. misit Rex Catholicus ex Hispania, Duce Caruaialio magnas militum turmas, Arembergensẽ & Mansfeldium cum equitatu & peditatu non paruo; pugnauere hi omnes pro Gallia, tanquam pro laribus proprijs, latius de hisce differere superuacuum.

Cameracũ

Atque vt ad alia pergam, nescio planè, quid maius, quidue magis insigne, quid in Rege magno & Catholico inueniri possit laudabilius, quàm inter tot iniurias, easque maximas à vestris Regibus illatas, patientiam illi non defuisse. Regina mater sub Henrico filio immemor (quod cogor dicere) præteritorum beneficiorum, bis lacessiuit, classe contra res nostras Lusitanas instructa, Regem Cathol. Dux cognatus occupauit Cameracũ, & quantam potuit Belgij partem.

Vtrunque Henricus iuuit, aut certe cum deberet, & posset, non eis contradixit: perseuerauit nihilominus non ex impotentia (quod totus Orbis intelligit) sed ex Christiana beneuolentia, constans in amicitia Rex meus, metuitque sibimet aliquo modo deesse, quã lacessitus iniurijs cognatorum, occasionem illis resipiscendi abripere, & sic tandem calamitatem publicam præcauere.

à pag. 205. ad pag. 255.

Sunt alia (inquit Dux de Feria) quæ breuiter perstringam. Decessit ex hac vita (post Ioannem scilicet Austriacum quartum à Rege constitutum in Belgio Gubernatorem, sub cuius administratione, quid ab an. 1576. vsque ad 1578 gestũ sit, in quarta huius descriptionis

ET CAPITANEVS GENERALIS · ANN. MD CIIII
126


IO. ANNES AVSTRIACVS CAROLI V. F. PHILIPPI G. CATHOLICI NOMINE AT

ptionis parte retulimus) Dux Alenzonius atq; eo tempore Princeps Parmenſis, qui hodie minatur interitum Religioni noſtræ, ad huius Regni ſceptra cœpit aſpirare: fouit hoc demonſtratione publica Rex Henricus; ita, vt neceſſe duxerint fratres Guiſiani, nunquam ſatis laudati Principes, cogitare de remedio tanti huius mali.

Indigebat res tanta magnis viribus & opibus: initum fœdus fuit, quod grauis oneris eſſet Regi meo: exemplar eius extat deſcriptum, illud conſulite, nihil in eo inuenietis, quod aliud ſapiat, quàm meram pietatem; nihil, quod à bonis, & religioſis viris merito reprehendi poſſit. Voluit Maieſtas Catholica vobis maturè conſulere, ne videlicet eius ope, & conſilijs neglectis, aliquando tandem (quod futurum omnino videbatur,) periretis; ſuppeditauit numeroſam pecuniam, coactuſq; fuit Rex veſter ad Aſylum Religionis ſe recipere.

Et ſi hoc mente bona, zeloq; feciſſet, iam pridem certè extincta fuiſſet hæreſis flamma in hoc Regno; noluit dæmone inſtigante: Itaq; à meta horum malorum ad carceres reuocati ſumus; nouaq; rurſus pecunia numerata ſunt, omniq; tandem neglecto periculo, ad apertam mortem ventum eſt: cæſa quidem fuere copiæ noſtræ in conflictu Iurienſi; ſed eripuit exercitus noſter Duce fortiſſimo Alexandro Farneſio, Parmæ & Placentiæ Duce, ex manibus inimicorum iam perituram, maximo cum labore, inaudita conſtantia, mirabiliq; virtute ab optimis Ciuibus conſeruatam hanc ipſam inſignem ciuitatem Pariſienſem, in qua loquimur: idem factum eſt Rothomagi. Paris. Rouan.

Sunt etiam nunc, & fuere copiæ militares pro ſalute veſtra vſque ad necem paratæ, aſq; conſumptum, in alijs ſupereſſet ſex aurorum milliones vt vocant, nullo interim commodo ex his omnibus ad Regem meum deriuato; nec tamen his contentus, quid pro ſalute veſtra vlterius poſſet agitari, diu multumq; cogitauit.

Inſtititq; tandem, quod caput rei eſt, vt congreſſus huius celeberrimi conuentus celebraretur; apud ſummos egit Pontifices, vt vos, veſtraq; omnia amplecterentur; meq; etiam ad vos miſit, vt quid ſui conſilij in hac re tam ardua eſſet, votis ſuo nomine explicarem, vobiſq; præſto eſſem, ad id omne, quod ad ſalutem veſtram pertineret. Quæ omnia officia tàm præclara, & illuſtria videntur eſſe, qualia fortaſſe nulla ætate, nec Gallia ipſa, nec aliud Regnum, in ſumma neceſſitate experta vnquam ſunt.

In eo ſolo veſtram omnium ſalutem, Rex noſter Catholicus ſitam eſſe exiſtimat, vt is Rex Catholicus renuncietur à vobis, aut deligatur, eo zelo Religionis præditus, cui & vires non deſint, quibus res veſtras componat, tueatur, conſeruet, ab inimicis liberet, & quo ſic renunciato nemo dubitet, quin Deo adiuuante breui ad priſtinum Dei cultū, & Reip. ſplendorem redeatur, omniaq; in integrum reſtituantur.

Illud tamen inprimis rogat, obteſtaturq; vt abſq; vlla cunctatione, res tota hac ſemotis priuatis effectibus perficiatur, quia maximum alioquin periculum in mora eſſe videatur, & ne vlla ſit dubitandi cauſa, eam ipſam opem, quàm prius præſtitit, & multo adhuc maiorem, ſi neceſſe fuerit, eadem qua vſus eſt hactenus beneuolentia, pollicetur.

Agite ergo (concludit Dux de Feria) Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi, voſq; etiã viri clariſſimi, pro veſtra Religione, nobilitate, virtute, ac prudentia, vt toti in reſtaurationem, & conſeruationem iſtorum ſeriò, & conſtanter incumbatis, atq; vt ad rem hanc tam grauem, tam piam, tamq; toti Chriſtianorum orbi neceſſariam animum applicetis, verè pium, verè Chriſtianum & qualem à vobis vniuerſi orbis Chriſtiani deſiderant.

Ego

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO.

LOCA. | 1595. TEMPOR.

Ego verò (inquit idem Dux) quantum in me erit, vobis ſemper adero, nihilq; amoris, laboris, & ſolicitudinis in me à vobis deſiderari permittã, quod communi veſtro bono aliquo modo prodeſſe poſſe cognouero: Inq; eius rei firmiſſimum teſtimonium & fidem, haſce literas à Rege meo ad vos datas amiciſſimè offero: eas poſtquam legeritis, ſi quid amplius ſit, quod requiratis, quodq; ego in mandatis habeam, vberius, cum opus fuerit, exponam.

Regiæ huiuſmodi literæ ad Principes datæ, Domino Nicolao de Pelue, tituli S. Praxedis Cardinali Remenſi Archiepiſcopo, primo Franciæ Pari, & Comitiorum præſidi, fuerunt exhibitæ, quas ille publicè legendas, Abbati Orbenſi Comitiorum Secretario tradidit.

Rems.

Maynus Dux ante hæc etiam dum auſpicaretur Comitia Pariſijs, inſignem habuit orationem, quà poſt Deum, agit immortales gratias Pontifici Romano, & Hiſpaniarũ Regi, eò quod illorum opera & auxilio Regnum Galliæ protectum eſſet, ne in manus Calumniſtarum incideret: Monens deinde ordines, vt id ad quod vocati eſſent, ſeriò, ſyncereq; peragerent. Quam Ducis orationem excepit Archiepiſcopus Senonenſis, qui longa oratione hortabatur ordines, vt Regem crearent Catholicum & potentem, qui & vellet & poſſet ſubiectos aduerſus omnes hæreticorum vires defendere. 1. Aprilis.

Iam verò mutato rerum ſtatu, dicit Archiepiſcopus Remenſis, in procerum conuentu trium ſtatuum, Deum excitaſſe Philippum Hiſpaniarũ Regem, qui viciſſim in maxima rerum neceſſitate Gallis ſuccurreret & opitularetur, comparat hunc Regem cum Troiano Imperatore ex Hiſpania oriundo, cum Theodoſio genere quoq; Hiſpano, cum Ferdinando, qui Mauros & Iudæos ſibi ſubditos, aut Hiſpaniæ finibus egredi, aut fidem Catholicam profiteri coegit: Cum Carolo patre Philippi, qui pro pietate toties armatus Chriſtiani nominis hoſtes, & Germanos Lutherana labe infectos, bello ſudit.

Cæterum his omnibus anteponit Regem Philippum, qui toties pro aris & focis, pro Chriſtiani nominis dignitate, pro antiquæ ac veræ Catholicæ Religionis autoritate, bella geſſit: cuius omnis ætas non modo in propagandis finibus Imperij, quod habet maximũ & ampliſſimum, ſed multo magis, in fide Catholica defendenda & amplificanda, oppugnandiſq; hæreticis, verſata eſt.

Qui Rex verè Catholicus, Catholicos in Francia maximis liberaſſet periculis, verè Catholici nomine digniſſimus habendus, qui Hiſpanijs vniuerſè Catholicis imperaret, cuius Regna ſingula nemo ante ipſum, ac ne Romani quidem ipſi tam pacatè obtinuiſſent; qui fidem Catholicam ſuis non modo in terris, ſed & in externis Regnis contra omnes Turcarum & hæreticorum impetus defendendam ſibi, propugnandamq; propoſuiſſet:

Quin & omnium primus Chriſtianos, qua ratione ipſi Turcas ſuperarent, ſuo exẽplo edocuiſſet: verè Catholicus, qui ad extremas vſq; mundi partes, ante noſtram ætatem incognitas, Religionem Catholicam publicandam diſſeminandamq; curaſſet. Qui vt idem Archiepiſcopus, Regnum Franciæ ab Hæretica Tyrannide duabus præſertim in obſidionibus, miſſis ſub Parmenſi Duce, viro manu, & conſilio ſtrenuiſſimo, auxiliaribus copijs ſibi vindicandum putauerit. Fuerat autem hic Parmenſis, quintus & vltimus in Belgio Gubernator à Philippo Rege miſſus, qui ab anno 1578. vſque ad anni 1592. finem, Regis nomine Belgium adminiſtrauit. Cuius quidem Ducis Parmenſis exequias Romæ in Aracœli, à Senatu populoque Romano celebratas fuiſſe ſupra diximus, vnde,

à pag. 250. vſq; ad pagin. 463.

quinque

PHILIPPO II HISP. REGE CATHOL.
REGIONVM BELGICARVM
TANNERVS GENERALIS

ALEXANDER FARNESIVS PARMAE ET PLACENTIAE PRINCEPS GVBERNATOR ET C

TEMPOR.

LOCA.

quinq; gubernatorum Belgij à Rege Philippo, post discessum illius in Hispaniam constitutorum, per ordinem, ad viuum expressas imagines huiusq; pro distinctione quinque partium operis, libro huic post mortem Parmensis inserere, atq; inde quinq; literas M. A. R. I. A. ex Margaretha scilicet, Albano, Requesentio, Ioanne Austriaco & Alexandro Farnesio, colligere voluimus.

3. Aprilis. Proceres confœderati Catholici adhuc Lutetiæ conuentum agebant, & de Rege Catholico eligendo in medium consulebant, eò aũt res deuenerat, vt tam communis omnium consensus in iuniorem Ducem Guisium propenderet: ei enim coronam meritò deberi existimabant; tum quod ex Illustrissima & antiquissima Lotharingiæ familia, quæ à Carolo magno ducit originem, esset oriundus; tum etiam quod & Pater & auus pro salute regni & Ecclesiæ Gallicanæ, sanguinem cum vita fudissent. Paris.

Cum autem huius Guisij electio iam esset publicanda, Præses parlamenti ex palatio veniens, vt Lotharingiæ Duci electionem nunciaret, cæteraq; ad proclamationem noui Regis necessaria disponeret; ecce repentina exorta est seditio, & qui partibus Nauarræ studebant, armati concurrentes, Præsidem trucidarunt, aliaq; multa insolentia facta exercuerunt, ita vt tota vrbs in tumultum versa sit. Guisius animaduertens præsens periculum, quod sibi adeundum esset, si inuito populo Regnum susciperet, à Regum titulo abstinere maluit.

Proceres nouam electionem quidem instituerunt, nihil tamen inde secutum est: qui enim denuo Guisium eligendum atq; in Regem assumendum suadebant, aduersarios habebant eos, qui metuebant, ne Guisius, patris & aui casus memor, impotentius imperaret, iniuriaq; ceucrius vlciscereturr: Qui verò Isabellam Hispaniæ infantem Henrici nuper interfecti ex sorore neptem proposuerunt: ea lege, vt nuberet Serenissimo Archiduci Austriæ Ernesto, de quo paulò post dicturi sumus, ab ordinibus eam responsionem acceperunt, qua discerent, se legem habere Salicam, secundum cuius præscriptum sceptrum & corona regni minimè in fœminam, multò minus in externũ, extra regni limites natam, non possit deuolui aut transferri; atq; hac ratione Nauarræ res melius se habere inceperunt.

Is enim, vt ab omnib. Catholicus videretur, antiques errores suos detestatus est, Caluinianam fidem eiurauit, & ad Catholicam Romanam Ecclesiam rediit. Cum videret hactenus nullam de iure successionis fuisse controuersiam, quo minus ad coronam regni admitteretur, sed sola obstitisset religio; quæ cum Catholica non esset, in causa erat, quominus secundum leges regni corona capax esset, quam cum nunc mutasset, spes erat, omnes Principes, tam externos, quàm internos in partem eius transituros, & benigniores ipsi ad coronam consequendam futuros.

Hinc est quod ministros Caluinianos qui hoc fatum Regis indignissime tulisse videbantur, à se dimissos Rupellam, & ad alia loca ablegauit, Renatum verò Benedictum, profundissimum Theologum Parisiensem ad se vocauit, eum catechistam & concionatorem suum constituit, sacrum audiuit, omniaq; fecit, quæ sibi ad regnum consequendũ viam aperirent, animiq; sui propositum eo quoq; citius maturandum arbitrabatur, ne alio Rege electo, populi studio magis magisq; in diuersa scinderentur. Rupella.

25. Iunij. Fuit enim Dux Feriæ, qui ordinibus in consessu Comitiorum indicauerat, quod tametsi hæc primaria sua legationis causa sit; se ideò à Rege Hispaniarum esse missum vt eos exhortetur, ne hæreticum Regem admittant, sed Catholicum (quisquis is dum sit) eligant.

PHILIP-

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO. 1593.

LOCA. TEMPOR.

Philippus Rex Hiſpaniarum Luſitania regni adminiſtrationem Alberto Auſtriæ Archiduci, filiorum Maximiliani 2. Imperatoris minimo, Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinali, ſpectatæ nobilitatis & virtutis principi, in cuius vita nulla fraus, nulla auaritia, nulla perfidia, (quare Luſitanis gratiſsimus & chariſsimus) commiſit, eamque in hac adminiſtratione laudem promeruit, vt & Regi & ſubditis ſatisfecerit.

Huic Rex Philippus ſenio iam confectus ad ſe vocato, expoſuit, quantis curis, moleſtijs & laboribus tot iam annos hæreditaria regna & prouincias adminiſtrauerit: ætate iam ſe fractum, neque vtilem amplius eſſe Imperio: omnibus ſe modis paci & ſaluti ſubditorum hactenus ſtuduiſſe, ſed quorundam inquietorum hominum machinationibus impeditum, quominus in omnibus prouincijs pacem conſeruare potuerit.

Dolere igitur ſeſe, quod filio pacatum imperium tradere non poſſit. Et quidem eò magis, quod filius propter ætatem minus maturam Regnis gubernandis vix eſſet idoneus. Spectatam, probatamque ſibi eſſe cognati prudentiam, & ſinceritatem, quibus hactenus inter Luſitanos vſus eſt. Eam huiuſmodi eſſe, vt ſuæ fidei, etiam aliorum regnorum omnium regimen tutò audeat concredere. Decreuiſſe namque ſe, poſt tot in gloriam Dei, & ſalutem ſubditorum exantlatos labores, imperio ſe abdicare, Deo vacare, eique pro tam diuturno & proſpero vitæ curſu, regnorumque felicitate gratias agere; quodque reliquum vitæ concederet Deus, diuinis contemplationibus, animæque ſuæ ſaluti in loco pio, & huic generi vitæ commodo tranſigere.

Regnorum autem adminiſtrationem filio Philippo, & Alberto cognato ſuo tradere vt paribus conſilijs & curis ſubiectos populos gubernent, donec filius adoleſcat, ſoluſque Imperio ſufficiat. Additurum quoque ſe illorum conſilijs quinque primarios regnorum, proceres, indigenas, Hiſpanos, quorum conſilijs, ope & authoritate (ſi opus ſit) vterentur. Quid ad hæc Archiduci Cardinalis reſponderit, & qui huius Regis propoſiti euentus, nondum eſt manifeſtum.

Groning. Miſit Imperator ad eundem Hiſpaniæ Regem paulò poſt obitum Ducis Parmenſis, hoc eſt 19. die Decẽb. anni prateriti litteras, quibus illi ſtatũ Groningenſiũ, qui non parum videbatur periclitari, tum propter amiſſas ciuitates: Steenvvich, Cœuerden, &c. tum etiam propter ſummam diligentiam, quam Comes Mauritius Naſſouius cum ſuis adhibuit, non ſolum ſubigendi ſuaque poteſtati ſubijciendi Friſiam, verum totam ſi poſſet, etiam inferiorem Germaniam. His reſpondit 20. die Aprilis Rex, ſe Comiti Mansfeldio totum negocium commiſiſſe, quem ſperaret, etiam facturum, quæ ad defenſionẽ illius ſtatus Groningenſium & ſecuritatem eiuſdem neceſſaria videbuntur. 20. April.

Proficiſcitur itaque cum exercitu ſuo, Comes idem Mansfeldius Petrus Erneſtus 26. Maij, poſtquam ſatis Antuerpiæ per Comitem Fuentes Hiſpanum, Marchionem Hanraum alioſque Regios belli conſiliarios conſultatum ac deliberatum fuiſſet, quo pacto, quibuſque viribus Montenſibus S. Gertrudis à Mauritio, vt dictum eſt antea, obſeſſis, ſuccurri poſſit ac debeat.

S. Gertrudenberg. Qui in vrbe erant fortiſſimè ſeſe interim defenderunt. ſperantes Mansfeldium cum Regys ſibi opem laturum, qui, poſtquam Comes de Fuentes Antuerpia, Bruxellas redijſſet, quidem quod potuit fecit, 10. tormenta bellica ſibi Antuerpia mitti petijt, aliaq; neceſſaria procurauit, ſed dum res cunctanter ageretur, Mauritius quoq; cum ſuis, vrbẽ ab ea parte, qua continentem ſpectat, tam latis foſſis, tam altis & firmis vallis, tot propugnaculis cinxiſſet, vt impoſsibile propemodum videretur, eum caſtris exui poſſe. Oppidani Montes S. Gertrudis poſtquam tres menſes obſidionem forti animo ſuſtinuiſſent, tandem ſe hoſti dedere coacti ſunt. Hinc 31. Maij. 25. Iunij.

ERNESTI AVSTRIAE ARCHIDVCIS OBITVM. CCXXXIII.



Digitized by Google

IE.RON

TEMPOR.		LOCA.
25. 26. 27. 28. 29. Iul.	*Hinc eſt quòd cum Regij viderent, Mauritij Comitis Naſſouij res in Belgio proſperè ſuccedere, atq; in Francia Nauarreum in Regem Galliæ etiam aſſumptum ad S. Dionyſium & vnctum eſſe animaduerterent, cœperunt ſibi proſpicere de ſtrenuo quodam, qui eos tam contra Gallos quàm etiam contra Belgij confœderatos Ordines defendere poſſet. Miſſi ſunt Bruxellis ad Imperatorem Rudolphum, Dominus Molmbarſius, Comes Zollerenſis, D. Ranſt, Don Drego Pimentenius, Comitis de Fuentes cognatus, D. Lathomus, aliiq; multi nobiles & viri primarij, qui Pragam profecti, ibidem inuenerunt Legatum Regis Hiſpaniarum D. Guiſelinum de S. Clement.*	S. Denis.
	Hi omnes communibus ſtudijs inſtabant, vt fratrem Erneſtum ex Vngaria vocaret, ſecumq; in Belgium mitteret: ſperantes ſi ſua celſitudo veniret, bellum aut pacem feliciorem progreſſum habituram: Imperator qui eundem fratrem Erneſtum proregem Vngariæ, Croatiæ, Carinthiæ, Stiriæ, aliarumq; prouinciarum ab domum Auſtriacam pertinentium Gubernatorem conſtituerat, quibus aduerſus Turcam defendendis, omnem operam ſtudiumq; impendebat Erneſtus, Auditis legatorum poſtulationibus, & negotij grauitate pōderata, licet agrè conſentire voluerit: Vngari quoq; Erneſtum in ipſo fauore belli Turcici difficulter dimiſerant. Cum tamen is rerum in Belgio ſtatus eſſet, vt omninò aduentus Erneſti fuerit neceſſarius, conſenſit in gratiam Hiſpanorum Regis Imperator, conſenſit etiã atq; obtemperauit fratri Imperatori Erneſtus: cæteriſq; duobus fratribus ſuis, Matthiæ adminiſtrationem Vngariæ deſignauit: Maximiliano autẽ, Regi Poloniæ, fratri iuniori gubernationem reliquarum prouinciarum commiſit, ipſe verò Erneſtus ad iter Belgicum ſeſe accinxit.	
27. Aug.	*Imperator qui non ſolum Belgii, ſed & Argentoratenſibus quemadmodũ ante dictũ eſt pacem procurauit, tandem die 27. Auguſti etiam Aquiſgranenſibus tranquillitatem definitiua ſententia imponit his verbis: Vobis (inquiens) accuſatis ſeu reis nullo modo competere, aut licitum eſſe, iudicauimus, in ſede noſtra Regia, vrbeq; Aquiſgranenſi in cauſa Religionis vllam introducere, aut introduci permittere nouitatem: ſicuti nec veſtrum eſt, Magiſtratum, vrbiſq; adminiſtrationem de facto vobis vſurpare: ſed potius quicquid hactenus à Magiſtratu, Scabinorum iudicio, & alibi conſtitutum, abrogare & reuocare, omniaque, vt ante introductam innouationem, iuxta præſcriptum anno LX. decreti ab omnibus tribubus atq; Magiſtratu approbati, & in executionem miſſi fuere, reſtituere.*	Strasburg.
	Actores quoq; ad priſtinum ſtatum admittere, eorum perſonas ad Magiſtratum, aliaq; officia iuxta pactum eiuſdem anni LX. denuo aſſumere, & eorum expenſas in hoc regno factas refundere, omniaq; damna reſarcire: quemadmodum nos reſpectiuè cognouimus, aboleuimus, etiam reſtituimus & damnauimus: excipientes præterea pœnam, quæ veſtro delicto debetur, querelis etiam & actione aduerſum vos, quæ ſecundum iura ſimul aut ſeorſim decidentur, &c. Hanc ſententiam hic breuibus ſubijcere volui, vt Aquenſium actiones, de quibus ſupra diuerſis in locis ſuiſq; temporibus diximus, tandem exitum fuiſſe ſortitas lectores intelligant.	
29. Dece.	*Nauarreus vt in Gallia res ſuas ſtabiliret melius, per ſuos Lugduni affert, vt 18. Sept. Ciues ibidem tumultuari inciperent, Ducemq; Nemouriæ gubernatorem caperẽt.*	Leon.
18. Septẽb.	*Mittit tandem Ducem de Neuers Romam ad Pontificem pro abſolutione, qua necdum obtenta in Galliam reuertitur. Miſerunt etenim & confœderati Legatum Montorium ad Pontificem, qui conuerſionem Nauarrei ſuſpectam aſſeruit. Interim progreditur Nauarreus & prater Lugdunum etiam Meauxenſes & per hos Pariſienſes in ſuam poteſtatem redigit, ſeq; in hodiernum vſq; diem, pro Rege Franciæ gerit in Gallia: Mauritius verò pro gubernatore in Belgio, vtpotè, quibus pro voto cuncta fœliciter ſuccedunt.*	Paris.

Erneſtus

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO.

1594.

LOCA. TEMPOR.

ERNESTVS Archidux Auſtriæ, cum Norinbergam primò, inde Herbipolim veniſſet, ibidem Natalem Domini celebrauit. Rhenum paulo poſt trajiciens, vbi Erneſtum Principem Electorem Colonienſem ſe expectantem inuenit, vnà cum illo in Belgium profectus eſt: & 17. Ianuar. Luxemburgum venit; quem Petrus Erneſtus Mansfeldius honorificè excepit: vti & Namurci Comes Barlaymontius. 17. Ianua.

Namurco diſcedenti Comes de Fuentes Niuellam vſq; obuiam proceſſit, ac tandem Hallam veniens, à Principe Chimæo cum omni honore ſuſceptus eſt. Interea Bruxellis arcus triumphales erigebantur, incredibiles expenſæ, & maximi apparatus fiebant, vt tantus Princeps dignis honoribus Regiam introduceretur.

Erat autem Bruxellis tantus hominum concurſus, qui ex omnibus vicinis prouincijs illuc venerant, vt non nouum Gubernatorem ſed proregem, & Imperatoris fratrem viderent, & qua pompa ipſe exciperetur, quod vix vrbs capere potuit: hoſpitia & diuerſoria multi non inuenirent.

Triceſimo tandem die menſis Ianuarij Archidux vrbem ingreſſus eſt, multos in ſuo comitatu habens Principes, inter quos erat Erneſtus Elector Colonienſis, Sacri Romani Imperij per Italiam Archicancellarius, Eburonum, Monaſterienſium, Hildesheimenſium, Friſingẽſium, Stabulenſium Princeps, Comes Palatinus Rheni, vtriuſq; Bauariæ; VVeſtphaliæ, Angariæ & Bullonij Dux, Marchio Francimontenſis, Comes Loſſenſis, Longienſis, Horienſis &c. Item Marchio Badenſis, Dux Arſcotanus, Comes Mansfeldius, Comes Fuentius, Princeps Chimæus, aliiq; Duces, Comites, Barones, Nobiles, Hiſpani, Itali, Germani, Belgæ, & aliarum nationum.

Iucundiſsimum erat videre eximiam & ſingularem pompam, quacum eum exceperunt: arcus item triumphales, diuerſis elogijs inſcriptos, Theatra varia, IX. laudatiſsimi Cæſares, ex domo Auſtriaca procreati repræſentabantur, quorum primus

I. RVDOLPHVS.

Rudolphus, qui Auſtriacam ſobolem felici ſtirpe primus plantauit, primus etiam hic in ordine, Bruxellam cum Erneſto ingredientibus conſpiciendus occurrit. Qui ob ſpectatam ſuam, aliquot externis Friderici 2. & binis domeſticis bellis, interregni tempore, ſapientiam, magnanimitatem, fortitudinem, felicitatem & moderationem, Francofurti in Comitijs inauguratione, Auguſtus in Imperium collocatus: totus in hanc rem incubuit, vt latrocinijs, ſeditionibus, tumultibus, & bellis quibus ardebat Germania, ſublatis, pacem patriæ redderet & tranquillitatem: Otthocarum Bohemiæ Regem rebellem, cuiuſq; Imperium detrectantem prælio victum in acie occidit; aliaq; multa Cæſare digna perfecit, de quibus eundem per Tubicines & tympana in ciuitatis Bruxellẽſis ingreſſu, ſalutatum ac velut à mortuis excitatum loquentem ſic accipe. Bruſſel. 30. Ianuar.

Montis Auentini Comes, Alſatiæque Rudolphus
Et decus, & gentis gloria prima meæ.
Quàm bene labentis ſuſcepi pondera Regni,
Quando fremit motu Teutona terra graui.
Fluctuat Imperij certo ſine Rege poteſtas:
Acta per æquoreas vt vaga nauis aquas.
Pace fui felix, fœlixque potentibus armis:
Teſtantur patriæ me pia facta patrem.
Tirygetæ, Sueui, Boij, ſocijq; Bohemi
Edomiti, vires edidicere meas.
Pacatis morior rebus, bellique domique:
Pro meritis cælum dij tribuere mihi.

ERNESTI AVSTRIAE ARCHIDVCIS OBITVM. CCXXXIV.

Digitized by Google


Ernerung dess Durchleuchtigsten Hochgebornen Fürsten vnd Herrn, Herrn Ernesten Erzhertzogen zu Oesterreich etc.

TEMPOR. LOCA.

II. *ALBERTVS, Rudolphi filius intrantibus Bruxellam ſecundus occurrit: Hic Adolphum Cæſarem ab Electoribus propter ambitionem, & ſordes abdicare iuſſum, & imperij titulos nihilominus acrius ſibi aſſerentem, apud Vangiones in agro Spirenſi prælio ſuperans occidit, Imperijq; ius Ordinibus reſignauit, ne de violenta vſurpatione, & occupata tyrannide notari poſſet. At Electores, cuntes in ſuffragia, calculo omnibus denuo Cæſarem Imperatorem declararunt. Pater Rudolphus hunc eundē Albertum, Imperij conſenſu & Principum conſilio, extincta Ducum Auſtria maſcula ſtirpe, Archiducem eius prouincie conſtituit, bella foris pauca, domi verò plurima geſsit, præſertim ob Vngaria & Bohemia Regna, quem per Tubas & tympana in ingreſſu Bruxellenſi ſalutatum, atq; adeò velut è ſomno excitatum, ſic locutum accipe:*

Magna mihi virtus, rerum prudentia magna,
Magna fides, bello dextera prompta fuit.
Biſſeno victor conflixi Marte ſuperbus,
Inter Germanos primus honore Duces.
Boiorum, Mogiq; Duces, forteſque Boemi
Marte triumphati ſuccubuere meo.
Terror eram Gallis, fatis concedit Adolphus
Æmulus. Hinc regnum per duo luſtra gero.
Regni cæcus amor, natiuum vincit amorem:
Impius indigno me necat enſe nepos.
Pœna Comes ſceleris: meritas ſicarius audax
Exilio pœnas, carceribuſque luit.

III. ALBERTVS 2. Abnepos prioris, in ordine tertius vrbem ingredientibus ſe conſpiciendum exhibet (nam quod ad Fridericum cognomento Pulchrum, filium Alberti primi attinet, hunc pro Imperatore non computo: hic enim etſi cum Ludouico Bauaro, ob Imperium magna vi dimicauerat in Sueuia & Bauaria, ab eodem Ludouico tamen captus, & in cuſtodia triennio detentus, in arce vicina oppido Naburgo, tandem Imperio ſe abdicauit) Caterum Albertus hic, vno eodemq; anno ter coronatus, videlicet in Regem Vngaria, Bohemia & Romanorum, non toto biennio imperauit, quo tamen breui temporis ſpacio, Moranos & Sarmatas, intra ſuos fines fugere compulit. Bohemia factiones penitus attriuit: Amurathem Turcam in Vngaria vicit fugauitq;. Hinc veluti redituus inquit:

Pace fui clarus Dux, & pugnacibus armis
Albertus, Patriæ ſplendor, honoſque domus.
Imperium, virtus, duo dos vxoria Regna
Contulit: Impleuit laudibus omne latus.
In via diſperſos capio per luſtra latrones:
Per me ſecurum conficit hoſpes iter.
Sauromatas domui temerantes ſacra, ſed vſus
30. Ianua. Germani fida ſemper Achillis ope. Bruſſel.
Mens fuerat Scythiam bellare, domare Tyrannum
Threicium: ſed me Parca maligna domat.
Pannona Ladislaæ regis, Bricinaque Regna:
Dumque paras thalamum, mors tibi fata parat.

IIII. FRIDERICVS Patruelis Alberti 2. in ſecundo gradu (habuit enim Fridericus hic Leopoldum auum, & Albertus, Albertum auum, qui duo fratres Germani fuerunt) quartus ſe conſpiciendum in ordine procedentibus præbet in vrbe Bruxellenſi

LOCA. TEMPOR.

Cæſar concilij Electorum voto deſignatus, ob ingenitam naturæ probitatem, virtutesq; tanto Principe dignas omnibus gratiſsimus fuit, cultui imprimis diuino, & Catholicæ Religionis pietati, ſtudyſq; literarum, vel à prima lanugine ſua ſponte prorſus addictus. Hic motibus in Auſtria ſedatis Romam placidè profectus, à Pontifice Nicolao V. cum maxima ſolennitate conſecratus eſt. Hunc ita locutum accipe.

Tertius Hectorea Fridericus origine Cæſar
Dum gero longæua frena ſuperba manu,
Me gero pro Domino Patrem, pro Cæſare ciuem:
Publica me potius, quàm mea vota mouent,
Seditione potens quanquam mihi Patria Regnum
Inuidet: indulgens ſum, faciliſque parens.
Imperium ſceptro firmo, populoſque feroces,
Sic orbi pacis commoda mille fero.
Quantum bella ſolent ſecuræ cedere paci:
Tantum Cæſaribus maior in orbe fui:
Sed tamen in caſtris mihi ſe victoria læta
Præſtitit, & capiti laurea ſerta dedit.

V. MAXIMILIANVS I. Friderici filius. Quintus in ordine tubis & tympanis ſalutatur, Imperator in omni virtutum genere conſpicuus, magnus bello, multis victoriis de Gallis Eburicabus Batauis, Morinis, Hungaris, Bohemis, Heluetijs, Boijs, imprimis autem Venetis clarus; & nobilitatis, atq; ita prudentiæ, fœlicitatisque fama creuit, vt Turcarum Imperator Baiazetus, regulique Barbari, plures ſua ſponte legatos, auro & omnis generis preciosis muneribus onuſtos, amicitiæ conciliandæ cauſa, ad ipſum miſerint. Duxit Caroli Burgundiæ Ducis natam Mariam, multarum prouinciarum, totiuſq; Belgij ſiue Germaniæ inferioris haredem vnicam, ex qua ſuſcepit Philippum filium, cui per matrimonium Ioannæ Ferdinandi Catholici Regis vnicæ filiæ, Hiſpaniarum quoq; Neapolis, Siciliæ, atq; alia regna plura, & ampliſsima ditiones feliciter acceſſerunt: ſed Maximilianum hunc prætereuntibus, Bruxella ſic locutum eſtima. Idque veriſsimum ex præteritorum temporum hiſtorijs eſſe, comprobo, cum dicit:

Maximus & pacis ſtudijs, & maximus armis,
Laudibus egregijs nomine digna gero.
Marte potens vici Marinos, forteſque Sicambros,
Victor & è Gallis clara trophæa tuli.
Pœnos Auſtriaca ſubmoui victor ab ora.
Hunnia deuaſtant qui mea regna Duce.
Threicium populi dextra victrice Tyrannum:
Pro patria moui ſigna Liburno tua.
Quid referam Sparſos per Norica rura Boemos?
Quid Venetos profligos, Heluetioſque loquar?
Actaque iam fuerat mihi ſexageſima bruma:
Pacato cælum mortuus orbe peto.

VII. CAROLVS 5 Maximiliani ex Philippo nepos Sextus obuiantibus repræſentatur, Princeps Illuſtriſsimus, fortiſsimus, clementiſsimus, & rerum geſtarum gloria clariſsimus, qui Carolo magno merito comparandus, ſic prætereuntes, velut reduuius alloquitur:

Carolus immenſo maior virtutibus orbe;
Laudibus impleui ſidera celſa meis, Sceptra

Digitized by Google

ERNESTVS D.G. ARCHIDVX AVSTRIÆ DVX BVRGVNDIÆ

Sceptra potens Cæsar rexi ter dena, sub orbe
Immenso; regum Rex, patriæque pater.
Fœdifragos reprimo Gallos, Turcosque rebelles,
Romaque dat victos in mea iura manus.
Pannonas Odrysio defendo victor ab hoste
Iudos, atque Iberos Antipodesque domo.
Non iidem nobis, aliisque fuere triumphi:
In magno pectus robore mite gero.
Fessus at Imperio, do patria regna Philippo;
Cæsareum fratri sed diadema meo.

VII. FERDINANDVS I. *Caroli frater, Imperator ex Serenissima domo Austriaca septimus, in ordine conspicientibus exhibetur, qui sapientissimus, idemq; religiosissimus, pacis concordiaque studiosissimus, literarum ac literatorum hominum amantissimus, rei summam, summa dexteritate tulit. Hunc ita locutum fuisse, si vixisset tempore ingressus in vrbem Bruxellensem, res ab ipso gestas in memoriam reuocans, mihi planè persuadebo.*

Pannonios rexi populos, arcesque Boemas,
Addit Cæsareum curia sancta decus.
Cæsar eram placidus, nec me moderatior vnquam
Imperij magnas protulit alter opes.
Quanta Numæ, mihi tanta fuit reuerentia legum,
Tanta fides, tantus religionis amor:
Pax mihi pro bello placuit: placidissima semper
Principis ingenium pax sapientis habet.
Me tamen haud impune lacessit barbarus hostis:
Bosphore siue tuus, siue Tibisle tuus.
Pacificus vitam Germana morte peregi,
Quæ post fata venit gloria, digna venit.

Hactenus VII. Cæsares ex augustissima domo Austriaca progenitos, atque in vrbem Bruxellensem cum Ernesto ingredientibus, ordine representatos contemplati sumus: Nunc priusquam omnes 7. vno carmine simul comprehenderemus, cum q; duobus laudatissimis aliis Imperatoribus, eiusdem familiæ, patre scilicet Maximiliano, & filio Rudolpho progrediamur, descriptionem nostram continuantes, lamentabilem Groningensium obsidionem lectori quoque contemplandam exhibebimus, quæ eodem mense, Maijo videlicet, cepit initium, quo omnium maximè Serenissimus Archidux Ernestus, (cuius introitum in regiam ciuitatem Bruxellensem hic describimus) labor auit, vt ordines Regi contrarios tandem reconciliaret, totiq; Belgio pacem tandem ac tranquillitatem procuraret. sed frustra id institutum fuisse infra latius declarabimus.

Sequitur carmen de quo paulò ante, Septem illis Imperatoribus Austriaca domus applicatum, quorum trophæa, Bruxellis erecta, & figura seu tabella quàm pramisimus representata videmus. His decimum caput libri tertij Regum, præterea & prouerbiorũ caput 9. ex Bibliis accomodantes, rectè dicimus: SAPIENTIA AEDIFICAVIT SIBI DOMVM, (Austriacam) EXCIDIT COLVMNAS (id est Imperatores) SEPTEM. ergo:

Sumes Imperij Dominos de sanguine Septem,
Respicis Austriaco septem de rupe columnas
Arcano excisa iussu, Salomonis in æde
Aptatos sacras, diuini in numinis vsum,

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO. 1594.

LOCA. TEMPOR.

Lucidus vt poſſit diſcerni temporis ordo
Adducto longè firma ratione futuros
Omine ad Imperium heroas quos Auſtria mittat.
Fœlix præcunctis mundi ditionibus vna:
Magnanimoſque Duces, quos illa tabella figurat,
Monſtrat & aſpectu, ſeriem ponitque videndam,
Ordine perpetuo per congrua tempora ducto,
Clare diſpoſitos, ducens ab origine prima.
Numine cœleſti ſic nutu cuncta regente,
Fundamenta rei fore duratura futuræ.

Bruxella. *DE ſequentibus, poſt VII. illos, Rudolphum, Albertum, Albertum 2. Fridericum, Maximilianum 2. Carolum & Ferdinandum, duobus Imperatoribus, patre ſcilicet Erneſti Maximiliano 2. & fratre Rudolpho 2. quorum theatra Bruxellæ vſq; ad palatium collocata cernuntur in figura, diximus alibi, nunc ad hiſtoriam.* 30. Ianua.

REX Nauarreus in Gallia, qui iam menſes aliquot publicè Catholicam fidem profeſſus erat, ſic retinere, omniſq; pietatis argumenta dare videbatur, vt vix aliqua in eo eſſet ſimulationis ſuſpicio. Quare Regnicolæ tot, tamq; diuturnis bellis defatigati, oculos in Nauarreum, mutatis animis, conijcere cœperunt.

Meaulx. *AQVENSES in prouincia ad Regis Imperium aſpirabant; Meldenſes vulgò Meaulxenſes (quorum vrbs Parienſibus vicina) per Gubernatorem Dominum de Vitui, vrbem Regis poteſtati ſubiecerunt. Idem fecerunt Cameracēſes per Dominum de Baligni Gubernatorem ſuum. Atque ita conſequenter, exempla horum ſecutæ ſunt aliæ vrbes & oppida.*

Camera-cum. *MELDENSES hortantur etiam Pariſienſes, vt ſe quoque Regis dedant fidei, & collatis in vnum multis variiſq; argumentis ſcripto ſatis prolixo, ſerio ſuadent, vt ſecum Regis Nauarræi Imperium agnoſcant, & fideles ſint: Hiſpanis, & omnibus coronæ Franciæ inimicis, armis, opibus, & ſanguine reſiſtant. Quod niſi velint facere Pariſienſes, ſe antiquæ cum ipſis amicitiæ renunciare, & quos ipſi hactenus amicos inuenerunt fideliſſimos: nunc hoſtes habituros infenſiſſimos; omnia ipſis hoſtilia denunciantes.*

Paris. *PERSVASVM etenim habebant, Regis Hiſpaniarum mentem fuiſſe, filiam ſuã Erneſto iam dicto, Archiduci Auſtriæ vxorem dare, & hoc modo Regnum Galliæ à Frãcia auertere, atq; ad externum Principem transferre. Non ferendum Gallis vt infans Hiſpaniarum, externi Regis filia, extra Galliam nata & adhuc habitans, ad Regnum Franciæ promoueatur.*

Leon. *LVGDVNENSES 7. Februarij ſeſe itidem Regis obedientiæ ſubiecerunt, ciues toto octiduo albis cincti faſciis, pileiſq; candidis plumis ornatis tecti, obambulabant: omnibus in locis planioribus rogos ingentes, lætitiæ ſigna, excitarunt, & ſublatis in cœlum vocibus, paſſim clamarunt, VIVE LE Roy, quas voces ſonus tympanorum, tubarumque, & fragor maiorum, minorumque tormentorum eſt inſecutus. Sicq; non Belgij tantum oppida, Hulſt in Flandria, Nouiomagum in Geldria, item Steinvvick Cœuerden, & Groninga Friſiæ, quorum icones ordine ſubiecimus, Mauritio Comiti Naſſoniæ ceſſerunt: verum Galliæ quoque vrbes, quas diximus, ad Nauarræum Regem à Confœderatis defecerunt.* 7. Februa.

SVMMVS

ERNESTI AVSTRIAE ARCHIDVCIS OBITVM. CCXXXVI.


Antwerpen
LANDT VAN WAE
S. GILDES
Lillo

Ubewell
Werre Flu
Ubbericke
Ter mulen

1594. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPOR. LOCA.

SVMMVS Lugdunenſium Capitaneus Regis, imaginem in tabula ad viuum ab ingenioſo artifice in panoplia ſua depictam habebat. Hanc lauri ramis innexam, circumdatamq; ante Curiam eminentiore loco, in honorem Regis ſuſpendit, detecteque capite Stentoris voce ad populum clamauit, ECCE: hac imago Regis noſtri. Huic obediamus, pro huius incolumitate, felici regimine, & diuturna vita Deo ſupplicemus, & vnanimi voce illi acclamemus: Viue le Roy. Leon.

9. Febru. *BIDVO poſtquam Ciuitas Lugdunenſis ſe Regi dedidit, Capitaneus Alphonſus de Ordano 15 ſigna peditum, & 1200. ſclopetarios ſecum adduxit, qui, & multi alij nobiles in vrbem recepti, ſed milites non intromiſſi ſunt. Inde tumultuatum eſt, & in tumultu omnibus, qui in magiſtratu & officio erant, poteſtas & Imperium abrogata ſunt.*

HVIVS tumultus author primarius fuit, Dominus de Pigue, Conſiliarius & Magiſter libellorum ſupplicum, qui ſub prætextu nouarum Inductarum à Rege miſſus in vrbem venerat.

FVIT & Marchio Sanct Serlin in vrbe, & de liberatione fratris Nemourij cum Lugdunenſibus tractauit: ſed tumultu iſto, omnia conſilia, & quicquid actum erat, in nihilum recidit. Alphonſus interea in vrbe manet, & copias ſuas in ſuburbijs retinens vrbis gubernaculum loco Nemourij affectare videbatur.

11. Febru. *MOMBRVNIVS ex Delphinatu Lugdunum veniens 11. die Februarij, nuncium de vrbe Aurelianenſi Regi reconciliata, & dominum Guercium, vrbis Gubernatorem à partibus Nauarræ ſtare, multaſq; alias vrbes Regi dedidiſſe attulit.* Aurelia.

24. Febru. *COLLEGIT paulò ante in Ducatu Limburgenſi, vicinisq; locis nouas copias, Regis Hiſpaniarum nomine, Dominus Svvartzenburgius, quem Langhavius à Comite Mauritio miſſus, cum 700. equitibus & peditibus ex improuiſo adortus eſt. Audito tumultu Svvartzenburgius, relictis omnibus impedimentis, veſtibus etiam, induſio ſolo tectus, nudus (quia nox erat) per feneſtram deſiliit. Vulneratus ille, Centuriones 3. capti, vicarij duo, & 8. milites gregarij: reliqui diſperſi euaſerunt.* Limburg.

26. Febru. *ARCHIDVX Auſtriæ Erneſtus præfuerat, antequam in Belgium proficiſceretur, Stiriæ, Carinthiæ, vicinisq; ditionibus Auſtriæ & Vngariæ, quam præfecturam fratri ſuo Matthiæ tradidit, qui & Imperator exercitus in Turcas ducendi, à Cæſare Rudolpho fratre ſuo renunciatur 24. die Februarij Vienna laurinum cum tota familia profectus eſt, vt hoſtibus eſſet vicinior, belliq; noua daret auſpicia, quem ſubſecutæ ſunt quotidie nouæ copiæ, quæ in Sileſia, Morauia, Pannonia conſcribebantur: & Prage, Viennaq; recenſebantur.*

IN Gallia res Nauarræi, nouis quotidie augebantur incrementis, nam præter ſpontaneas vrbium acceſſiones, de quibus dixi, bello & armis ipſe ſibi quoque nonnullas ſubijcere non deſtitit. Intercipitur in Francia quidam Veredarius, cum Regis Hiſpaniarum literis ad quoſdam mercatores Antuerpienſes, qui ſingulis menſibus ſeptiescente- Gallia.

A MORTE ALEXANDRI FARNESII VSQVE AD

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO. 1594.

LOCA. | TEMPOR.

centena ducatorum millia nomine Regis in Belgio numerarēt, quorum pars vna bello Belgico, altra Francico, quo Carolus Mansfeldius cum non contemnendo exercitu proficiſceretur, deſtinata eſt.

Boſcumducis. Landreſy. — Quare cum Mauricius Comes Naſſouius obſidionem etiam vrbis celeberrimæ Sylua Ducenſis moliretur, Erneſtus Archidux Auſtriæ mox conuocato Concilio militari, nouis periculis occurrendo, duos exercitus contraxit, vnum qui irruptionem hoſtium in Brabantiam impediret, & alterum, qui cum dicto Comite Mansfeldio Landreſum contra Francos mitteretur. — 2. Martij.

Bruxellæ. — Interea Bruxellis Archidux Erneſtus, equeſtres decurſus & pugnas indicens, cum Comite Mansfeldio Carolo, & multis alijs proceribus, ante palatium Regium concurrit, toto biduo, multæ pugnantium curæ, multaque applaudentium concertationes, vt olympicis, ſic eorum dierum ſummum decus.

Erneſti frater Matthias, eodem tempore Nouigradum obſidet, quod oppidum eſt munitiſſimum, vno miliari Vacia, tribus Buda, & ſeptem circiter Alba Regali diſſitum. In hac oppugnatione Archidux Matthias ipſe vbique præſens adfuit: quaſdam machinas bellicas ipſe inſpexit, proprijſque manibus diſpoſuit, erexitque; & Vngarico habitu equo inſidens caſtra luſtrauit, atque animos militum verbis verberibuſque accendit, nihil continuis imbribus & pluuijs, nil viarum, locorumque difficultatibus, nil procellis & tempeſtatibus retardatus eſt, quantumuis tantæ fuerint tempeſtates & procellæ, vt pontem inter Budam & Peſtum, aquarum pondere laceratum fluminis violentia abripuerit. — 8. Maij.

Qua diligentia, militarique diſciplina Archiducis Matthiæ effectum eſt, vt Turcæ oppidum poteſtati eiuſdem Archiducis traderent, qui Turcas illaſos, vnà cum veſtitu, & ſolis armatos acinacibus, quo vellēt abire permiſit. Archidux tandem, cum ſua familia, in munitionem profectus eſt, eamque diligenter perluſtrauit. Eum ſecutus eſt Legatus Fiduciarius, quem locum tenentem vocant, qui præſente Archiduce, aliſque Dominis, Canticum Ambroſij & Auguſtini iuſſit decantari: quo finito, feſtiuis omnes vocibus clamarunt: Viuat, viuat, viuat Sereniſſimus Archidux Matthias, viuat ſua Serenitas. — 10. Martij.

Pariſ. — Pariſienſes exiſtimantes cauſam, ob quam hactenus bellum geſſerant, conuerſione Regis Nauarræi ſublatam, conſilio & ope Comitis Briſaci & Bellini, olim vrbis præfecti, ad Regem mittunt, qui omnium præteritorum oblitionem pacti, vrbem illi offerant. facilè impetrarunt, quod petebant.

Nouiomagum. — Dictus igitur dies 22. Martij hora matutina quinta, quo tempore Rex cum 4. circiter equitum, peditumque millibus, ad portam quæ Lipara arci proxima eſt (nouam vocant) venit; eamque ſibi reſeratam inueniens, nullo reclamante ingreſſus eſt, vrbemque nemine fere reſiſtente 25. circiter caſis, ſua poteſtati ſubjecit. Idem fecit ante Comes Mauritius Naſſouius, qui Nouiomagum ſuo Imperio adiecit, adeò, vt circa hæc Imperia, oppida, vrbes & Reſpub. in Belgio non tantum; ſed & in Francia vtrimque confluerent. — 22. Martij.

Conceſſit

ERNESTI AVSTRIAE ARCHIDVCIS OBITVM. CCXXXVII.

K. nadenburg
DIE WAEL
NIJMMEGEN

K. nolfenburg
DIE WAEL
NIMMEGEN

TEMPOR.		LOCA.
	Conceßit Rex Nauarræus Duci de Feria, & Domino Diego de Tuarra, aliÿsq; vt cum omnibus ſuis armis & impedimentis dimitterentur. Rex oriente iam ſole in vrbem inuectus eſt octaua circiter hora, cum vrbem ambiuiſſet, & conſideraſſet, an omnia vbiq; tranquilla, ad ſummum templum profectus iußit Te Deum laudamus &c. decantari.	
	Poſt meridiem exteri, numero circiter 800. aut 900. Hiſpani, Neapolitani, VValones, & Germani vrbe exierunt, quibus publicam fidem dedit, addiditque duos Commiſſarios, à quibus ad limites Picardiæ Guiſiam vſque deducerentur. Bourgius adhuc tuebatur Baſtelleum & volebat ſe contra Regem defendere, ſed Rex plures machinas, & maiorem apparatum quam comportauerat, adferri mandauit, efficiens, vt ſuam tandem Bourgius opinionem mutauerit.	
31. Martij.	Vltimo die Martÿ Parlamentum Pariſienſe per praconem & Tubicines, in omnibus plateis generale Decretum promulgauit, initio ſignificans ſe à 12. Ianuarÿ die vſq; huc ſæpè inſtitiſſe Duci Maynæo, vt Regem Nauarræum, quem Deus & lex regno Franciæ dediſſet agnoſceret, illum autem, vt hoc faceret induci non potuiſſe, artibus Hiſpanorum, eiſq; fauentium impeditum. Quare poteſtatem eidem Maynæo Duci antea datam ſub titulo generalis Vicarÿ corona Franciæ reuocauit, atq; interdixit omnibus hominibus, cuiuſq; ſtatus aut conditionis, eum aliter, quàm Ducem cognoſcere, ei vllam ſub prædicto titulo obedientiam, fauorem, aut ſolatium, aut opem exhibere vel præſtare.	Paris.
	Sed & eidem Duci Maynæo, omnibuſq; alÿs principibus Lotharingicis præcipitur, vt Regem Henricum eius nominis quartum Regem Franciæ, pro Rege & ſupremo Domino ſuo recipiant & agnoſcant, eiq; omnem debitam præſtent obedientiam, debitumq; obſequium. Mandatur adhæc omnibus etiam alÿs Principibus, Prælatis, Dominis, Nobilibus, Vrbibus, Rebuſpub. & priuatis hominibus, vt præterſas vnionis partes deſerant, fœderiq;, cuius Dux Maynæus ſummum electus eſt caput, & protector, renuncient.	
	Subpœna quòd ſi non obedierint, Principes, Domini, & Nobiles ſua priuabuntur nobilitate, & ignobiles non tantum ipſi, ſed & omnes ipſorum poſteri cenſebuntur: Pœnam quoq; mortis & omnium bonorum confiſcationis incurrent. Vrbes, Oppida & Arces, quæcunq; contempſerint Regis mandatum, funditus euertentur & exſcindentur.	
	Decreuit deniq; parlamentum ſiue Curia Pariſienſis perpetuis temporibus 22. diem Martÿ ſacrum, ſolennemq; haberi & celebrari, quo die generalis ſupplicatio, cum ſolitis ceremonÿs, quotannis indicetur, cui intererit eadem Curia, rubris togis induta: idq; in memoriam & gratiarum actionem, pro inſigni liberatione huius vrbis, eiuſq; ad obedientiam Regis reductione.	
	LVGDVNENSES ſub idem tempus in fine Martÿ magnificam legationem ad Regem Nauarræum mittunt, vt, cui vrbis committenda eſſe gubernatio, cum	Leon.

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO. 1594.

LOCA.

cum illo conſulerent: Addidit & huic ſuam quoque legationem Nemourius Dux captiuus, cupiens Regi reconciliari, & è cuſtodia liberari: Paulò poſt Heluetij, cum adhuc diutius permanere vellent, inopinato exauthorati, vrbe diſcedere iuſſi ſunt. TEMPOR. 3. April.

Picardia. Chaſtelet.

DVX Longeuillius, Regius in Picardia Gubernator, omnes alios Gubernatores, etiam, qui partes Confœderatorum ſequebantur, Chaſteletum conuocauit, ad quem cõuẽtum Balignius quoq; Cameracenſis profectus eſt, Hannenſis non comparuit: quin imò vrbem munijt, & arbores omnes, quæ circum vrbem proſpectum impediebant, ſuccidit. Quam rem indignè ferens Longeuillius, per literas ſeu nuncios Hannenſium Gubernatorem monuiſſe ſcribitur, vt vni arbori parceret, ex qua ipſe aliquando poſſet ſuſpendi.

Camera-cum. 11. April.

Han.

MATTHIAS Archidux capto Nouigrado, impoſitoq; Germanorum præſidio, cum toto Chriſtianorum exercitu, numero equitum 14850. peditum verò 20500. præter Vngaros, Coſacos, & alias nationes Strigonium profectus eſt, ibique caſtra locauit, & vrbem obſidione cinxit. Sita eſt vrbs in dextra Danubij ripa, medio inter Preſburgum ſeu Poſonium & Budam itinere; Granum nunc incolis dicitur, ab eiuſdem nominis flumine, oppidum Pannoniæ inferioris antiquum, celebre, munitum, & Archiepiſcopali ſede nobile. 6. Maij.

Paris.

RESTITVTA in Gallia, vt dictum eſt, Regi Lutetia, quidam Laurentius Bourceretus nomine, inſtituit vniuerſitati Pariſienſi, vt & Patres Ieſuitæ vrbe eijcerentur. Huic vniuerſitas ad Bourcereti poſtulata reſcriptum dedit contra Ieſuitas: De ijs in ius vocandis, vt omnino eijcerentur, reſcriptumq; ſubſignatum fuit DV VAL & latere, viſum per nos Rectorem Iacobum de Amboye, Sigillo rubricæ munitum. Huius reſcripti virtute, tandem etiam Parlamento ſupplex libellus contra eoſdem patres eſt exhibitus, in quo inter cætera culpantur, quaſi ſe miniſtros & coryphæos in Regno Franciæ exhiberent, ad res Hiſpanicas promouendas. 18. April.

PETITVR itaq;, vt Parlamento placeat conſtituere & decernere, vt non tantum vniuerſitate Pariſienſi, ſed toto etiam Regno Franciæ exterminentur.

Gallia.

DICVNTVR boni Patres, hanc indignationem in ſe prouocaſſe, quod in concionibus publicis, priuatiſque confeſſionibus, multa in deploratum Galliæ ſtatum, inq; regni Principes & Regem ipſum, tam defunctum, quam præſentem Nauarræum liberius locuti ſint, ſeq; pro Catholica fide aduerſarijs ſtrenuè oppoſuerint.

Lucem-burg.

EODEM quoque tempore Erneſtus Archidux Auſtriæ, Marchionem Hauerum, præſidem Lucemburgenſem, Dominum Hachſteinium, & Simonem Grimaldi arcani Senatus Regij Secretarium, Philippi Hiſpaniarum Regis nomine ad Comitia Ratisbonẽſia miſit, vt tractandis negotijs intereſſent, pacemq; Belgicã promouerent. Hanc autẽ proſperi ſucceſſus Nauarræi in Francia & Naſſouij in Belgio, vbi Mauritius Comes poſt multas vrbes etiam Steinvvicum occupauerat, impediuerunt.

Belgium.

Paulò

ERNESTI AVSTRIAE ARCHIDVCIS OBITVM. CCXXXVIII.




STEENWICK

1594. TEMPOR.	TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA	LOCA.
6. Maij.	PAVLO post, idem Ernestus Cæsaris frater, Archidux Austriæ, etiam ad Ordines Hollandiæ, Zelandiæq;, & reliquos Confœderatos, Legatos & literas mittit, quibus illis offert omnem benevolentiam, indicans causam, qua motus fuit, vt in Belgium veniret, fuisse singularem amorem & affectum, quo semper tranquillitatẽ, prosperitatemq; inferioris Germaniæ provinciarum optavit & prosecutus est, quodq; sperabat Deum vel tandem pro sua misericordiæ gratiam daturum, vt mediante sua persona, eadem provincias rursum pacari, vniri, & eadem pace atque amicitia, qua erat ante ortum hoc bellum Ciuile, inter se possent viuere.	Holland. Zelandia.
12. Maij.	QVEM in finem, vt Ordines illi melius intelligerent eius mentem atq; affectionem, Legatis suis mandauit, tradere literas, quas 12. Maij porrexerunt, ex quibus manifestè satis intellexerunt, vel saltem intelligere potuerunt, eius cogitationes, conatus & studia ad nihil aliud tendere, quàm vt inueniantur media, quibus Belgicæ provincia, atq; illarum incolæ vera, sincera, constanti & non simulata pace denuo coalescant.	
Futurâ	ADDIT postea Serenissimus Archidux Austriæ, & concludens per literas Ordinibus hac verba subiungit: Cum itaq; causa hac vobis sit propria, & ad vos potissimum pertineat, vestrum erit, vobis ipsis & quotquot vestro subsunt imperio, ad viuum ante oculos constituere vtilitatem, salutem & prosperitatem, quæ ex hoc negotio patriæ, tam diuturno bello ita miserè exhaustæ acperditæ possint euenire. QVOD si victoria (inquit Archidux) bonirerum successus, & fœlicitas, quæ vobis his vltimis aliquot annis obtigerunt (vt euentus belli incerti sunt & inconstantes) aliquibus oblitionem præteritorum malorum, infortuniorumq; possent inducere, & impedire, quo minus contingentia & futura cogitare valeant, ideoq; existiment se in tuto esse, & in omnibus securitatem sibi pollicentur, nec velint bonam hanc occasionem acceptare, vtile his erit cogitare diuersas res præteritas, variaq; exempla, quæ docent exiguo tempore tam magnas fieri posse mutationes, vt sæpè impetrari precibus non possit, quod paulò ante cum honore & laude oblatum potuit acceptari.	prædicuntur.
21. Maij	TANDEM ab Ordinibus Archidux benignè ac serio per literas eàsdem petit, vt postquam omnes maturè consultauerint, ipsi sibi proponant tam honestas, aquas & tolerabiles conditiones, vt ex ijs (quo citius hoc melius) intelligatur, se non quærere prolongationem, aut progressum belli, tot incommoditates ac damna, ad perditionem infelicis populi (quemadmodum nulli non cognitum est) secum trahentis: sed, vt ad optimam & felicissimam pacem, constantemq; & securam tranquillitatem perueniatur. Hæc ferè Bruxellis ad Ordines scripta & mandata. Bruxella.	
	Ordines	
	A MORTE ALEXANDRI FARNESII VSQVE AD	

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO. 1594.

LOCA. TEMPOR.

Belgium. *Ordines lectis Erneſti Archiducis litteris, ſuæ Celſitudini pro optima ſua voluntate & affectione, maximas agunt gratias, declarantes ſe ab eo tempore, quo ad conſeruationem Belgicarum libertatum, priuilegiorum & iurium in genere, prouinciarum etiam membrorum, vrbium & incolarum in ſpecie; & ad oppreſſionem tyrannidis Hiſpanicæ Hiſpanorumq; ſuperbæ dominationis in conſcientias, corpora & fortunas Belgarum, vxorum & prolium ſuarum, ſemel arma ceperunt, ſuam intentionem ac mentem ſemper fuiſſe, & adhuc eſſe, eadem contra Hiſpanos, eiſque adhærentes vſurpare.* 21. Maij.

Speratque firmiter, omnipotentem Deum iuſtam hanc ſuam intentionem, diuina ſua benedictione promoturum; id quod factum & ipſi ſæpè experti eſſent, cùm iam per potentem Dei manum, non tantum ſua media, ſuamq; mentem videant feliciter ſecundata: ſed etiam corda vicinorum Regum ac Principum ad conſeruationem & defenſionem dictæ ſuæ intentionis permota. Et expectant à manu & bonitate Dei bonũ & laudabilem huius grauiſſimi belli incepti atq; hucuſq; continuati exitum; nec minus ſperãt ſe breui prouincias has omnes conuunctas iterum, vnitasq; in antiquo ſuo ſplendore & felicitate conſpecturos.

Holland. *Mittunt vnà cum reſponſione ſua, literas ab ipſo Rege, vt aiunt, ſignatarũ trãſlationem, quæ inter alia articulum haberent à ſua Celſitudine propoſitum. Intentionem ſcilicet Senatus Hiſpanici non eſſe, per ſuam Celſitudinem tumultus Belgicos pacare, ſed Monarchiam Hiſpanicam potius erigendam ſtabiliendamq; curare, cum ex ijſdem literis manifeſtum ſiat, ſuæ Celſitudini in cauſis Belgicis præcipuos Conſiliarios conſtitutos, Comitem de Fuentes, Dominum Guilielmum de Clemente, & Stephanum de Tuarra* 27. Maij.

Haga Comitis. *Hiſpanos omnes, cum mandato, quòd ijdem exteri ſuam Celſitudinem inſtruãt, quibus ex Belgicis proceribus fidendum, quomodo prouinciæ debeant gubernari & regi, & quo pacto confœderati in ordinem ſint redigendi.*

Addunt ſe iudicare, à veroq; parum aberrare, præſentem tractationem, quæ offertur, ex ijſdem affectibus, quibus aliæ præcedentes deriuari. Præſertim quòd etiam nunc tam aduerſus Regem Franciæ, & Angliæ Reginam, quàm in Comitem Mauritium & prouincias Belgicas, multò crudeliores & pernicioſiores machinationes detegantur, quã vnquam antea.

Ex quo ſatis apparet, quanti fecerint Archiducis authoritatem; collectis etenim omnibus, quas habuere, viribus, poſt obtẽtas vrbes in Flãdria, Geldria, velut Hulſt, Nouiomago; etiam poſt deditas Ciuitates Steinvvicum & Cœuordam; Friſiæ quoq; munitiſſimam & celeberrimam vrbem obſederunt 21. Maij, atq; ita reſponſionem ad ſeptimum vſq; diem, hoc eſt 27. menſis Maij diſtulerunt, oblatamq; pacis tractationem reiecerunt.

Cœuerdẽ.

Dicen-

COEVOERDEN
Het Kasteel van Coevoerden
Het Graft
Harlemmer und Nordlinger
September
Ano 92

Dunkerque
Dunkerk Straet
Dunkerk

1594. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPOR. LOCA.

Dicentes ſe officij & iuramenti ratione teneri, cogique neceſſario, ſibi ab inſidijs, dolis & machinationibus Hiſpanorum cauere. Cum Rex eorum & Senatus Hiſpanicus Suæ Celſitudini commiſſionem & authoritatem dederint, quam, quocunque tempore poſſint, reuocare, & alium eius loco ſurrogare, contrà quam mutationem nullis conditionibus ſe quiſquam poſſet communire aut ſecuritatem polliceri. Haga Comitis.

SVBIVNGVNT, ſe induci non poſſe, vt intelligant, ſe vllum in Belgicis prouincijs confœderatis, aut extra illas apud Reginam Angliæ (cum qua tam in hac, quàm in alijs arctiſſimum fœdus percuſſerunt) nec apud Regem Galliæ, alioſq; Principes Reipublicæ Belgicarum regionum, in hac propoſita pacis tractatione fructum facturos.

DECRETVM igitur illis eſſe, in ſuo ad Deum omnipotentem refugio permanere, & ab eius omnipotentis, immutabilisq; manu & bonitate ſuæ iuſtæ cauſæ, non tantum confœderatis, ſed & alijs Belgicis prouincijs, ad propagationem eius gloriæ, & promotionem diuini Verbi, ad vtilitatem quoq; & ſalutem inferioris Germaniæ, felicem & laudabilem euentum expectare.

ATQVE ita iuſtam Ordines (diffidentia neſcire qua territi) omnem huiuſmodi tractatum repudiandi & reijciendi ſe cauſam habere videbantur, præſertim cum paucis hu proximis annis, vt dictum eſt, fortuna illis ſub Mauritio Comite Naſſouio blandiuſculè aſpirauerit, & quædam magis, conniuentibus neſcio quomodo Hiſpanis, ex voto ceſſerint; nitebantur ſic temporali & mutabili proſperitate, cuius tamen præcedentes occaſiones facilè poſſunt alterari.

OMNES enim res mundanæ ſuum habent tempus, & quemadmodum tempus eſt diffidentiæ, ſic etiam ſequitur ſubinde tempus confidentiæ ſeu bonæ fiduciæ, in quo vna pars alteri fidem habere, & ſuæ ſuorumq; poſterorum ſecuritati prouidere debet.

Secundò, In nulla mundi plaga, tam acerba vnquam exorta eſt ſimultas, diſcordia diſſidiumue, in priuatos homines aut publicos, quæ nūc tandem ſublata ſunt & compoſita pactis & conditionibus ſæpius quàm morte & armis: cum bellum tam infœlicis ſit fœcunditatis, vt vnum aliud pariat, & bellum, quod aiunt, è bello ſeratur.

Tertiò, Nulli principi, Regno aut Reipublicæ fuit vtile quòd honeſtas & ſecuras, ſi maſq; (quales Archidux Auſtriæ Erneſtus obtulit) conditiones pacis reiecerunt.

10. Maij. *DVM hæc in Belgio atq; Hollandia geruntur, Carolus Mansfeldio Comes, cum expedito exercitu, nomine Regis Hiſpaniarum in Galliam profectus, Chapellam in Ducatu Thieracenſi, vulgo Tyuas, obſedit, admotis 12. machinis, mœnia ſine intermiſſione verberauit, apertiſq; ruinis, ſummis viribus oppugnauit, donec tandem obſeſſi, ſpe vrbis defendendæ deiecta, vitam, fortunaſq; pacti, deditionem fecerunt.* Chapella.

Eodem

A MORTE ALEXANDRI FARNESII VSQVE AD

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO.

1594.

LOCA. | TEMPOR.

EODEM quoq; Maio menſe Baro in Reckum Illuſtris Dominus Hermannus Lindenius, cui, propter multos exantlatos labores in vrbe Bonna diuerſis vicibus recuperanda, princeps Elector Colonienſis, eiuſdem vrbis gubernationem & cuſtodiam præ ceteris cõmendauit. Hic relicta ad tempus Bõna Leodiũ profectus eſt ſuoſq; Baronatus & Dominos acceßit, in cuius abſentia præſidiarij milites, Regiorum veſtigijs inſiſtentes tumultuari cœperunt, fruſtraq; ſe eiuſdem gubernatoris imperio ſubtrahere, aliumque, œſtro, neſcio quo perciti, petere cogitauerũt, ſed quam dextre dictus Baro eorum conatus eluſerit, infra ſuo loco dicetur.

Bonna. 18. Maij.

NVNC hoc duntaxat Ioannis Politi inſignis noſtri temporis Poetæ verſus ex ſuo Panegyrico ad Chriſtiani orbis principes, ſubiungam ad militarem Lindenij vereque Hermanni virtutem declarandam: de ſingulari enim Baronis prudentia, quà Legatus ad Imperatorem, & ad Regem Hiſpaniarum Philippum, non ſemel functus eſt, alibi dicemus.

AD GENEROSVM HERMANNVM
Lindenium Supremum Eburonum Aulæ
Oeconomum &c.

Quis tibi condignos Hermanne repandat honores?
Qui pacis belliq; potens, florentibus annis,
Et generi & famæ decus immortale paraſti:
Teſtantur tua facta, recens tot cæſa virorum
Agmina, totus adhuc horreſcit ſanguine campus,
Quo modicis pridem copijs, at robore ſommo
Strenuus, inſtantis Caſimiri immania caſtra
Fundis ouans, Vbijſque procul depellis ab oris.

COMPARVERVNT circa hoc tempus Ratiſponæ Electores Imperij Principes ad Comitia ibidem per Rudolphum Imperatorem indicta, quibus præſentibus Sacra Maieſtas abſentium quoq; legatis & Conſiliarijs, diſertis verbis primum gratias agit: Deinde prolixè & ornate Turcarum immanitatem, aliaſq; difficultates Sacri Rom. Imperij eiuſque ſtatum miſerabilem exaggerauit, referens, ſe tandem ad ſuam propoſitionem quam Andreas Annibal Sue Maieſtatis Cæſareæ Senatus & Imperij Secretarius Aulicus in celeberrimo illo conuentu diſtincte prælegit: lectæ eadem Electores, principes, Ordinesq; Imperij, eorumq; legati ſurrexerũt, inter ſe conſilia conferentes, reſponderũt: ſe Cæſareæ Sue Maieſtati in omnibus quæ ad conſeruandam ſuæ Maieſtatis celſitudinẽ, authoritatem & dignitatem, quæque ad augmentum Sacri Rom. Imper. defenſionemq; afflictæ Vngariæ & vicinarum prouinciarum conducunt, nullumq; conſilium & auxilium vnquam denegaturos, &c.

2. Iunij.

VVeſel. | IN Belgio Boetbergius Chiliarcha Regius cum 350. equitibus Lippiam fluuium, non procul VVeſſalia traiecit, vbi 60. equites qui Ordinibus confœderatis militabant, obuios habuit, quorum nonnullos ope ſuorum trucidauit, 12. captiuos & 20. equos ex hac pugna ſecum abduxit. Interea non otiabatur Comes Naſſouius Mauritius in obſidione Groningenſi, ſed valla foſſaſq; quotidie vlterius ad vrbem promouebat.

10. Iunij.

Groning.

Archi-

ERNESTI AVSTRIAE ARCHIDVCIS OBITVM. | CCXXXX.

Dickat straet
DIE SERE GROEN
Tuingeracker
Cauwenberch
Cauwenberch
WEST

en ingenomen

TEMPOR.		LOCA.
14. Iulij	*Archidux Ernestus qui paulò antè Marchionem Haureum Arscotam Ducis fratrẽ, Domus Burgundiæ Regis Philippi Hispaniarum nomine legatum ad Comitia Ratisbonam miserat, Antuerpiæ expectabatur, vbi multi erigebantur arcus triumphales, magnusq; fiebat apparatus ad eundem excipiendum. Tandem 14. Iunij vrbem ingressus, ab omnibus Ciuibus, incredibili triumpho & pompa exceptus est.*	Antuerpia.
	Vbi cum Primarijs Belgij proceribus belliq; consiliarijs deliberat, quomodo Groningẽsibus obsessis posset subueniri; ne vrbs tam potens in hostium manus deueniret. Suscipit prouinciam vrbis liberandæ Comes Fuentius: se defectu pecuniæ (vt dicebatur) quam ad petitionem Archiducis numerare detractarant mercatores, nolebant milites Fuentio parere, & hanc expeditionem suscipere, ita vt de Groningensium statu iam cæptum sit desperari.	
	Nec enim deerant in vrbe qui nouitati studebant, & pro antiquo more mutationẽ & domini & Reipubl. peroptabant. His laruis detractis in publicum prodeunt, Mauritij Comitis potentiam exaggerant, vrbisq; ruinam Crocodili lachrymis deplorant: Iam tempus esse cum hoste pacisci clamitant, adhuc misericordiæ portas patere, metuendum ne paulò post occludantur: Satis diu pro Rege pugnatum esse, meliorem fore sub Ordinibus, quàm sub Rege conditionem: si non facultatum, saltem vxorum & liberorum habendam rationem, viderent igitur quibus vrbis cura erat concredita, ne tam celebrem Ciuitatem in carnificinam conuertant.	
	His aliisque similibus verbis animos Catholicorum ij qui à rege stabant perculerunt.	Groning.
16. Iulij.	*Missi sunt itaque in castra qui cum Mauritio colloquerentur, deque deditionis pacisque conditionibus agerent, vrbisque deditionem offerrent: missus fuit 16. Iulij Ioannes de Boer, postea 19. Iulij Ioannes à Bulon, & alij, quorum nomina recensere non est necesse; noti enim sunt.*	
19. Iulij.	*Inter conditiones autem deditionis fuerunt: Quod Groningenses Ordinibus confœderatis opem ferrẽt, ad resistendum, aditumque in dictas vnitas prouincias & terras prohibendum Hispanis, eisque adhærentibus; eos etiam si intrauerint eijciendos.*	
	Quòd Comes VVilhelmus Ludouicus Nassouius pro Gubernatore vrbis, & circumiacentis regionis agnosceretur. Et quod in Ciuitate Groningensi, eiusque territorio, nulla alia Religio exercebitur, præter reformatam.	
22. Iulij.	*Legati vrbis Groningensis, qui in Aula Bruxellensi egerunt, vnà cum suis ministris & bonis, hac pactione comprehendentur, modo trium mensium spatio in vrbem reuertantur.*	Bruxellæ.
	Summus vicarius Verdugi Leukenia, cum omnibus centurionibus & militibus suis (exceptis transfugis, qui ordinibus militauerunt) eorumq; vxoribus & impedimentis, absq; vlla vllius iniuria, cum omni sua Panoplia, vrbe Groningensi, castrisq; suis excederet.	
	Omnia bona, fortunasq; Verdugij Gubernatoris Supremi; quæ in vrbe Groningensi sunt, liberè tutoq; auehentur & in locum quem nominabunt hi, qui curam illarum habebunt, transferentur, aut in vrbem reponent, donec de ijs ipse Gubernator disposuerit.	

Omnes

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO.

1594.

LOCA. TEMPOR.

Omnes equi aliaque impedimenta ad præfectos Regis Hispaniarum pertinentia, tunc absentes liberè, absq; vlla contradictione dimittentur, & vnà cum militib. abducentur. post has & similes alias conditiones 24. Iulij conscriptas, omnes milites, cum armis signis, impedimentis, vxoribus, liberis, alijsq; incolis Ecclesiasticis & Laicis, qui in vrbe non Catholica diutius manere noluerunt, Groninga exierunt 25. die Iulij. — Groning. — 22. Iulij.

Cumq; iam antea VVilhelmus Nassouius vrbem cum 12. signis peditum & 200. equitibus occupasset, Mauritius Comes vrbem ingressus est, ac magno triumpho & pompa incredibili: à puella, albo holoserico induta, aureo torque ornata, auream clauem vna manu, altera ramum laureum tenente exceptus est, atque ita,

Vrbs GrVninga potens graVIorI CLade CoaCta,
Magdalena tVa est, LVX Vt adorta Cadit.

— 24. Iulij. — 25. Iulij.

Vicesimo sexto Iulij Dux Nemurius æstu è captiuitate elabitur Lugduni, sub noctem enim 9. circiter horam simulauit se somno teneri, & lecto velle incumbere. Exuit itaq; ponè lectum vestes, & mox cubicularij sui vestimenta induens, tortos capillos capiti imponens, excrementa sua in matula sub pallio portans, non tantum cubiculo egressus est, sed & ternas excubias pertransiuit. Omnes enim cubicularium Ducis esse arbitrabantur: qui interea in lecto domini sui loco iacebat. — Leon. — 26. Iulij.

Sed & coquus Ducis in eodem die in abstrusissimo arcis loco, ad quem rarus erat accessus, murum perforarat: ita vt per foramen illud facilè ex vrbe pateret egressus, ex eo Dux sese per funem demisit. Cumq; periculum iam pene euasisset, à quibusdam equitibus expectabatur, qui eum in generosissimum equum subleuatum, concitato cursu Viennam ad fratrem comitati sunt.

Mauritius Comes Groninga in Hollandiam reuersus, magnis vbiq; triumphis & honoribus excipitur. Tandem 19. Augusti Amstelredamum appulsus est, & à ciuibus in vrbem introductus. Cumq; ad aulam seu hospitium suum progrederetur, inter alia exhibebatur Claudius Ciuilis ille, pedibus suis aliquot premens Romanos, inter quos vnus altero genu innixus, erepere, & vindicare se nolle videbatur; sed viribus destitutus, non potuit: altera manu signum Romanum cum hac inscriptione gerebat S. P Q. R. erantq; in Zophoro quodam Belgicis rhythmis hæc descripta, quæ latinè sic versa subijciam:

— Ambster-dam. — 19. Augusti.

Ciuilis veluti Batauorum Claudius olim
Finibus eiecit Romam, populumque superbum
Principe Nassouio, sic nunc Hispana tyrannis
Pellitur: &c.

— 25. Septē. — 9. Octob.

Vicesimoquinto Septemb. Nauarræo quoq; Lutetiam ingresso similes triumphi vt Mauritio alijs etiam in vrbibus decreti sunt: Interea Ernestus Archidux, videns vtriusq; & Nauarræi & Mauritij conatus eo tendere, vt Regem Hispaniarum suis ditionibus Belgicis exuerent, mittit ad Regem in Hispaniam diuersos Legatos, quorum primus D. Molart 9. Octobris, alter D. de Dutrichstein 21. Nouemb. ac paulò post à Serretis intimis VVesternach inde Bruxellas reuertuntur. Expectantur q; Carolus Comes Egmūdanus & D. Ferdinandus Leopes quos ad Regem in Daniam legatos misit, accidit interim vt post triumphos 17. Nouemb. Mauritio insidiæ struerentur, & 27. Decemb. Nauarræus de vita periclitaretur. — Paris. — 17. Nou. — 21. Nou.

Cum

ERNESTI AVSTRIAE ARCHIDVCIS OBITVM. c. xxxxi.

LOCA.

Archidux Erneſtus qui paulò antè Marchionem Haureum Arſcotam Ducis fratrẽ, Domus Burgundiæ Regis Philippi Hiſpaniarum nomine legatum ad Comitia Ratisbonam miſerat, Antuerpiæ expectabatur, vbi multi erigebantur arcus triumphales, magnuſq; fiebat apparatus ad eundem excipiendum. Tandem 14. Iunij vrbem ingreſſus, ab omnibus Ciuibus, incredibili triumpho & pompa exceptus eſt.

Antuerpia.

Vbi cum Primarijs Belgij proceribus belliq; conſiliarijs deliberat, quomodo Groningẽſibus obſeſſis poſſet ſubueniri; ne vrbs tam potens in hoſtium manus deueniret. Suſcipit prouinciam vrbis liberandæ Comes Fuentius: ſe defectu pecuniæ (vt dicebatur) quam ad petitionem Archiducis numerare detractarant mercatores, nolebant milites Fuentio parere, & hanc expeditionem ſuſcipere, ita vt de Groningenſium ſtatu iam cœptum ſit deſperari.

Nec enim deerant in vrbe qui nouitati ſtudebant, & pro antiquo more mutationẽ & domini & Reipubl. peroptabant. His laruis detractis in publicum prodeunt, Mauritij Comitis potentiam exaggerant, vrbiſq; ruinam Crocodili lachrymis deplorant: Iam tempus eſſe cum hoſte paciſcendi clamitant, adhuc miſericordiæ portas patere, metuendum ne paulò poſt occludantur: Satis diu pro Rege pugnatum eſſe, meliorem fore ſub Ordinibus, quàm ſub Rege conditionem: ſi non facultatum, ſaltem vxorum & liberorum habendam eſſe rationem, viderent igitur quibus vrbis cura erat concredita, ne tam celebrem Ciuitatem in carnificinam conuertant.

Groning.

His aliiſque ſimilibus verbis animos Catholicorum ij qui à rege ſtabant perculerunt. Miſſi ſunt itaque in caſtra qui cum Mauritio colloquerentur, deque deditionis paciſque conditionibus agerent, vrbiſque deditionem offerrent: miſſus fuit 16. Iulij Ioannes de Boer, poſtea 19. Iulij Ioannes à Balon, & alij, quorum nomina recenſere non eſt neceſſe; noti enim ſunt.

Inter conditiones autem deditionis fuerunt: Quod Groningenſes Ordinibus confœderatis opem ferrẽt, ad reſiſtendum, aditumque in dictas vnitas prouincias & terras prohibendum Hiſpanis, eiſque adhærentibus; eos etiam ſi intrauerint ejiciendos.

Quòd Comes Vilhelmus Ludouicus Naſſouius pro Gubernatore vrbis, & circumiacentis regionis agnoſceretur. Et quod in Ciuitate Groningenſi, eiuſque territorio, nulla alia Religio exercebitur, præter reformatam.

Bruxellæ.

Legati vrbis Groningenſis, qui in Aula Bruxellenſi egerunt, vnà cum ſuis miniſtris & bonis, hac pactione comprehendentur, modo trium menſium ſpatio in vrbem reuertantur.

Summus vicarius Verdugi Leukenia, cum omnibus centurionibus & militibus ſuis (exceptis transfugis, qui ordinibus militauerunt) eorumq; vxoribus & impedimentis, abſq; vlla vllius iniuria, cum omni ſua Panoplia, vrbe Groningenſi, caſtriſq; ſuis excederet.

Omnia bona, fortunaſq; Verdugij Gubernatoris Supremi; quæ in vrbe Groningenſi ſunt, liberè tutoq; auehentur & in locum quem nominabunt hi, qui curam illarum habebunt, transferentur, aut in vrbem reponent, donec de ijs ipſe Gubernator diſpoſuerit.

Omnes

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO.

LOCA.		1594. TEMPOR.
	Omnes equi aliaque impedimenta ad præfectos Regis Hiſpaniarum pertinentia, tunc abſentes liberè, abſq; vlla contradictione dimittentur, & vnà cum militib. abducentur. poſt has & ſimiles alias conditiones 24. Iulij conſcriptas, omnes milites, cum armis ſignis, impedimentis, vxoribus, liberis, alijſq; incolis Eccleſiaſticis & Laicis, qui	22. Iulij.
Groning.	*in vrbe non Catholica diutius manere noluerunt, Groninga exierunt 25. die Iulij.*	
	Cumq; iam antea VVilhelmus Naſſouius vrbem cum 12. ſignis peditum & 200. equitibus occupaſſet, Mauritius Comes vrbem ingreſſus eſt, ac magno triumpho & pompa incredibili à puella, albo holoſerico induta, aureo torque ornata, auream clauem vna manu, altera ramum laureum tenente exceptus eſt, atque ita,	24. Iulij.
	Vrbs GrVninga potens graVIorI CLade CoaCta, *Magdalena tVa eſt, LVX Vt adorta Cadit.*	25. Iulij.
	Viceſimo ſexto Iulij Dux Nemurius aſtutè captiuitate elabitur Lugduni, ſub noctem enim 9. circiter horam ſimulauit ſe ſomno teneri, & lecto velle incumbere. Exuit itaq; pone lectum veſtes, & mox cubicularij ſui veſtimenta induens, tortos capillos capiti im-	
Leon.	*ponens, excrementa ſua in matula ſub pallio portans, non tantum cubiculo egreſſus eſt, ſed & ternas excubias pertranſiuit. Omnes enim cubicularium Ducis eſſe arbitrabantur: qui interea in lecto domini ſui loco iacebat.*	26. Iulij.
	Sed & coquus Ducis in eodem die in abſtruſiſſimo arcis loco, ad quem rarus erat acceſſus, murum perforarat: ita vt per foramen illud facilè ex vrbe pateret effugium, ex eo Dux ſeſe per funem demiſit. Cumq; periculum iam pene euaſiſſet, à quibuſdam equitibus expectabatur, qui eum in generoſiſſimum equum ſubleuatum, concitato curſu Vi-	
	ennam ad fratrem comitati ſunt.	
Ambſterdam.	*Mauritius Comes Groninga in Hollandiam reuerſus, magnis vbiq; triumphis & honoribus excipitur. Tandem 19. Auguſti Ambſtelredamum appulſus eſt, & à ciuibus in vrbem introductus. Cumq; ad aulam ſeu hoſpitium ſuum progrederetur, inter alia exhibebatur Claudius Ciuilis ille, pedibus ſuis aliquot premens Romanos, inter quos vnus altero genu innixus, erepere, & vindicare ſe nolle videbatur; ſed viribus deſtitutus, non*	19. Auguſt.
	potuit: altera manu ſignum Romanum cum hac inſcriptione gerebat S. P Q. R. erantq; in Zophoro quodam Belgicis rhythmis hæc deſcripta, quæ latinè ſic verſa ſubjiciam:	25. Septē.
	Ciuilis veluti Batauorum Claudius olim Finibus eiecit Romam, populumque ſuperbum Principe Naſſouio, ſic nunc Hiſpana tyrannis Pellitur: &c.	9. Octob.
Paris.	*Viceſimoquinto Septemb. Nauarræo quoq; Lutetiam ingreſſo ſimiles triumphi vt Mauritio alijs etiam in vrbibus decreti ſunt: interea Erneſtus Archidux, videns vtriuſq; & Nauarræi & Mauritij conatus eo tendere, vt Regem Hiſpaniarum ſuis ditionibus Belgicis exuerent, mittit ad Regem in Hiſpaniam diuerſos Legatos quorum primus*	17. Nou.
	D. Molart 9. Octobris, alter D. de Dutrichſtein 21. Nouemb. ac paulò poſt à Serretis intimis VVeſternach inde Bruxellas reuertuntur. Expectantur q; Carolus Comes Egmūdanus & D. Ferdinandus Leopes quos ad Regem in Daniam legatos miſit, accidit interim vt poſt triumphos 17. Nouemb. Mauritio inſidiæ ſtruerentur, & 27. Decemb. Nauarræus de vita periclitaretur.	21. Nou.

Cum

ERNESTI AVSTRIAE ARCHIDVCIS OBITVM. CIↃXXXXI.


A. Memmius

PARTIE

1595.	TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA	
TEMPOR.	*CVM enim idem Nauarraus Rex, Dominos de Ragny & de Montigny, exciperet,*	LOCA.
7. Ianuar.	*superuenit quidam Petrus du Chaſtel qui iugulum Regis cultro peteret, aberrauit autem, quia Rex caput inclinans propoſitum Petri ſic retardauit, vt fruſtratus non iugulum ſed os duntaxat tetigerit, atq; vnum aut alterum dentem exegerit. Obiit à parlamento condemnatus ad mortem quatuor equis in partes vsum diſtractus eſt.*	Arras.
24. Ianuar.	*INEVNTE Anno 1595. Nauarreus bellum Regiæ Maieſtati Catholicæ indixit, inde hoſtes ſtatim excurſionibus agros, totamq; patentem Atrebatum regionem inueſtabant, & pagos nonnullos incendijs vaſtabant, inter quos erat Caſtellum Aueſne le Cõte exuſtum. His incendijs & direptionibus, vt Archidux Erneſtus maturè occurreret, miſit marchionem Verambonium Gubernatorem generalẽ Arteſiæ in caſtra, vt rebus gerendis præeſſet, qui copias ordine in fines Picardiæ traduxit, vt diuerſa illic caſtella & loca munita hoſtibus extorqueret.*	Aueſne le Conte.
30. Ianua.	*SEPTIMA Ianuarij Bonnenſes præſidiarij milites, veſtigijs Regiorum militum inſiſtentes, Capitaneum ſuum, locum tenentem eiuſdem, & Ioannem Perez de Maluẽda Gubernatoris primarij ſeu præfecti Bonnenſis Secretarium, cum alio quodam adhuc vno carceri mancipârunt, nec eos antea libertati reſtituerunt, quam integram ſtipendij ſui ſolutionem reciperent.*	Bonna.
5. Februa.	*ILLVSTRISSIMVS Princeps Elector Colonienſis, reuerſus ex Corrulijs: Ratiſbonenſibus, militibus Stabuleto litteras Bonnam mittit, eiſq; mandat vt cum eorum præfecto, Generoſo Domino Hermanno de Linden, quem vel hoc nomine ad illos ablegaſſet, rem componerent atque tranſigerent, ſeque vt bonos ac fideles præſidiarios decet illis morem gererent.*	Picardia.
13. Febru.	*PAVLO poſt aduentum eiuſdem principis Electoris Holandici ſtatus ſiue ordines, non obſtante neutralitate, oppidum, & Caſtellum Hoyenſe, in præcipite Montis cacumine ſitum ſiniſtro quodam ſtratagemate occupant die 5. menſis Februarij, quod tamen Erneſti Archiducis Auſtriæ ſubſidiario milite 21. Martij poſtea recuperauit, vt infra dicetur.*	Stable.
20. Febru.	*INTERIM Archidux etiam Edicta promulgat, quibus ſubditos Regios adhortatur vt contra Nauarreum ſeſe non tantum defendant ſed quocunq; poſſent modo eundẽ ſuoſque adhærentes offendant. vt Regi Hiſpaniarum bellum indixiſſet, Militibus quoq; in Belgio, cæteriſq; Belgis interdixit, vt nulli niſi conſenſu ab eodem nomine Regis habito, alteri Principi militent. de Gallis præterea, qui in Belgio hucuſq; habitant, vel habitarunt, poſt quàm varia edixiſſet 13. Februarij die, bonus ille Princeps 20. die eiuſdem menſis Februarij in Chriſto pacifice obdormiuit, ſecutus Illuſtriſſimum Principem Ferdinandum patruum, qui paulo ante 24. Ianuarij eum moriendo præceſſit.*	Huy.

Præceſ-

A MORTE ALEXANDRI FARNESII VSQVE AD

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO. 1595.

LOCA

Præcessit autem Ferdinandum, morieus Turcarum Imperator, Amurathes eius nominis tertius sex diebus. Hic ante mortem cum vndecimo Ianuarij die Constantinopoli egrederetur, vt exercitum suum, quem aduersus Christianos coegerat, lustraret, repentina exorta est tempestas: quæ territoria & currus, viros & equos prosternebat: cui vix vllus obsistere potuit. In illo ventorum turbine cruces cœlitus in vestimenta Turcarũ ceciderunt plurimæ, quo omine Sultanus vehementer attonitus extimuit, & totũ exercitũ Constãtinopolim reduxit: ipse aũt nimio terrore cõsternatus, & eger decubuit. TEMPOR. 18. Ianuar.

Cumq; obdormiuisset, vidit in somno inuersæ magnitudinis virum, vno pede in turri Constantinopolitana stantem, alterum verò vltra mare extendentem: brachia exporrigentem, & vna manu Solem, altera Lunam apprehendentem. Dum nimia admiratione obstupescit Amurathes, monstrum hoc turrim pede percutit; quæ statim corruit, templumq; & Imperatoriam sedem oppressit. Fragore hoc expergefactus Sultanus, euigilauit, cui magi & somniorum interpretes insomnium exponenti atq; interpretationem postulanti, contra nos Christianos interpretati sunt, cum contra Turcicam Religionem & ipsum imperium euertendum potius interpretari debuissent.

Torquatus enim insignis vates & Astrologus, qui tempore Matthiæ Regis Vngariæ viuens, multa de futuri progressu Turcarum vaticinatus est, quæ omnia contigerunt; hic, etiam de interitu eorundem, & prosperitate Christianorum, in hac verba prolapsus ita scripsit.

Huy. Othomanna domus in tridecimo aut quartodecimo capitibus corruet, nec illum excedet numerum, nec annos salutis 1596. transibit. Tunc enim horrendo concidet casu, & ex Imperatoris Turcarum morte, tanta orietur inter Duces eorum, & inter Othomaneos contentio & discordia, vt ab se inuicem & ab externis interficiendi sint. Tunc Christiani omnes alacres, vno animo transibunt mare, & tanta velocitate, tot tantisq; copijs, vt Christiani in Orientem non ire, sed potius volare credendum sit.

Adde quod Beglerbegus Græcia siue capiendi ominis causa, siue quod adolescentiam armis assuescere cuperet, sexcentos circiter pueros turcicos vndecim, duodecim & quatuordecim annorum coegit, baculis armauit, & portu Albaregalis eduxit. Eductos in duas diuisit acies, vnam aciem Christianorum appellari iussit, aliam Turcarum: illis in pugna IESVM, huic HALA HALA clamare præcepit: virisq; fortiter pugnare mandauit, & præmia victori proposuit.

Datur signum, it clamor cœlo, concurrunt infestæ acies, pugnatur eminus & cominus tanto cum ardore, vt multi conuersi luxati & semineces ad suos reportari debuerint. Interim quibus IESVS erat tessera, victoria potiti, aduersarios in fugam verterunt, & ad portas vsq; insecuti, in vrbem reiecerunt. Insinistrũ hoc omen Beglerbegus, & quotquot aderant acceperunt; auxit metum & trepidationem hac puerilis quidem, sed ominosa pugna, & iam ferebatur Christianos posthac in bello fore victores; se autem subiugandos, & imperio omni fore exuendos, in quem finem, Illustrissimi Principes Austriaci, Matthias & Maximilianus Imperatores nostri clementissimi nullis parcunt laboribus. Verum hæc de Turcis, nunc ad Ordines Belgij reuertamur, qui vrbem & castrum Huyense occuparunt 5. Febr. atq; iterum amiserunt 21. die mensis insequentis Martij. 5. Februa.

ERNESTI AVSTRIAE ARCHIDVCIS OBITVM. cɔ xxxxii.

Wie Weg von den Staten
in genommem Orlof

Den hertzog Ernst von Oberrid
Schickten den von Metz nach gehn
Wil andern Prinz sein rendner gleich
Die sollen die Schloß mit grosser hitz

Der Hertzog hat solches wol vermerckt
Hat den Feindt den eh[rn]n Königin
Sehr dapfer hat gestritten und
Dem mag[ist]rat wol Ehr gemacht

Di hertzog de Lorraine la fait et
tha[n]ten de May le 13 et 14
Jour de Marz Ano 1633

Hertzog von den Staten in genommen wirdt

Dem Herzog Ernst von Oberreich
Ist dieses von Mons worden
Wil andern Herrn sein nicht gestatten
Drey sollen das Schloß mit gewalt hatten

Darüber beschlossen und bewogen
Das dem Feind die ehren Pforten
Wie den beschehen und also ist
Drum wolgefall edel Romanus

Wie dit ville remporte la ville et
chateau de May le 21 de
Juin de Mons 1691

1595. TOPOGRAPHICA ATQVE HISTORICA

TEMPOR. LOCA

31. Martij. *Quo tempore generoſus Baro in Reckem, Dominus Hermannus de Linden, præfectus Bonnenſis, nomine Illuſtriſsimi principis Electoris Colonienſis nouos conſcribit milites præſidiarios, quos Bonnam introducit vltima die Martij, dimiſsis eodem momento veteranis, ſed in eius abſentia, tumultuantibus præſidiarijs, quibus inde à 24. die Auguſti anni 1592. hucuſcunq; præfuit. Atq; ita principi Electori non ſolum Huum oppidum cum Caſtro recuperata, verum etiam Bonna, periculo proxima, propter circumuagantes & palantes ordinum Hollandicorum equites, præſeruata eſt. Adeò quod:* Bonna.

HaCtenVs aVerſo IacVIt ſVb MILite Bonna.
GratonVnCsVrgIt prInCIpIs aVſpICIo.

Tentauit paulò poſt etiam Nauarraus per ſuos montes Hamoniæ vrbem munitiſsimam, ad quam vſq; ſuos emiſſarios excurrere iuſſit, ſed re infecta iterum in Franciam redire coacti ſunt. aderant enim Regij milites Hiſpani in confinibus Picardiæ, qui diligenter inuigilarunt, ab Illuſtriſsimo Principe Erneſto ante deceſſum eius ad hoc conſtituti, ne quid aduerſi ditionibus Regis Philippi illis in partibus contingeret. Montes Hānoniæ.

8. Aprilis.

Cumq; Ordines Belgij contra Hiſpanos coniurati intelligerent, Ducem de Paſtrana iam eſſe in itinere vt primo quoq; tempore Bruxellas veniret, 13. enim die menſis Aprilis eo tandem appulit, magno cum triumpho per Comitem Fonteium & omnes aulæ proceres exceptus, miſerunt quendam, qui nomine eorundem ordinum de pace colloqui videbatur, adeò, vt à Comite Fonteio Theodorus à Liesfeldt, aliquamdiu Brabantiæ Cancellarius, mitteretur auditur, quibusnam conditionibus huiuſmodi pax ab illis iniretur, qui ad Archiducis literas prolixè reſponderunt, cum antèà eam procul à ſe reiecerint. Reuerſus Liesfeldt Mittelburgo ex Hollandia Bruxellam, nihil ſolidi reportauit, à Mauritio Comite, cum quo ibidem collocutus eſt. Mittelburg.

11. Aprilis.

23. April.

Quare Hiſpani in ſuo propoſito bello, contra Gallos omnibus modis progreſsi, non tantum amiſſam in ducatu Lutzemburgenſi recuperarunt, vt ſunt la Ferte 9. die Iunij, & Iuoix 13. eiuſdem menſis, atq; alia loca, verum etiam in Picardiæ ditiones irruere conati ſunt, Marchio Verambonis & Verdugo alijq; Regis Hiſpaniarum præfecti, qui in locum Comitis Caroli Mansfeldij ſucceſſerunt (abierat enim iam idem Comes, vt in Vngaria eam contra Turcas militando nauaret operam, quam antea contra Gallos, diſceſsitq; Praga 2. die Maij Viennam, indeq; Strigonem vſq;.) La Ferte. Iuoix.

2. Maij.

Interim accingit etiam Comes Fonteius ſeſe itineri, ſimul etiam Dux ille Paſtranus, vt alijs ſubſidio venirent, Gallorumq; inſolentiam compeſcerent. Rex enim Nauarraus per Ducem Longeuillum Picardiam & per vicecomitem de Turavv, ſiue Ducem Bullionium in prouincijs Belgicis, magnum progreſſum fecerat. Picardia.

9. Iunij.

Iunij

AB OBITV ERNESTI, VSQVE AD FRATRIS EIVS ALBERTI

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO. 1595.

LOCA.		TEMPORA
Bruxella.	Iunij 10. die, Comes Fonteius, Bruxella Halam discessit, tandemque ad exercitum venit, qui 20. eiusdem mensis, totum exercitum ad obsidendum Castelletum, locum sane bene munitum adduxit.	10. Iunij.
Halle.	DVM hæc fiunt, qui Hannæ in oppido vicino cum imperio erant, proditorie per arcem intromittebant copias Nauarras, duce Domino de Hunneres, qui illico magno furore in Hispanos, Italosque milites in vrbe præsidiarios, irruit. Ab his magno animo, bus in arcem, multis ex suis desideratis, repulsus est: tertio autem assultu, cum dispendio & vitæ propriæ, & multorum nobilium præsidiarios superauit, quorum plurimos contrucidauit, reliquos in carcerem detrusit.	20. Iunij.
Castellet.		
Han.	Hostes, vt mortem capitanei sui amissi vlciscerentur, complures Hispanos, magnanimos milites crudeliter obtruncarunt. Breui autem ex his grauis vindicta est retributa. Gubernator Hannensis vrbis, qui tum forte Bruxellis erat, quo ante hanc tragœdiam venerat, in custodiam quoque datur, post paucos dies in castra abductus, illic capite plexus est, proditionis reus, vtpote qui sanctæ vnioni iurauerit.	25. Iunij. 26. Iunij.
Fiera.	Iunij 25. die cœptum est Castelletum magnis tormentis verberari, & diruto ex parte muro miles ad expugnationem submitti. Hac re subito, tanto terrore hostes consternati sunt, vt eadem die de deditione cœperint tractare, & die insecuta vrbem deseruerint, asportatis secum & armis & impedimentis.	
Petona.	Victor Comes Fonteius, postquam Fieram commeatum instruxit, & Castellum Clerium, CHASTAV DE CLERI, vulgò dictum, propè Petronam, etiam in potestatem redegit. Decima quarta die Iulij Dorlensiam petit, vt eam obsidione cingeret. Eo illuc appropinquante, præsidiarij sæpius ex vrbe erumpentes, cum Hispanis congressi, & amissis ex suis, & ex Hispanis quoque interiere.	14. Iulij.
	Iulij decimasexta die Dominus de la Motte, singulari animi fortitudine celebris capitaneus, vesperi ad speculandum vrbis Dorlensiæ munitionē egressus, sinistro oculo accepit sclopeti ictum, quo illi caput traiectum est. Sequenti die cadauer eius Atrebatum deportatum in ædes Domini Baronis de Aubigni, vbi illud apertum est & balsamo conditum.	16. Iulij. 17. Iulij.
	Eodem tempore diuersa præsidia è diuersis locis educta in castra missa sunt: & similiter Atrebatum pagi certum numerum tum militum, tum fossorum subministrauere. Paucis post diebus Hispani in aggerem quendam plurimos bombardarū ictus, magnorumque tormentorum globos continuo eiaculati plurimum damni intulere. Vicesima tertia Iulij Atrebato septem longæ colubrinæ, ad communiendas fossas & castrorum aditus missæ.	23. Iulij.
	Vigesima quarta Iulij, vigilia S. Iacobi Hispanorum patroni, Dominus Comes Fonteius certior factus de subsidio hostis, quod Dux Bullionius obsessis ferre tentabat, maturè	24. Iulij.



Digitized by Google

Digitized by Google

turè procurabat in caſtru omnia neceſſaria ad ei obtinendum prout pridie veſpere communi conſilio decretum erat.

Eodem die Chriſtophorus Mondragonius cum Comite Hermanno Bergenſi ſuas vires coniungens, Mauritium Naſſouy comitem Grollenſem obſidionem ſoluere coegerunt in Belgio. In Picardia verò primo munitiones propè vrbem Dorlens Dorlenſiam excitatæ, milite & tormentis bene firmatæ. Belgium.

24. Iunij.

Excubiis foſſorum proximè vrbem quingentorum peditum numero auctæ, cuſtodiæ bene copioſæ adiunctæ, præter alios quingentos, qui tormentis cuſtodiendis deputati ſunt. Reliqui exercitus pedites in duas acies diſtributi per Dominum de Rhoſne caſtrorum præfectum.

Cùm hæc ita curantur, comparet illicò hoſtis cum omni ſuo equitatu & octingentis peditibus, eo ipſo momento D. Mareſchallus progreſſus propius conſpiciendos, reuertens referebat hoſtes recta ad vrbem Dorlenſiam acie Hiſpanorum à ſiniſtra relicta, contendere. Groll.

Tum Comes Fonteius, conſilio auxilioque Ducis Aumalij, Principis Chymai, Marchionis Veramboni Comitis de Boſſu & de Tuarras, Item Domini Auguſtini, & D. Alphonſi de Mendoza, aliorumque præfectorum & capitaneorum ſtatuit ex caſtris, plena acie, cum 6. magnis tormentis in hoſtem prorueré, ipſis viam præſtruere, eumque ab inſtituto ruptis ordinibus auertere. Poſtrema Hiſpanorum copia nondum ex caſtris progreſſa erant, cùm prior Hiſpanorum equitatus à Duce Bulloneo & Senſſeuallio magna vehementia premeretur, auxiliantibus Comite S. pauli & D. de Belin. Prima iſta Hiſpanorum vehementia, quoſdam Hiſpanorum equitum coegerat ferè gradum ſiſtere, ſed ſociorum conſtantiam non terrebat, nec peditum, qui eos proximè cum tormentis optimo ordine ſequebantur: Deinde Carolus Columna Capitaneus Lanceariorum hoſtem à fronte aggreditur. Dominus Sanchius de Luna à latere cum lancearijs & ſclopetarijs Comitis Frontei. Quicquid illic in medio erat (nempe tota ferè Nobilitas) ſubito oppreſſum & deletum. Alij in fugam verſi, ſtatim reliquum ipſorum equitatum curſu petebant, qui iam Hiſpanorum vires animoſq; expertus inclinabat ad cedendum ordine ſatis compoſito, perdendo ſemper nonnullos è ſuis, Hiſpanis eos perſequentibus, vſq; ad Beauquene. Duobus milliaribus Dorlēſia diſtat, ab vna parte equitibus expeditioribus, ab altera parte equitatu Belgico ordinum vno ſigno peditum Hiſpanorum & quinquaginta Bombardariorum ex Legione D. Auguſtini, qui ex prima acie peditum, quæ media cum tormentis progrediebatur, deleti erant. Picardia.

25. Iulij.

Dorlens.

Dum hæc fiunt Admiralius & Vilars, qui iam cum Normandicis copijs & nonnulla nobilitate retrocedebat, conſpecto omni peditatu & equitatu ſuo laborante, Hiſpanorum expeditiorum equitatum vlterius progreſſum conuerſus animoſe inuadit & retrogredi cogit, quibus oportune Belgicus equitatus ſuccurrit.

Ipſo

LEONIS BELGICI DESCRIPTIO.

LOCA		1595. TEMPOR.
	Ipſo momento etiam pedites Hiſpani ex acie ſuperueniunt, tanto omnes impetu, vt eum facilè cohibuerint. Poſtea quum ſeſe cum ſocijs coniungere non poſſet, quippe qui iam longiùs paulatim recedendo progreſſi erant, omnino cum ſuis caſus eſt, & omnis equitatus Normandicus deletus.	
Dorlens.	*Conſtituerant Galli Dorlenſiam introducere octingentos pedites, Dux Bullionius ſe Hiſpanorum exercitum facilè tranſiturum ſperabat, quem ſibi perſuadebat, extra munitiones progredi non auſum, & interea obſeſſos ex vrbe erupturos, auxilio & ipſi & ſibi futuros.*	27. Iulii.
Arteſia.	*Oppidani promiſſi memores, conabantur quidem ter erumpere, & tertiò ſocijs ſignum dabant, tormento maiore ter diſploſo, ſed fruſtra propter Hiſpanorum excubias in foßu circa vrbem conſtitutas. Obſeſſi procul conſpicati, copias nonnullas aduentantes exiſtimabant, aut eſſe ſubſidium ipſis exſpectandum, aut aliquem comitatum Atrebato profectum: ex vrbe itaq; egreſſi, vt vel eos reciperent, vel ſi hoſtes eſſent, oppreſſos diriperent, & ſecum raptarent intra mœnia. Dum Hiſpani in repellendo hoſte occupati eſſent, inuenerunt 700. pedites ex Flandria miſſos, bono ordine progredientes, qui eos celerius quàm venerant reuerti coegerunt.*	30. Iulii.
	Prelio hoc, ſeptem currus cum puluere tormentario ex omni commeatu in Hiſpanorum poteſtatem venêre, omnis Gallorum peditatus ad internecionem deletus, exceptis paucis captis, & multi ex equitatu, inter quos numerantur plures quàm 200. primarij nobiles, tam capti quàm cæſi.	
Paris.	*Inter hos qui primus ſe in fugam dabat, erat Dux Bullionius, inter ſauciatos verò & captos erat Dominus de Belin, olim gubernator Pariſienſis: Dominus de Perdrier præfectus equitum, locum tenens Admiralij: Dominus de la Trenchee: Dominus de Aubigny caput cõpiarum Normandicarum. Capitaneus Roſe, Dominus de Bauay, Dominus de Lonchamps & complures alij. Inter mortuos Dominus de Villars, Gubernator Rhotomagenſis, qui Anno 1592. obſidionem eiuſdem Vrbis Nauarræis ſuſtinuerat, tanta cum laude, quanto poſtea cum dedecore eandem vrbem Nauarræo tradidit. Habetur præterea mortuus Dominus Sancti Dionyſij generalis 500. profectus, qui in conſpectu ſuorum occumbebat, cum eoque quadringenti alij & plures Gallorum nobilium & profectorum.*	31. Iulii.
Rouàn.		
Camera-cum.	*Vigeſima ſeptima Iulij Capitaneus Lambertus in caſtra venit, à Comite Fonteio vocatus, vt machinis bellicis tormentiſque ſtatuendis præeſſet, 30. Iulij omnia neceſſaria ad vrbem verberandam præparata. Vltima Iulij ab hora 4. matutina, machinis bellicis magno furore vrbi cœpta eſt, horrendo fragore concuti, quæres vſq; ad 3. horam pomeridianam, ingenti cum terrore obſeſſorum, ſpectantium varijs in locis muros ſuos diruidurauit, (Nõ enim vt Cameracẽſes poſtea fecerũt ſe ſe bonis cõditionibus dedere voluerũt Hiſpani) qui quidem Hiſpani incredibili furore animorumq; ardore incitati, ſeſe ad rem fortiter gerendam cohortantes, audacia ſingulari ad ruinas accurrunt & armis porrò viam aperiere conantur, ibi variè fortiſſimè pugnatum eſt vtrinq; ſpatio vnius horæ & amplius.*	

Dum

CAMERICK

Dum hoſtis primo furore defluescente, animiſque paulatim concidentibus coactus eſt ex ruinis ſe ſubtrahere, & victori ſcandenti locum dare, celerrimeque intrò in vrbem huc illuc latebras quaſitum diffugere, relictis in loco compluribus ex ſocijs, tum mortuis tum cum morte luctantibus, extenſis qua poterant membris.

Tum miles Hiſpanus ex varijs nationibus collectus, victoria latus in arcem irrumpit, & porro in vrbem, hoſtemque animoſe furioſeq; perſequitur, qui fruſtra in varias ædes & hortorum dumeta dilapſus, ſeſe occultare conabatur, ſicq;.

Arx Ils Infeſta dIV dor Lensia ceſsit
CatholICo regno, qVando LVX VLtIMa IVLI.

Dorlens.

2. Septem. Dum hæc fiunt, nemo facile ſcriptis explicet clamores, armorum ſonitus, ſauciorum queribundos gemitus, miſerabiles mulierum, puerorumque & infantium eiulatus & ploratus, horrendaſque eorum vociferationes, qui gladijs confoſsi, haſtiſq; tranſfixi occumbebant. Eccleſiaſtici interea & religioſi in templis ſupplices implorabant Dei miſericordiam, quibus planè parſum eſt, nullaq; iniuria aut vis illata.

Complures tentabant porta quadam profugere: ſed bombardarum ſclopetorumq; ictibus ab Hiſpanis ſubito repulſi, ſe intro corripuere, alij terrore exanimati ex aggeribus ſe in foſſas præcipites dedere, qui ab Hiſpanis petiti ſclopetis interierunt, aut ſi enatabant lanceis haſtiſq; & gladijs tranſfixi, miſeras animas efflarunt. Summa è duobus millibus, qui in vrbe erant, præter Ciues, pauci admodum euaſerunt, omnibus fortunæ caſibus ſubactis, vt plerumque euenire ijs ſolet, qui animis obſtinatis ſe ſciunt alibi temerè occludi, vt à fortioribus vi ſuperentur.

Circa veſperum ædes quædam incendio conflagarunt, quod incendium tota nocte duravit. Deinde vrbs ita direpta, in qua magna frumenti copia & vini, omniſq; generis armorum tam ad offendendum quàm ad defendendum inuenta eſt. Præterea etiam vltra viginti maiores machinæ bellicæ, & ad quadringentos milites equi. Gubernator Harracourt, cui imperium in vrbe demandatum erat, ſaucius in carcerem miſſus, & hæc quidem in Gallia confinibus. Vbi ab Hiſpanis Dorlenſia vi armorum capta, Cameracum verò deditione recepta eſt, quæ ab eo tempore, quo die Alenzonius eam proditione obtinuit, hactenus à Gallis oppreſſa fuit.

Cameracũ

9. Octob.

In Belgio autem, poſtquam Comes Mauritius Naſſouiæ, magnum exercitum conuocaſſet, eoq; Groll vrbem obſediſſet, ſuperueniunt Chriſtophorus Mondragonius Hiſpanus, & Comes Hermanus Bergenſis, qui eodem tempore quo Galli Dorlenſia ab Hiſpanis pelluntur, etiam Regi Hiſpaniarum rebelles ordines ſuo cum exercitu obſidionem ſoluere cogunt, poſtea quoq; Philippum Comitem Naſſouium cum præcipua nobilitate capiunt propè VVeſeliam, qui letaliter læſus, paulò poſt moritur. Hic eſt, qui in ſubſidiũ Regi Nauarræo, ab Ordinibus Belgicis conſtitutus numeroſum exercitum adduxit, ſeq; cum Duce Bullionio coniunxit, vt Hiſpaniarum Regis ditiones coadunatis viribus, præſertim in Ducatu Lucemburgenſi, aliſq; locis inuaderet.

Groll.

VVeſel.

Ordines

LOCA | TEMPOR.

Flandria. Ordines Hollandici, quam præclaras Ciuitates regias in Flandria, Gelria, Frisia &c. obtinuerint hactenus dictum est. Iam vt vlterius in occupandis aliis ciuitatibus etiam in Brabantia progrederentur, per Gubernatorem vrbis Breda ex vndique præsidia, veluti ex vrbe Breda, Bergen ad Zom, Gertrudisberge aliisq; ex locis conuocari fecerunt, quibus Lyram non procul Antuerpia & Mechlinia distantem, insignem illam vrbem occuparent, quod illis initio quidem succesſit, adeò vt in ciuitatem stratagemate irruentes, Gubernatorem illius loci Don Alonzo de luna, strenue quidem resistentem, sed viribus imparem secedere coegerint in Lisperportam, in qua sese eousque continuit, donec Christophorus Mondragonius Gubernator Antuerpiensis, cum suis, cumq; Mechlinien sibus in subsidium veniret, eosq; prada inhiantes, Lyra ita tractaret, & anno 1576. 4. Nouembris tractati fuerunt status Antuerpiæ, de quibus alibi scripsimus. 14. Octo.

Gelria.

Frisia. 4. Nouēb.

Lyra.

CIRCA finem anni 1595. Langhar ille prædatorum anteſignanus, Caſtelloni ad Moſellam capite plexus. 29. Decēb.

IRREPSERVNT in Belgio varii abusus, ita vt propter diuersas nationes ibidem confluentes, aliqui titulos, dignitates, arma, nomina vsurparent, quæ sibi non competerent: aliqui verò in congressibus verbo, in Epistolis & suprascriptionibus litterarum, honorum Epitheta Gallico, Hispanico & Italico Idiomate aliis tribuerent, præter morem antiquitus in Belgio obseruatum. Ad hos abusus corrigendos, & vt quilibet sese intra cancellos suæ conditionis, status, ordinis ac dignitatis posthac contineret. Rex 23. Septemb. præsens in Castilia ad Sanct. Laurentium Regalem pragmaticam Sanctionem reddit instar Edicti perpetui: quod Typis Plantinianis postea 24. die Ianuarii huius Anni 1596. Moretus excudit Antuerpiæ. 1596. 24. Ianua.

Antuerpia.

VENIT tandem Bruxellas optatus ac multum desideratus Serenissimus princeps Albertus Imperatoris frater Cardinalis in Belgium, Septimus post Philippi Regis discessum in Hispaniam Gubernator, cuius cum Aduentu Topographicam atq; Historicam ego hanc Descriptionem meam Leonis Belgici concludam, Sanctiq; Thomæ Cantuariensis de præsenti statu Belgico his verbis subiungam 10. Febr. 27. Martii

Bruxella.

VATICINIVM.

Lilium mouebitur contra semen leonis.
Filius leonis ferens feras in brachio suo, cum magno exercitu transibit aquas, & ingredietur terram leonis, carentem auxilio (quia bestiæ Regis sui, iam pellem eius dentibus lacerarunt) &c. Tunc castra destruentur, & filius hominis & Aquila prævalebunt, & pax erit in toto orbe terrarum.

FINIS.



Discors Calendariorum Pij. V. et



Digitized by Google

INDEX TEMPORVM

In calce huius operis, hunc indicem me positurum promisi, vbi de Personarum atque locorum Indicibus tractaueram antea, nunc sequitur Index.

ANNORVM

Cicli Solarij, qui post XXVIII. *annos in se redit.*

1596—1560	I	1575	1583	XVI
1561	II	1576	1584	XVII
1562	III	1577	1585	XVIII
1563	IIII	1578	1586	XIX
1564	V	1579	1587	XX
1565	VI	1580	1588	XXI
1566	VII	1581	1589	XXII
1567	VIII	1582	1590	XXIII
1568	IX	*	1591	XXIV
1569	X	1556	1592	XXV
1570	XI	1557	1593	XXVI
1571	XII	1558	1594	XXVII
1572	XIII	1559	1595	XXVIII
1573	XIIII			
1574	XV			

Hoc Anno 1596. *vterque Ciclus & Solaris & Lunaris simul in se redeunt, quod non nisi* 532. *annis contingit notatu dignissimum.*

Cicli Lunaris, qui post XIX. *annos in se redit.*

1558	1577	I
1559	1578	II
1560	1579	III
1561	1580	IIII
1562	1581	V
1563	1582	VI
1564	1583	VII
1565	1584	VIII
1566	1585	IX
1576	1586	X
1568	1587	XI
1569	1588	XII
1570	1589	XIII
1571	1590	XIIII
1572	1591	XV
1573	1592	XVI
1574	1593	XVII
1575	1594	XVIII
1576	1595	XVIIII

MENSIVM.

I F M A M I I A S O N D

I	In medio Iani (21) madidi stat Sidus Aquari.	A
F	Procedunt duplices in Febru. (20) tempora pisces.	P
M	Martius (21) atque Aries producunt tempora veris.	A
A	Aprilis (21) secum torui fert cornua tauri.	T
M	Floridus adducit geminorum sidera Maius. (22)	G
I	Solstitium æstiuum cancri fert Iunius (23) axe.	C
I	Quintilem (24) mensem Leo feruidus igne perurit.	L
A	Augusto (25) messes tecum trahis aurea virgo.	V
S	Æquat September (24) noctes examine Libræ.	L
O	Scorpius Octobrem (24) pugnax iubet ire minacem.	S
N	Exerit arcitenens medio sua signa Nouembri. (23)	S
D	Solstitium apportas hyemis Capricorne Decembri (22).	C.

A D D G B E G C F A D F

DIERVM.

Numeri præcedentibus inclusi versibus dies mensium indicant, quibus sol in noua signa ingreditur. Sic 21. *Ianuar. ingreditur in signum aquarij* : 20. *Februar. in signum piscium &c. Numeri verò, quadrato intra circulum sequentis figuræ inscripti, dies mensium indicant, quibus luna solem attingit, & fit nouilunium. Sic* 19. *Ianua quando ciclus fuerit* I. *attingit Luna suo cursu Solem, & cum eodem coniungitur:* 17. *Februa. iterum atque iterum:* 19. *die Martij per ordinem vti figura demonstrat.*

Litera quam Ciclus ostendit, collata ad 12. *literas,* A D D G B E G C F A D F *indicat, quota feria septimanæ sit, primus dies cuiusq; mensis propositi. Sic A litera Dominica anni præteriti* 1595. *vltimo Cicli numero* XXVII. *ascripta Ianuarii primi, diem fuisse Septimanæ feriam primam siue Dominicam: Februarij primam eius fuisse feriam quartam, quia ab A vsq; Ad D numerans* 4. *& sic consequenter de aliorum mensium primis diebus, qui correspondet* 8. 15. 22. *&* 29. *eiusdem mensis diebus*

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX TEMPORVM

In calce huius operis, hunc indicem me pulsarum promiſi, vbi de Perſonarum atque locorum Indicibus tractaturam autem, nunc ſequitur Index.

ANNORVM

Cicli Solaris, qui per XXVIII. annos *in ſe redit.*				Cicli Lunaris, qui per XIX. annos *in ſe redit.*		
1596—1608	I	1575	1583	XVI	1558	XVII	I
	II	1576	1584	XVII	1559	XVIII	II
	III	1577	1585	XVIII	1560	XIX	III
	IIII	1578	1586	XIX	1561	XX	IIII
	V	1579	1587	XX	1562	XXI	V
	VI	1580	1588	XXI	1563	XXII	VI
	VII	1581	1589	XXII	1564	XXIII	VII
	VIII	1582	1590	XXIII	1565	XXIIII	VIII
	IX	*	1591	XXIV	1566	XXV	IX
	X	1583	1592	XXV	1567	XXVI	X
	XI	1584	1593	XXVI	1568	XXVII	XI
	XII	1585	1594	XXVII	1569	XXVIII	XII
	XIII	1586	1595	XXVIII	1570	XXIX	XIII
	XIIII	1587	1596	I	1571	XXX	XIIII
	XV	1588	1597	II	1572	XXXI	XV

Hoc Anno 1596. *interpr. Cicluſ Solaris & Lunaris ſimul in ſe redeunt, quod non niſi 532. annis contingit notatu dignißimum.*

1573	XXXII	A	
1574	XXXIII	B	
1575	XXXIIII	C	
1576	XXXV	D	
1577	XXXVI	E	
1578	XXXVII	F	
1579	XXXVIII	G	
1580	XXXIX	A	
1581	XL	B	
1582	XLI	C	
1583	XLII	D	
1584	XLIII	E	
1585	XLIIII	F	
1586	XLV	G	
1587	XLVI	A	
1588	XLVII	B	
1589	XLVIII	C	
1590	XLIX	D	
1591	L	E	
1592	LI	F	
1593	LII	G	
1594	LIII	A	
1595	LIIII	B	
1596	LV	C	

MENSIVM.

IFMAMIIASOND

I In medio Iani (in) madidi hus Sidus Aquari. A
F Procedunt duplices in Febru(ario) tempora ſi ſers. B
M Martius (it) atque Aries producunt tempora veris. A
A Apelis (it) ſecum rorui fert cornua tauri. T.
M Floridus adiuget geminorum ſidera Maius (it) G
I Sullthium arbitrium cancri fert Iunius (it) nxe. C
I Quintilem (it.) meritem Leo ſtrenuus igni permite. L
A Anguilo (it) meſſe tecum tri thia aurea virgo. V
S Æquat Septembr (it.) noctes examine Libræ. L
O Scorpius Octobrem (it.) pugnax habet ire meatus. S
N Exeit arcitenens medio ſua ſigna Nouembri. (it) S
D Sullthium ſpectat hyemis Capricornus Decembri (it.) C.

ADÜGBEGCFADE
DIEBVM.

Numeri præcedentium inciſi ſerßim dies menſium indicant, quibus ſol in nota ſigna ingreditur. Sic 21. Ianuar. ingreditur in ſignum aquarij: 20. Februar. in ſignum piſcium &c. Numeri vero quadrati intra circulum ſignantia ſigna inferßim, dies menſium indicant, quibus luna ſimul attingit, & ſe nu-mero Iunius. Sic 19. luna a quando cilium ſimul attingit Luna Iunio in ſe ſidem, & cornu eodem conuungitur: 17. Februar. item atque item 19. die Martij per ordinem reliqua ſua demonſtrat.

Literæ quæ ſub circulo, videlicet A D D G E C E C A D F indicant, quæ feria ſeptimana ſit primus dies cuiuſq; menſis propoßti. Sic à littera Dominica annum primi 1595. hiſtoria Cicli numero 2. XVII. aduerta Lunam ita primo Ianu. ſuiſſe ſeptimana feriam primam ſeu Dominicam. Februarij primum ſeu ſuiſſe feriam quartam, quia ab A vſq; ad D numerauit 4. ſic ſe conſequenter de alterum menſium primis diebus qui correſpondet 8.15.22. & 29. vtaſſem menſis dictus